Digitized by Google

d by Google

2 . 2 . 158

S A N C T A E
ECCLESIAE FLORENTINAE
M O N V M E N T A

Digitized by Google

300

Digitized by Google

2. 2. 158

SANCTAE ECCLESIAE FLORENTINAE MONVMENTA

AB IOANNE LAMIO

COMPOSITA ET DIGESTA

QVIBVS NOTITIAE INNVMERAE
AD OMNIGENAM ETRVRIAE ALIARVMQVE REGIONVM
HISTORIAM SPECTANTES CONTINENTVR.

TOMVS I.



Ecclesia Metropolitana Florentina et Baptisterium S. Ioannis

FLORENTIAE. ANNO MDCCLVIII.
Ex Typographio Deiparae ab Angelo Salutatae.

CENSORIBVS ADPROBANTIBVS.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO
IO. LAMIVS S.

Q Vam ſcribendi viam & rationem in hoc opere inierim, breviter tibi, Lector benevole, & dilucide expediam.

I. Latine ſcribere elegi, quia non ſolis Italis, ſed & aliis nationibus, res noſtrae innoteſcerent, ſine invidia & liberaliter volui. Inſuper, quum contextam rerum geſtarum narrationem, monumentis vetuſtis, & recentioribus, ac luculentis claſſicorum Scriptorum teſtimoniis, in medium adductis, opportune confirmare, ac ſcite ſolideque roborare, animus tulerit; id quod eſt rerum omnium validiſſimum atque veriſſimum, eoque fidem ſedulitatis veritatiſque commereri vellem; illaque prope univerſa Latina ſint: diſcolorem operis varietatem, & ingratam diſſimilitudinem, fugiens, Latine omnia memoriae prodere convenienter inſtitui; ne teſſellatum quodammodo pauimentum, & emblema quoddam vermiculatum, exhibuiſſe viderer; quod ſine eruditi Lectoris offenſa & faſtidio fieri non potuit.

II. Hiſtoriam ſecundum temporis numeros, & annorum ordinatam revolutionem, perpetim tradere adgreſſus ſum, quod Chriſtianorum rituum, & divinae Religionis, apud Florentinos originem, progreſſum, ſtatum, melius & apertius ſic intelligere & percipere ſit: & rerum ſeries ſibi invicem apte, continue, cohaerenterque, ſuccedat.

III. Monumenta, ſeu Memorabilia; non Hiſtoriam, vel Annales; Eccleſiae Florentinae inſcripſi, quia tantam mihi ſcientiam, & adeo multiplicem & copioſum cognitionum adparatum, non adrogo; ut plenam, perpetuam, & numeris omnibus abſolutam, Hiſtoriam ſcribere ac memoriae tradere poſſe ſperarem; ſed res tantum quaſdam ſelectas, & memoratu dignas, hinc atque inde excerptas & compilatas, nec uno perennique fluxu currentes, quod Hiſtoria exigebat, carptim adnotare, & utcumque

† con-

Digitized by Google

concinnare, atque digerere, lubuit. Nec aliter fieri potuit, quum longinqui temporis iniuria, & remotae atque obſcurae aetatis caligo, vel rerum geſtarum nobis continuam cognitionem interceperit, & ſterilem monumentorum penuriam invexerit; vel reliquas atque internitentes ſubluſtreſque notitiarum ſcintillas, diſperſas, dubias, confuſas, caeco indeprehenſoque tenebrarum profundo prope demerſerit, ſubfocarit extinxerit.

IV. Non ita tamen Annales qualeſcumque hoſce ea ſerie ac connexione deduxi, ut intermiſſos aliquantum ac interquieſcentes, ſemel ſaltem, licet coactus, & neceſſario, inviteque, non interruperim. Haeſi enim, & praecedentem temporum lapſum perſequi ſuperſedi, ubi ad annum publicae ſalutis CCCXIII. perveni, in quo conſiſtere, nec ultra progredi, debui, ut Epiſcopatus Florentini exordia, amplitudinem, honores, dignitates, ditionem, dominium, evolverem & explicarem: ut eius Dioeceſeos Eccleſias, Monaſteria, Xenodochia, & alia ſacra loca, copioſa & diligenti recenſione decriberem; &, veluti Pictoris vice fungens, tabulam eorum quamdam accurate delinearem. Quomodo enim pius Lector, quae per conſequentes Annalium tractus exponuntur, clare ac perſpicue intelligat, diſtincte & enucleate comprehendat, intentaque animi acie veluti intueatur; niſi prius Eccleſiaſticae Florentinae ditionis & ſacri territorii extenſionem ac limites perluſtraverit; Vrbium, Opidorum, Vicorum, Pagorumque, ſitum ac poſituram didicerit; Eccleſias & alia Deo dicata aedificia & ſacerdotia, per Dioeceſim diſperſa, diſſitaque, cognoverit? Niſi quae dignitas, quae auctoritas, quae iuriſdictio ac poteſtas, Epiſcopi Florentini ſit, ſolicite & inquiſite inveſtigaverit, penitus deprehenderit, clare & liquide inſpexerit? In eo anno igitur ſubſtiti, adrepta opportune occaſione ab explicatione originis & inſtitutionis Florentini Epiſcopatus: & omnia illa memorata diligenter perſequens, & curioſe deſcribens, aperta, evidentia, & manifeſtaria, locis quibuslibet accurate recenſitis, rebuſque conducibilibus congruentibuſque ſedulo enumeratis, legentium oculis ſubieci: intermiſſam deinde Annalium ſeriem & progreſſum iterum perſequuturus, &

&

& ad finem uſque, ſi Deus faxit, deducturus.

V. Hiſtoriae Eccleſiaſticae profanam etiam & civilem convenienter ac tempeſtive interſervi, ſed ſtrictim curſimque; vel impellente antiquitatum patriarum amore, vel exigente neceſſaria rerum geſtarum utriuſque Reip. conſenſione. Eccleſia enim Chriſti in Imperio, in Regno, in profana ditione eſt; quomodo igitur eius facta prodam, eius Hiſtoriam contexam, ſi minus quis per diverſa tempora in Tuſcia dominaretur, Florentiam regeret ac procuraret, eius populis praeeſſet & iuſdiceret, probe & pure & perſpicue dignoſcam?

VI. Quaecumque trado ac narro, certis diſertiſq. monumentis fulta, ſolidis & ſtabilibus fundamentis innixa, illuſtrium Scriptorum teſtimoniis robuſta, eſſe ut plurimum volui, quemadmodum ſuperius innui; adeoque in paginae calce infimaque ora vel Auctorum dicta & verba ipſiſſima profero, aut eorum loca ſaltem indico; vel Diplomatum, Bullarum, aliorumque Inſtrumentorum, apographa integra prolixaque exhibeo; aut in compendium contracta & abbreviata produco: eorum ſententiae & medullae cupidus & tenax, verborum formularumque non item. Inſtrumenta vel ab aliis doctis & diligentibus viris in vulgus prodita iam fuere, vel pleraque ipſe primus publici iuris facio: quae omnia ut conſequerer, nulli vel improbiori diligentiae peperci. Quae ab aliis iam vulgata fuerunt, iterum edidi, eo quod non tam Eccleſiaſticam Florentinam Hiſtoriam ſcribere, quam divitem & amplam Diplomatum, & Inſtrumentorum, veterumque Chartarum, Syllogen conficere & compilare; eaque publico uſui ſimul coniuncta, & uno opere comprehenſa, exponere, animum induxeram: omnia itaque, & undique, colligere, congerere, coacervare, non deſtiti. Si quae minus, aut oblique tantum, aut vix, Eccleſiam Florentinam attingere videantur: praeterire tamen nolui, quod ad finitimas ſaltem Eccleſias ſpectent; vel res quibus de ago, inluſtrent; vel materiam in anteceſſum parent, qua conſequentia opportune & in tempore dilucidem & locupletem: et ſi minus Eccleſiae Florentinae congruunt, Reip. ſaltem Florentinae conveniunt; cuius res geſtas iden-

ti-

Digitized by Google

tidem proferre habeo, ut res Eccleſiae geſtas perſpicue, cohaerenter, pleniſſime, exponere poſſim. Vtcumque autem ſe res habeat, ex hac Diplomatum qualicumque collectione non modica univerſis utilitas profluet, ſive loca, ſive iura, ſive ſata, ſive genealogias, alioſque rerum eventus, varioſque ſtatus & conditiones, Tuſcorum populorum curioſe rimentur, & ſtudioſe perquirant. Quum autem pro re nata tam multa & tam diverſa producam & diſſeram, cum ad Etruſcos omnes, tum ad alias Italiae nationes provinciaſque pertinentia, & attingentia etiam poſitas ultra Italiae fines gentes & regna: nemo dixerit anguſtum & exile propoſitum meum fuiſſe; terminis nimis brevibus meum opus coerceri; Florentinae Vrbis pomoeriis hanc narrationem concludi; minime aliarum Civitatum & gentium intereſſe, quid in hoc ſyntagmate litterarum monumentis commendem.

VII. Quod ad ſtilum, & ſcriptionis genus, attinet, adeo ſincera & pura Latinitate uti non licuit, ut oratio elegans omnino & nitida conſtanter & perenne flueret; in tempora enim, & nomina, barbara & ſordida, ut plurimum, incurro; & rudia & lutulenta barbari aevi monumenta ediſſero atque explico; quare & barbaris & deformibus horridiſque vocabulis abuti compellor, ſeu clarioris & facilioris intellectus gratia; ſeu quia aliter fieri commode & convenienter haud poterat. Ceterum, qua licuit, puros Latinitatis fontes non dereliqui; ſed idemtidem e barbariae coeno feliciter emergo, & Romanae eloquentiae aurum diligenter ac ſolicite perſequor; licet ſermonem ſimplicem, incomtum, & minime phaleratum, qualis ſcriptionibus huiuſmodi convenit, uſurpandum mihi fuiſſe exiſtimaverim.

VIII. Sed quum ad annum uſque publicae ſalutis milleſimum non tanta notitiarum, & monumentorum, copia ſubpetat, ut perpetuus Hiſtoriae decurſus continue deduci poſſit; multaque intervalla hient, & lacunae intercedant, & interrupte ac ſaltuatim procedere opus ſit; quo ſpatia illa Hiſtoriae vacua, & inania, atque inconnexa, non relinquerem, alia quaedam interſervi, quae licet Eccleſiae Florentinae

tinae propria & peculiaria non ſint, ad eam tamen aliquatenus pertinere noſcuntur; generalia quamquam ſint, & aliis Eccleſiis communia: multa enim in Chriſti Eccleſia evenire non potuere, abſque eo quod univerſas ſeu multas Eccleſias particulares contingerent. Eiuſmodi ſunt Epiſtolae encyclicae Conciliorum, Romanorum Pontificum, Epiſcoporum, & aliorum Eccleſiae Procerum, & Scriptorum, quae ad omnes generatim Eccleſias directae ac miſſae ſunt, adeoque etiam ad Florentinam. Synodorum quoque Oecumenicarum, aliarumque celebriorum, decreta, canones, conſtitutiones, ab Eccleſiis generaliter receptae & reverenter obſervatae; cur & ad Eccleſiam Florentinam aliquo modo non ſpectent, profecto non video. Sed & Imperatorum, & Regum, aliorumque Principum, qui Tuſciae Provinciam moderati ſunt, leges, edicta, reſcripta, conſtitutiones, quae Etruriae Eccleſias aliquantum adficiant, ſeu directe, ſeu oblique; ſeu ſpeciatim, ſeu generatim; a me omitti ſine piaculo non poterant; nam & iſta Eccleſiam Florentinam, non ſecus ac alias Etruſcas, attingunt; & res eius, atque iura, tuentur, diſponunt, atque ordinant. Ita a me Hiſtoriae fluxus prope continuus, & perpetua connexio, quoad fieri potuit, & qualitercumque, ſervatur.

IX. Cum autem ardnum, amplum, ſalebroſum, aliiſq. intentatum, opus adgreſſus fuerim; cumque ſolus in eo deſudaverim, homo curis aliis ſexcentis diſtentus, atque obrutus; non ea ingenii, diligentiae, & laboris, mei fiducia me tenet, ut credam me erratis, & hallucinationibus, in ſcriptione tam longa & operoſa expertem omnino fuiſſe, quae tamen multum negotii Lectori faceſſere non poſſunt; nam vel identidem in operis progreſſu, data occaſione, & iiſdem factis recurrentibus, emendata fuère; vel correcta ſunt tandem in addita ad ſingulorum Voluminum calcem, Appendice; vel eorum expurgatio, & retractatio, ad Annalium ſeriem reſervata fuit: quare, rogo, ne quis me prius ſugillet ac damnet, quam totum opus numeris omnibus abſolutum, & ad umbilicum deductum, evolverit, legerit, perlegerit. Itaque nemo

† 2 ſibi

ſibi a me in aliquo praeiudicatum exiſtimet, cum quicquid adfirmavero, vel verum fuerit, ſi diverſorum temporum, diverſorum hominum, & diverſarum dominiorum tranſlationum, rationem habuerimus; vel ſaltem, ubi contrarium mihi liquido conſtiterit, reformaturus libenter, ſevere ac rigide correcturus, & penitus inducturus & deleturus ſim. Nemo igitur ab meis dictis & adſcverationibus, mutandis in tempore, & alio loco, quando veritas exigat, revocandis, abrogandiſque, praeiudicium aliquod ſibi factum exiſtimet.

X. Nonnemo fortaſſe criminetur, quod in hoc opere multa ſilentio praeterierim, quae dicenda, & proferenda, fuiſſent. Sed ex prioribus Voluminibus de reliquis, precor, praeiudicare inconſiderare & temere nolit. Nam vel multa tacui, quia inſequentibus Voluminibus illa reſervo; vel tacui, quia falſa, aut incerta, aut nimis dubia, exiſtimavi; vel tacui, quia non tanti eſſe arbitratus ſum, ut heic memoriae proderentur. Multa etiam ignoravi, quia non licet homini comperta omnia, & explorata, & veluti prae manibus, habere: humanae enim naturae imbecillitas non patitur, ut omnia ſcrutetur, deprehendat, animadvertat, percipiat. Tot ac tanta tamen litterarum monumentis commendo, ut ſuperbire mihi non videar adſeveranter adfirmans, a nullo alio totidem inveſtigata, & eruta, & dicta, & ſcripta, fuiſſe, qui de rebus Eccleſiae Florentinae geſtis aliquid commentatus ſit.

XI. In ſex Libros, totidemque Volumina, opus diſpertiri in animo habeo. Primus autem Liber ſeu Volumen ab anno obitus Apoſtolorum *Petri* & *Paulli*, quod tunc Eccleſiam Chriſtianorum aliquam Florentiae eſſe coepiſſe ſatis veriſimile videatur, initium ducit, & in anno CCCXII. Imperii autem *Conſtantini Magni* VI. definit. In hoc copioſa & luculenta fit enumeratio Eccleſiarum Sanctis Martyribus *Mineati*, & *Acbriſcbio* ſeu *Criſco*, ſacrarum: nam, cum eorum vitae & Martyrii Acta ſincera non exſtent, tot Eccleſiae ſacraeque Aedes eorum nominibus inſignes, illos vere olim exſtitiſſe, & pro Chriſto ſanguinem vitamque fudiſſe, & ideo cultum

ac

Digitized by Google

ac venerationem a populis iure optimo meruiſſe, aperte & manifeſte demonſtrant. Alterum Volumen ab anno CCCXIII. incipit, & in eo haeret atque conſiſtit, nec ulterius progreditur. Quum enim ibi opportune de Epiſcopatus Florentini inſtitutione & origine agendum mihi fuerit: de eius principio ac progreſſu; de dominio, ditione, dioeceſi, fundis, reditibus, honoribus, dignitatibus, iuriſdictione, & poteſtate; de Caſtris, Vicis, Pagis, Villis, hominibus, ei ſubditis vel obnoxiis; de Eccleſiis, Monaſteriis, Xenodochiis, Noſocomiis, & id genus locis, quae liberi eius iuris ſunt, vel ab eius dominatione aliquatenus dependent, verba facere neceſſe habui. Omnia haec ſecundo Volumine comprehenduntur, ſaltem ex parte: non enim ultra Eccleſiarum & eiusmodi Aedium, Vrbanarum & Suburbanarum, recenſionem, quum ad hanc iam deſcendiſſem, extenditur. In tertio Volumine eadem materies continuatur: nam Eccleſias per Dioeceſim late diſſitas atque diſperſas, & ſi, quae extra Dioeceſim ſunt, ad Epiſcopi Florentini dominium pertinentes, accurate numeratas diligenterque deſcriptas complectitur. De electione inde Epiſcopi; de poſſeſſione Eccleſiae & Epiſcopatus ei rite tradita; de eius titulis, denique, honoribus, dignitatibus, ac praerogativis, diffuſe, copioſe, luculenteque, agit. Poſtea Acta quaedam ſpuria ac ſubpoſititia, aut dubia, producuntur, ne Lectorum curioſitas per haec etiam reliqua ſterilia, & anfractus periculoſos, vagari interdum gaudens, huiuſmodi ſpectaculi, licet contemtibilis, inani oblectatione fruſtretur. Hinc Canon Chronologicus eorum, quae in Adnotationibus narrantur, & ediſſeruntur, non tam utiliter, quam laborioſe contexitur, indicatis Voluminum paginis, quo quiſque ad oſtenſum locum accurrere poſſit, &, quae expetit, latius uberiuſque percipere. Tandem pro coronide Index locupletiſſimus nominum, verborum, & rerum, memorabilium, quae tribus prioribus Voluminibus comprehenduntur, in calce additur. In quarto Volumine Dioeceſeos Florentinae, omniumque eius Eccleſiarum, & ſacrorum locorum, integra, prolixa, accurata, & copioſa, Deſcriptio, ſeu Chorogra-

graphia Eccleſiaſtica, quae iuris ac poteſtatis ſpiritalis, ut vocant, Epiſcopi extenſionem & amplitudinem explicet; &, quantum territorii ab eius ſacra Ordinatione & Chirotonia dependeat, ob oculos ponat, continetur. Nec praeſentem tantum Dioeceſeos ſtatum & conditionem ſolicite exponit; ſed vetuſtos & prope obliteratos ſacrae Provinciae ac Praefecturae habitus indaganter perſequitur, & perſpicue declarat: non enim in hoc opere noviſſimam tantum Eccleſiarum, ſacrorum locorum, & ſacerdotiorum, faciem exhibere mihi propoſui; ſed, quomodo olim etiam & antiquitus res ſe haberent, inveſtigare, & eruere, & docere, in votis habui. Quinto & ſexto Voluminibus annorum ſeries iterum adſumitur, & ſecundum numeros continuatur, & quicquid ſingulis annis memoria dignum in Eccleſia & Dioeceſi Florentina contigit, recta ordineque narratur.

XII. Licet autem huic primo Volumini Appendix quaedam adnexa fuerit, ad aliqua emendanda, aut ſubplenda, aut inluſtranda; non tamen adeo amplam & copioſam conficere fas fuit, ut omnia animadverſione digna in ea congererentur: nam animi & oculorum aciem multa ſaepe fugere, quae caſtigationis, aut declarationis, indiga, corrigi, aut dilucidari, debuiſſent. Itaque obſervandum in praeſens eſt, confuſionem quamdam Hiſtoriae a me properanti & incauto *pag.* 496. inductam fuiſſe; quae diſſolvenda, & amolienda, omnino eſt; ibi enim inſubide dixi, *pag.* 359. de *Iordano ab Inſula* Vicario *Caroli* Regis Neapoleos agi; quod quidem falſum eſt. Non enim ibi de *Iordano ab Inſula* agitur; ſed de *Iordano* alio Vicario Tuſciae pro *Manfredo* Rege verba fiunt, quemadmodum *pag.* 464. qui erat inſuper Senenſis Civitatis Praetor. Non igitur unus cum alio confundendus fuerat; quando & tempora ipſa repugnant.

XIII. Illud inſuper animadverſum velim, etſi iſtud heic retractavi & correxi, quod in huius Voluminis Appendice facere incaute neglexeram; multa alia me recte ac diligenter reformaturum vel inducturum eſſe in eo, quem paullo ſuperius memoravi, Canone Chronico; in quo iam dicta

dicta ſparſim, & cumulate ſcripta, & in anteceſſum prolata, in compendium coacta, & ſecundum annorum ſeriem digeſta, breviter repetenda & in memoriam revocanda erunt, ut concinnus & ordinatus conſpectus tam multorum monumentorum temere, & tumultuarie, & prout res & occaſio ferebat, ſcripto mandatorum, Lectoris oculis obiiciatur: nonnulla etiam ſubpleturum, apteque inſerturum, quae commode & congruenter alibi producere, vel conſulto omiſeram, vel imprudenter oblitus fueram, vel minime quiveram, quod eorum notitiam nondum adſequutus fuiſſem: id quod magis magiſque evincet, me meam fidem ſuo loco & tempore liberaturum de iis, quae paullo ante §. X. facturum me & praeſtiturum recepi.

XIIII. Quamquam autem ea omnia in hoc Volumine praeſto, & in aliis conſequuturis bona fide praeſtiturus ſum, amplius tamen eadem ornatum inſtructumque ire lubuit, & tabulis aeri inciſis decorare, picturiſque venuſtis & operi congruentibus nobilitare. Siquidem in ipſa Voluminum fronte Templi maximi Florentini, late famigerati, & in quo materiam pretioſam opus exſuperat; & vetuſtae Sancti *Ioannis Baptiſtae* Aedis, tinguendis luſtrali ſalubrique unda mortalibus deſtinatae; & marmoreae egregiaeque Turris aere ſacro ſonantis, minantiſque ſideribus; & Columnae aeternam antiqui miraculi memoriam ſiſtentis; formae, & ſcenographiae, affabre delineatae intuentium animos mirabilitate percellunt. Horum autem Prolegomenon ſcriptionem deficientem pictura non invenuſta excipit, qua Chriſtus cum muliere Samaritide ad Iacobi Puteum conloquens, & aquam vivam ſalientem in vitam aeternam ſtupenti & cupidae obſerens, exhibetur; ex quo vitali fonte, ſi qua in meo hoc opere dicta bene, & recte ac ſapienter ſcripta, ſunt, large & unice profluxerunt. Si qua vero minus liquida, ſinceraque, & turbido errorum coeno inquinata, exſtant; ex lagena nondum ſanctificatae mulieris, infirmae ſcilicet humanae naturae, importune exundaviſſe, & temere effuſa eſſe, credantur. Quum autem *pag.* 27. Baſilicae inſignis, D. *Minéati* Martyri ſacrae, honeſta & opportuna mentio fiat, eius faciei adverſae ſectilibus exoticiſque marmoribus

Digitized by Google

exornatae proſpectum pictura veritatis aemula expreſſum adponere non omiſi. Ad *pag.* 506. vero, faciem Eccleſiae Coenobii ſeu Xenodochii Teupaſcienſis anticam, & quaedam e regione obſtantia ſimulacra, manu egregii artificis deformata, apte & convenienter adieci; quod ibi de illa Eccleſia & Xenodochio multa, & pluſquam alibi, e re nata, memoriae prodiderim. Ad *pag.* 595. ſcenographia Eccleſiae Sancti *Criſci* in Valle Cava, & circumſtantium locorum, haud intempeſtive & iniucunde adiuncta eſt. In fine autem huius Voluminis *pag.* 694. quum tot ibi, & in praecedentibus paginis, vetuſta Epigrammata, & ſepulcrorum Inſcriptiones, abunde & acervatim in medium adducantur, abs re eſſe non putavi, ad illarum ornatum, antiqui ſarcophagi, licet ethnici, imaginem exhibere; ex cuius ſuperſtitioſa Bacchanalium ſculptura ſaltem doceamur, a quam turpibus & vaeſanis orgiis, ad puros ritus, & decentia ſacra, & caſtas caeremonias, & religionem ſanctiſſimam, nos Chriſtiana ſapientia feliciter & fortunatè tranſtulerit. Tamdem indictum non praeteribo, meam etiam effigiem initio Voluminis adnecti me voluiſſe; magis ut Tomum inſtructiorem & elegantiorem efficerem; quam ut gloriolam aliquam, & popularem auram, ambitioſe captarem. Quid enim mei vultus pictura facit ad honorificentiae adfectationem, & ad laudis vulgaris & trivialis aucupium? Seu mei memoriam propagare velim, ſeu nomen aliquod quaerere, ſeu veram mei imaginem intuentium oculis ſiſtere; libros & commentaria, quae elucubravi & publici iuris feci, qualiacumque illa ſint, animoſe produxerim, ex quibus certe quilibet clarius & liquidius perſpiciet, & intellexerit, qualis ſim, qualis fuerim: potiſſima enim hominis & principalis pars animus eſt: hic alte deprehendendus, & penitus pernoſcendus: gracilia monogrammi corporis lineamenta tenuiter & vix hominem monſtrant.

XV. At quiſpiam fortaſſe dicat, rerum, quae ſcribuntur, intelligentiae perſpicuae, & comprehenſioni abſolutae, conducturas potiſſimum tabulas, in quibus Vrbis Florentiae, & eius Eccleſiarum, aedificiorum illuſtrium, platearum, vicorum, compitorum, imagines affabre & diſtincte delinea-

tae eſſent; & in quibus univerſae Dioeceſis Eccleſiaſticae Florentinae deformationem integram plenam & exactam, cum Opidis, Caſtris, Vicis, Pagis, Villis, omnibuſque iſtorum Eccleſiis, Xenodochiis, aliiſque domibus religioſis; ſervata proportione, emenſa diſtantia, poſitura deſignata, ſitu indicato; ſive in camporum aequore exſiſtant, ſive in montium & collium cacumine emineant, ſive in vallium profunditate iaceant, ſive in apricis areſcant, ſive in opacis umbrentur, ſive inrigentur fluviis, ſive rivis ſcateant, ſive fontibus refrigerentur; pictura exilis, minuta, curioſa, diligentiſſime exhiberet. Id quidem & ipſe non diffiteor, aut diſſimulo; & ſub pectore non ſemel voluravi: ſed poſt maturum examen, & rem melius diutiuſque perpenſam, eas tabulas quarto Volumini opportuniores, & congruentiores, fore exiſtimavi. Illi igitur conſiderate reſervo, quas, ſi Deus faxit, & proſperam longaevitatem mihi donaverit, multipliciter pingendas, & diverſimode diſtribuendas, curabo. Tres enim, aut quatuor, Vrbis Florentiae diverſis aetatibus conſideratae, ichnographias iucunde utiliterque praeſtabo: temporum ſcilicet Etruſcorum & Romanorum; Langobardicorum deinde, & Francicorum; ſuorum tamdem, quum in libertatem adſerta ſeſe per ſe ipſa rexit & gubernavit; Florentiae effigiem ſeu lineamenta legentium oculis contemplanda ſubiiciam. Quod vero ſpectat ad Dioeceſeos Florentinae deſcriptionem atque picturam, generalem daturus ſum unam, & alias particulares, quae melius & plenius Regiones nonnullas, & Pagos, quorum tractatio accuratior diffuſiorque neceſſaria ſit, & clare ac dilucide repraeſentent.

Haec volebam, Lector benevole, neſcius ne eſſes.

MO-

MONITVM

Quum Hiſtoriae huius contextus, continuo curſu, & perpetua paginarum connexione, deſcriptus in hoc Tomo primo non fuerit; quod Adnotationum copia & prolixitas paginarum capacitatem totam interdum occupaverit, & contextus illius adpoſitum & adſcriptionem excluſerit; ne Lectori interrupta ſeries, & frequens multaque paginarum evolutio, ut τὸ κείμενον *conſerendum connectendumque adſequatur, negotium faceſſat & faſtidium adferat; contextum illum initio huius Voluminis continuum, connexum perpetuo, nec unquam intermiſſum, iterum deſcribendum curavi, indicatis in ora inferiore paginis, in quibus Adnotationes dicta & loca ſingula confirmantes & inluſtrantes reperire eſt.*



DISTRIBVTIO TABVLARVM

aeri inciſarum in hoc Volumine.

Auctoris effigies, ante Praefationem.
Proſpectus Eccleſiae Sancti Mineatis, pag. 27.
Proſpectus Eccleſiae Teupaſcii, pag. 506.
Anaglypha Teupaſcii, pag. 506.
Scenographia Eccleſiae Sancti Criſci, pag. 595.
Sarcophagus Lucenſis, pag. 694.

D3015

Digitized by Google



Carol. Gregory ad Vivum del. et ſculp.

Digitized by Google



Thom. Arrighetti del. *Andr. Scacciati incid.*

MEMORABILIA
SANCTAE ECCLESIAE
FLORENTINAE

LIBER PRIMVS.

FActurus ne operae pretium ſim, ſi a principiis ipſis repetitas res Eccleſiae Florentinae perſcripſerim, nec ſatis ſciam, nec ſi ſciam, dicere auſim; quippe qui cum veterem, tum vulgatam, eſſe rem videam, dum novi ſemper Scriptores, aut in rebus certius aliquid adlaturos ſe, aut inveſtigandi diligentia obſcuram vetuſtatem inluſtraturos, arbitrantur. Vtcumque erit, iuvabit tamen rerum geſtarum memoriae iam principis Populi, & matris [1] Eccleſiae, pro virili parte & me ipſum conſuluiſſe. Res eſt quidem immenſi operis, ut quae ſupra milleſimum ſeptingenteſimum fere annum repetatur, & quae ab exiguis profecta initiis, eo ob temporum difficultatem devenerit, ut media non minus, quam prima, aetas monumentorum penuria laboret; proximioribus au- A. Ch. 66

1 *Pag.* 1. Adnot. *a*

 1 *Pag.*

A. Ch. 66 autem ſaeculis eo creverit, ut iam magnitudine ſua Scriptorem obrutura videatur. Quae ante conditam, condendamve, Florentinam Eccleſiam, piis magis decora fabulis [1], quam incorruptis rerum geſtarum monumentis, traduntur, ea nec referre, nec confutare, in animo eſt; ſed, ſilentio veritatis ſoqueſtro, dabo hanc veniam Antiquitati, ut, miſcendo praeclara & admiranda narrationibus veris, primordia Eccleſiarum auguſtiora faciat. Illud magis curae erit, ut apto Civilis Hiſtoriae contextu Eccleſiaſticam aut enervem ſaepe & labilem firmem; aut mancam & hiulcam, quoad fieri poterit, expleam. Itaque exordium ſcribendi faciam ab anno Aerae Vulgaris
66 LXVI. † quo Romae *Petrus*, & *Paullus*, *Chriſti* Apoſtolorum Principes, ſub *Nerone* Auguſto martyrium inluſtre feciſſe; & iacta a ſe non tam Romanae, quam univerſae, Eccleſiae fundamenta, ſanguine fuſo, confirmaſſe, perhibentur; nam vero non abludit, Florentiae tunc Chriſtianos nonnullos fuiſſe [2]. Hiſce temporibus Etruria nullo, ut videtur, Praeſide, aut Praetore, Correctoreve, quales deinde fuerunt, regebatur [3]; ſed Romani Magiſtratus univerſam moderabantur, propriis Tuſcarum Vrbium Magiſtratibus [4] ab eorum nutu & auctoritate pendentibus. Quanta autem, & qualis, *Neronis* temporibus Florentia fuerit, argumento eſſe poteſt honorifica Florentinorum ad *Tiberium* Imperatorem legatio [5], ut orarent ne Clanis ſolito alveo demotus in amnem Arnum transferretur, idque ipſis perniciem adferret. Anno id quidem XV. Aerae Vulgaris contigiſſe videtur: at aliud, & quidem inluſtre, ſuae amplitudinis indicium Florentini anno XVIII. praebuerunt, quum ſplendidiſſima eorum Colonia *Auguſti*, & *Tiberii*, Caeſarum, ac *Liviae* Auguſtae, Natalia in perpetuum quotannis magnificentiſſime celebrare ſtatuit, decretis divinis honoribus, victimarum, ſcilicet, duarum immolatione ad aram Numini Auguſto dicatam; Decurionum, & populi, coena; gratiarum actione, vitulique mactatu; invitatis a Decurionibus ture & vino Caeſarum Geniis ad epulandum, ara Numini Auguſto excitata, ludiſque ſex dierum ſpatio Idibus Auguſti; mulſi & cruſtuli largitione Natali *Liviae* Auguſtae mulieribus vicanis ad Bonam Deam congregatis; mulſi item & cruſtulorum diſtributione dedicationis die ſtatuarum Caeſarum & Augu-

1 *Pag.* 1. Adnot. *b*
2 *Pag.* 2. Adnot. *a*
3 *Pag.* 3. Adnot. *a*
4 *Pag.* 3. Adnot. *b*
5 *Pag.* 3. Adnot. *c*

4 *Pag.* 1 *Pag.*

guſtae, ſexto Idus Martias, quo feſtivior ac frequentior quotannis ille dies eſſet; qua die *Tiberius* Caeſar Pont. Max. creatus fuit [1]. Sed & Coloniae decus [2]; quo eam Triumviri, non ſecus ac alias praeclaras, vetuſtaſque, Tuſciae Civitates, auxerunt, eius dignitatem luculenter oſtendit; qua & Sullanis temporibus praeſtabat, quibus ſplendidiſſimum fuiſſe Municipium [3], in comperto eſt. Hinc Tuſcorum Metropolin, ſive primariam Vrbem, fuiſſe, facile eſſet arguere, niſi res prope manifeſta doceret; quum *Florentia Tuſcorum* diceretur [4], & in ea Corrector Etruriae inſequutis temporibus reſideret. Nec Vrbis anguſtias & tenuitatem [5] ex eo quis ſe deprehendere exiſtimet, quod ſaeculo XI. quando ampliori moenium ambitu cincta eſt, brevi admodum ſpatio comprehenderetur; nam quae ſaeculo VI. a Gotthis & Langobardis clades & vaſtitas inlata eſt, pomoeria noſtrae Vrbis anguſtiora eſſe coegit, dirutis late aedificiis, quorum reliquiae extra deſignatum a noſtris Scriptoribus veterem Vrbis circuitum adhuc ſuperſunt. Er profecto quis parvam anguſtamque Vrbem eam credat, in qua fora, ſtatuas, templa, baſilicas, balnea, theatra, amphitheatra, aliaque ingentia & ſumtuoſa aedificia fuiſſe, manifeſta veſtigia, proximioribus ſaeculis effoſſa ac retecta, demonſtraverunt [6]? Porro antiquitas etiam Vrbis ſplendorem augeat; quum procul a vero aberrare videantur, qui eius initia a *Sulla*, vel Triumviris [7], repetunt; & pervetuſtam eſſe, ſubindicet probabilis auctor *Plutarchus*, modo is auctor ſit, qui in eo Volumine, quod *Graecarum & Romanarum Hiſtoriarum Parallela* inſcripſit, perantiquum exemplum adfert de *Lucii Troſcii* filia, quae a patria *Florentiam* nomen accepit [8]. Quin, nec *Sullae* aetate ſplendidiſſimum Municium fuiſſet, niſi & vetuſtiſſimum [9]; ſiquidem non extem-

A. Ch. 66

1 *Pag.* 4. Adnot. *a*
2 *Pag.* 4. Adnot. *b*
3 *Pag.* 5. Adnot. *a*
4 *Pag.* 5. Adnot. *b*
5 *Pag.* 6. Adnot. *a*
6 *Pag.* 8. Adnot. *a*
7 *Pag.* 8. Adnot. *b*
8 *Pag.* 8. Adnot. *c*
9 Multa alia ſunt, quae remotam Florentiae & nobilem antiquitatem arguant; atque inprimis Coloniae quaedam antiquitus a Florentinis deductae fuiſſe videantur. Et primum in Hiſpania Baetica occurrit *Florentia Illiberis*, quae a Tuſcis Florentinis Coloniam illuc deducentibus nomen accepiſſe videri poteſt; vel ſaltem a Florentinis in eam beneficia conferentibus, aut foedere iunctis & amicitiam colentibus. Illiberim autem *Florentiam* dictam fuiſſe, evincunt Inſcriptiones quaedam Romanae non multis ab hinc annis in Baetica Provincia effoſſae atque erutae, quae ad me Venetiis typis deſcriptae miſſae fuere, in quibus exſerte ac integre legebatur FLORENTIA ILLIBERIS ſeu FLORENTINI ILLIBERITANI, quas hic non profero, quia in praeſens ad manus non habeo. Evincunt etiam Inſcriptiones a *Ferdinando Mendozza* in *Commentario de Concilio Illiberitano* productae, quae ita habent.

COR-

A. Ch. 66 extemplo, ſed maturo temporis lapſu, occultoque aevo, Civitates augeſcunt; & tacitis incrementis populoſae ac magnificae evadunt. Immo, ſi id magnificentiae & amplitudinis conſectarium eſſe poteſt, cultos fuiſſe Florentinos, & liberalibus diſciplinis vacaſſe, vel illud innuat, quod Graecani-

CORNELIAE
F. SEVERINAE
FLAMINICAE
AVG. MATRI
VALERII VEGETI
CONSVLIS
.... RENTINI ILIBERRI
D. D.

Æt alia

....
..... VI. CORNE ....

.... NICIPI FLORENTINI
ILLIBERRITANI DEVOTVS
ORDO NVMINI MAIESTATI
QVE SVMTPV PVBLICO
POSVIT

Ex hiſce Inſcriptionibus perſpicuis & diſertiſſimis emendanda eſt Inſcriptio corrupta & perperam exarata apud *Gruterum*, & *Muratorium*. Et apud *Gruterum* quidem *pag.* CCLXXII. ubi ita legitur.

FLAVIAE . VALERIAE . TRANQVILLINAE . AVGV
STAE . CONIVG . IMP . CAES . GORDI . PII . FELI
AVG . ORDO . MILIT . FLOPIANI . ILLIBERITANI
DEVOTVS . NVMINI . MAIESTATIQVE . SVMPTV
PVBLICO . POSVIT

Ipſe quidem putavi, vocis FLOPIANI litteras in mormore detritas aliquantum, & vetuſtate corruptas fuiſſe, adeoque male lectas, peiusque deſcriptas. Itaque reſtituendum cenſui FLORENTINI. Mendum quoque ineſſe exiſtimavi in illo MILIT. & corrigendum eſſe MVNIC. hoc eſt MVNICIPII. Eadem antem Inſcriptio apud *Maratorium pug.* CCLI. emendatior habetur, ſed depravatum pariter eſt nec bene lectum illud FLORI; quod reſtituendum eſt FLORENTINI. Meas cenſuras deiude confirmari vidi ab eadem Inſcriptione emendatiſſime ab laudato *Mendozza* producta, quae ita habet.

FVRIAE . SABINAE . TRANQVIL
LINAE

AVG.
CONIVGI . IMP . CAES . M . AN
TONI . GORDIANI . PII . FEL .
AVG . ORDO . M . FLOR . ILLIBER
RITANI . DEVOTVS . NVMINI
MAIESTATIQVE . SVMPTV
PVBLICO POSVIT
D. D

Cur autem *Florentiam Illiberim* Florentinorum Coloniam eſſe exiſtimem, in cauſſa eſt nomen idem. Nam qui novam Vrbem condebant ſaepe de ſuo nomine auncupabant, ut Athenis diverſis, & Piſis, & Senis, contigit. Item Tuſcorum mos navigandi, traiiciendique in regiones louginquas, & in eis Vrbes aedificandi, & deducendi Colonias. Et quum Florentini inter Tuſcos mirabilis induſtriae ſemper fueriot, & mercaturae maxime addicti; Baetica autem Regio auri, aliorumque metallorum, & olei, ac lanae, feraciſſima fuerit; nil mirum, ſi Florentini in Baeticam Provinciam facile, crebruque, navigarent, aliis Tuſcis maritimis admixti, ſeu eorum navigiis conducti: facilis enim, Arno ſecundo flumine deferente, ad mare deſcenſus. Sed & in Phrygiam profectus, & Ilii auctor, *Dardanus* Corytum Tuſcam Civitatem patriam habuit. Imo tanta fuit eorum terra, marique, potentia, ot etiam oavigationes extra Columnas Herculis in mare Oceanum inſtituerint. *Diodorus* enim Siculus *Lib. V.* ita ſcribit: *Οἱ δ' οὖν Φοίνικες διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας ἐρευνῶντες τὴν ἐκτὸς τῶν Στηλῶν παραλίαν, καὶ παρὰ τὴν Λιβύην πλέοντες ὑπ' ἀνέμων μεγάλων ἀπηνέχθησαν ἐπὶ πολὺν πλοῦν δι' Ὠκεανοῦ. χειμασθέντες δ' ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας προσηνέχθησαν τῇ προειρημένῃ νήσῳ, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν αὐτῆς καὶ φύσιν κατοπτεύσαντες ἅπασι γνώριμον ἐποίησαν. διὸ καὶ Τυῤῥηνῶν θαλαττοκρατούντων, καὶ πέμπειν εἰς αὐτὴν ἀποικίαν ἐπιβουλομένων, διεκώλυσαν αὐτοὺς Καρχηδόνιοι. Hac igitur ratiune Phoeuices, inveſtigando ultra Columnas oram, quum Africae litora legerent, ingentibus ventorum procellis ad longiquos in Oceano tractus ſunt abrepti; ac per multos dies* vi

nicas litteras probe callebant, prout, quae aetatem tulerunt, ſepulcralia epigrammata Graece ſcripta, in Vrbe, vel eius agro, reperta luculenter evincunt [1]. Itaque mirari non ſubit, ſi Vrbem adeo praeclaram *Iulii Caeſaris* nomine inſigniri, & *Iu-* A. Ch. 66

vi tempeſtatis iactati, tandem ad praedictam inſulam adpulerunt, naturamque eius ac felicitatem, a ſe perſpectam, in aliorum deinde notitiam perduxerunt. Ideo Tyrrheni quoque, cum maris imperio potirentur, Coloniam eo deſtinarunt, ſed Carthaginienſes illis obſtiterunt. Sed quam magnum, atque celebre, per omnem illum terrarum orbem, qui in Europam, Aſiam, & Africam diſtinguitur, fuerit Tuſcorum nomen, oſtendere voluit *Ariſtides* in Oratione in *Bacchum* dicta. Ἰνδοὺς δὲ, inquit, καὶ Τυῤῥήνους λέγουσιν ὡς κατεστρέψατε. ἀντιτιθέμενον δοκεῖ ἐμοὶ διὰ μὲν Τυῤῥηνῶν τὰ πρὸς ἑσπέραν. διὰ δὲ τῶν ἑτέρων τὸν πρὸς ἕω τόπον, τῆς γῆς ἁπάσης ὡς αὐτὸν ἄρχοντα. ideſt: *Quod autem Indos dicitur & Tyrrhenos ſubingeſſe, intelligitur, ut mea fert opinio, toti eum terrae imperare: Tyrrhenis pro Occidentalibus, alteris vero pro Orientalibus, terrae partibus ſumtis.* In cauſſa quoque eſt, cur ita opiner, quod quaecumque alia Oppida, quibus *Florentia* aut *Florentiola* nomen eſt, vel in Etruria ſunt, vel in Regionibus, quibus olim Etruſci dominabantur. Nam ſive *Florentia Iſtriae* in medium adſeratur; modo *Florentia*, & non *Floriana*, legendum ſit; Tuſcos Hadriae Vrbis conditores fuiſſe & Hadriatico mari nomen dediſſe compertum habemus: & trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, uſque ad Alpes tenuere, teſte *Livio Lib. I.* quare & Iſtriam occupaviſſe videantur. Ad rem faciunt, quae Scriptores veteres de Tuſcorum cum Argonautis ad Iſtriam pugna fabulati ſunt. Sive proponatur *Florentia*, vel *Florentiola*, quae inter Placentiam, & Fidentiam, exſtat, loca illa ab Etruſcis occupata fuiſſe, cognoſcimus: nam tractus agri, qui Bononiam, Mutinam, Parmam, Placentiam, & Mediolanum, Mantuamque intercedit, a Tuſcis poſſidebatur, ut ex *Livio Lib. XXXIX. Cap. XIV.* & *Procopio Lib. II. Hiſtor. Gottorum* & *Iſidoro Lib. XV. Originum Cap. I.* intelligimus. Sive *Florentiola* quaedam in Apulia ſita memoretur, ut fit ab *Io. Villanio Lib. VI. Cap. XLII.* in confeſſo eſt, Tuſcos ultra Tiberim in Campaniam, Apuliam, & Calabriam, & a mari Supero ad Inferum, imperium ſuum protendiſſe; & *Livium Lib. I.* legiſſe ſufficit. Supervacaneum autem exiſtimo *Florentiolae* noſtratis mentionem facere, quae non niſi ab noſtra Vrbe domina tale nomen promereri potuit; nam & in eius agro exſiſtit. Sed mihi forte obiciatur, cur *Florentiae* potius, quam alterius Etruſcae Civitatis, Tuſci Vrbibus hiſce atque Opidis nomen indiderint? Quid ſi Florentini aliis Etruriae populis audacia, & ſtrenuitate, praeſtitiſſent; & facilius frequentiuſque in alienas ſeu remotiores Provincias diſcurrere adgreſſi fuiſſent? Quid ſi reliquis Etruriae Populis ambitioſiores ſuae Vrbis nomen propagare ac multiplicare certaviſſent? Quid ſi Florentia Etruſcarum Civitatum, etiam antiquitus, principalis & maxima fuerit? Non me quidem latet, Vrbes, in quas deductae Coloniae fuere, ab eo qui deduxit Imperatore, vel Auguſta, vel Duce; vel ab eo, cuius honori deductae fuere, veluti praenomen adſumſiſſe, ut *Claudia*, *Iulia*, *Auguſta*, *Agrippina*, *Vlpia*, *Flavia*, *Aelia*, &c. ſed hic non agitur de alicuius Caeſaris, aut Ducis, nomine, ſed de nomine Florentiae Civitatis: nam nullus *Florentius*, aut *Florentinus*, ſive Caeſar, ſive Rex, ſive Dux, in antiquis Hiſtoriis occurrit. Illiberis inſuper Colonia Romanorum non fuit. Sed, ut iam dixi, conditores ſaepe Vrbibus, & Opidis, nomen patriae ſuae impoſuerunt. Sic *Dias* Athenienſis, quum Vrbem in Euboea aedificaſſet ἀπὸ τῆς πατρίδος ὠνόμασεν *a nomine patriae nominavit*, ut *Stephanus* ſcribit. *Scipio* Oppidum in Provincia Baetica a patria Regione & Italis militibus in eo depoſitis *Italicam* adpellavit. Corduba *Patricia* cognominata fuit, quod nobiles & patricii Romanorum eius Coloni fuerint. Byzantium *Nova Roma* dicta eſt, quod Romani Caeſares domicilium in eam tranſtulerint. Nam & ab incolis Vrbes nomina ſibi nova quaeſierunt. Sic Gaza *Ione* etiam vocata fuit, ex *Ius*, quae illuc adpulit & manſit. Vocata fuit etiam *Minoa*, quod *Minos* una cum fratribus ad eam profectus fuerit. Adderem etiam potuiſſe populos nomina Italicarum Civitatum vel honoris cauſa ſibi adrogare, unde *Faventia Barcino*, *Concordia Iulia Nertobriga*, *Genua Vrbanorum Vrſo*, *Auguſta Firma Aſtigium*, *Alba Vrgaon*, *Laus Ilipula*, omnes in Hiſpania: & ſic *Florentia Illiberis*. Vel iis ab Romanis tributa ſunt, quod probabilius puto; adeoq. ab Romanis Illiberis *Florentia* cognominata fuerit, ad ſuae Civitatis Italicae honorem. Multa alia argumenta, indicia, & coniecturas, ad remotam Florentiae & Etruſcam antiqitatem comprobandam congero & acervatim accumulo in Diſſertationibus vernaculo ſermone exaratis, quibus Florentinas antiquitates pertracto.

1 *Pag.* 9. Adnot. *a*.

A. Ch. 66 *Iuliam Florentiam* adpellari, orbis terrarum Principes voluiſſe, quidam exiſtimaverint [1]; Populuſque Romanus, & deinde *Hadrianus* Imperator, Viam Caſſiam a Cluſinorum finibus Florenriam, tamquam ad inluſtrem Vrbem, perduxerinr [2]. Quantus tamen ager Florentinis colonis a Triumviris adſignatus fuerit, non adeo liquidum, ut facile expediri poſſit. Haud longe a veritate recedere videantur, qui antiquum agrum, & Eccleſiaſticam dioeceſin, iiſdem finibus circumſcribunt; niſi quod ſequioribus ſaeculis in dioeceſi Eccleſiaſtica aliquid immutatum fuiſſe, videri poteſt [3]. Moris enim fuit antiquitus apud Chriſtianae Legis homines, in adſignanda ſingulis ſacrorum Antiſtitibus dioeceſi, civilis rerritorii limites ſequi, & profanae ditionis terminis ſacrae praefecturac ambitum definire [4]. Itaque e re noſtra eſſe video, id, quod de huiuſmodi finibus ſollers atque exactus Auctor *Vinc. Borghinius* commentatus eſt, in medium adducere. *Sed miſſis fabellis*, inquit, *ſi hic canon rectus eſt, quae terrae a principio colonis noſtris adſignatae fuerint, facile intelligitur; & quam lati ac ſpatioſi fines eſſent, qui ab agro Piſtorienſi (ut ab uno capite exordium ſumamus) Pratum uſque, ubi etiam in praeſens Ad Confinia vocatur, pertingunt: unde dilatati Podium Caianum verſus, iuxta quod, uti territorii terminum, catena eſt: & inde ad Arnum pervenientes, & fluvii curſum ripaſque ſequentes, ubi ager Empulo adpropinquat, & a fluvio in adiacentes campos extenditur, Spiculi, Subilianae, & Praetorii, planitiem comprehendens. Hinc Arnum iterum tranſiens, non procul ab Elſae oſtiis, fit Lucenſi territorio conterminus, quatenus ager Miniatenſis praetenditur. Agrum inde Volaterranum confinem habet, Elſae flumen ercifcens, donec flumine tranſmiſſo ad Senas quamproxime accedit, & earum territorio conterminus Clantum verſus oblique porrigitur, donec amnem Arnum iterum offendit, agrum Feſulanum ex hac parte confinem habens; atque ipſam Faeſularum Vrbem circumiens, cuius ab hoc latere agrum admodum anguſtum efficit, Mucillum occupat, & Apenninum tranſgreditur: in qua parte obſervatione dignum eſſe videatur, quid nam in cauſſa eſſe potuerit, cur ager huc uſque extenſus ſit, quum ſoli ſterilitas colonorum deſideria excitare non poſſit: niſi id voluerunt, ut liberum in Galliam tranſitum per*

hos

1 *Pag.* 10. Adnot. *a*
2 *Pag.* 10. Adnot. *b*
3 *Pag.* 10. Adnot. *c*
4 *Pag.* 10. Adnot. *d* Addendus *Petrus de Marca De Concordia Sacerd. & Imperii Lib. I. Cap. III*

4 *Pag.* 1 *Pag.*

bos montes & expeditum baberent. At, utcumque res ſe habue- A. Ch. 66
rit, certum exploratumque eſt, bac ſemper dioeceſin Eccleſiaſticam
Florentinam patuiſſe, ut & Civile territorium; unde quaedam prae-
dii pars bactenus nomen babet. Illac per baſce Alpes Penninas, &
montes, Epiſcopatus Faventiae, Fori Cornelii, & Bononiae, limi-
taneos habet; & Apenninum iterum ſuperans in Mucillum regre-
ditur; indeque inter amnes Marinam, & Viſentionem, rurſus Pi-
ſtorienſes fines attingit, quum per octo Epiſcopatuum terminos pro-
prium limitem circumduxerit. Et bic bodiedum Florentinas ager eſt.
Atque ita quidem ille. Sic autem, ut dictum eſt, ſub Nerone
Principe, ac deinceps, Florentia ſe habebat, & Scaptiae Tri-
bui accenſebatur [1]. Interea *Linus Petro* in Romanae Eccleſiae
procuratione ſucceſſit †, viditque *Petri*, & *Paulli*, Praecepto- 67
rum ſuorum, Deo adnuente, vindictam; quum *Nero* manus ſibi
inferre coactus ſit, & *Galba* imperii habenas exceperit †. 68
Non diu tamen principatum hic tenuit, ſed trucidarus ab
ſuis, illum *Othoni* reliquit †, qui rebus minus proſpere ce- 69
dentibus, ſeipſe interemit, imperium invadente *Vitellio*; quo
pariter caeſo, *Veſpaſianus* Imperator acclamatus eſt. Hunc
demum fato functum † *Titus* filius excepit, cuius veteranus 79
miles *T. Flavius*, *Damarionis Geniani* frater [2], & *L. Acriſcbius*
Actbus, pariter miles [3], & alius quidam miles, qui deinde
per annos XIV. triticum peregrinum puellis praeſtitir, Flo-
rentini fuerunt [4]. *Linum* quoque Romanum Epiſcopum, qu-
um diem obiiſſet, excepit *Cletus*, ſive *Anacletus* †. Poſt *Titum* 81
e medio ſublatum *Domitianus* imperavit, ſub quo † *Anacletus* 91
Pontifex mortuus eſt, & *Clemens* in eius locum ſubrogatus,
qui doluit † videns crudelem in Chriſtianos perſecutionem a *Do-* 95
mitiano Principe excitatam. Hic tamen non diuturnum ha-
buit immanitaris exercitae gaudium, ſed † anno inſequenti 96
rebus humanis exemtus ſceleris graviſſimi poenas dedit. *Ner-*
va in imperio ſucceſſit; qui alimenta utriuſque ſexus pue-
ris praeſtanda conſtiruit †, & ſub quo Florentinus ille paul- 97
lo ante memoratus triticum peregrinum puellis praeſtitiſſe
videatur [5]. Hic inſuper Chriſtianos ob religionem deferri ve-
tuit, & in exſilium a *Domitiano* miſſos revocavit [6]; ſed vita
brevi defunctus imperium *Traiano* iam adoptato reliquit [7] †; 98

qui

1 *Pag.* 12. Adnot. *a*
2 *Pag.* 13. Adnot. *a*
3 *Pag.* 14. Adnot. *a*
4 *Pag.* 14. Adnot. *b*
5 *Pag.* 14. Adnot. *c*
6 *Pag.* 14. Adnot. *d*
7 *Pag.* 15. Adnot. *a*

A. Ch. 100 qui Chriſtianos perſequutus eſt †. Sub hoc *Clemens* Romanus Epiſcopus coelo receptus eſt; & eius ſucceſſor *Evariſtus*
110 renunciatus †; qui *Alexandrum* in Epiſcopatu ſucceſſorem
117 habuit †, ſicuti *Traianus* in imperio *Hadrianum*. Hic in Etruria Praeturam Imperator egit [1]; & Etruſcae Praeturae haec prima memoria eſt, quum antea, ut diximus, Romanae Vrbis Magiſtratibus haec provincia pareret Poſt *Hadriani* autem aetatem, *Praetores*, *Correctores*, & *Conſulares*, qui etiam *Moderatores*, *Rectores*, *Praeſules*, & *Praeſides*, *Provinciarum per Italias*, vocati fuerunt [2], Etruriam procurantes facile reperire erit [3]; nam *Hadrianus* Auguſtus huiuſmodi Provinciarum Praeſides inſtituit primus, quum in XVII. Provincias Italiam diviſiſſet [4]; in qua diviſione Tuſcia cum Vmbria quincta regio eſt [5]; qui quidem ordo etiam a *Conſtantino Magno* ſervatus fuiſſe videtur; nec *Honorius* & *Arcadius* immutaviſſe [6]. Sed & in duos Vicariatus Italia diſtributa eſt, quorum unus ſeptem Provincias, alter decem, continebat : & illae, *Vicario Italiae*; hae, *Vicario Vrbis*, parebant [7]. Vicarius Vrbis, Romae morabatur; Italiae, Mediolani. Tuſcia & Vmbria Vicario Vrbis ſubiectae erant, & cunctae Provinciae, quas ille regebat, ab eo, *Conſtantini Magni* aetate, *Vrbicariae* dictae ſunt, vel *Suburbicariae*, ſi Romae propiores fuiſſent [8]. Etſi vero Etruria univerſa nunc Vrbicaria, nunc Suburbicaria, diceretur; tamen peculiari diſtinctione in Tuſciam *Suburbicariam*, & *Annonariam*, partiebatur; & Suburbicaria quidem Romae proximior, Annonaria autem remotior ab Vrbe aeterna, erat : in hac Florentiam fuiſſe, non videatur dubitandum [9]. Sed, & ſi diviſio illa *Hadriani* ſervata fuit, tamen ab *Antonino Pio*, inſequutiſque Imperatoribus, Praefecturarum huiuſmodi nomen & ratio aliquatenus, ut diximus, immutata eſt; & ab eo quidem in Italiae quatuor *Conſularium Iudicum*, ideſt, Conſulari poteſtate Legatorum Auguſti, locum ſubrogati ſunt *Iuridici per Italiam* : tunc *Correctores Italiae* ſtatuti fuere, & *Campaniae*; poſt a *Conſtantino*, *Conſulares* iterum, & hinc *Correctores* denuo [10], qui diverſis nominibus, ut praefati ſumus, nuncupari

1 *Pag.* 18. Adnot. *a*
2 *Pag.* 18. Adnot. *b*
3 *Pag.* 18. Adnot. *c*
4 *Pag.* 19. Adnot. *a*
5 *Pag.* 19. Adnot. *b*
6 *Pag.* 20. Adnot. *a*
7 *Pag.* 20. Adnot. *b*
8 *Pag.* 20. Adnot. *c*
9 *Pag.* 20. Adnot. *d*
10 *Pag.* 21. Adnot. *a*

6 *Pag.* 1 *Pag.*

Digitized by Google

paſi fuere. Primus omnium poſt *Hadrianum*, qui Tuſciam A.Ch.
Conſularis rexiſſe creditur, *Titus Aurelius* fuit, qui deinde 117
Imperator *Antoninus Pius* adpellatus eſt. Ab *Hadriano* enim,
qui eum poſtea adoptavit, inter quatuor Conſulares, qui-
bus Italia committebatur, electus eſt ad eam partem Itali-
ae regendam, in qua plurimum poſſidebat, ut *Hadrianus* vi-
ri talis & honori conſuleret, & quieti [1]. In ea autem Ita-
liae parte Tuſciam comprehenſam fuiſſe, ingens ſtatuarum *An-
tonino Pio* in Etruria dedicatarum numerus evincit [2]. An ſub
Hadriano Etruriae Praetor *Antonianus* quidam fuerit, & *L.
Canuleius* pariter, alii eruditiores viderint [3]. At anno *Ha-
driani* tertio † *Alexander* Romanus Epiſcopus moritur, *Xy-* 119
ſtuſque in Pontificatu ſuccedit; *Hadrianus* vero Viam Caſ-
ſiam vetuſtate conlabſam a Cluſinorum finibus Florentiam
perducit [4]. Tres enim prae reliquis celebres erant in Etru-
ria Viae ſtratae: *Aurelia*, quae per maritima Etruriae du-
cebat Piſas verſus, vel ad illas; & ab Vrbe per Lorium,
Alſium, Pyrgos, Caſtrum Novum, & Centum Cellas, trans-
ibat: *Caſſia*, quae per mediam Etruriam ferebat; & eius ve-
ſtigia a Baccanis Sutrium, Vetrallam, & ad Aquas Paſſeris,
tendunt; & ultra haec per Vulſinios ad Cluſium: *Clodia*,
ſive *Claudia*, ex Caſſia deducta, quae per Arretium, Flo-
rentiam, & Piſtorium, ferebat Lucam [5]. Illam autem Viam
Caſſiam Florentiam ducentem a Populo Romano ſtratam
fuiſſe, patet; ſiquidem temporibus *Hadriani* vetuſtate con-
labſa dicitur: & haec *Hadriani* reſtauratio, Florentiam inter
Vrbes Etruriae principes antiquis etiam temporibus fuiſſe,
ad quam Viae a Romano Populo Principibusque ſterne-
rentur, ſubindicare videatur [6]. † Porro hic idem Imperator, 125
neſcio quibus furiis agitatus, ad Chriſtianos perſequendos
adgreſſus eſt, & quamvis paullo poſt † huiuſmodi furorem re- 126
preſſerit, tamen ſub eo † paſſus eſt *Xyſtus*, cui *Teleſphorus* in 129
Romano Epiſcopatu ſubfectus eſt. Sed quum *Hadriano* tam-
dem *Antoninus Pius* † ſucceſſiſſet in Imperio, ſub hoc Principe 138
† *Teleſphorus* Papa martyrio coronatus fuiſſe traditur, in cu- 139
ius locum *Hyginus* † ſubrogatus eſt; quem deinde *Pius* Ponti- 140
fex creatus † excepit; quo quidem Romanam Eccleſiam re- 141
gen-

1 *Pag.* 21. Adnot. *b*
2 *Pag.* 21. Adnot. *c*
3 *Pag.* 22. Adnot. *a*
4 *Pag.* 22. Adnot. *b*
5 *Pag.* 23. Adnot. *a*
6 *Pag.* 23. Adnot. *b*

4 *Pag.* † 6 1 *Pag.*

A.Ch. 143 gente †, & *Torquato* & *Attico* Coſ. *A. Catinnam Surium* Florentinum militem ſtipendia meruiſſe comperimus [1]. Interea *Antoninus Pius* Auguſtus datis literis Chriſtianos amplius vexari
152 vetat [2] †. Verum, *Pio* Romano Epiſcopo ſideribus recepro,
157 † *Anicetus* Pontifex renunciatus eſt, qui *Marcum Aurelium*
160 *Antonino* patri † ſuccedere vidit, & tamdem vitam morte com-
167 mutans Epiſcopatum *Sotero* vacuum reliquit †, qui, quum
176 pariter diem obiiſſet extremum †, *Eleutherum* ſucceſſorem
177 † habuit. Sub *M. Aurelio* Principe *L. Porcius Priſcianus* Tuſciae & Vmbriae Corrector fuiſſe, haud temere quidem videatur [3]. *Eleuthero* Romanam Eccleſiam moderante *Marcus Aurelius* naturae
180 conceſſit †, & *Commodus* filius, iam conſors Imperii factus, ſolus regnare coepit. *Commodo* autem imperante, quum Eccleſia pace gauderet, ingens hominum ad Chriſtiana ſacra amplexanda convolantium acceſſio facta eſt, cum Romae & in Italia, tum in provinciis & regnis remotioribus [4]. Sub hoc Principe, & ſub *M. Aurelio* etiam, ut videtur, *Q. Ter-*
182 *ſina Lupus* Florentinus † militavit [5]. Sed *Eleutherus* Pontifex mortuus eſt, *Victoremque* ſucceſſorem meruit, eodem exeunte
192 anno †, quo *Commodus* a ſuis obtruncatus fuit. In eius lo-
193 cum *Helvius Pertinax* † electus eſt, & paullo poſt interemtus, evectuſque ad Imperium *Iulianus*; quo mox pariter
194 caeſo, *Septimius Severus* Imperii habenas ſuſcepit. Sub hoc † *L. Gavius Iuſtus* Florentinus ſtipendia meruit, & Florenti-
201 nus etiam *Maximus* fortaſſis [6]. *Victore* autem mortuo † *Zephyrinus* Epiſcopatum Romanum obtinuit, doluitque, edictum a *Severo* promulgatum fuiſſe, quo Chriſtiani ritus pro-
202 hibebantur, poenaeque eos profitentibus inrogabantur † [7]. At paullo poſt *Septimius Severus* de Parthis, aliiſque natio-
203 nibus, debellatis † triumphavit; curaque triumphi demandata eſt *L. Caelio Rufo*, qui bis Tuſciae Corrector fuerat [8]. Sed,
211 quum *Septimius Severus* naturae conceſſiſſet †, eius filii *Caracalla* & *Geta* in eius imperium ſucceſſerunt. Porro, quum *Geta* a fratre occiſus fuiſſet, dein *Caracalla* ipſe interfici-
217 tur †, & *Macrinus* Imperator acclamatur, cui ſucceſſit † *An-*
218 *toninus Elagabalus*; ſicuti, mortuo hoc eodem anno *Zephy-*
219 *rino*, *Calliſtus* Romanus Epiſcopus † electus eſt. Quamquam non

1 *Pag.* 23. Adnot. *c*
2 *Pag.* 23. Adnot. *d*
3 *Pag.* 23. Adnot. *e*
4 *Pag.* 24. Adnot. *a*
5 *Pag.* 24. Adnot. *b*
6 *Pag.* 24. Adnot. *c*
7 *Pag.* 24. Adnot. *d*
8 *Pag.* 24. Adnot. *e*

5 *Pag.* 1 *Pag.*

non diu *Elagabalus* imperavit, Romanamque rem *Alexander Se-* A. Ch.
verus eius ſucceſſor † moderarus eſt; quemadmodum Romanam 222
Eccleſiam poſt *Calliſtum Vrbanus* †, qui Chriſtianam Religio- 223
nem in dies augeri non ſine gaudio ſubſpexit [1], & tamdem
martyrio coronatus † *Pontianum* in Epiſcopatu ſucceſſorem 230
habuit †. Sed hic quoque ſanguinem pro Chriſto fundere 231
meruit † & in eius locum *Antherus* ſubfectus eſt non aliter, 235
ac ad *Alexandri Severi* vita functi ſolium *Maximinus* evectus,
qui perſequutionem ſaeviſſimam in Chriſtianos homo crude-
lis ac barbarus movit. Brevem autem Pontificatum *Anthe-*
rus martyrio inluſtravit †, eumque *Fabianus* excepit. At *P.* 236
Titius Perpetuus una cum *Corneliano* Conſul quibuſdam fuiſ-
ſe videtur; qui quidem *Perpetuus* Tuſciae & Vmbriae Con-
ſularis fuit [2]. *Maximinus* vero brevi vita defunctus † impe- 237
rium *Gordiano*, qui regni conſortem *Gordianum Iuniorem* ad-
ſumſit, liberum reliquit. Verum anno inſequenti utroque 238
Gordiano ſupremum diem obeuntibus, *Pupienus* & *Balbinus*
Imperium occupant, quibus occiſis tertius *Gordianus* ſucceſſit,
quem tamdem *Philippus* excepit †. Hic vero poſt quinque 244
imperii annos occiſus †, & *Traianus Decius* Imperator re- 249
nunciatus, eſt; qui ſtatim Chriſtianae legis cultores inſectatus
† multum inſontium piorumque hominum ſanguinem fudit. 250
Itaque ſub eo *Fabianus* Pont. Max. *Chriſto* & veritati in-
terfectus teſtimonium inluſtre perhibuit; Florentiae autem
Mineas martyrio pariter coronatus fuit, licet hoc, an inſe-
quenti anno, ignoremus [3]. Huius incliti Martyris memoria
VIII. KL. Novembres ab Eccleſia recolitur; & pervetuſtus
in Etruria eius cultus eſt, ut templa illius honori excitata
teſtantur, quorum quaedam antiquiſſima exſtant. Haec qui-
dem ſunt:

Eccleſia Sancti *Mineatis* in Monte Regis, ſeu Florentino, iuxta Florentiam, cum iuncto Monaſterio, cuius memoria ab uſque *Caroli Magni* aetate repetitur [4]; & quam Tuſci eximia ſemper religione venerati ſunt, & immenſis prope reditibus laudabili prodigalitate auxerunt. Haec pro illorum temporum more adhaerens Xenodochium habebat [5].

Eccleſia D. *Mineatis* inter Turres, quae Florentiae eſt, una cum Paroecia; & in ea quidem Vrbis parte, quae ve-

tu-

1 *Pag.* 25. Adnot. *a*
2 *Pag.* 25. Adnot. *b.*
3 *Pag.* 26. Adnot. *a*
4 *Pag.* 27. Adnot. *a* & *pag.* 542. & 1178. & *ſeqq.*
5 *Pag.* 29. & 308. & 573. & *ſeqq.* 1178.

4 *Pag.* 1 *Pag.*

tuſtiſſima reputatur [1]. Aliae Eccleſiae huius Martyris nomine inſignitae, & quas nunc memoria ſubgerit, ſunt.

Eccleſia cum Parthenone Sanctimonialium Florentiae, in Via Sancti *Galli*, quae quum primum Monaſterium in ipſo Sancti *Mineatis* monte, extra Vrbem, ſitum habuiſſent,in urbanum deinde Xenodochium *Cippi*, ubi paullo ante Puellae *Cippi*, ſeu Sanctae *Catharinae*, habitarunt; & tamdem ad illam Eccleſiam, Carthuſianorum olim Hoſpitium, translatae fuerunt [2].

In Vrbe pariter cognomine [3] Sodalitium eſt, in Eccleſia & Paroecia Sancti *Nicolai* ultra Arnúm inſtitutum.

Item Xenodochium ad caput Pontis Florentini [4].

In reliqua vero Dioeceſi Florentina exſtant, aut exſtabant olim, noſtro Martyri ſacrae,

Eccleſia Campi Martini cum Xenodochio [5].

Eccleſia propter Arni fluenta ad Caprariam [6].

Eccleſia ad Caſtaneolum [7], in Plebatu S. *Mariae* Fanniae.

Eccleſia Coferciani in Plebatu Sancti *Petri* in Mercato [8].

Eccleſia ad Exineam, quae corrupto vocabulo *Signa* adpellatur [9].

Eccleſia Montis Acuti [10], quae forte in Plebatu Sexti fuit.

Eccleſia Montis Acuti in Plebatu Sancti *Martini* ad Viminicium, ſeu Scopetum, in Mucillo. Σύνεδρος Sanctus *Iacobus* [11].

Eccleſia Montis Alti, cuius Σύνεδρος Sanctus *Barptolemaeus*, in Plebatu Sancti *Andreae* Duciae [12].

Eccleſia Montis Bonelli in Valle Sevis, & Plebatu Sancti *Euſtachii* Aconis [13].

Eccleſia Montis Crucis, cuius Σύνεδρος eſt Sanctus *Romulus*, in Plebatu Sancti *Andreae* Duciae [14].

Eccleſia in Monte Lupo, in Plebatu S. *Hippolyti* & *Caſſiani* Vallis Peſae iuxta Arnum [15].

Eccleſia Morgiani, in Plebatu S. *Lazari* ad Lucardum [16].

Eccleſia Orbanae in Plebatu S. *Mariae* Coelii Aulae [17].

Eccleſia Plateani, vulgo *Piazzano*, in Plebatu Sancti *Laurentii* ad Burgum [18].

Ec-

1 *Pag.* 34. Adnot. *a*
2 *Pag.* 40. Adnot. *a* & *pag.* 1204.
3 *Pag.* 40. Adnot. *b*
4 *Pag.* 29. 308. 1074. 1197.
5 *Pag.* 308. Adnot. *c*
6 *Pag.* 51. 73. Adnot. *a*
7 *Pag.* 533. 538. 539. Adnot. *a*
8 *Pag.* 537.
9 *Pag.* 81. 84. Adnot. *a*

10 *Pag.*

10 *Pag.* 31.
11 *Pag.* 28. 31. 534. 770.
12 *Pag.* 31. 42. Adnot. *b* 531. 851.
13 *Pag.* 73. 79. Adnot. *a* 534.
14 *Pag.* 29. Adnot. *b*
15 *Pag.* 79. 333.
16 *Pag.* 229. Adnot. *c*
17 *Pag.* 537. 538. Adnot. *a*
18 *Pag.* 79. 534. Adnot. *b*

1 *Pag.*

Eccleſia Pupiani, vulgo *Poppiano*, in Plebatu Sancti *Stephani* Campi Paulii [1].

Eccleſia Quintuli, in Plebatu Sancti *Ioannis* in Praetorio [2].

Eccleſia in Sicillis, & Plebatu Sancti *Donati* in Pocis [3].

Eccleſia Turlaſcii in Plebatu Sancti *Ioannis* in Praetorio [4].

In Dioeceſi vero Feſulana inſequentes Eccleſiae Sancti *Mineatis* titulo inſignes occurrunt.

Eccleſia Caſtri Franci in Valle Arni Superiore [5].

Eccleſia Cellae cum ſua Cappella in Caſtello Plebis [6].

Eccleſia Collis in Plebatu Sancti *Pancratii*, & Valle Arni Superiore [7].

Eccleſia in Colle Plebatus Sancti *Criſci* in Maciolis [8].

Eccleſia Lonnani, quae in Caſentinate agro eſt [9].

Eccleſia Paniollae in Plebatu Sancti *Martini* Labaci [10].

Eccleſia Podii in Plebatu Sancti *Petri* Pitianae [11].

Eccleſia Rubiani, quae Plebes eſt [12].

Eccleſia ad Serras & in Chieſimone, ſeu ad Montaninum, in Plebatu Sancti *Petri* ad Caxam [13].

Eccleſia Fontis Rutuli, olim in Faeſulana, nunc in Collenſi, Dioeceſi ſita eſt [14].

In Vrbe quoque Faeſulana Eccleſia Sancti *Mineatis* exſtitiſſet, niſi in *Caroli Magni* Diplomate Faeſulanae Vrbis nomine Florentia denotaretur [15].

In Dioeceſi quoque Piſtorienſi duae ſunt Eccleſiae D. *Mineatis* nomine celebres, videlicet,

Eccleſia Popiliani in Valle Viſentionis, & Plebatu Vſellae [16].

Eccleſia Calameccae in Montanis Piſtorienſibus ſita [17].

Sed & in ipſa Vrbe Piſtorii Eccleſia Sancti *Mineatis* in Curte fuiſſet, in qua B. *Atto* Epiſcopus ſepultus fuit, ſi *Ferd. Vghellio* fides habenda eſt: nam *Franc. Forteguerrius* in B. *Attonis Vita* Eccleſiam S. *Mariae* in Curte vocat. Adhaerentia forte Numina fuere.

In Dioeceſi Senenſi etiam Eccleſia S. *Mineati* dicata habetur, & inſequens eſt.

Cel-

1 *Pag.* 279. Adnot. *b* 526. 529. 535.
2 *Pag.* 81. Adnot. *a*
3 *Pag.* 529. Adnot. *b*
4 *Pag.* 219. 222. ubi corrigendum, quod ibi falſo dicitur, exſiſtere in Dioeceſi Faeſulana.
5 *Pag.* 225. 228. Adnot. *a*
6 *Pag.* 222. 224. Adnot. *a*
7 *Pag.* 224. 225. Adnot. *a*
8 *Pag.* 225. Adnot. *b*
9 *Pag.* 42. Adnot. *b*
10 *Pag.* 228. 229. Adnot. *a*
11 *Pag.* 539. 540.
12 *Pag.* 148. 215. Adnot. *a* & 541.
13 *Pag.* 229. 540.
14 *Pag.* 215. 219. Adnot. *a*
15 *Pag.* 542.
16 *Pag.* 544.
17 *Pag.* 544. 562.

Cellula Sancti *Mineatis* cum Paroecia, quae unita eſt Paroeciae Sancti *Martini* ad Cellulas iuxta flumen Bozonem, & Coenobium Carthuſianorum Pontiniani. Senis diſtat MMM. P. ad eam partem, quae Clanto proximior eſt [1]; & olim Monaſterio Sancti *Eugenii* ſubiecta erat.

In Dioeceſi quoque Cluſina Eccleſia S. *Mineatis* exſiſtit [2].

Et in Arretina etiam Dioeceſi Eccleſiae fuerunt huius Sancti *Martyris* honori excitatae, videlicet,

Eccleſia Rapalis in Plebatu Alteſerrae [3].

Eccleſia Alinae, quae Villa erat ita adpellata [4].

In Dioeceſi Piſana unam tantum Eccleſiam in loco Macerata reperio, quae Sancti *Mineatis* nomine cenſeretur; quaeque in Plebatu Sancti *Caſſiani* exſiſtebat [5].

Vnam quoque in Dioeceſi Lucenſi, ubi nunc Sancti *Mineatis* Vrbs eſt in Valle Arni inferiore, Eccleſiam huius Martyris honori conſtructam ab antiquis temporibus extitiſſe; & Opidum illud nomen ab ea mutuatum eſſe; non eſt dubitandum [6]: ſicut & aliud Florentinae Dioeceſis Opidum, Florentia XIV. M. P. ad Occaſum diſtans, Sancti *Mineatis* nomine inſignitur, vulgo *Sanminiatello*, quod Eccleſia eidem Martyri ſacra ibi aedificata fuerit; quae Eccleſia Sancti *Mineatis* in Monte Lupo dicitur, quamque ſuperius opportune commemoravimus [7]. Niſi autem fallor, Eccleſia, qua de agimus, illa eſt, quae antiquitus Sancti *Mineatis* in Quarto, in Dioeceſi Lucenſi, vocabatur [8].

Denique in Placentina Dioeceſi alia eſt Eccleſia D. *Mineati* ſacra, vel ſaltem olim fuit; non enim, niſi ab huius Martyris Eccleſia, Caſtellum Sancti *Mineatis*, quod in ea Dioeceſi eſt, nomen ſibi vendicaverit [9].

Poſt tot ac tantas Eccleſias D. *Mineatis* memoriae, & venerationi, dedicatas, illud eſt obſervatione digniſſimum, quod ipſa Eccleſia princeps, & aliarum Eccleſiarum Florentinarum caput, & mater, non tam D. *Ioanni Baptiſtae*, quam D. *Mineati*, tanquam Numinibus Συνέδροις, dicata videatur. In Diplomate enim *Berengarii* Imperatoris [10], *Mineas* Martyr, Divus *Ioanni Baptiſtae* Adhaerens, non obſcure indicatur; dum in eo de Eccleſia S. *Ioanni Baptiſtae* ſacra Florentiae agitur: modo locus corruptus, aut in-

1 *Pag. Pag.* 522. 570.
2 *Pag.* 308. 330.
3 *Pag.* 308.
4 Conſule *Tom. II. Annal. Camaldulenſium pag.* 10.
5 *Pag.* 525.
6 *Pag.* 333.
7 *Pag.* 333.
8 *Pag.* 333. Adnot. *b*
9 *Pag.* 334. 521.
10 *Pag.* 564. Adnot. *a*

6 *Pag.*

1 *Pag.*

interpolatus, non ſit: nam in ſimili Diplomate *Lamberti* Auguſti, anno praecedenti dato, Eccleſia Sancti *Ioannis*, non autem Sanctorum *Ioannis*, & *Mineatis*, adpellatur [1]. Tot igitur Eccleſiae S. Martyri *Mineati* erectae, vetuſtate cenſendae fere omnes, perſpicue demoſtrant, perilluſtrem Chriſtianae veritatis Teſtem, a venerabundis populis late in Tuſcia, & extra Tuſciam quoque, cultum fuiſſe. Heine eius memoriam Martyrologia, *Romanum*, & *Vſuardi*, concelebrant [2]: Kalendaria autem Florentina [3], & Piſana [4], & Senenſia [5], & Piſtorienſia, & Sicula [6], euius feſtum ad diem VIII. vel VIIII. KL. Novembris ſignant. Nam illae Eccleſiae omnes eius Officium, ut vocant, agunt. Quin Florentiae in eius Pervigilio ieiunabatur [7]. Orationes, & Lectiones ex Actis apocryphis conflatae, quas in eius Officio Eccleſia Florentina olim recitabat, ſunt quae ſequuntur [8]. „Oratio „ Propitiare, quaeſumus Domine, nobis famulis tuis per B. Minearis Martyris „ tui, & ſociorum eius, merita glorioſa, ut eorum pia interceſſione ab omnibus ſemper muniamur adverſis. Per Dominum „ noſtrum &c. *Lectio I.* Imperante impiiſſimo Decio Imperatore, „ quum perſequendo Chriſtianos Florentiam adveniſſet, miniſtri „ eius ceperunt Beatum Miniatem ad ſuburbana Civitatis proficiſcentem; cuius inquirentes religionem, & nomen, cum didiciſſent quod Chriſtianus eſſet, praeſentaverunt eum Decio Imperatori. Cui Imperator ait: Tu es Minias ſectator cuiuſdam „ Religionis Chriſtianae ineptae, & vanae, qui conturbas, vana „ docendo, totam provinciam? Cui Minias reſpondit: Ego ſum „ ſervus Chriſti. Tu vero niſi a Deorum cultura receſſeris perpetuum incendium ſuſtinebis. *Lectio II.* Tunc iratus Imperator „ iuſſit, beſtiam adduci crudeliſſimam, ut devoraret eum. Quam „ cum vidiſſet Beatus Minias, invocavit Dominum, dicens: Domine Deus ſalutis meae, eſto adiutor meus, & ne derelinquas me „ in hac hora. Et ſtatim extinctus eſt leopardus. Tunc Imperator iratus iuſſit, eum mitti in fornacem ignis ardentis, dicens: Crede Diis noſtris. *Lectio III.* Beatus Minias reſpondit: „ Ego credo Deum vivum, qui fecit coelum, & terram, & mare, & omnia, quae in eis ſunt. Tunc Imperator iuſſit, fornacem ſuccendi, & ipſum exſpoliatum, ac oleo perunctum, „ in fornacem mitti. Et ſtatim Angelus Domini adſtitit, & i-

gnis

1 *Pag.* 564. Adnot. *b*
2 *Pag.* 564 Adnot. *c*
3 *Pag.* 564. Adnot. *d*
4 *Pag.* 570. Adnot. *a*
5 *Pag.* 570. Adnot. *b*
6 *Pag.* 570. Adnot. *c*
7 *Pag.* 570. Adnot. *d*
8 *Pag.* 570. Adnot. *e*

„ gnis nihil ei nocuit. Et dixit ei Angelus: Eſto ſecurus, quia „ Dominus hodie te ſuis manibus coronabit. *Lectio IV.* Tunc „ Minias signavit ſe ſigno Sanctae Crucis, & extincto penitus „ igne, exivit illaeſus. Tunc Imperator iuſſit, adduci leonem „ crudeliſſimum, ut devoraret eum: quem cum ad ſe venientem „ videret Beatus Minias, fecit signum Crucis contra eum, & „ ſtatim mortuus eſt. *Lectio V.* Tunc iratus Imperator iuſſit, eum „ in equuleo ſuſpendi, & torqueri, dicens ei: Si fortior me „ eſt Deus tuus, liberet te de manibus meis. Sanctus Minias ait: „ Non me deſeret Dominus meus Ieſus Chriſtus, qui facit mi- „ rabilia. Tunc iratus Imperator iuſſit, ſudes acutas mitti ſub un- „ gulis eius, & omnes digitos eius pertundi; & ait Beatus Mi- „ nias: Iſta ſunt opera patris tui Diaboli, quae tu facis. *Lectio VI.* „ Tunc Imperator ait miniſtris ſuis: Ollam plumbo implete & „ in aures eius dum fervet mittite, ut non audiat Deum ſu- „ um cum vocaverit eum. Quod cum feciſſent miniſtri, Beatus Mi- „ nias extendit manus ſuas ad Coelum, & dixit: Tu, Domine De- „ us meus, ne longe facias auxilium tuum a me. *Lectio VII.* Au- „ diens autem haec Imperator, & videns quia nihil ei nocerent, „ iuſſit miniſtris, ut eum ad terram ſuſpenderent, & ſaxum „ ingens ad pedes eius ligarent. Quod cum factum eſſet, „ Sanctus Minias levavit oculos ſuos ad Caelum cum fiducia di- „ cens: Domine Deus meus, exaudi precem meam. Tunc adpa- „ ruit ei Dominus Ieſus, in ſpecie iuvenis, confortans eum. „ Quod cum miniſtri renunciaſſent Decio, iratus eſt valde; & „ iuſſit, ut ferro acuto aures eius perforarent, quod & factum eſt. „ *Lectio VIII.* Cum autem Beatus Minias omnia tormenta patien- „ ter, & alacriter, ſuſtineret; & nec in minimo ſuperari poſſet; „ iuſſit Imperator, adferri multitudinem auri, & argenti, & gem- „ mas pretioſas, & ſericum, & in conſpectu eius poni, ut animum „ eius, quem non potuerat per immania tormenta a Chriſti fi- „ de revocare, ſaltem per oblectamenta ſeculi poſſet ad Deorum „ ſuorum culturam adlicere. Quae omnia cum vidiſſet Beatus Mi- „ nias, velut ſtercora reputata ſunt ab eo. *Lectio IX.* Cumque „ hoc vidiſſet Imperator, ait: Miniatem rebellem Deorum no- „ ſtrorum iubeo capitalem ſubire ſententiam, ſtatimque miniſtri „ accipientes eum duxerunt in Montem, qui dicitur Florentinus. „ Angelus autem Domini antecedebat eum. Et cum perveniſſet „ ad locum, unus miniſtrorum, evaginato gladio, amputavit ca- „ put eius. Paſſus eſt autem VIII. Kal. Novembris, regnante „ Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor, & gloria, in ſe- „ cula ſeculorum. Amen. *Orationes aliae.* Omnipotens ſempiter-

ne

„ ne Deus, fortitudo certantium, & Martyrum palma, feſtivita-
„ tem hodiernae diei propitius intuere, & Eccleſiam tuam con-
„ tinua fac celebritate laetari, ut interceſſione B. Miniatis Marty-
„ ris tui, ſociorumque eius, omnium in te credentium vota per-
„ ficias. Per Dominum noſtrum &c. [1]. *In Natali Sancti Miniatis*
„ *Martyris:* Omnipotens ſempiterne Deus, qui per glorioſa bella
„ certaminis ad immortales triumphos Martyres extuliſti, Miniati.
„ Valens. Valeri. Teguli. Aurelii. Sabatii. Verecunziani. Gavini.
„ Criſpini, et Criſpiniani. da cordibus noſtris dignam pro eorum
„ commemoratione laetitiam, ut quorum hic merita pro amore
„ amplectimur, eorum precibus adiuvemur [2]. Per &c. *VIII. Kal.*
„ *Novembris Sancti Miniatis Martyris, Oratio* [3]. Omnipotens ſem-
„ piterne Deus, qui per glorioſa bella certaminis ad immorta-
„ les triumphos Martyres extuliſti Miniatis, & ſociorum eius, da
„ cordibus noſtris dignam pro eorum commemoratione laetitiam,
„ ut quorum corpora pro amore celebramus, eorum precibus a-
„ diuvemur, & meritis. Per Dominum noſtrum &c. *Secr.* Salu-
„ taris ſacrificium, Domine, populus tuus ſemper exſulter, quo
„ & debitus honor ſacris Martyribus exhibetur, & ſanctificatio-
„ nis tuae munus adquiritur. Per &c. *Ad Com.* Celebrantibus Mar-
„ tyrum tuorum Miniati, & ſociorum eius, beatam paſſionem, ipſo-
„ rum nobis, quaeſumus, fiant interceſſione ſalutaria, in quorum
„ natalitiis ſunt exſultantet impleta. Per &c. „ Has autem Lectio-
nes, & Orationes, non eo quidem protuli, quod ſolas, & unicas, exiſtimaverim, quae in Florentinis Eccleſiis legerentur; ſed ut ſpecimina quaedam praeberem. Non enim me latet, in Paſſionariis, & Libris liturgicis Florentinis diverſis diverſas haberi [4], unaquaque Eccleſia illas pro arbitrio & lubitu concinnante; ſecus enim tantum inter eas diſcrimen intercedere non potuiſſet. Poſt huiuſmodi cultum, & ritus, non mirum, ſi & ſacrae Beati *Mineatis* Reliquiae paſſim venerationem meruerunt, cum in patria regione, tum in exteris remotiſque provinciis; & Florentiae quidem religioſe adſervantur in Eccleſia Sancti *Barptolemaei* ſuburbani Monaſterii Montis Oliveti [5]; in Eccleſia D. *Mineatis* inter Turres [6]; in Eccleſia Parthenonis, qui S. *Mineatis* titulum praefert, & in Via Sancti *Galli* ſitus eſt [7]: ut nihil de perantiqua Sancti *Mineatis* ad Montem Eccleſia dicam, in qua corpus ipſum glorioſi Martyris

1 *Pag.* 572. Adnot. *a*
2 *Pag.* 572. Adnot. *b*
3 *Pag.* 572. Adnot. *c*
4 *Pag.* 573. Adnot. *a*
5 *Pag.* 573. Adnot. *b*
6 *Pag.* 573. Adnot. *c*
7 *Pag.* 573. Adnot. *d*

Digitized by Google

tyris quieſcere traditur [1]. In Eccleſia quoque Vrbis S. *Mineatis* [2] os huius Martyris, cognominis Vrbis Patroni, cuſtoditur; & ſanguinis, ut creditur, ampulla in Arcem Lutiani [3], in Mucillo, nuper translata eſt. Sed antiquiſſima Reliquiarum quarumdam D. *Mineatis* translatio illa fuit, quam *Theodoricus* Metenſis Epiſcopus, ſub *Ottone* I. Auguſto, fecit, cum eas Florentia in Metenſem S. *Vincentii* Eccleſiam ſecum abſportavit [4]. In primis vero memoranda eſt veneratio, qua S. *Mineatem* proſequutus eſt S. *Frigidianus* Epiſcopus Lucenſis, qui ſaeculo VI. floruit, & de quo memoriae proditum eſt, pluries Florentiam ſe contuliſſe, ut ad Eccleſiam D. *Mineatis* in Monte Florentino exſtructam accederet, & ante Beati Martyris corpus preces Deo funderet. Huius rei narrationem ſaeculo XIV. certe antiquiorem, & quae forte ante ſaeculum X. ſcripta fuerit, inveni, quam heic inſerere adridet [5]. „ Conſuetudo itaque fuerat B. viro Fridiano Eccleſiam
„ S. Miniati Martyris, quae non longe a Florentina Vrbe diſta-
„ re videtur, in qua & corpus eius requieſcit, annis ſingulis
„ debita veneratione viſitare. Cumque ſancto inceſſanter inhae-
„ reret ſtudio, & quodam tempore ſolitum ex more iter adripe-
„ ret, pervenit ad flumen Arnum, qui tanta quidem undarum
„ immenſitate tumuerat, ut vice marinae tempeſtatis non ſolum
„ proximis habitatoribus, verum etiam longe diſtantibus, mortem
„ vicinam ſine dubio inferre crederetur. Tunc vir Dei ad alve-
„ um fluminis accedens, nautas ex altera parte conſiſtentes blan-
„ dis adloquitur vocibus. Eia, inquit, Fratres, rogo, ut me trans-
„ ferre fraterna caritate curetis. Cui nautae inquiunt: Quiſquis
„ es, o ſerve Dei, cur nos, & te, ad apertum invitas inte-
„ ritum? Nonne vides, quia nemo mortalium tantas aquarum
„ moles quolibet valeat ingenio ſuperare? Nonne mortis no-
„ ſtrae reus eris, ſi, quod ſine morte geri non poteſt, nos ten-
„ tare ſuades? Deſine igitur ne nos, & te, unus pariter demer-
„ gat interitus. Quibus vir Dei, Confidite, inquit, nolite time-
„ re, & Deus pacis erit vobiſcum. Hoc autem ſcitote, quia
„ tale hodie ex pietate Dei donum accipietis, quod vobis, &
„ omnibus ex ſtirpe veſtra deſcendentibus, gaudio, & ſalute,
„ erit plenum. Illi ergo verbis ſanctiſſimi Patris creduli, dum
„ virum Dei transferre parant, mirum dictu, repente ſe ex al-
„ tera parte fluminis invenerunt, quod coelitus factum eſſe cer-

nen-

1 *Pag.* 573. Adnot. *e*
2 *Pag.* 584. Adnot. *a*
3 *Pag.* 584. Adnot. *b*
4 *Pag.* 584. Adnot. *c*
5 *Pag.* 586. Adnot. *a*

4 *Pag.* 1 *Pag.*

„ nentes, & tacita ſe mutuo admiratione inſpicientes, egregium „ Chriſti militem navi ſubſceptum tanta tranquillitate ſimul, & „ celeritate tranſtulerunt, ut non per pelagi fluctus, ſed potius „ quaſi per terram, ſe currere crederent. Egreſſi igitur de navi „ Beatiſſimum Fridianum iam dicti nautae unanimiter rogare coe- „ perunt, ut donum, quod pollicitus fuerat, eis benigne con- „ ferret. Sanctus vero Fridianus erectis ſurſum in coelum ocu- „ lis, ait: In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, cui omnia „ iure famulantur elementa, quique Iſraelitico populo ſiccis pe- „ dibus tranſire iuſſit, is vobis amodo, & in perpetuum, ſua pie- „ tate concedat, ut nullus veſtri generis cuiuſcumque ſe- „ xus, vel aetatis, in his aquis moriatur. Quod uſque in ho- „ diernum diem ita eſſe, qui noverunt, & viderunt, nobis te- „ ſtati ſunt. Cives vero Florentinae Civitatis tanto beneficio „ ſublimati Eccleſiam in honore praefati Praeſulis Fridiani de- „ votionis amore iuxta eumdem fluvium fabricaverunt; quae „ uſque nunc a fidelibus populis frequentatur, & colitur. „ Quum ex hiſce omnibus luculente pateat, Martyrem *Mineatem* vere olim exſtitiſſe; ſed eius Martyrium quali certamine conſummatum fuerit, nos lateat; nam eius Actis inſinceris, & apocryphis, fides adhiberi ab homine cordato non poteſt: tentare nunc iuvat, an ea defaecare, & fabellis, quibus ſcatent, purgare, & ad veroſimilem Hiſtoriam redigere, mihi res Eccleſiae Florentinae inluſtrare adgreſſo fortunate liceat. Itaque ſic Acta illa caſtigata, & in compendium coacta, Lectori meo exhibere non verebor [1]: *Quum Decius Imperator crudelem perſequutionem in Chriſtianos excitaſſet, B. Mineas, iuvenis Florentinus genere clarus, Chriſtianam legem in patria, non ſecus ac alii plures, profitebatur; eiuſque religio & pietas ipſis Gentilibus innotuerat. Quadam autem die ad ſuburbana Civitatis proficiſcenti miniſtri Praeſidis in ſilva, quae dicitur Elisboth* [2], *occurrunt, eumque capiunt, ac detinent, inquirentes eius religionem, & nomen. Quum vero didiciſſent, quod Chriſtianus eſſet, & Mineas vocaretur, praeſentaverunt eum Praeſidi. Cui Praeſes ait*: Tu es Mineas ſectator cuiusdam Religionis Chriſtianae ineptae, & vanae, qui conturbas, vana docendo, totam provinciam? *Cui Mineas reſpondit*: Ego ſum ſervus Chriſti. Tu vero, niſi a Deorum cultura receſſeris, perpetuum incendium ſubſtinebis. *Tunc Praeſes dixit*: Crede Diis noſtris. *Beatus Mineas reſpondit*: Ego credo in Deum vivum, qui fecit

1 *Pag.* 589. Adnot. *a* 2 *Pag.* 590. Adnot. *a*

fecit coelum, & terram, & mare, & omnia, quae in eis ſunt. *Tunc iratus Praeſes iuſſit, eum in equuleo ſubſpendi, & torqueri, dicens:* Si fortior me eſt Deus tuus, liberer te de manibus meis. *Sanctus Mineas ait*: Non me deſeret Dominus meus Ieſus Chriſtus, qui facit mirabilia. *Praeſes autem ira magis ſuccenſus iuſſit, ſudes acutas mitti ſub ungulis eius, & omnes digitos eius pertundi; & ait Beatus Mineas:* Iſta ſunt opera partis tui Diaboli, quae tu facis. „ Audiens autem haec Praeſes, iuſſit miniſtris, ut eum
„ ad terram ſubſpenderent, & ſaxum ingens ad pedes eius liga-
„ rent. Quod quum factum eſt, Sanctus Mineas levavit oculos
„ ſuos ad coelum cum fiducia dicens: *Domine Deus exaudi pre-*
„ *cem meam.* Mox iuſſit Praeſes miniſtris, ut ferro acuto aures
„ eius perforarent; quod & factum eſt. Quum autem Beatus Mi-
„ neas omnia tormenta patienter, & alacriter, ſubſtineret, & nec
„ in minimo ſuperari poſſet, iuſſit Praeſes ad Templum Martis [1]
„ adduci, & adferri aurum, & argentum, & gemmas, veſteſque
„ pretioſas, & in coſpectu eius poni, quo ſacrificare vellet; &
„ animum eius, quem non potuerat per eius inania tormenta
„ a Chriſti fide revocare, ſaltem per oblectamenta ſaeculi poſſet
„ ad Deorum ſuorum culturam adlicere, eo quod ipſum antiqua
„ amicitia plurimum dilexiſſet. Quae omnia, quum vidiſſet Bea-
„ tus Minias, velut ſtercora reputata ſunt ab eo, & immolare
„ recuſavit. Cumque hoc vidiſſet Praeſes, ait „ Miniatem re-
bellem Deorum noſtrorum iubeo capitalem ſubire ſententiam;
„ ſtatimque miniſtri accipientes eum duxerunt in Montem, qui
„ dicitur Florentinus [2]. Et cum perveniſſet ad locum, unus mi-
„ niſtrorum, evaginato gladio, amputavit caput eius. Paſſus eſt
„ autem VIII. Kal. Novembris, regnante Domino noſtro Ieſu
„ Chriſto, cui eſt honor, & gloria, in ſaecula ſaeculorum [3]. Amen. „
Alios cum *B. Mineate* pro Chriſti fide paſſos fuiſſe nonnulli perhibere videantur; & haec credulitas vel IX. ſaeculo iam obtinebat. Aſt quum *Socios* tantum adpellant, incertum eſt, ſocii agonis eius, an ſepulturae fuerint, & Memoriae [4]. Sed & alius Florentinus, ſeu potius agri Florentini incola, *Acriſchius*, ut videtur, nomine, vulgo *Creſcus*, & corruptius *Creſcius*, adpellatus [5], cum *Omnione*, *Emtio*, *Serapione*, & aliis ſociis, in hac eadem *Decii* perſequutione martyrium feciſſe, vetuſta traditione perhibetur; quando eius Actis minus ſinceris, atque interpolatis, fides abroganda vi-

dea-

1 *Pag.* 591. Adnot. *a*
2 *Pag.* 592. Adnot. *a*
3 *Pag.* 592. Adnot. *b*
4 *Pag.* 592. Adnot. *c*
5 *Pag.* 594. Adnot. *a*

Digitized by Google

deatur [1]. Templa huic Martyri dicata in Tuſcia exſtant, et quaedam non minus vetuſta fortaſſis, quam Divo *Mineati* ſacra commemoravimus. Ea ſunt Eccleſia Sancti *Acriſchi*, ſeu *Criſci*, in Valle Cava, quae Mucillanae provinciae pars eſt [2]. Eccleſia eidem ſacra in Maciolis [3], ſeu in Albino; vel magis in Albio, vel Alpibus, ſive in Carza. Eccleſia in Novolis, ſeu Monte Fecallae [4], ſeu Mezuola; Mediolam Latine enunciandum eſſe, crediderim. Quae quidem omnes *Matres* ſeu *Baptiſmales*, ſeu *Plebes*, Eccleſiae ſunt, magnum remotae antiquitatis argumentum, & certa de tanti Martyris certamine, & triumpho, teſtimonia. Eccleſia etiam eiuſdem Martyris honori, ſaeculo IX. incipiente, exſtructa ad Campos eſt [5]. Huius incliti Martyris, & ſociorum, corpora in Eccleſia Vallis Cavae quieſcere, vulgo accreditum eſt [6], niſi quod quaedam Reliquiarum particulae alio translatae fuere, ut in Eccleſiam Sancti *Criſci* Montis Fecallae, & aliam eidem Martyri ſacram ad Campos, quibus de paullo ante egimus. In Eccleſiam quoque D. *Marci* Florentiae, ubi partes capitum Sanctorum *Criſci*, *Omnionis*, & *En.ii*, adſervari ferunt; & in Eccleſiam Arcis Lutiani in Mucillo &c. *Cetera habentur inferius, pag. 608. quae continuantur uſque ad Voluminis calcem.*


1 *Pag.* 595. Adnot. *a*
2 *Pag.* 595. Adnot. *b*
3 *Pag.* 597. Adnot. *a*
4 *Pag.* 598. Adnot. *a*
5 *Pag.* 601. Adnot. *a*
6 *Pag.* 605. Adnot. *a*

DIGRESSIO

Quum huius operis initio de Apoſtolorum praedicatione, & gentium ad Chriſtiana ſacra & inſtituta converſione ab iis procurata, apte, atque opportune, imo neceſſario, quaedam delibaverimus; abs re fore non arbitror, ſi in ſequentibus paginis picturam antiquam duodecim Apoſtolorum ad gentes,

Tam varias linguis, habitu quam veſtis, & armis,


Evangelii placita adſerentes repraeſentantem exhibeam. Pictura haec ſaeculo XII. vetuſtior quidem non eſt; ſed quum in Sacro & Eccleſiaſtico Libro Graeco habeatur, Hiſtoriae huic exornandae convenientiſſima eſſe videatur.



Carolus Reinow delin.

Digitized by Google


03305 (14)



J VC Sculp.

Digitized by Google

Antecedentis picturae exemplar Romā mihi Simon Billarinius, *homo eruditus, & vir perhumanus, nuper miſit; ipſe autem aeri incidendum curavi. Obſervatione dignum eſt, in hoc duodecim Apoſtolorum coetu,* Matthiam *Apoſtolum deſiderari, & eius forte loco Apoſtolum* Paullum *depictum eſſe, & ſecundo loco, poſt* Petrum, *Apoſtolorum Principem, collocatum. Deſiderari etiam duos alios Apoſtolos,* Iudam Thaddaeum, *&* Iacobum Alphaei, *ut puto, quorum loco poſiti ſunt* Marcus, *&* Lucas, *Evangeliſtae. Vnuſquiſque Apoſtolorum ſedens docet, ut Magiſter eſſe cognoſcatur: populi autem audientes recti adſtant. Librum aut volumen fere omnes manu tenent; & nudis pedibus ſubpoſitum ſcabellum fere omnes habent. Populi, quos* Iacobus *&* Thomas *Chriſtianis placitis inſtruunt, Aethiopes ſunt;* Matthaeus *erudit gentes caput thiara tectas;* Simon *ſeminudas;* Andreas, & Bartholomaeus, *homines longis pileis eminentes &c. Verum de gentibus & nationibus, quibus Apoſtoli & Evangeliſtae Chriſtum, & eius legem, adnunciaverunt, conſulendi maxime ſunt, inter antiquos* Euſebius Caeſarienſis *in* Hiſtoria, *&* Hieronymus *in* Catalogo: *inter recentiores, conſulere* Tillemontium *ſufficerit.*



Digitized by Google

03395

MEMORABILIA
SANCTAE ECCLESIAE
FLORENTINAE

LIBER PRIMVS.

FActurus ne operae pretium ſim, ſi a principiis ipſis repetitas res Eccleſiae Florentinae perſcripſerim, nec ſatis ſciam, nec ſi ſciam, dicere auſim; quippe qui cum veterem, tum vulgatam, eſſe rem videam, dum novi ſemper Scriptores aut in rebus certius aliquid adlaturos ſe, aut inveſtigandi diligentia obſcuram vetuſtatem inluſtraturos, arbitrantur. Vtcumque erit, iuvabit tamen rerum geſtarum memoriae iam principis Populi, & matris [a] Eccleſiae, pro virili parte & meipſum conſuluiſſe. Res eſt quidem immenſi operis, ut quae ſupra milleſimum ſeptingenteſimum fere annum repetatur, & quae ab exiguis profecta initiis, eo ob temporum difficultatem devenerit, ut media non minus, quam prima aetas, monumentorum penuria laboret; proximioribus autem ſaeculis eo creverit, ut iam magnitudine ſua Scriptorem obrutura videatur. Quae ante conditam, condendamve, Florentinam Eccleſiam, piis magis decora fabulis, [b] quam incorruptis rerum geſtarum monumentis traduntur, ea nec re- A.Ch. 66

A fer-

[a] Sicuti urbs metropolis, *Vrbs Mater*, paſſim in Codice Theodoſiano nuncupatur; ita Eccleſiam Archiepiſcopatu inſignem, alias Cathedrales ſub ſe habentem, & in urbe metropoli conſtitutam, *Matrem Eccleſiam* adpellare lubuit; non ſecus ac Scriptores Eccleſiaſtici Eccleſiam praecipuam, *Matricem* interdum dixerunt, ut apud *Suicerum* in voce Μητρὶξ, & *Binghamum Lib. VIII. Origin. Eccleſ. Cap. I. §. XII.* videre eſt. Huius verba ſunt: *Dum in hoc argumento verſamur, non abs re fuerit, lectorem de duobus illis vocabulis erudire, quae ad hanc materiam quodam modo ſpectant, & propter ambiguitatem ſuam ſaepe perperam capiuntur ac confunduntur, quae ſunt* Eccleſia Matrix, & Dioeceſana, *quae eiuſdem valoris vocabula eſſe videntur, ſed ſaepenumero inter ſe admodum diſcrepant.* Eccleſia Matrix *interdum ſumitur pro originali quadam Eccleſia, ab ipſis Apoſtolis plantata, unde aliae poſtea derivatae fuerunt ac propagatae*

[b] Iuſti & veri amantes Scriptores dolent bona fide inter alia, quibuſdam ab Eccleſiis tantam ſibi antiquitatem iniuria vindicari, ut Apoſtolos ipſos, aut eorum diſcipulos, conditores habere falſo glorientur. Ridet vanitatem huiuſmodi atque caſtigat Ieſuita eruditiſſimus *Iac. Sirmondus* in Praefatione *Diſſertationis de Dionyſio Pariſienſi &c.* ita ſcribens: *At conſentaneum erat, inquiunt, Pariſienſibus antiquiſſimum, & tanti nominis Epiſcopum obtingere, ne urbium Galliae princeps, quae dignitate omnibus anteibat, religionis cuiuſdam praerogativa concederet. Sic enim acuti homines diſputant, quaſi Lutetiae Pariſiorum ea ſemper amplitudo fuerit, quae nunc eſt; aut ſi fuiſſet, invidere Lugduno antiquiores Epiſcopos illa potuerit, quum Petri cathedrae primitias Antiochiae Roma non in-

A.Ch. 66 ferre, nec confutare in animo eſt; ſed, ſilentio veritatis ſequeſtro, dabo hanc veniam Antiquitati, ut miſcendo praeclara & admiranda narrationibus veris, primordia Eccleſiarum auguſtiora faciat. Illud magis curae erit, ut apto Civilis hiſtoriae contextu Eccleſiaſticam aut enervem ſaepe & labilem firmem; aut mancam & hiulcam, quoad fieri poterit, expleam. Itaque exordium ſcribendi faciam ab anno Aerae Vulgaris LXVI. † quo Romae *Petrus*,
66 & *Paullus*, *Chriſti* Apoſtolorum Principes, ſub *Nerone* Auguſto martyrium inluſtre feciſſe; & iacta a ſe non tam Romanae, quam univerſae, Eccleſiae fundamenta, ſanguine fuſo, confirmaſſe perhibentur; nam vero non abludit, Florentiae tunc Chriſtianos nonnullos fuiſſe. [a] Hiſce temporibus Etruria nullo, ut videtur, Praeſide,

invideat. Arcani & divini fuit conſilii ſerius an ocyus ad nos Chriſti fides pervenerit: ſummi beneficii, quod ſuſceptam hactenus conſervamus. Concinit vir clariſſimus *Scipio Maffeius Tom. VI. Obſervat. Litterar.* hiſce verbis loquens: *Che egli* (S. Zenone) *per altro fioriſſe nel ſecolo IV. e nel terzo, per l' onore della Città, e pel vantaggio della Chieſa Cattolica, è affatto il medeſimo; nè verun motivo ſi potrebbe penſare di far forza al vero, per farlo credere piuttoſto dell' un ſecolo, che dell' altro.* Et in epiſtola ad me data, quum de controverſia ſuper *D. Romuli* aetate a *Agginio* agitata loqueretur, ita ſcripſit, & recte quidem ac ſapienter: *L' Italia in tale argomento ha biſogno di aprire gli occhi. Io per la mia patria ho detto il vero ſenza riguardo.* Conſulendus etiam *Launoius De cura Eccleſiae pro veneratione Sanctorum &c.* & *Tartarottus De Orig. Eccl. Tridentinae.*

[a] Doctiores Critici huic anno *Petri* & *Paulli* martyrium adſignant, ut *Tillemontius*, *Calmetius*, *Fogginius*; licet res in ſententiis ſit, ut apud laudatum *Fogginium* de Romano D. *Petri* itinere ſcribentem *Diſſertat. XVI.* videre eſt. Sicuti vero *Petrus* & *Paollus* Apoſtoli Romae erant, & divino quodam impetu ad Chriſtiana placita propaganda ferebantur; ita admodum credibile eſt, nihil inauſum intentatumque eos reliquiſſe, ut in finitimas etiam provincias, qualis Etruria eſt, miſſis idoneis veritatis praeconibus, Evangelii lucem inferrent; quare vero eſt quam ſimillimum & Florentiae nonnullos Chriſto nomen tunc dediſſe, ſed paucos & occultos, quum *Nero* anno LXIV. ſaevam in Chriſtianos perſequutionis procellam excitaverit, ea de cauſſa etiam, quod non Romae tantum, ſed ubique, quotidie novam religionem populos amplecti indignaretur. Auctor libri *De mortibus Perſequutorum* omne id luculente confirmat ſcribens: *Qua re ad Neronem delata, quum animadverteret non modo Romae, ſed ubique, quotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum, & ad religionem novam damnata vetuſtate tranſire; ut erat exſecrabilis ac nocens tyrannus, proſilivit ad exſcindendum coeleſte templum, delendamque iuſtitiam; & primus omnium perſequutus Dei ſervos, Petrum cruci adfixit, & Paullum interfecit.* *Ioannes Villanius* Florentinae hiſtoriae Scriptor inluſtris *Lib. I. Cap. LVIII.* quod nos diximus, pariter adfirmat, hiſce verbis: *Ben troviamo noi per più antiche Croniche, che al tempo di Nerone Imperadore, nella noſtra Città di Firenze e nella contrada, prima fu recata in Firenze la fede di Ieſu Criſto per Frontino e Paolino diſcepoli di San Pietro; ma ciò fu tacitamente e in pochi fedeli per paura de' Vicari, e Propoſti dello Imperadore, che erano Idolatri, e perſeguitavano i Criſtiani.* Nolim autem ratum perſpectumque putari, quod de *Frontino* & *Paullino Villanius* dicit, quum nullis certis antiquitatis monumentis nitatur opinio, quae inter primos Etruſcorum Apoſtolos *Frontinum Paullinumque* recenſet; & ne *Villanius* quidem ipſe fide ſua hac in re eſſe iubeat, & rem tantum obiter tangat, quod & Scriptor accuratiſſimus *Vinc. Borghinius*, ubi de Eccleſia Florentina eiuſque Epiſcopis agit, prudenter obſervabat. Eius verba ſunt: *Di quegli adunque, che regnando la Gentilità, furono noſtri Veſcovi per lo ſpazio d' intorno a 260. anni, pigliando il termine dall' Imperio di Claudio, quando ſi cominciò a ſpargere per tutto il ſeme della vera religione, e potette prima, pur nel modo, e con le difficoltà già accennate, penetrare in queſte noſtre parti: per qualche delle ſopraddette cagioni s' avvenga, non ci è memoria di alcuno, che fermamente chiara, e certa ſi poſſa dire. Perchè di quel Frontino, o Frontino, che ſia il nome, il quale dicono alcuni, eſſere ſtato de' diſcepoli di S. Pietro Apoſtolo, e da lui ſpecialmente ordinato primo noſtro Veſcovo, e mandatoci con un Paolino ſuo compagno a predicare la fede di Gesù Criſto, regnando Nerone, nel medeſimo tempo che a Fieſole fu inviato S. Romulo, io non ritrovo coſa che mi paia potere con ſicuro fondamento affermare; non ci eſſendo, fuor di alcune poche parole in Giovanni Villani, nè ſcritture, nè Autori,* non

fide, aut Praetore, Correctoreve, quales deinde fuerunt, regebatur [a]; ſed Romani magiſtratus univerſam moderabantur, propriis Tuſcarum urbium magiſtratibus [b] ab eorum nutu & auctoritate pendentibus. Quanta autem, & qualis, *Neronis* temporibus Florentia fuerit, argumento eſſe poteſt honorifica Florentinorum ad *Tiberium* Imperatorem legatio, [c] ut orarent ne Clanis ſolito alveo demotus in amnem Arnum transferretur, idque ipſis perniciem adferret. Anno id quidem XV. Aerae Vulgaris contigiſſe videtur; at aliud, & quidem inluſtre, ſuae amplitudinis indicium Florentini anno XVIII. praebuerunt, quum ſplendidiſſima eorum colonia *Auguſti*, & *Tiberii* Caeſarum, ac *Liviae* Auguſtae, natalia in perpetuum quotannis magnificentiſſime celebrare ſtatuit, decretis divinis honoribus, victimarum ſcilicet duarum inmolatione ad aram Numini Auguſto dicatam; Decurionum, & populi caena, gratia- A.Ch. 66

A 2 rum

non che ſicuri, o certi, ma che ſiano pur riſoluti affatto del nome; nè vorrei in queſto caſo incorrere per troppa agevolezza in quell' errore, nel quale m' increſce, quando io veggio caduto un' altro, di mettere nell' Iſtorie coſe accattate, e ſenza riſcontro. Ipſe qoidem in eo opere, quod *De Eruditione Apoſtolorum* inſcripſi, ſententiam meam protuli, qua exiſtimabam ſecundo demum ſaeculo Evangelium Florentinis adnunciatum fuiſſe; ſed qui penitus ſenſus iis ſubſit verbis partim expoſuit vir pereruditus *Pet. Franc. Fogginius* in ea Diſſertatione, coi *De primis Florentinorum Apoſtolis* titulum fecit, ita diſſerens: *Neque vero quoniam ante ſecundum vel tertium ſaeculum Chriſtianam fidem Florentiae coli non incepiſſe opinatur Lamius, ideo ſtatim negat de ea aliquid vel Petri temporibus adnunciatum fuiſſe; de eo enim potiſſimum tempore loqui videtur, quo factum eſt ut Florentinorum hominum pars maxima Chriſto nomen dederit: hoc autem contigiſſe ante ſecundum, vel tertium ſaeculum quis probet?* Ego tamen non partem Florentinorum maximam Chriſtianam ſecundo ſaeculo evaſiſſe unquam dixerim, ſed tunc Chriſtianorum coetum Florentiae ita augeri coepiſſe, ut veritatis praeconium in hac urbe aliqoatenos celebraretur. Porro per Italiam etiam *Neronis* temporibus Chriſtianam legem propagatam fuiſſe vel illud oſtendat, qood divious *Lucas* in *Actis Apoſtolorum Cap. XXVIII.* narrat, ſe ſcilicet & *Paullum* anno LXI. Puteolis Chriſtianos inveniſſe. En eios verba: Ὅθεν περιελθόντες κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον· καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐπιγενομένου νότου δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους· οὗ εὑρόντες ἀδελφοὺς παρεκλήθημεν ἐπ' αὐτοῖς ἐπιμεῖναι ἡμέρας ἑπτά. καὶ οὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν. *Inde circumlegentes devenimus Rhegium: & poſt unum diem flante auſtro, ſecunda die venimus Puteolos: ubi inventis fratribus rogati ſumus manere apud eos dies ſeptem: & ſic venimus Romam.* Hinc mirari non ſubit, ſi Theophorus *Ignatius* anno CVII. quum Romam beſtiis tradendus duceretur, Puteolos praeternavigans fratrum illius loci caritatem commendavit; & in Portu etiam multos fratres invenit, ut eius martyrii Acta memoriae prodiderunt. Quid ni igitur de aliis Italiae civitatibus, & Etruriae praeſertim, fere paria exiſtimemus, quum Romam *Petrus* anno ſaltem LIX. vel LX. conceſſerit, ut eum praefractioribus duplicis *Petri* Romam adventus adverſariis liberaliter agamus; eorum tamen, qui in annum LXIII. aut LXVI. emortualem ſcilicet, eius Romam acceſſum reiiciunt, ſententiam ſerio iudicatoque reprobantes. Quoſdam inſuper per Italiae, & Etruriae praeſertim, urbes Martyres ſub *Nerone* Martyrologia commemorant, quorum fides penes Auctores eſto.

a Conſulendus *Tillemontius Tomo II. Memorabil. Eccleſ. Nota III. in Perſequutionem Neronis.* Hinc exſtat argumentum falſitatis Actorum, & Hiſtoriarum, quae aliquem Tuſciae Praeſidem ante *Hadriani* tempora exhibent, ut liquido conſtabit inferius.

b De hiſce Magiſtratibus municipalibus praeclare diſſerunt *Valer. Chimentellius in Marmor Piſanum de honore Biſellii Capp. IV. V. & VI. & Pancirolus ad Notitiam dignitatum utriuſque imperii; & Pitiſcus* in *Lexico*, voce *Colonia.*

c *Tacitus Libro I. Annalium* haec habet: *Actum deinde in Senatu ab Aruntio & Atteio an ad moderandas Tiberis inundationes verterentur flumina, & lacus, per quos augeſcit; auditaeque Municipiorum & Coloniarum legationes, orantibus Florentinis ne Clanis ſolito alveo demotus in amnem*

A.Ch. 66 rum actione, vitulique mactatione; invitatis a Decurionibus ture & vino Caeſarum geniis ad epulandum; ara Numini Auguſto excitata, ludiſque ſex dierum ſpatio Idibus Auguſti; mulſi & cruſtuli largitione natali *Liviae* Auguſtae mulieribus vicanis ad Bonam Deam congregatis; mulſi item & cruſtulorum diſtributione dedicationis die ſtatuarum Caeſarum & Auguſtae, ſexto Idus Martias, quo feſtivior ac frequentior quotannis ille dies eſſet; qua die *Tiberius* Caeſar Pont. Max. creatus fuit [a]. Sed & coloniae decus, [b] quo eam Triumviri, non ſecus, ac alias praeclaras, vetuſtaſque Tuſciae civitates, auxerunt, ejus dignitatem luculenter oſtendit; qua & Sullanis

mnem Arnum transferretur, idque ipſis perniciem adferret.

a Id omne antiquus lapis luculentiſſime comprobat, quem ad Florentinorum Coloniam pertinere viri docti ſatis inouunt, ut late oſtendit eruditiſſimus *Ant. Franciſcus Gorius Part. I. Inſcript. Tuſciae*; & evincit maniſeſte locus, in quo repertus fuit, Brothium vel Bothri, videlicet, Florentini agri pagus, III M. P. ab urbe diſtans ad Occidentem, non procul ab Arni ripa.

TI. CAESARE. TERT. GERMANICO. CAESARE. ITER. COS
CN. ACCEIO CN. F. ARN. RVFO. LVTATIO T. PETILLIO. P F. QVI. II. VIR.
DECRETA

AEDICVLAM ET STATVAS HAS HOSTIAM DEDICATIONI VICTIMAE NATALI AVG VIII. K OCT. DVAE QVAE PP.
INMOLARI ADSVETAE SVNT AD ARAM QVAE NVMINI AVGVSTO DEDIC EST IX ET VIII K OCTOBR
INMOLENTVR ITEM NATALI TI CAESARIS PERPETVE ACTVRI DECVRIONES
ET POPVLVS CENARENT QVAM INPENSAM Q. CASCELLIO LABEONE
IN PERPETVO POLLICENTI VT GRATIAE AGERENTVR MVNIFICENTIAE EIVS EOQVE
NATALI VT QVOT ANNIS VITVLVS INMOLARETVR

ET VT NATALIBVS AVGVSTI ET TI CAESARVM PRIVS QVAM AD VESCENDVM
DECVRIONES IRENT THVRE ET VINO GENII EORVM AD EPVLANDVM ARA
NVMINIS AVGVSTI INVITARENTVR

ARA NVMINI AVGVSTO PECVNIA NOSTRA FACIENDAM CVRAVIMVS LVDOS
EX IDIBVS AVGVSTIS DIEBVS SEX IN FACIENDOS CVRAVIMVS

NATALI AVGVSTAE MVLSVM ET CRVSTLVM MVLIERIBVS VICANIS AD
BONAM DEAM PECVNIA NOSTRA DEDIMVS

ITEM DEDICATIONE STATVARVM CAESARVM ET AVGVSTAE MVLSVM ET CRVSTLA
PECVNIA NOSTRA DECVRIONIB ET POPVLO DEDIMVS PERPETVOQVE EIVS DIE
DEDICATIONIS DATVRO NOS TESTATI SVMVS QVEM DIEM QVO FREQVENTIOR QVOD
ANNIS SIT SERVABIMVS VI. IDVS MARTIAS QVA DIE
TI CAESAR PONTIF MAXIMVS FELICISSIME EST CREATVS

b *Iulius Frontinus* ita de Provincia Tuſcia, & Colonia Florentina ſcribit: *Legem poſuerunt menſores agris limitandis metiendiſve partis Tuſciae prius, & Campaniae, & Apuliae. Variae autem regiones non habent aequales centurias vel menſuras. In cingulo Florentino, in centuriis ſingulis ſunt pedes* CC. *Qui quum duxerint decumanum latum pedes* XL. *cardinalem latum pedes* XX. *faciunt centurios limites a Decumano & Cardine, & quintum quemque faciunt in pedes* XII. *Ceteros vero limites facito in his limitibus reciprocos ex ſaxo ſilice aut molare, ut ne deteriorent ſupra terram, ſed pedem facito craſſum, item politum, rotundum. Iteratim dimittito minus pedes duos, ceteros terminos, qui in opus eorum ſunt, robuſtos ſupra terram pedes duos, craſſos pedes* L. *in terram dimittito pedes* III. *eoſque circum calcatos, & ſcriptos ita ut iuſſero. Quot ſubſicivit amplius iugera erunt, pro centuriis procedent: quot ſubſicivit minus iugera* L. *id pro dimidia centuria procedet. Hoc opus omne, arbitratu Claudii Caeſaris, & Marci Antonii, & Marci Lepidi per tres Imperatores actum atque adſignatum eſt. Colonia Florentina deducta per Tres viros, adſignata*

lanis temporibus praeſtabat, quibus ſplendidiſſimum fuiſſe muni- A.Ch.
cipium, [a] in comperto eſt. Hinc Tuſcorum metropolin, ſive 66
primariam urbem, fuiſſe, facile eſſet arguere, niſi res prope maniſeſta doceret, quum *Florentia Tuſcorum* diceretur, [b] & in ea

Cor-

tu lege Iulia centuriis Caeſarianis eſt in ingera CC. *per cardinales & decumanos, termini eis rotundi, pedales; & illi diſtant a ſe in pede.* CCCIIC. *Sunt & medii termini, qui dicantur Epipedoarci, pedes longi & craſſi; diſtantque a ſe pedes* CC. *Ceteris proportiones ſuae ſunt, & inter ſe ſuos limites ſervant: quos veterani pro obſervatione partium ſtituerunt cuſtodiendos, qui non ad rationem vel rectuîam limitum pertinent, ſed ad modum ingerationis cuſtodiuntur, & diſtant alius alio pedes* DC. *Quorum limitum curſus nulla interiecta diſtantia in utrunque laterum partes ut territoria current, ut infra monſtravi.* Qui putarunt ex hoc *Frontini* loco inferri, a Trium-Viris Florentiam conditam fuiſſe, longe a vero aberrarunt; quum ex eo, quod coloni in aliquam urbem deducantur, non deſluat, eam tunc urbem primum excitari. Multas alias Etruriae urbes Colonias deduxerunt III. Viri, quas tamen antiquiſſimas fuiſſe, nec tunc primum aedificatas, apud omnes in confeſſo eſt. En, eodem *Frontino* docente, ab iiſdem III. Viris Arretium, Volaterrae, Faliſci, Tuſcorum urbium vetuſtiſſimae & praeſtantiſſimae, Coloniae deductae ſunt. *Onuph. Panvinius* adfirmavit *Borghinio*, ſe vidiſſe Romanorum temporum numos cum inſcriptione COL. FLOR. ut ipſe *Borghinius* teſtatur opuſculo *De Moneta*. Quanto autem Coloniae Municipiis praeſtent, docet *Gellius Lib. XVI. Noct. Attic. Cap. XIII. Sed Coloniarum*, inquit, *alia neceſſitudo eſt, non enim veniunt extrinſecus in civitatem, nec ſuis radicibus nituntur: ſed ex civitate quaſi propagatae ſunt, & iura inſtitutaque omnia Pop. Rom. non ſui arbitrii habent. Quae tamen conditio, quum ſit magis obnoxia, & minus libera, potior tamen & praeſtabilior exiſtimatur; propter amplitudinem maieſtatemque Pop. Romani, cuius iſtae Coloniae, quaſi effigies parvae, ſimulacraque eſſe quaedam videntur.*

a *Lucius Florus Epitomes lib. III. Cap. XXI.* ita ſcribit: *Municipia Italiae ſplendidiſſima ſub haſta venierant, Spoletium, Interamnium, Praeneſte, Florentia. Chriſtoph. Cellarius* in ſua Geographia antiqua, & *Martiaerius* in *Lexico Geographico*, plane adgnoſcunt hic a *Floro* de Florentia Tuſcorum ſermonem haberi; & quae in contrarium diſputat σχετλιώτερον *Vinc. Borghinius*, plus ſubtilitatis & perplexitatis habent, quam veritatis. Non me latet Auctorem anonymum operis *De vera Florentinae civitatis libertate* in poſteriorem ſententiam, utpote omnia Florentina, dum propoſito ſervit, elevantem pedibus ire; ſed in hoc, & in aliis multis eius eruditionem commendo, iudicium deſidero. Quod ſi *Cellarius* ipſe laudatus, an Florentia illo tempore tam ſplendida fuerit, non ſine cauſſa dubitari dicit; tamen *Floro* adſeveranti fides magis habenda eſt, quam ulli alii recentiorum dubitanti, quum nihil antiquae huiuſmodi Florentiae amplitudini repugnet, & praecipue ſi ſitus commoditatem, ſalubritatem aeris, fluminis adlabentis utilitatem, fertilitatem ſoli, conſideres. Itaque, ſublata omni dubitatione, tandem *Philip. Cluverius* concludit: *Perantiqua igitur urbs Florentia, & iam Sullae Mariique temporibus, ideſt, circa annum ante natum Ieſum Chriſtum LXX. inter ſplendidiſſimas Italiae urbes computata.*

b *Iac. Gothofredus ad Leg. VIII. De Accuſationibus & Inſcriptionibus Codicis Theodoſiani Lib. IX. Tit. I.* ita ſcribit: *Tandem de urbe Florentia, ubi haec lex accepta dicitur, notandum, eam Tuſciae metropolim fuiſſe exinde colligi; (id quod iam alibi a me notatum Cenſoribus placere non poteſt). Nam etſi quaqua in urbe res tulerat, & provinciam ſuam Rector obiens in ea conſiſtebat, ibi quoque legem aliquam acceptam adnotare mos eſſet; attamen ex temporis ratione & diuturnitate aliquando conſtare poteſt, ea urbs, in qua lex accepta dicitur, metropolis ne fuerit, an alia. Niſi enim ſumma aeſtate lex in urbe aliqua accepta dicatur, ſive reſcriptam; omnino ubi ea accepta dicitur, ibi & metropolim ferme fuiſſe oportet. Nonniſi aeſtate quippe ſumma Rectores provinciarum provincias ſuas obibant, reliquo anni tempore in metropoli haerebant; de quo iam dixi ſupra Tit. de Officio Rectoris Provinciae Lege IV. & V. ſed & Lege I. II. ſupra Ne quis in Palatiis maneat. Igitur toto hoc tempore urbes, in quibus acceptae leges dicuntur, metropoles fuere. Sane in Itinerario Peutingeriano vocatur ea Florentia Tuſcorum, non magis ad differentiam alterius Florentiae, quam ad indicandum hoc, quod dixi, ipſum.* Hactenus *Gothofredus*. Sed contra hanc ſententiam, quam impugnandam iam Auctor praeſagus ſenſerat, ſtant *Iac. Sirmondus*, & Scriptor *De vera Florentinae civitatis libertate*, *Sirmondi* veſtigiis inſiſtens. *Sirmondus* igitur in *Cenſura Vindiciarum Coniecturae Anonymi &c.* levem aut potius nullam eſſe *Gothofredi* coniecturam cenſet, quod *Strabo* Hiſpaniae Praeſidem ſcribat in oris maritimis, hoc eſt, nunc una, nunc alia in urbe, ſed Carthagine potiſſimum & Tarracone, hiemare conſueviſſe. At obſervandum, a viro docto *Scipione Maffeio* contendi quidem, nullam metropolin ab antiquis Romanis in provinciis conſtitutam fuiſſe; ſaltem tamen dici vere videatur, plures in eadem provincia urbes primarias eſſe potuiſſe, in quibus Rector provinciae apte & commode ſedem conſtitueret, atque omnibus

prae-

A.Ch. 66 Corrector Etruriae inſequutis temporibus reſideret. [a] Nec urbis anguſtias & tenuitatem ex eo quis ſe deprehendere exiſtimet, quod ſaeculo XI. quando ampliori moenium ambitu cincta eſt, brevi admodum ſpatio comprehenderetur; nam quae ſae-

culo

praeſto eſſet, ut volunt Imperatores in *Leg. IV. De officio Rectoris provinciae*; adeoque Florentia, metropolis hoc ſenſu fuerit, hoc eſt primaria Tuſciae urba, quam Rector elegerit ut in ea reſideret; de nullo enim alia Tuſciae urbe certa memoria ſupereſt, quae Rectorem in ea ſedem conſtituiſſe aperte doceat. Quod autem *Sirmondus* ait *Theodoſium Leg. VI. De officio Rectoris provinciae* praecipere, *ut in illis quinque urbibus, quae potiores eſſe ceteris adſeruntur*, viciſſim hiemandum ſibi iudices recognoſcant, non ſubſiſtit, & falſus eſt vir doctus; nam nec *Theodoſius* illa lege huiuſmodi aliquid praecipit, nec illa lex *Theodoſii* eſt, ſed *Valentis*, *Gratiani*, & *Valentiniani*, omne aliud, quam illud, praecipientium; nec in tota hac Rubrica Codicis Theodoſiani ſimilem legem reperire eſt. Cetera autem, quae *Sirmondus* diſputat, *Gothofredi* ſententiam haud ſatis refellere & deſtruere videantur; nam nec verum eſt a *Plinio* Faliſcos Etruſcorum memorari; quum *Lib. III. Cap. V.* tantum ſcribat: *Intus Colonia Faliſca Argis orta (ut auctor eſt Cato) quae cognominatur Etruſcorum lucus*; & ſi Volaterrani cognomine Etruſci dicti ſunt, ut eodem loco *Plinius* ait, hoc haud profecto idem eſt ac ſi dicerentur *Volaterrae Etruſcorum*. Minus quoque urget, quod *Sirmondus* ait, ignorari quo tempore a *Maximino* Correctore Tuſciae *Lex VIII. de Accuſationibus* Florentiae accepta fuerit; quum conſtet eam datam Remis XV. Kal. Decembres, adeoque ad ſummum poſt menſem elapſum accipi a Correctore iuxta omnem veriſimilitudinem debuiſſe. Itaque in hac doctorum virorum diſcordia, ſi & mihi ius cenſendi eſt, illud verum eſſe exiſtimaverim, Florentiam quidem nonnulla in Etruria praerogativa praecelluiſſe, veluti, quod Rectoris provinciae ſedes eſſet, propter quam *Florentia Tuſcorum* diceretur; non ita tamen ſui principatus eminentiam exporrexiſſe, ut impediret ne aliae Tuſciae urbes pro diverſa aetate ſimili dignitate cenſerentur. Heinc illa *Livii Lib. IX. Cap. XXXVII. A Peruſia, & Cortona, & Arretio, quae ferme capita Etruriae populorum ea tempeſtate erant, &c.* Et re vera additionem illam *Tuſcorum* aliquid honoris & praeſtantiae denotare inter Tuſca oppida, vel ex eo argui poteſt, quod ſimili modo Scriptores ſaepe loquuti ſunt, quum populorum quorumdam primariam urbem ſignificare voluerunt. Sic *Lutetiam Pariſiorum* dixit *Caeſar Lib. VI. Cap. III.* ut principale Pariſiorum oppidum ſignificaret. *Florentia* autem *Tuſcorum* dicta eſt apud *Optatum Milevitanum*, ut inferius ex eius adductis verbis conſtabit; & in Tabula Itineraria, ſeu Itinerario Peutingeriano, *Florentia Tuſcorum* pariter legitur. Scrupulum forte iniicere poſſit, quod *Rutilius Numatianus* de *Decio* Etruriae Rectore ſcribere videatur, eum Cortonae ſedem fixiſſe, illis verſibus:

Qualis nunc Decius, Lucilli nobile pignus,
Per Coryti populos arva beata regit.

Quamquam vero eo ſenſu hi verſus accipiantur a V. C. *Marcello Venuto*, in *Epiſtola* ſeu *Diſſertatione de Cortonenſibus Antiquitatibus*, quam Tomo II. ſuarum Tuſciae Inſcriptionum eruditiſſimus *Gorius* inſeruit; tamen eo loci *Rutilius* non tam ſignificare velle videatur *Decium* Coryti, ſeu Cortonae moratum eſſe, quam figurate per Coryti populos, Etruſcos indicare, quorum rex *Corytus* fuerat; vel Synedoche uſus eſt poetice partem pro toto accipiens; nam & in ſuperioribus verſibus Etruriam Lydiae nomine denotaverat, antiquis vocabulis uſus:

Famam Lachanii veneratur numinis inſtar
Inter Turrigenas Lydia tota ſuos.
Grata bonis priſcos retinet provincia mores,
Dignaque Rectores ſemper habere bonos.

Id quod & *Caſp. Barthius* & *Phil. Cluverius*, aliique, animadverterant. Lapis autem, quem idem *Venutus* eruditiſſimus profert in Cortonenſi agro repertum, etſi de Correctore Etruriae intelligendus eſſet, non tamen eum Cortonae permanſiſſe evincit, ſed vel Cortonae dum in diſcurſu eſſet, & provinciam obiret, naturae conceſſiſſe; vel aliquod ibi monumentum erexiſſe. Inſcriptio eſt quae ſequitur, ſed manca & corrupta:

. . ETELLIVS. C. F. STEL. GA. . . .
IIII VIR. AED. . .
METELLIVS. C. F. S. . . . .
IIII VIR. AED. Q. . . . .
ETRVRIAE IIII VIR . . . .

[a] De vetuſta urbis Florentiae amplitudine *Vinc. Borghinius* in ea Diſſertatione, quam de Florentiae origine lucubravit, diſputans ita ſcribit: *Or queſte tutte conſiderazioni, aggiunta tale quale ella ſia per dover eſſer preſa quella del Villani, il quale chiaramente vuole il cerchio, che veramente ſi può chiamar primo, eſſere ſtato molto maggiore: mi fanno credere che queſto non ſia il vero, e primo della Colonia noſtra: e che e' fuſſe aſſai più largo, ma quanto per l'appunto, io credo che ſia opera perduta volerlo ora in tante tenebre ricercare: ſe non che facilmente ſi potrebbe penſare, che dalla parte d' Arno s' accoſtaſſe alla riva, che poco varierà da quella, che di ſopra gli è dato: ſe non che metterà al ſicuro dentro le Terme, che in queſto reſtano dubbie, o molto in ſull' orlo. E che da Levante ſi accoſtaſſe all' Anfiteatro, dalla Tramontana rinchiudeſſe dentro la Baſilica poi detta Ambroſiana, e di San Lorenzo, e da Ponente ſi appreſſaſſe, o metteſ-*

culo VI. a Gotthis, & Langobardis clades & vaſtitas inlata eſt, A.Ch. 66
pomoeria noſtrae urbis anguſtiora eſſe coegit, dirutis late aedificiis, quorum reliquiae extra deſignatum a noſtris Scriptoribus veterem urbis circuitum adhuc ſuperſunt. Et profecto quis parvam anguſtamque urbem eam credat, in qua fora, ſtatuas templa, baſilicas, balnea, theatra, amphitheatra, aliaque ingentia & ſumtuoſa aedificia fuiſſe, manifeſta veſtigia, proxi-

teſſe dentro il Teetro, che ſarà poco più di quello, che ſe gli è da queſta parte aſſegnato; e toraerebbe queſto ſito molto bene accomodato al fiume d' Arno, e fiumicello di Mugnone, come che fuſſe cinto da queſti dalle tre parti: perchè Arno veniva già allato, e molto vicino alla porta alla Croce, ove faceva nella volta rigirando, come è la natura dell' acque, gran fondo, che noi ſogliam dire Gorgo, e ſi chiamava, per una Croce che vi era poſta, la Croce a Gorgo: donde preſe il nome nelle terze mura quella porta: e di quivi rigirava intorno, dove è ora la piazzo di S. Croce, e sboccava tra il ponte Rubaconte, e il Caſtel d' Altafronte. Ma Mugnione venendo quaſi diritto, dove ſu poi fatta la Chieſa di S. Marco, volgendoſi con un cotal poco di giro verſo il canto alla Macina, ſi gettava dove è oggi la piazza vecchia di S. Maria Novella, e paſſando lungo il Teatro, sboccava in Arno la intorno, ove molti ſecoli poi ſi fece la Chieſa di Ogniſſanti, e fatilmente per la via che ancor ſi chiama de' Foſſi, il qual nome era ancor dalla parte di Levante, e ſi mantiene nella Chieſa di S. Iacopo, detta fra' Foſſi, come ſi crede, per l' acque, che qui per alcuni foſſi, ſi conducevano in Arno, di quella parte della Città, e per la foſſa del fiume ſteſſo, che così la chiama il noſtro Poeta: è più conietture che certezza, e non manca chi crede, che queſto nome veniſſe da' foſſi, che qui ſi fecero nel far le mura di quel, che or ſi chiama ſecondo cerchio, che al ſicuro aggiunſe a queſto luogo, come poi ſi chiamarono i fondamenti, e ſi chiamano ancora da quegli della Chieſa Cattedrale: il che ſe ſa, maraviglia è: perchè in queſti due luoghi appunto reſtaſſe queſto nome, eſſendoſi i foſſi allora fatti intorno: però creda ciaſcuno a ſuo modo. Ma che dalla parte di Levante ſi appreſſaſſe, o forſe metteſſe dentro tutto, o parte dell' Anfiteatro, come ſe ne vede ancora uno in Roma, mi fa ancora più volentieri credere, che pare ora, mentre ch' io ſcrivo queſto, nella medeſima caſa de' Cei, diſopra nominata, ricavandoſi nuove volte, ſi è ſcoperto un pavimento di belliſſime tavolette ſegate di marmi, o di miſti: che dalla ſottigliezza, e forma, moſtrano d' eſſere di ſtanze, ò molto delicate, o molto ricche, come ſono bagni, ſtaſe, camerette delizioſe, e cotali altre morbidezze di que' tempi, ovvero ſuoli di Tempj, e Cappelle ſegrete: e finalmente di edifizj da eſſer dentro alle Città, e in luoghi ſicuri, e difeſi, non fuor delle mura eſpoſti a tutti i primi pericoli d' una ſubita, o improviſa ſcorreria, non che di giuſta guerra. E quantunque ſi ſia già detto, e per me lo credo veriſſimo, che qui intorno doveſſe eſſere l' entrata principale di eſſo Anfiteatro: non impediſce queſto che non ci poteſſe anche eſſere vicino alcun altro bello ediſizio. Ed io già toccai diſupra, quanto ſia veriſimile, che ci faſſero altre muraglie ſacre, private, e pubbliche, che ne allegai alcuna ragione, o più preſto ſegni; e toccai, che fa a quello, e a queſto propoſito inſieme, che nel cortile del Veſcovado cavandoſi ſon già molti anni, ſi trovò un pavimento tutto di marmi porfidi, e ſerpentini, e altre finiſſime pietre, che comunemente ſi chiama muſaico, che non poteva eſſere ſe non di edifizio ricco, ſuntuoſo, e bello: e ſe queſto era il vero primo cerchio, certamente molto ſarebbe ſtato ſotto la porta principale, e quaſi appiccato con eſſa. Il che come convenevol ſia giudichilo il diſcreto lettore. Non ſi piglino già queſti termini, ch' io per a un dipreſſo ho così poſti, ſtrettamente nè per l' appunto: perchè potettero pur variare alquanto; e ciò che ſe ne voleſſe dire per certo ſarebbe vano, nè impediſce queſto la ragione de' borghi, perchè corriſpondono pure a queſto ſecondo, che è chiamato da' noſtri Scrittori primo, già di ſopra deſcritto; e da queſto in qua hanno queſto nome, che dalle Chieſe e famiglie è preſo, come è detto, il quale chi voleſſe immaginare, perchè fuſſe a quel modo intorno a gli anni 770. a gli 800. o pur di poi molti anni, che di queſto non ci è contezza alcuna più di quello che ſe ne dica il Villani, così riſtretto: conſiderisi, ſe queſta poteſſe eſſer vera, e ragionevol cagione, che trovandoſi queſto paeſe libero da quella lunga ſervitù, eſſendone ſcacciati i Longobardi, ed i noſtri cittadini da tante, e sì lunghe avverſità conſumati, e aſſottigliati di numero, e di avere, e trovandoſi il circuito grande, e per le guerre paſſate, e pel tempo, e per la poca cura di molti, e molti anni, e forſe a bello ſtudio de' Longobardi, per non haver da ſoſpettar di lei, in parte rovinato, e quaſi tutto sfaſciato, e la Città tutto ſottoſopra mal condotta: credeſſer che fuſſe bene riſtringerſi a quella parte, che e' potevano per ſe ſteſſi mantenere, e guardare, e accomodandoſi alla preſente fortuna la voller più preſto piccoletta, ma accomodata e abitata tutta; che maggiore, e diſabitata, e piena di moricce, e di caſe rovinate, e disfatte, e da vantaggio mal forte.

Phil. quoque *Cluverius* in eadem ſententia eſt, & Florentiam inruptionis Gotthorum tempore. peramplam pro ea aetate urbem fuiſſe non dubitat, atque ita ſcribit: *Apud Agathiam*

Lib. I.

A.Ch. 66 ximioribus ſaeculi effoſſa ac retecta, demonſtraverunt [a]? Porro antiquitas etiam urbis ſplendorem augeat; quum procul a vero aberrare videantur, qui eius initia a *Sulla*, vel Triumviris, [b] repetunt; & pervetuſtam eſſe ſubindicet probabilis auctor *Plutarchus*, modo is auctor ſit, qui in eo volumine, quod *Graecarum, & Romanarum hiſtoriarum Parallela* inſcripſit, perantiquum exemplum adfert de *Lucii Troſcii* filia, quae a patria *Florentiam* nomen accepit. [c] Quin, nec *Sullae* aetate ſplendidiſſimum municipium fuiſſet, niſi & vetuſtiſſimum; ſiquidem non extemplo, ſed maturo temporis lapſu, occultoque aevo, civitates augeſcunt, & tacitis incrementis populoſae ac magnificae evadunt. Quin, ſi id magnificentiae & amplitudinis conſectarium eſſe poteſt, cultos fuiſſe Florentinos, & liberalibus diſciplinis vacaſſe, vel illud innuat, quod Graecanicas litteras probe callebant, prout, quae aetatem tulerunt, ſepulcralia epigrammata Graece ſcripta, & in urbe, vel eius agro, re-

Lib. I. haec leguntur verba · ὁ δὲ Ναρσῆς, ἐπεὶ πολέμῳ τε καὶ ἐπιδρομαῖς ἑλεῖν δή που τὸ χωρίον ἀδύνατον ἦν, ἔγνω, μὴ ἀπάσῃ τῇ στρατιᾷ ἐν τοῖσδε διαπονεῖσθαι, ἀλλ' ἐς Φλωρεντίαν καὶ Κεντυκέλλας, καὶ ἄλλα ἄττα πολίσματα τῆς Τουσκίας χώρας εὐθὺς ἀφίεσθαι. *Ideſt*: Narſes, quum neque bello, neque vi ulla oppidum capi poſſet; ſtatuit non univerſum exercitum in laborioſa hac obſidione diſtinere: ſed Florentiam & Centumcellas, & ad alia quaedam Tuſciae oppida ſtatim ſe conferre. *Ex hac voce* πολίσματα, *quae minora quaedam oppida proprie denotat, quidam colligunt, parvam exiguamque tunc temporis fuiſſe Florentiam, quos ego haud modice errare cenſeo, quippe hoc ſi ita de Florentia accipiendum, certe idem, & de Centumcellis ex eodem vocabulo intelligendum foret. At hoc perquam eſſe falſum teſtatur* Procopius *eorum temporum auctor; & qui cum* Veliſario, Iuſtiniani *Imperatoris duce, ipſe Italiam intravit, multamque eius partem obivit. Is quippe* Gottic. Rer. Libro II. *ita tradit*: Διὸ δὲ Γότθοι καὶ πόλιν ἐπιθαλασσίαν, λόγου πολλοῦ ἀξίαν, κεντουκέλλας ὄνομα, τῶν ἐπιτηδείων σπανίζοντες, ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐξέλιπον· ἔστι δὲ ἡ πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος. *Ideſt*: Quapropter etiam Gotthi urbem maritimam, admodum celebrem, nomine Centumcellas, quum neceſſaria victui deficerent, ſub idem tempus deſeruerunt. Eſt autem urbs magna, incoliſque frequentiſſima. *Itaque non magis de Florentia, quam de Centumcellis, vox illa* πόλισμα *accipi debet: ſed de aliis quibuſdam minoribus Tuſciae oppidis, quae Narſes una cum illis magnis urbibus cepit.*

a Conſule de his late agentem *Vinc. Borghinium Diſſert. de Florentiae Origine*.

b Talis fuit *Leonardus Arretinus*, talis & *Angelus Politianus*. Vterque falſus eſt lucis veterum Scriptorum non bene intellectis: ille quidem *Ciceronis*; hic autem *Iulii Frontini*, ut in eius Epiſtolis videre eſt; quem quidem & *Scipio Ammiratus* ſequutus eſt. At idem ac *Leonardus* iam ſenſerant *Ric. Malaſpina*, & *Villanius*, qui fundamenta huius urbis annis ante Chriſti ortum LXX. iacta fuiſſe memoriae prodiderunt. Ille ſuae *Hiſtoriae Cap. XXVIII.* hic *Lib. I. Cap. XXXVIII.*

c Verba *Plutarchi* ſunt quae ſequuntur: Λεύκιος Τρώσκιος θυγατέρα εἶχε Φλωρεντίαν ἀπὸ τῆς πατρίδος· ταύτην ἔφθειρε Καλπούρνιος Ῥωμαῖος. ὁ δὲ παρέδωκε τὴν κόρην καταποντίσαι. ἐλεηθεῖσα δὲ ὑπὸ τοῦ δορυφόρου, πιπράσκεται. Κατὰ τύχην τῆς νεὼς προσχούσης εἰς Ἰταλίαν, Καλπούρνιος ὠνήσατο, καὶ ἐποιήσατο ἐξ αὐτῆς Κόντρουσκον, *L. Troſcius filiam habuit a Patria Florentiam, cuius quum a Calpurnio Romano pudicitia eſſet imminuta, ſatelliti, cui propterea in mare demergendam pater tradiderat, eam miſericordia adductus vendidit. Navi autem bona fortuna ad Italiam adplicata, Calpurnius Florentiam emit, ex eaque Contruſcum ſuſtulit. Gul. Xylander* haec *Plutarchi* verba non probe intellexit, & illud ἀπὸ τῆς πατρίδος, *ex Patride*, quaſi matris nomen eſſet, Latine vertit. Recte tamen *Vinc. Borghinius*, & *Ant. Mar. Salvinius*, obſervarunt ibi a *Plutarcho* de *Florentia* urbe agi, a qua patria ſua *Troſci* filia noman acceperit. Si tamen aliquid audacter proferri decet in *Plutarcho*, non Λεύκιος Τρώσκιος legiſſem, ſad Λεύκιος Τρούσκος, *Lucius Etruſcus*. Hoc autem exemplum perantiquum dixi, quod in eo Libello *Plutarchus* nullum *Annibalis* aetate recentius proferre videa-

reperta , luculenter evincunt [a] . Itaque mirari non ſubit, ſi A.Ch. 66
urbem adeo praeclaram *Iulii Caeſaris* nomine inſigniri, & *Iuliam Florentiam* adpellari, orbis terrarum Principes voluiſſe, qui-

B dam

deatur; ſed omnia a vetuſta cum Graeca, tum Romana, hiſtoria repetere, At, ne verum diſſimulem, non deſunt viri docti, qui hunc libellum *Plutarcho* abiudicent, enque indignum arbitrentur; & de hoc extat erudita Diſſertatio *Sallerii* inter Acta ſeu Memorabilia Academiae Politiorum Litterarum Pariſienſis.

a Graecae Inſcriptiones Florentiae, & in eius agro ſuburbano repertae, ab *Ant. Franc. Gorio*, & *Pet. Franc. Igginio*, publici iuris factae, ſunt quae ſequuntur. Prima Inſcriptio, eſt Epitaphium ad Sancti *Felicis* Imae repertum, quod a *Gorio* editum ita habet:

ΤΗΗ ΤΡΙΒΟΝΠΑΓΑΓΕΙCΑ ΑΛΗΤΩCΤΟΔΕ CΗΜΑΝΟΗCΗC
ΜΗ ΔΕΟΜΑΙ ΓΕΛΑCΗC ΕΙ ΚΤΝΟC ΕCΤΙ ΤΑΟΟC
ΕΤΑΥCΟΗΗ ΧΕΙΡCCΑΕ ΚΟΝΙΝ CΤΝΕΟΗΥ ΑΝΑΚΤΟC
ΟC ΜΟΤ ΚΑΙ CΙΗΛΗ ΤΟΝΑC ΕΧΑΡΑΞΕ ΝΟΓΟΝ

Ant. Mar. Salvinius ſic reſtituit, & Latine vertit,

Τὸν τρίβον ὃς παράγεις, ἀλύπως τόδε σῆμα νοήσας
Μὴ, δέομαι, γελάσῃς, εἰ κυνός ἐστι τάφος.
Ἐκλαύσθην. χεῖρες δὲ κόνιν συνέθηκαν ἄνακτος,
Ὅς μου καὶ στήλῃ τόνδ' ἐχάραξε λόγον.

Tu ſine moeſtitia monumentum hoc cerne, Viator;
Ne quaeſo, ride, ſi canis eſt tumulus.
Sum defleta: cinis domino compoſtus ab ipſo,
Qui noſtro & cippo talia verba dedit.

Secunda Inſcriptio, quam ab *Ant. Franc. Marmio* acceptam V. C. *Lud. Ant. Muratorius* primus edidit Tomo I. *Inſcript. pag. CDI.* in D. *Felicitatis* Florentiae inventa eſt, & ita habet, prout caſtigatius Cl. *Fogginius* exhibuit, in Diſſertatione *De primis Florentinorum Apoſtolis*.

ΕΝΘΑ ΚΙΤΕ ΜΑΙ . . .
Α ΘΥΓΑΤΗΡ ΙΟΑΝΝΟΥ
ΚΩΝΙ ΚΕΡΑΤΩΝ ΕΖΕΣ
ΕΝ ΑΙΤΗ ΤΡΙΑ ΜΗΤΡΙΣ
ΗΜ Ι. ΠΙΣΤΗ ΕΤΕΛΕ
ΥΤΗΣΕΝ ΜΗ ΞΑΝ
ΔΙΚΟΥ ΔΥΚ ΥΠΑΤΙ
Α ΟΝΟΡΙΟΥ ΑΥΓ. ΤΟ
Α .†. ΚΑΙ ΚΟΣΤΑΝΤΙ
ΟΥ ΤΟ Β.

Ita autem reſtituenda & legenda videtur.
Ενθα κειται μαρι (vel μαρθ)
α θυγατηρ Ιωαννου
Κοινωνιᾳ Καιρεῖων εζησ
εν ετη τρια μηνας τρις
ημερας δεκα· πιστη ετελε
υτησεν εν μηνος ξαν
δικου δεκατη υπατι
ᾳ Ονοριου Αυγουστου το
ῦ και δεκατου, και Κοσταντι
ου το δευτερου.

Latine autem ita ſonat.
Heic iacet Maria, vel Martha, filia Ioannis, Communitas Caeretum, vel e Communitate Caeretum. Vixit annos tres, menſes tres, dies decem. Fidelis defuncta eſt, menſis Xandici (pro Xanthici, vel Aprilis) decima, Conſulatu Honorii Auguſti undecimo, Conſtantii ſecundo. Hoc eſt, anno Chriſti CCCCXVII. Quot quadratarii erratis, & ſiglis, haec inſcriptio ſcateat, evidenter patet: quare mirari non ſubit ſi κωνι pro κοινωνια; & κεραῖων, pro καιρεῖων, vel καιρητων, occurrant. Sic *Virgilius Lib. X.*

Qui Caerete domo, qui ſunt Minionis in arvis.

Καιρεῖων autem Dorica dialecto. Signa poſt voces HMI, & ΑΥΓ pro punctis haberi debent. Poſt menſes, dies in Epitaphiis adnotantur. Sigla autem HM manifeſte ημερας denotat, quam dictionem numeralis nota neceſſario ſequi debet, quae quidem eſt *Iota*, quod *decem* ſignificat. Sic dies menſis, quo mortua eſt, ſignandus fuerat, qui alius iuxta ſiglam adpoſitam, quam decimus eſſe non poteſt, ut recte obſervavit *Fogginius*. Nimis remota eſt Syria, nec ab ea repetenda videtur patria Ioannis, & filiae eius; quum Tuſciae urbs vetuſtiſſima & inclita Caere, ſeu Agylla antiquo nomine, nobis eam ſuppeditet. Communitates autem populorum in antiquis Inſcriptionibus paſſim occurrunt. Sic apud *Gruterum* pag. XCV. Λαμψακηνων Κοινωνια. Tertiam quoque Graecam Inſcriptionem *Fogginius*

A.Ch. 66 dam exiſtimarunt [a]; Populuſque Romanus, & deinde *Hadrianus* Imperator, viam Caſſiam a Cluſinorum finibus Florentiam, tamquam ad illuſtrem urbem, perduxerint [b]. Quantus tamen ager Florentinis colonis a Triumviris adſignatus fuerit, non adeo liquidum, ut facile expediri poſſit. Haud longe a veritate recedere videantur, qui antiquum agrum, & Eccleſiaſticam dioeceſin, iisdem finibus circumſcribunt; niſi quod ſequioribus ſaeculis in dioeceſi Eccleſiaſtica aliquid immutatum fuiſſe videri poteſt [c]. Moris enim fuit antiquitus apud Chriſtianae legis homines, in adſignanda ſingulis ſacrorum Antiſtitibus dioeceſi, civilis territorii limites ſequi, & profanae ditionis terminis ſacrae praefecturae ambitum definire [d]. Itaque e re noſtra eſſe video id, quod de hu-

ginius protulit, in eadem D. *Felicitatis* aede repertam, ſed mutilam mancamque, quod lapis fractus eſſet, ita ut vix haec verba EN IPHNHI integra in ea legerentur. Alia quoque fragmenta Graecarum Inſcriptionum in eodem ſolo effoſſa fuiſſe, idem *Fogginius* diſerte teſtatur. Haud equidem inficias ierim, Graecos quoque homines Florentiae verſari potuiſſe, & e Calabria praeſertim, ubi Dorica dialectus obtinebat; & e Calabria forte oriundus eſſe potuit hic Caeres *Ioannes* puellae pater; verum & ſi ita res ſe habuiſſet, tamen Florentinae litteraturae admodum conducere poterat.

a *Eumenius* Rhetor extrema gratiarum Actione ad Conſtantinum: *Omnium*, inquit Flavienſium nomine, *ſis licet dominus urbium, omnium nationum, nos tamen etiam nomen accepimus tuum iam, non antiquum. Bibracte quidem huc uſque dicta eſt Iulia, Pola, Florentia, ſed Flavia eſt civitas Aeduorum*: Ad quem locum *Cellarius Lib. II. Geograph. Antiq. Cap. II. Sect. II. §. LXXXIII.* ita ſcribit: *Hoc eſt: Bibracte quidem in Aeduis, & Pola Iſtriae, & Florentia Tuſcorum; ab Iulio Caeſare cognomen accepere, & Iuliae ſunt cognominatae: at Civitas Aeduorum primaria, Auguſtodunum, a Flavio Conſtantio, & Flavio Conſtantino Maximo, Auguſtis reſtitutoribus ſuis, Flavia, nunc non minus illuſtri nomine adpellatur; & eius incolae Flavienſes.* At res in ſententiis eſt, & alii locum *Eumenii* aliter legunt, & explicant; & conſulendus inter alios *Laur. Patarolus* ad eum locum. Quae autem Coloniae Iuliae adpellatae fuerint, praeclare docet *Henr. Noriſius* Cardinalis doctiſſimus, *Diſſertatione I. in Cenotaphia Piſana*.

b Vide inferius ad annum CXIX.

c Etenim, exempli gratia, Empulum oppidum, quod XVII. M. P. Florentia diſtat, nono ſaeculo, ac deinceps, in dioeceſi Piſana cenſitum fuiſſe videtur, quum hodie in Florentina comprehendatur. Illud autem ſuadet, quod in Piſanae Eccleſiae Archivo monumenta exſtent, quae docent, certum cenſum illo ſaeculo & ſequentibus Eccleſiam S. *Andreae* Empuli Piſanae Eccleſiae ſolviſſe, quae quidem monumenta Tomi X. *Deliciarum Eruditorum*, ſeu *Partis I. Hodoeporici Chariſonis & Hippophili*, *Praefatione* exhibita fuerunt, ut de ſubſpecto *Vberti Lanfranci*, Archiepiſcopi Piſani, monumento taceam, quod apud *Vghellium*, & *Troncium*, videre eſt. Adde, quod Kalendarium Eccleſiae Empulenſis adhuc Kalendario Eccleſiae Piſanae reſpondet, ut illam ab hac olim dependiſſe etiam ex hoc ipſo admodum veroſimile fiat; id, quod mihi Praeſul doctiſſimus *Franc. Guidius*, Piſanus Archiepiſcopus, ſubgerebat. Quare falſum eſſe *Borghinium* oportet, qui dioeceſis Florentinae fines aliquam forte mutationem tantum paſſos eſſe cenſet, quando Archiepiſcopatus dignitate Florentina Eccleſia decorata fuit, quod ſaeculo demum XV. contigit, in *Diſſertatione de Florentiae Origine*.

d Ita *Borghinius* cenſet, & recte quidem ac ſapienter: & eius ſententia confirmatur a *Ioſepho Binghamo* Origin. Eccleſ. Libro IX. Cap. I. hiſce verbis: *Et ut hoic ſtatum & diviſionem Eccleſiae recte intelligamus, ſtatum & diviſionem imperii* Romani *breviter contueri proderit. Nam a viris doctis opinio generatim recepta eſt, Eccleſiam externam ſuam politiam & regimen, tum in prima eius conſtitutione, tum in mutationibus & variationibus, quae ſaeculis ſubſequentibus intervenerunt, ad illam quodam modo accommodaſſe. Apoſtolorum aetate quaelibet civitas inter* Graecos *pariter &* Romanos *immediatae gubernationi certorum magiſtratuum ex ſuo ipſius corpore ſuberat, qui* βουλὴ *ſive ſenatus dicebantur; alias* ordo & curia *adpellati; quos inter plerumque unus reliquis dignitate erat ſuperior, quem* Dictatorem *alii, alii* Defenſorem civitatis *nuncupant; cuius poteſtas non tantum ſuper civitatem, ſed univerſum quoque adiacens territorium, dictum* προάστεια, *hoc eſt* ſuburbia, *ſive minora oppida, ad iuriſdictionem civitatis ſpectantia, ſe extendebat. Haec civitas erat ſenſu civili locus, ubi magiſtra-*

huiuſmodi finibus ſollers atque exactus Auctor *Vinc. Borghinius* commentatus eſt, in medium adducere. *Sed miſſis fabellis*, inquit, *ſi hic canon rectus eſt, quae terrae a principio colonis noſtris adſignatae fuerint, facile intelligitur; & quam lati ac ſpatioſi fines eſſent, qui ab agro Piſtorienſi (ut ab uno capite exordium ſumamus) Pratum uſque, ubi etiam in praeſens, Ad confinia, vocatur, pertingunt: unde dilatati Podium Caianum verſus, iuxta quod, uti territorii terminum, catena eſt: & inde ad Arnum pervenientes, & fluvii curſum ripaſque ſequentes, ubi ager Empulo adpropinquat, & a fluvio in adiacentes campos extenditur, Spiculi, Subilianae, & Petrorii, planitiem comprehendens. Hinc Arnum iterum tranſiens, non procul ab Elſae oſtiis, fit Lucenſi territorio conterminus, quatenus ager Miniatenſis praetenditur. Agrum inde Volaterranum confinem habet, Elſae flumen ercifcens, donec flumine tranſmiſſo ad Senam quamproxime accedit, & eius territorio conterminus Clantum verſus oblique porrigitur, donec amnem Arnum iterum offendit, agrum Feſulanum ex hac parte confinem habens; atque ipſam Feſularum urbem circumiens, cuius ab hoc latere agrum admodum anguſtum efficit, Mucellum occupat; & Apenninum tranſgreditur: in qua parte obſervatione dignum eſſe videatur, quidnam in cauſſa eſſe potuerit, cur ager huc uſque extenſus ſit; quum ſoli ſterilitas colonorum deſideria excitare non poſſit: niſi id voluerunt, ut liberum in Galliam tranſitum per hos montes, & expeditum, haberent. At, utcumque res ſe habuerit, certum exploratumque eſt, hac ſemper dioeceſin Eccleſiaſticam Florentinam patuiſſe, uti & civile territorium, unde quaedam praedii pars hactenus nomen habet. Illac per haſce Alpes Penninas, & montes, Epiſcopatus Faventiae, Fori Cornelii, & Bononiae, limitaneos*

A.Ch. 66

neos

ſtratus civilis, & minor quidam ſenatus, ad res iſtius ſocietatis ordinandas moderandaſque erat conſtitutus. Ium vero ad eumdem modum Apoſtoli in prima plantatione & conſtitutione Eccleſiae, ubicumque civilem quemdam magiſtratum conſtitutum invenere, Eccleſiaſticum etiam magiſtratum conſtituere ſtuduerant, ſenatu quodam ſive presbyterio conſiſtentem, hoc eſt, commune aliquod presbyterorum concilium, ex illiſque praecipuum aliquem, reliquis praeſidentem. qui προεςὼς, vel Apoſtolus, vel Epiſcopus, vel Angelus Eccleſiae, pleramque dicebatur, cuius iuriſdictio non ad ſingularem quamdum congregationem adſtricta erat, ſed ſuper omnem regionem, civitatis alicuius iuriſdictioni ſubiacentem, quae προάςεια. vel παροικία, vel, uti nunc vocatur, dioeceſis Eccleſiae erat, explicata. Secundum hoc exemplar, ut probabile eſt, Paullus Tito *praecepit, ut conſtitueret in* Creta *inſula presbyteros κατα πόλιν, oppidatim, hoc eſt, Eccleſiaſticum ſenatum & magi-*

ſtra-

ſtratum, in quocumque loco antea civilis quidam magiſtratus fuerat: qui, quemadmodum ex ſubſequuta hiſtoria Eccleſiaſtica diſcimus, Epiſcopus erat cum presbyteris ſuis, qui iunctim Seniores, & Senatus Eccleſiae, *vocabantur. Civitates imperii ſuos quoque magiſtratus in territorio circumiacente habebant; ſed hi magiſtratibus civitatis ſubditi, ex illiſque generatim electi erant, uti vir quidam doctus ex* Frontini *libro* de limitibus agrariis, *aliiſque antiquariis* Romanis, *obſervavit. In eumdem modum unaquaeque Eccleſia civitatis ſpirituales miniſtros in omnibus oppidis & vicis, ad civicam regionem ſpectantibus, habebat; & hi ipſi ab Eccleſia matrice, tum quod ad poteſtatis ſuae exercitium, tum quod ad eorum inſtitutionem, dependebant; quum Eccleſiae oppidanae ſubordinati & ad reddendam ei rationem obligati eſſent, non ſecus ac magiſtratus ſubordinati in civili regimine erant.*

A.Ch. *neos habet ; & Apenninum iterum ſuperans in Mucellum regredi-*
66 *tur ; indeque inter amnes Marinam , & Biſentium , rurſus Piſtorien-*
ſes fines attingit , quum per octo Epiſcopatuum terminos proprium
limitem circumduxerit . Et hic hodiedum Florentinus ager eſt .
Atque ita quidem ille. Ita autem, ut dictum eſt, ſub *Nero-*
ne Principe, ac deinceps, Florentia ſe habebat, & Scaptiae Tri-
bui accenſebatur [a]. Interea *Linus Petro* in Romanae Eccle-
67 ſiae procuratione ſucceſſit †, viditque *Petri* & *Paulli* Praece-
ptorum ſuorum, Deo adnuente, vindictam ; quum *Nero*
manus ſibi inferre coactus ſit, & *Galba* imperii habenas exce-
68 perit †. Non diu tamen principatum hic tenuit, ſed trucidatus
a ſuis,

a Florentiam Tribui Scaptiae accenſitam fuiſſe, luculente oſtendunt antiqua Epigrammata apud *Borghinium*, *Gruterum*, *Salvinium*, *Gorium*, alioſque; ſunt autem inſequentia.

Q. GARGENNIVS
L. F. SCAP.
CELER
FLORENTIA MIL
COH. XI. PR.
VIX. A. XXIV.
MILIT. A. V.
H. S. E.

DIS MANIBVS
GRANTANIVS SCAPTIA
MACER
FLORENTIA
MIL. COH. XII. VRB.
CESERN. VIX. ANN. XXII.
MIL. ANN. V. EX TES. EIVS.

C. CISPIVS C. F.
SCAPT. SEVERVS
FLORENTIA
MIL. COH. III. PR.
VIX. ANN. XLIII.
MILITAVIT ANN. XVII.

Ad Ciſpios pertinere dignoſcitur & ſequens Florentina Inſcriptio, a *Gorio* publici iuris facta; quare heic apte inſeretur :

V. F.
Q. Ciſpius Q. L.
Aiax ſibi &
Ciſpiae Q. L.
Storgini , &
Q. Ciſpio Q. L.
Narciſſo Fe.
In Fr. P. XII.
in Agr. P. XII.

C. PETRONIVS
C. F. SCAP.
IVSTVS
FLORENTIA
MIL. COH. XII.
VRB. 7. SEVERI
MILIT. ANN. V.
VIX. AN. XXIV.
T. P. C.

Ad *Petronios* quoque adtinet ſequens Inſcriptio a *Gorio* vulgata:

D. M.
. . . . etronius
. . . . ropbimu . .
. . . . ſettiae
. . . . Tycben
uxori
. . . . entiſſim.
in F. P. XV.
. . . . g. P. V.

Sed & haec Inſcriptio apud eumdem *Gorium* ad *Petronios* attinet :

D. M.
Q. Petroni
Melioris
Coſ. Mu.

. . . SATRIVS A. F. SCA-
LIBANVS FLOR. MIL.
COHOR. I. PR. MARTIALIS
MILITAVIT AN. X. VIXIT
AN. XXXIII.

C. LAVSENNA M. F.
SCA. PROCLVS
FLORENTIA
MIL. COH. VIII.
PR. 7. MAGI.

a ſuis, illum *Othoni* reliquit †, qui rebus minus proſpere ceden- 69
tibus ſe ipſe interemit, imperium invadente *Vitellio*; quo pariter
caeſo, *Veſpaſianus* Imperator acclamatus eſt. Hunc demum fato
functum † *Titus* filius excepit, cuius veteranus miles *T. Fla-* 79
vius, *Damarionis Geniani* frater [a], & *L. Acriſchius Acthus* pariter

 mi-

M. MVNATIVS
M. F. SCAP.
ETRVSCVS
FLORENTINVS
VIX, ANN. XIIX.
Q. MVNATIVS
MILES CHOR.
VII. PR.
FRATER POSVIT

Inſequentes quoque Inſcriptiones Florentiae, vel in agro ſuburbano, ut reliquae, quae a nobis adferuntur, repertae, & a laudato *Gorio* editae, Florentiam in Tribu Scaptia fuiſſe plane evincunt, licet in iiſdem Florentia nominata non ſit.

C. PONTIVS C. F. SCAP. NASO
IVNIANVS PAVLINVS VIX. ANN.
XXXXI.

D. M. V. F.
Q. VIBIVS L. F. SCA.
MAXIMVS. SMINTIVS
AERARIVS. SEXVIR
SIBI ET MEMINIAE Q. F.
MAXIMAE VXORI DVLCISSIM
ET Q. VIBIO Q. F. VERO F. ET L. FRATRI SVO
HIC LAPIS ET TVTAMEN ERIT POST MORTE SEPVLCR.
ET DABIT INDICIVM OBITOS HIC ESSE SEPVLTOS
SI TAMEN AD MANES CREDIMVS ESSE ALIQVID
VIVERE QVOD PRODEST NISI SI POST MORTE CAVEMVS
NOMEN FAMA VOLAT TANTVM CORPVSQVE CREMATVR
AETERNAMQVE DOMVM PETIMVS ET FINE LABORVM
DVM LEGIS HOC DISCE PONERE ET IPSE TIBI.

Aliae inſcriptiones hoc ipſum demonſtrantes in operis decurſu proferentur. Oportet tamen ut Florentia non magis Tribui Scaptiae, quam Arnienſi, aliiſque adſcribi ſolita fuerit, vel ſaltem ut Florentini quidam uni, alii alteri, accenſerentur; quando id aperte inſinuant duae inſignes Inſcriptiones, quarum una ſuperius *pag.* 4. producta eſt, alia inferius ad annum ſcilicet LXXIX. de *L. Acriſchia* agens proferetur; & id iam *Borghinius* ipſe ſenſerat. Neſcio autem an hoc ipſum indicare poſſit Inſcriptio, quae Senis exſtat, & *Muratorius* exhibet, in quo *A. Vicirius A. F. Arn.* Etruriae Flamen memoratur:

D. . . . . . .
A. VICIRI. A. F. ARN . . . .
LEG. IIII. SCYTHI . . . . .
ETRVRIAE FLA . . . . . .
D. D. IVNVS. PVB . . . . .
OB MERITA.

At

At certius inſinuet Epitaphium, quod Florentiae olim exſtabat, & apud *Gorium* legitur:

IGILIAE. FLAVIAE.
PIISSIMAE. CASTISSIMAE. FEMINAE
L. IGILIVS. SEX. F. ARN. MILO. EQ.
PVBLIC. CONIVGI. ET. SVIS: FIL.
FECIT. ET IGILIAE. FLAVIANAE. MA
TRI. DVLCISSIMAE. BENEMERENTI
POSVIT

Sed & Florentinos Tribui Romiliae adſcriptos exhibet lapis ad annum LXXIX. inferius producendus. *Vincent. Borghinius* negat ab Arno Flumine Arnienſem Tribum nuncupatam fuiſſe, & ab Arnatibus populis dictam vult. Verum alii ab Arno flumine dictam pertendunt, ut apud *Pitiſcum* videre eſt; & quidem non ſine probabili ratione. A fluviis enim & lacubus etiam Tribus aliae nomen acceperunt, ut Anienſis, Vfentina, Velina.

a Docet id marmor apud *Borghinium*, *Gru-*
te-

79 miles [a], & alius quidam miles, qui deinde per annos XIIII. tri-
ticum peregrinum puellis praeſtitit, Florentini fuerunt [b].
Linum quoque Romanum Epiſcopum, quum diem obiiſſet,
81 excepit *Cletus*, ſive *Anacletus* †. Poſt *Titum* e medio ſubla-
91 tum *Domitianus* imperavit, ſub quo † *Anacletus* Pontifex
mortuus eſt, & *Clemens* in eius locum ſubrogatus, qui do-
95 luit † videns crudelem in Chriſtianos perſecutionem a *Domi-
tiano* Principe excitatam. Hic tamen non diuturnum habuit
96 immanitatis exercitae gaudium, ſed † anno inſequenti rebus
humanis exemtus ſceleris graviſſimi poenas dedit. *Nerva* in
Imperio ſucceſſit, qui alimenta utriuſque ſexus pueris prae-
97 ſtanda conſtituit †, & ſub quo Florentinus ille paullo ante
memoratus triticum peregrinum puellis praeſtitiſſe videatur [c].
Hic inſuper Chriſtianos ob religionem deferri vetuit, & in exſi-
98 lium a *Domitiano* miſſos revocavit [d] †; ſed vita brevi defun-

ſtus

terum, & *Gorium*, quod ita habet:

DIS. MAN. S.
L. DAMARIONI L. F. ROM.
GENIANO
EVOKAT. AVG. IN. PRAET.
VIX. ANN. LVIII. M. IIII.
D. XIII.
H. S. E.
T. FLAVIVS. T. F. ROM. FELIX
FLORENTIA
VETER. AVG. N. T. VESPAS.
FRAT. PIISSIM. F. C.
IN F. P. VI. IN A. P. IV.

a Apud *Ligurium*, *Vghellium*, *Muratorium*, & *Gorium*, inſequens Epigramma legitur:

L. ACRISCHIO L. F. ARN.
ACTIO FLORENTIA
EVOKAT. TITI AVG MIL. LEG.
XXI. MINEA
MILIT. ANN. XXXVI. VIX.
ANN. LXXIX.

M. ACRISCHIVS L. F. ARN.
SABINVS
T. F. C.

Heic obſervandom duo haberi nomina, quae inſequutis temporibus apud Florentinos uſitata fuerunt, *Aſſbus* ſcilicet, & *Mineas*.

b Lapis fractos ad Montem Vrſull, in Villa Marchionis *Tempi*, tertio a Florentia lapide, a *Gorio* Par. I. Inſcript. Etrur. editus ita habet:

. . . .
. . . . G. 7. LEG. XX. . . .
. . . . N. AVR. HASTA . . . .
. . . . DIVI VESPASIANI F. . . .
. . . . VA TRITICI PEREGRINI . . .
. . . . IT PRAESTITIT
. . . . NNOS XIIII PVELLIS . . .
. . . . MACERIA. DE
. . . .

Hunc lapidem alionde adlatum non crediderim; adeoque de aliquo loquitur, qui vel Florentiae, vel in agro ſuborbano, morabatur, ibique ſupremum diem obiit. Heic obiter adnotaverim, nomen *Vrſuli*, onde & Monti nomen, inter Etroſcos fuiſſe, indicari etiam ab Inſcriptione, quae in *Gallorum* villa exſtat, & a *Gorio* edita eſt, atque ita habet:

Voluſia
Pulchra
Vrſula Vernae
ſuo Kariſſimo
poſuit. Vix. annum
menſ. VIIII. dies XXI.

c In marmore ſuperius adlato nominis *NERVA* veſtigia remanſiſſe videntur; quare ſubſpicatus ſum hunc, quo de Inſcriptio agit, aliquem fuiſſe ad alimenta puellis orphanis praeſtanda ſub *Nerva* principe conſtitutum: quando notum eſt *Nervam* Auguſtum alimenta orphanis tribui iuſſiſſe: id quod *Traianus* deinde, & *Hadrianus* confirmaverunt, ut diſcimus ex *Muratorio Annal. Ital.* ad annum XCVII. & CXIX.

d *Oroſius Lib. VII. Cap. XI.*

G. 7.

ſtus imperium *Traiano* iam adoptato [a] reliquit †; qui 98
Chriſtianos perſequutus eſt †, Sub hoc *Clemens* Roma- 100
nus

a *Ant. Franc. Gorius*, ſaepe a me laudatus, Inſcriptionem edidit, in agro Florentino exſiſtentem, quae in laterculo habetur, indicans *Plotinae* Auguſtae *Traiani* uxoris praedia in Etruria fuiſſe, Inſcriptio ita habet:

EX PRAE. PLOT. AVG.
EX, P. FIGLINA VALERIAES NICES,

Sed quoniam antiquos lapides in medium producere adgreſſi ſumus, qui ad Florentiam, eiuſque ſuburbanum agrum, pertinere dignoſcuntur; & alias huiuſmodi Inſcriptiones hic proferre lubet, quae certis temporibus adſignari nequeunt, quaſque apud laudatos Antiquarios, & *Marquardum Gudium* etiam, offendi; nam & hae a propoſito noſtro fortaſſe non abludant.

D. OSSVAR M
CN. ACCEII CN. L
FELICIS PVLLARI
VIX. AN. XXXIII. MENS. IV. D. X.

Aceeia, gens Florentina, ut intelligitur ex Inſcriptione ſuperius *pag.* 4. producta.

CN. TVLLIO
CN. L. AESQ
MEDICO

Q. DECIMIVS FACC. . . .
Q. L. EPAGATHVS.

D. M.
HOSTILIA
OMPHALE
HIC. AD Q.
M. B. M.

D. M.
HOSTILIA
ZOII - HIC
AD. QV.
C. B. M.

DIS MANIBVS
C. SAENI. C. L. EVHEMERI
VI VIRI
C. SAENIVS, DIADVMENVS
COLLIBERT. SERGIA. HYPORA
BENEMERENTI
DE SE.

D. M.
TI. CLAVDI. SPERATI
ARVLENA. PROCVLA
CONIVGI BENEMERENTI
FECIT.

FVFIA. GENESIS
C. MAECENATIS
CESTI. V. A. XXII.

. . . . CASPIA
. . . . TERTVLLI . . . .
. . FLAMINA V. . . .
. . . AN. . . . . .
L. CAPON . . . .
ILIAI. M

. . . .
. . . .

ARMINIAI PRO.
. . . . AVIAL . . . . .
MARCIAL CASP. . . .
CATINA PROBVS
L. A. ARAM

V. F.
L. CORNIFICIVS
L. F. MAGNVS SIBI
ET PAESIDIAE C. F
VITALI VXORI
ET SAENIAE C. F
SEXTIAE . . . .
IN FRON. PED. XII.
IN AGR. PED. XII.

T. MARIVS T. F.
LATIVS. SIBI
ET SENATIAE
L. F. GALLAE
CONIVGI SVAE

D. M.
BAEBIAE
. . . . TREPTEN
. . . . AELIVS
SECVNDI
NVS. MATRI
B. M.

. . . .
. . . . SIBI, ET
HEREMIAE
. . . . 1. RMI, . . CON
. . . . . C. . . . M. . . .

nus Epiſcopus coelo receptus eſt, & eius ſucceſſor *Evari-*
110 *ſtus* renunciatus †; qui *Alexandrum* in Epiſcopatu ſucceſ-
ſo-

B. M.
PRASTINIA. MAXIMINIA AC
TRIX C. DOMVS, QVE IVNCTA EST MAR
ITO ANNORVM SEDECIM SIC ET POSSEDIT MA
RITVM ANNIS XVI. FILIOS DE
N. TRERES PO . . . †

ANTESTIA C. F. MASIMILLA
SIBI ET Q. VARRONIO PAMPHILO
VIRO. ET Q. VARRONIO Q. F.
ET SERRANIO GEMELLO
ET VARRONIAE Q. F. PAN. . . .
L. POPILIO Q. F. VIRO EIVS
I. F. CELERI. C. POPILIO
NEPOTIBVS

L. PADANIVS C.
F. MACER. VETE
LEG. XI
TESTAMENTO EI.
FECERE

EX. FIG. Q. ASINI MARCEL.
OPVS. DOL. L. COPONI FORTVNATI

Q. OPPI
PRISCI

APRILIS CN. L.
DOMITIA
AGATHOBVLA

L. SCRIBONIO. L. F.
SCIRNA. AN. XXII.
IN AG. P. X. IN FR. P. X.

. . . .
. . . . SIBI ET
VALERIAE . . . . MIAE
. . . . . RMII. ET. VALERIO
FELICI. CONTVBERNALI
SEX VIR

MAGNAE DEAE
NORTIAE

D. M. C. ANNI
LASCIANI V. A. XLV
PLAVTIA. GRAP
TE. CONIVGI. BE
NE. MER. ET. M
PERELIVS. FELIX
AMICO CARISSIMO
FECERVNT

D. M.
NARENIAE
HERMIONE
ORIVS

D. M. S
PERELIAE
PRIMITIVAE
V. A. XIIX. D. XVII.
M. PERELIVS
MVSICVS. ET
MATTIA FAVENTINA
VERNAE. SVAE
FECER

FORTVNATO
VIX. ANN. XX.
M. PERELIVS
SVCCESSVS
FRATRI. ET
L. RVSTIVS
SEVERVS
AMICO B. M. P

D. M.
APOLLONI
VIX. ANN. XXIIX
M. PERELIVS. ET
MATTIA. FEC.

DIS. MANIBVS
CASSIAE. FORTVNATAE
PLAVTIA. GRAPTE
SORORI DIAE FECIT

CASSIAE
LEVCADI

D. M.
EPITINCANO
MATTIA. VRSILLA
CA
CONI. B. M. FECIT

D M
MATTIAE
GRAMENI

D. DIIS

ſorem habuit †, ſicuti *Traianus* in imperio *Hadrianum*. Hic 117

D in

DIIS MANIBVS
ANNIAE. LAVAE
VIX. AN. VII. M. V. D. XII
C. ANNIVS. LASCIANVS
ET PLAVTIA GRAPTE
L. B. M. F

DIS. MANIBVS
IVSTAE. V. A. II
MENSIBVS. II
DIEBVS. XV
FRVCTVS. PATER
FECIT

D. M. OSSA. CONDIT
N. METTI. SABINIANI
TERENTIA. SABINA. MAT
INFELICICISSIMA. FILIO
PIISSIMO. N EXEMPL

D, M.
DECORIAE. FELICLAE
. . . .
L. DECORIVS. EPAPHRODITVS
. . . .
FILIVS. ET
DECORIA. DONATA
ALVMNA. PARENTIBVS

D. M
QVADRA
TILLE E
TAMPIVS
PATER

A, QVINTIVS
ATILIA, C. L
ATILIA. C. L

A. METILIVS
EROS. VIXIT
ANNIS

D. M
SVLPICIAE
PREPVSAE

HERCVLES.... DOR...
FOR......

D. M
TREBONIAE. CEPIAE
CONIVGI. BENE
MERENTI
Q. FABIVS. PATERNVS
FECIT

TI. IVLI. ATHICTI
IVLIA. VERECVNDA. PATRONO. B. M
ET. C. AELIVS. TELESPHOR.
AMICO. PIENTISSIMO

APOLLINI. AVGVSTO
SACRVM
MAGISTER. ET. MINISTER
ANNI. LII. D. D
L. LABERIVS. L. L. FELIX
TERTIVS. Q. Q. NVNNIORVM
LVNESIS. ET. MONTANI

D. M.
VRBICO SECVTORI
PRIMOPILO NATION. FLO
RENTIN. QVI PVGNAVIT XIII.
VIXIT AN. XXII. OLYMPIAS.
TERTIA. QVIM. RELIQVIT. MAESTVM
ET FORTVNETIS FILIAE
ET LAVRICIA VXSOR
MARITO. BENEMERENTI
CVM. QVO. VIXSIT ANN. VII.
TE MONEO. VT. QVISQVEM
NORIT.........
.........AMATOR.

DIIS MANIBVS SACRVM
L. CALPVRNIO. L. F. QVIR. SVCCESSINO
EQVITI FLORENTINO
V. ANN. LXXIIII. M. VI. D. VIIII.
H. MONVMENTI. VSVS. AQVAE
ET LIBERTIS. EST. COMM. POSTERI
S. SVIS. H. M. H. E. N. S.

Hic habes Equitem Florentinum e Tribu Quirina; adeo vera ſunt, quae ſuperius *pag.* 13. animadvertebamus.

D. M.
METTIA. IANVARIA. HIC. ADQ. CON.
B. M.
Q. OBSEQVENTIVS SEVERINVS
AVG. PISIS. CAR. KAE. FLORENTINOR.
SIBI POSTERISQVE SVIS

C. VMBRICIVS
C. F. SCA. CAVSO
COLON. ADLECT.
D. D. FLORENT.
SIBI. ET
VOLTVRNIE
C. FILIAE
TERTVLLAE
VXORI
L.

A.Ch. 117 in Etruria Praeturam Imperator egit [a]; & Etruſcae Praeturae haec prima memoria eſt, quum antea, ut diximus, Romanae urbis magiſtratibus haec provincia pareret. Poſt *Hadriani* autem aetatem *Praetores*, *Correctores*, & *Conſulares*, qui etiam *Moderatores*, *Rectores*, *Praeſules*, & *Praeſides Provinciarum per Italias*, vocati fuerunt [b], Etruriam procurantes facile reperire erit [c]; nam *Hadrianus* Auguſtus huiuſmodi Provincia-

In fragmento quodam apud *Barbarinos* continente Catalogum quorumdam militum

L. GAVII. LVSII. FLORENT.
7. RVFI

Inſcriptiones Florentinae hactenus productae ſufficiant, ne nimis prolixi ſimus, aut nimis dubios, nec ad Florentinos forte pertinentes, proferamus; quod quidem facile variis de cauſſis evenire poteſt, ut probat exemplum, quod ſuperius *pag.* 14. occurrit, ubi, quum duo ſint in Etruria montes, qui *Vrſuli* nomine cenſentur; unus, III. M. P. Florentia ad Septemtriones diſtans; alter, XVIII. M. circiter P. ad Meridiem, in quo vere magnifica Marchionis *Tempi* villa exſiſtit: ambiguum nomen in errorem me induxit, & lapidem antiquum in monte Florentiae propiore exſtare exiſtimavi, quare heic palinoediam canere cogor. Abs re tamen Inſcriptio illa omnino non fuerit, quum in territorio & agro Florentino nihilominus exſiſtat, & ad aliquem, qui etiam Florentiae, in urbe principe, morari potuit, adtineat. Alias huiuſmodi Inſcriptiones in operis decurſu opportune exhibebimus; ex quibus & illam utilitatem capere poſſimus, quae ex notatis locorum adpellationibus profluit. Exempli cauſſa, habemus in agro Florentino *Petronianum*, qui fundus fuerit ad *Petronios* ſpectans, de quibus agunt plures Inſcriptiones ſuperius, *pag.* 52. *Ciſpianum* quoque habemus a Florentinis *Ciſpiis pag.* 12. numen fortaſſe mutuatum. *Pontianus* a *Pontio pag.* 13. *Bibianus* a *Vibia pag.* 53. vel a *Baebio pag.* 15. *Catinianus* a *Catina*; *Gallanus*, a *Gallo*; *Marcialla*, a *Marciala*; *Senarius*, a *Saenia*, *pag.* 15. (niſi malis a *Saenaria* adpellatum) *Lucianus* a *Lucio pag.* 15. *Decumanus* a *Decimio pag.* 55. *Sabinianus*, a *Sabino*, vel *Sabiniano*; *Terentianus*, a *Terentio*; *Paternus* a *Paterno*, *pag.* 17. dicti ſunt. Alia huiuſmodi obſervare eſſet, & ex locis agri Florentini facile arguere alia antiqua nomina veterum Etruſcorum, qui hanc regionem habebant, id quod & ſolertiſſimus *Borghinius* animadvertebat.

a Verba ſunt *Aelii Spartiani* in *Hadriano*: *In Etruria Praeturam Imperator egit*.

b *Reineſius Inſcript. Claſſ. VI. n. VII. Poſt a* Conſtantino *Conſulares iterum, & hinc Correctores denuo, qui Moderatores, Rectores, & Praeſules, vocantur ab* Ammiano, Symmacho, & Caſſiodoro; *item Praeſides provinciarum per Italias, Vicario Vrbis Romae parentes*.

c Non obſtat, quod occurrit in vetuſtis Inſcriptionibus, ante *Hadriani* tempora exaratis, mentio Procuratorum XX. Her. Umbriae, Tuſciae, Piceni, aliarumque provinciarum; nam Procuratores huiuſmodi provincias minime moderabantur. Talis eſt Inſcriptio inſignis apud V. Cl. *Muratorium* DCXVIII. n. 4.

T. FLAVIO T. F. GERMANO
CVRATORI. TRIVMPHI FELICISSIMI
GERMANICI. SECVNDI. DONATO. DONIS
MILITARIBVS. TORQVIB. II. ET ARMILL. II.
CORONA AVR. HAST. PVR. EXORNATO
SACERDOT. SPLENDIDISSIMO. PONT. MINORI
PROC. XX. HER. PROC. PATRIMONI. PROC. LVDI
MAGNI. PROC. LVDI. MATVTINI. PROC. REG. VRBI
I. D. FVNCTO. SIBI. OFFICIO. VIARVM
STERNENDARVM. VRBIS. PARTIBVS. DVABVS
PROC. XX. HER. VMBRIAE. TVSCIAE. PICENI
ET. REGIONIS. CAMPANIAE. PROC. AD. ALIMENTA
ITALIAE. BRVTT. CALABR. ET APVLIAE
CVRATIONVM. TECTORVM. OPERVM. PVBL.
ET. PRAEF. FABR. AED. II VIR. FLAM. DIVI. AVG.
CERD. LIB. PATRONO. INCOMPARABILI
II. VIR. QQ. PATRONO. COLONIAE
CVM. FLAVIS. MAXIMINO. ET. GERMANO
ET. RVFINO. FILIS. EQVO. PVBLI. ORNATIS

Videantur adnotata ſuperius ad *pag.* 3.

ciarum Praeſides inſtituit primus, quum in XVII. Provin- A.Ch.
cias Italiam diviſiſſet [a]; in qua diviſione Tuſcia cum Vmbria 117
quinta regio eſt [b]; qui quidem ordo etiam a *Conſtantino Magno* [c] ſervatus fuiſſe videtur; nec *Honorius* & *Arcadius* immutaviſ-

a *Paullus Merola Part. II. Coſmographiae Lib. IV. Cap. XXI.* ita ſcribit: *Ex Imperatoris Caeſaris Traiani Hadriani Auguſti diviſione, XVII. autat Sex. Rufus in Italia tribuſque eius Inſulis Provincias, vel Dioeceſes, Erant illae:*
Venetia, & Iſtria.
Aemilia.
Liguria.
Flaminia, & Picenum.
Tuſcia, & Vmbria.
Picenum Suburbicarium.
Campania.
Sicilia Inſula.
Apulia, & Calabria.
Samnium, & Brattii.
Alpes Cottiae.
Rhetia prima.
Rhetia ſecunda.
Samnii pars.
Valeria.
Inſula Sardinia.
Inſula Corſica.
Harum octo, quae primo loco, ſunt tunc habebant, ut obiter hoc uddam, Conſulares; nona, & decima, Correctores; reliquae ſeptem ſuot Praeſides. Notitia Imperii Occidentalis Capite II. ita habet: *Sub diſpoſitione viri illuſtris Praefecti Praetorio Italiae Dioeceſes infraſcriptae:*
Italia, Illyricum, Africa.
Provinciae Italiae decem & ſeptem.
Venetia &c.

b Provinciae XVII. in quas Italia ab *Hadriano* diviſa fuit, recenſentur in *Notitia dignitatum Imperii Occidentalis, Cap. II.* ſicuti ſuperius obſervatum eſt in *Paulli Merulae* verbis, qui videtur opinatus eſſe huius Notitiae Auctorem *Sex Rufum* fuiſſe. Illae autem amplius patebunt ex his quae *Iac. Sirmundus* diſſertat, cuius verba in ſequenti Scholio deſcribentur.

c *Iac. Sirmundus De Suburbicar. Regionibus Cap. IV.* ita habet: *Redit ad Suburbicarias regiones, earumque fines, intra centeſimum ab urbe lapidem conſtituit. Et conſequens ſane id erat, ut quoniam has omnes ad Praefecturam Vrbanam pertinuiſſe dixerat, iiſdem quibus illam terminis definiret. Nos vero Vrbicarias, & Suburbicarias, regiones dictas in primis eas fuiſſe, quae centeſimum ab urbe lapidem, hoc eſt totam Praefecti urbis iuriſdictionem ambitu ſuo comprehenderent, nec ipſae a centeſimo comprehenderentur, non abnuimus, quod iam ante profeſſi ſumus. Sed extra harum numerum, & extra fines Praefecturae, alias fuiſſe, quae Vrbicariae, itidem Suburbicariae tum regiones, tum provinciae adpellarentur, exploratum habemus, coniectorique, qui hoc videre non potuerit, στοχαστικὴν ſuam defuiſſe ſcimus. Quod ut ordine oſtendamus, meminiſſe oportet Vicarios Praefecti Praetorio in Italia duos fuiſſe, Vicarium urbis Romae, & Vicarium Italiae. Vicarii urbis Romae, ſedem Romam fuiſſe compertum eſt. Vicarii Italiae ſtatio Mediolanum, ut ex Paulino Presbytero in Ambroſii vita intelligimus, & ex Marcellino libro rerum geſtarum* XXVII. *quum de tribus adparitoribus poteſtatis Vicariae per Italiam Valentiniani iuſſu caeſis agit, & Mediolani locum, ubi ſepulti ſunt, Ad Innocentes adpellari ſcribit. Inter hoſce duos Vicarios diviſae omnes Italiae regiones ac provinciae fuerant, hoc diſcrimine adpellationis, quod quae ſub Vicario erant Italiae, praecipuo titulo Italiae regiones, & provinciae vocabantur, reliquae Vrbicariae, & Suburbicariae, quia in Vicarii urbis erant poteſtate, Quaenam autem hae fuerint, quae Vrbanae Vicariae parerent, indicet Notitia his verbis: Sub diſpoſitione V. S. Vicarii Vrbis Romae Provinciae infraſcriptae.* Conſularis Campaniae, Tuſciae, & Vmbriae, Piceni Suburbicarii, Siciliae, Corrector Apuliae, & Calabriae, Bruttiorum, & Lucaniae, Praeſides Samnii, Sardiniae, Corſicae, Valeriae. *Quae porro ad Vicarium Italiae ſpectarint, non docet Notitia, quam hac parte aliiſque mutilam habemus: ſed ex Vrbicariarum catalogo facile eſt ſeptem reliquas intelligere, Venetiam, & Iſtriam, Aemiliam, Liguriam, Flaminiam & Picenum annonariam, Alpes Cottias, Raetiam primam, Raetiam ſecundam. Hac igitur ſub diſpoſitione Vicarii Italiae ſcripta eſt* Lex II. Cod. Theod. Ne operae a collatoribus exigantur, *quia pons hic in Venetiae provincia erat, quae a Vicario Italiae regebatur. At Honorius de paſtoribus Valeriae, & Piceni, quibus equorum uſum indulgebat, ad Benignum Vicarium urbis Romae ideo ſcribit* L. V. Cod. Theod. Quibus equorum uſus, *quia Picenum, & Valeria, ut vidimus, in Vicariae Vrbanae provincias cenſebantur. Has ergo Vrbicarias regiones & Suburbicarias adpellare eas conſueviſſe, quae urbis Vicario parerent. Valentiniani ſane Cod. eadem lex tertia declarat, in qua per Vrbicarias regiones inhibitum a ſe uſum equorum ſcribit, quem per Apuliam & Calabriam, per Bruttios, & Lucaniam, atque Samnium vetuerat, quae omnes provinciae erant Vicarii urbis. Declarat & Valentiniani eiuſdem re-*

ſcri-

Digitized by Google

A.Ch. 317 taviſſe [a]. Sed & in duos Vicariatus Italia diſtributa eſt, quorum unus ſeptem Provincias, alter decem, continebat: & illae *Vicario Italiae*, hae *Vicario Vrbis*, parebant [b]. Vicarius urbis, Romae morabatur; Italiae, Mediolani. Tuſcia & Vmbria Vicario urbis ſubiectae erant; & cunctae Provinciae, quas ille regebat, ab eo, *Conſtantini Magni* aetate, *Vrbicariae* dictae ſunt; vel *Suburbicariae*, ſi Romae propiores fuiſſent [c]. Etſi vero Etruria univerſa nunc Vrbicaria, nunc Suburbicaria, diceretur; tamen peculiari diſtinctione in Tuſciam *Suburbicariam*, & *Annonariam* partiebatur; & Suburbicaria quidem Romae proximior, Annonaria autem remotior ab urbe aeterna erat; in hac Florentiam fuiſſe non videatur dubitandum [d]. Sed, & ſi diviſio illa *Hadriani* ſervata fuit, tamen ab *Antonino Pio*, inſequutiſque Imperatoribus, Praefecturarum huiuſmodi nomen & ratio aliquatenus, ut diximus, immutata eſt; & ab eo quidem in Italiae quatuor *Conſularium Iudicum*, ideſt Conſulari poteſtate Legatorum Auguſti, locum ſubrogati ſunt *Iuridici per Italiam*: tum *Correctores Italiae* ſtatuti fuere, & *Campaniae*; poſt a *Conſtantino Conſulares* iterum, & hinc *Correcto-*

ſcriptum de Vrſicini exſilio ad Maximinum Vicarium urbis, quod Annalibus Eccleſiaſticis ad annum Chriſti CCCLXXI. inſertum eſt, in quo Suburbicariis illum regionibus praefuiſſe diſertis verbis ſignificat. Ex his patet etiam poſt *Conſtantium* & *Theodoſium*, *Hadriani* diviſionem ſervatam fuiſſe.

a Conſentiunt in id *Paul. Merula*, *Coſmogr. Par.* II. *Lib. IV. Cap. XXI. Hieron. Aleander Iunior Diſſert.* I. *contra Gothofredum de Suburbicariis Cap.* III. *Iacob. Gothofredus de Suburbic. Schelestratus de Antiq. Eccleſ. Tom.* II. *Diſcurſ. IV. Cap.* I. *Sirmundus de Suburbic. Regionibus Cap. IV.* ut vidimus.

b Conſule *Sirmundum*, cuius locus ſuperius productus eſt.

c *Notitia verae libertatis Florentinae Cap.* II. *pag.* 76. *& ſequent.* & *Sirmundus*.

d *Notitia verae libertatis Civitatis Florentiae* cuius auctor eſt *Baro Spanneghemius*, Bibliothecae olim Caeſareae Cuſtos, mihi, quum in Germania verſarer, admodum familiaris, *Cap.* II. *pag.* 77. ita de Etruria *Suburbicaria*, & *Annonaria* habet: *E da avvertire, che quantunque tutta la Toſcana in genere, riſpetto al ſuo Vicario, ed alla giuridizione del Maeſtrato detto* Vicarius urbis, vel urbicus, *ora ſi chiamaſſe* Vrbicaria, *ora* Suburbicaria *indiſtintamente; ella però avea una diſtinzione particolare, ed era diviſa in* Tuſciam Suburbicariam, & Annonariam, *il che viene moſtrato dal Gottofredo Comentatore delle leggi del Codice Teodoſiano*: Fuit duplex Tuſcia, Suburbicaria, & alia Annonaria; cuius meminere Caius, & Theodoſius inter Auctores limitum, &. Pelagius Epiſcopus Romanus in Epiſtola ad Gaudentium, & Iornandes de regnorum ſucceſſione ſub finem &c. *Il Teſto di Caio, e Theodoſio dice come ſegue*: Terminus teſtacios in ped. CCCCL. per Tuſciam Vrbicariam, & Annonariam; veterani orum agri ſecundum modum iugerationes acceperunt. *E queſta diſtinzione trovaſi adoperata per molti ſecoli, e ſino a' tempi vicini a' Longobardi, come ſi ſcorge da un luogo di Giornande, che è lo ſteſſo che indicò il Gottofredo, e ove ſi legge*: Roma egreſſus Imperialis exercitus, munito *atrioſque Tuſciae* loca invadit, *e parla di Beliſario, che l' anno* 538. *andò contro di Vittigi. Nell' Aumento di Ammiano Marcellino parlandoſi delle coſe ſeguite in quel medeſimo anno, ſi trova che Vittigi volendo aſſediare Rimini paſſaſſe per la Toſcana Annonaria*: Per Aggerem Claudium, & per Tuſciam Annonariam tranſiiſſe Apenninum, & in Rubiconis fluminis ripa caſtrametatum. *Il diffinire preciſamente i limiti, che ſeparaſſero l' una dall' altra Toſcana, ſarebbe arriſchiarſi troppo: ma queſto ſi può ſtabilire, che l' Annonaria comprendea per certo quella parte (e forſe oltre) che già antichiſſimamente venne anche indicata ſotto nome di Liguria, e conſeguentemente Firenze ſi trova ſenza fallo nell' Annonaria; e l' oſſervò con giuſtezza Filippo Briezio dicendo*: Toſcia Annonaria dicta fuit pars Toſciae circa Florentiam... & ad diſcrimen Vrbicariae partis adpellata eſt Annonaria; *la quale parte, avverte l' Aleandro,*

rectores denuo [a], qui diverſis nominibus, ut diximus, nuncupati fuere. Primus omnium poſt *Hadrianum*, qui Tuſciam Conſularis rexiſſe creditur, *Titus Aurelius* fuit, qui deinde Imperator *Antoninus Pius* adpellatus eſt. Ab *Hadriano* enim, qui eum poſtea adoptavit, inter quatuor Conſulares, quibus Italia committebatur, electus eſt ad eam partem Italiae regendam, in qua plurimum poſſidebat, ut *Hadrianus* viri talis & honori conſuleret, & quieti [b]. In ea autem Italiae parte Tuſciam comprehenſam fuiſſe ingens ſtatuarum *Antonino Pio* in Etruria dedicatarum numerus evincit [c]. An ſub *Hadriano* Etruriae Praetor *Antonianus* A.Ch. 117

E

duo, che Quinto Aurelio Simmaco, ſcrivendo agl' Imperadori Teodoſio, ed Arcadio, la chiamaſſe Etrurias longinquas. *Io vi ritrovo queſte parole:* Coniugis meae Rusticanae ..... germana ...... ex Etruriae longinquis adeſſe praecepta eſt. Atque ita quidem ille, qui deinde ut partem Etruriae ab urbe remotiorem Annonariam fuiſſe oſtendat, & Epiſtolae *Pelagii I.* auctoritate abutitur, in qua ait Pontifex quoſdam Tuſciae Annonariae Epiſcopos ad ſe *per tam longum iter neceſſitate compellente infatigabiliter venientes preces afferre*. Et quidem Piſtorium in Tuſcia Annonaria fuiſſe luculente indicat *Ammianus Marcellinus Lib. XXVII. Cap. III.* Et duas fuiſſe Tuſcias exſtat etiam ex Epiſtola *Theodorici* Regis, quae quia ad Tuſciam noſtram ſpectat, integram hic exhibere non dubito. Ea eſt *Lib. IV. num. XIV.* atque ita habet.

Geſilae Saiani Theod. Rex.

Ut Gothos per Picenum & Thuſcias reſidentes debitas pro poſſeſſionibus functiones exſolvere cogat.

Magni peccati genus eſt, alienis debitis alterum praegravare: ut quod poteſt exigi, non mereatur audiri. Sua quique damna reſpiciant, & is ſolvat tributum, qui poſſeſſionis naſcitur habere compendium. Atque ideo praeſenti tibi auctoritate delegamus, ut Gothi per Picenum ſive Thuſcias utraſque reſidentes, te imminente cogantur exſolvere debitas functiones. In ipſis enim initiis comprimendus exceſſus eſt, ne foeda imitatio, quaſi turpis ſcabies, paulatim reliquos comprehendat. Si quis ergo iuſſa noſtra agreſti ſpiritu reſupinatus abiecerit, caſas eius ad ofitis titulis fiſci noſtri iuribus vindicabis: ut qui iuſte noluit parva ſolvere, rationabiliter videatur maxima perdidiſſe. Qui enim debent ad fiſcum celerius eſſe devoti, niſi qui capiunt commoda donativi? Quando amplius de noſtra humanitate recipiunt, quam ſtipendii iure praeſtetur. Nam ſi liberalitatis noſtrae cauſa tractetur, nos potius voluntaria tributa ſolvimus, qui fortunas omnium ſublevamus.

a Reineſius *Claſ. VI. n. VII.* ſcribit: *Conſularium autem Campaniae ab Hadriano Auguſto inſtitutorum primus fuit Antoninus Pius.* Capitol. *Ab hoc in Italia IV. Conſularium Iudicum, ideſt, Conſulari poteſtate legatorum Aug. locum ſubrogati ſunt Iuridici per Italiam: tum Correctores Italiae*, Vop. in Tetr. (corrigendus Reineſius, & reponendum, *Trebellius Pollio in Tetrico*) *& Campaniae, in 7.* CCCCLIX. (hoc eſt apud *Gruterum*) & 56. Claſſ. III. (hoc eſt apud ipſum *Reineſium*) *Poſt a* Conſtantino *Conſulares iterum, & hinc Correctores denuo: Moderatores, Rectores, & Praeſules &c.*

b Sunt verba *Iulii Capitolini* in *Antonino Pio Cap. I.* cenſetque ſatis probabiliter *Vinc. Borghinius* de Florentiae origine ſcribens, Tuſciam in ea parte Italiae, quae *Antonino Pio* regenda commiſſa fuit, comprehenſam fuiſſe ex eo, quod ingens ſtatuarum numerus eius honori in hac provincia dedicatus eſt, eodem *Capitolino* teſte, qui ſcribit *eius ſtatuas in omni Etruria examen apum repleviſſe*, quod futuri imperii praeſagium habitum eſt. Nec repugnat quod obſervat *Cl. Salmaſius*, in Campania ſcilicet pleraque bona *Antoninum* poſſediſſe; nam & Campania, & Etruria, eidem Conſulari ſubeſſe poterant.

c Conſulenda eſt adnotatio praecedens; moris autem fuiſſe apud Tuſcos, alioſque populos, Recturibus provinciae benemeritis ſtatuas erigere, multa exempla confirmant; ita Piſis *Rutilii* patri ſtatua dedicata eſt, filio docente iis verſibus:

Ante diu quam Troiugenas fortuna penates
Laurentinorum regibus inſereret,
Elide deductas ſuſcepit Etruria Piſas,
Nominis indicio teſtificata genus.
Hic oblata mihi ſancti genitoris imago,
Piſani propria quam poſuere foro.
Laudibus amiſſi cogor lacrimare parentis,
Fluxerunt madidis gaudia maeſta genis.
Namque pater quondam Tyrrhenis praefuit arvis,
Faſcibus & ſenis credita iura dedit.

Rem quoque late pertractat *Borghinius De Florentiae origine*; & vetuſtae Inſcriptiones in decurſu confirmabunt.

Digitized by Google

117 *nianus* quidam fuerit, & *L. Canulcius* pariter, alii eruditiores vi-
119 derint [a]. At anno *Hadriani* tertio † *Alexander* Romanus E-
piſcopus moritur, *Xyſtuſque* in Pontificatu ſuccedit; *Hadrianus* vero viam Caſſiam vetuſtate conlabſam a Cluſinorum finibus Florentiam perducit [b]. Tres enim prae reliquis celebres erant in Etruria viae ſtratae: *Aurelia*, quae per maritima Etruriae ducebat Piſas verſus, vel ad illas; & ab Vrbe per Lorium, Alſium, Pyrgos, Caſtrum novum, & Centumcellas, tranſibat: *Caſſia*, quae per mediam Etruriam ferebat, & eius veſtigia a Baccanis Sutrium, Vetrallam, & ad Aquas Paſſeris tendunt, & ultra haec per Vulſinios ad Cluſium: *Clodia* ſive *Claudia*, ex Caſſia deducta, quae per Arre-

a *Antonianum* Etruriae Praetorem fuiſſe docet Inſcriptio apud *Muratorium*.

. . . . ONIANO OCTAVIO. P. F.
. . . . PRAEF. VRB. FERIARVM. ET
. . . . LEG. LEG. PRIM. ITAL. COS. II
. . . . ANTONIAN. VERIAN. LEG. AVG
. . . . ORIS PRAETORI ETRVRIAE. V. PISIS
PVBLICE
D . D
PATRIAM. SVAM BENEFICIA

Lucium vero *Canuleium* Praetorem Etruriae vocat Inſcriptio apud *Gruterum*, in qua notandum nomen *Aconius*, cuius veſtigia ſuperſunt in Caſtello agri Florentini, quod vulgo *Acone* nominatur.

L. CANVLEIVS
IN ITALIA VOLSINIENSIVM PATRIAE SVAE.
FERENT. ET. TIBVRTIVM
ITEM. COLONI. ITALICENSIS. IN. PROV.
BAETICA. PRAET. ETRVR. XV
POPVLOR. SACERDOTI. CAENINENSIVM. M.
HELVIVS M. F. CLEMENS
ARNENSI. DOMO, CARTHAGINE. PRAEF. EQ.
ALAE PRIMAE CANNANEFATVM
PRAESIDI. SANCTISSIMO. ET. RARISSIMO,
CVRAM AGENTE L. ACONIO
CALLISTO TRIB. MIL. LEG. XIIII. GEM. SEV

b Haec inſignis notitia habetur ex lapide milliario, qui in atrio Aedis Aedilium Eccleſiae Metropolitanae Florentinae exſtat, hoc delatus a Monte Politiano, ubi inventus eſt, ut tradunt. Inſcriptio autem ita habet:

IMP. CAESAR
DIVI. TRAIANI
PARTHICI. FIL.
DIVI. NERVAE. NEP.
TRAIANVS. HADRIANVS
AVG. PONT. MAX.
TRIB. POT. VII. COS. III.
VIAM. CASSIAM
VETVSTATE COLLABSAM
A CLVSINORVM. FINIBVS
FLORENTIAM. PERDVXIT
MILIA. PASSVVM
. . . .
XXCI

retium, Florentiam, & Piſtorium, ferebat Lucam [a]. Illam au- A.Ch.
tem viam Caſſiam Florentiam ducentem a Populo Romano ſtra- 119
tam fuiſſe patet, ſiquidem temporibus *Hadriani* vetuſtate conlabſa
dicitur; & haec *Hadriani* reſtauratio, Florentiam inter urbes E-
truriae principes antiquis etiam temporibus fuiſſe, ad quam
viae a Romano Populo Principibuſque ſternerentur, ſubin-
dicare videatur [b]. † Porro hic idem Imperator, neſcio quibus 125
furiis agitatus, ad Chriſtianos perſequendos adgreſſus eſt, &
quamvis paullo poſt † huiuſmodi furorem repreſſerit, ta- 126
men ſub eo † paſſus eſt *Xyſtus*, cui *Teleſphorus* in Romano 129
Epiſcopatu ſubfectus fuit. Sed quum *Hadriano* tamdem *Anto-*
ninus Pius † ſucceſſiſſet in imperio, ſub hoc Principe † *Tele-* 138
ſphorus Papa martyrio coronatus fuiſſe traditur, in cuius lo- 139
cum *Hyginus* † ſubrogatus eſt; quem deinde *Pius* Pontifex 140
creatus † excepit, quo quidem Romanam Eccleſiam regen- 142
te † & *Torquato* & *Attico* Coſ. *A. Catinnam Surium* Florenti- 143
num militem ſtipendia meruiſſe comperimus [c]. Interea *Anto-*
ninus Pius Auguſtus datis litteris Chriſtianos amplius vexa-
ri vetat [d] †. Verum *Pio* Romano Epiſcopo ſideribus recepto 152
† *Anicetus* Pontifex renunciatus eſt, qui *Marcum Aurelium* 157
Antonino patri † ſuccedere vidit, & tamdem vitam morte com- 160
mutans † Epiſcopatum *Sotero* vacuum reliquit; qui quum 167
pariter diem obiiſſet extremum † *Eleutherum* ſucceſſorem 176
† habuit. Sub *M. Aurelio* Principe *L. Porcius Priſcianus* Tu- 177
ſciae & Vmbriae Corrector fuiſſe, haud temere quidem videa-
tur [e]. *Eleuthero* Romanam Eccleſiam moderante *Marcus Aure-*
lius

a De hiſce viis, aliiſque viis ſtratis Romanorum per Italiam, vide que ſcribit *Chriſtoph. Cellarius* in ſua *Geograph. Antiqua Lib. II. Cap. IX. Sect. V. n. DCLXXXIII.* & *Pitiſcum* in *Lexico Antiquit. Roman.* verbo *Via*.

b Adi ſuperius *pag.* 10.

c Marmor in Muſeo Mediceo exſtans, multorum militum nomina exhibet, qui *Torquato* & *Attico* Coſ. & *Avito* & *Maximo* Coſ. ſtipendia meruere. *Torquato* igitur & *Attico* Cos. hoc eſt anno CXLIII. inter alios milites fuit

A. CATINNA SVRIVS FLORENT.

hoc eſt, Florentia. Huius nominis veſtigia in Etruria adhuc ſuperſunt; nam in Valle Elſae *Catinianum*, vulgo *Catignano*, habemus, quaſi *fundum Catinianum* dixeris, iuxta ea, quae ſuperius *pag.* 18. obſervabamus. Hoc marmor refertur a *Grutero*, *Montefalconio*, *Gorio*, *Muratorio*.

d An hae litterae, quae Aſianis inſcriptae ſunt, & ab *Euſebio Lib. IV. Cap. XII. Hiſtor. Eccleſ.* referuntur, *Antonini Pii* ſint, an potius *M. Aurelii*, quum earum titulus depravatus & corruptus eſſe deprehendatur, controvertitur a claſſicis Auctoribus, adfirmantibus *Antonini Pii* eſſe *Tillemontio*, *Papebrochio*, aliiſque; negantibus *Scaligero*, *Valeſio*, *Pagio*, & aliis. Conſulantur *Pagius ad Baronium anno CLIV.* & *Tillemontius*, *Tom. II. Memorab. Eccleſ. in S. Iuſtino Art. XVI.*

e Indicat id vetus Inſcriptio apud *Gudium*, quae ita habet:

L. PORCIO C. F. QVIR. PRISCIA
NO CORR. TVSCIAE ET VMBRIAE
XV. VIRO SACR. FACIVN. ADLECTO
INTER. PATRIC. PONTIF. MINORI
ADLECTO INTER PRAETOR. CAN
DIDATO M. AVRELI ANTONINI AVG.
CVRATOR. ALVEI. TIB. ET CLOACAR.
VRB. PATRO. DIGNISSIMO POPV
LONI D. D. P. P.

180 *lius* naturae conceſſit †, & *Commodus* filius, iam conſors imperii factus, ſolus regnare coepit. *Commodo* autem imperante, quum Eccleſia pace gauderet, ingens hominum ad Chriſtiana ſacra amplexanda convolantium acceſſio facta eſt, cum Romae & in Italia, tum in provinciis & regnis remotioribus [a]. Sub hoc Principe, & ſub *Marco Aurelio* etiam, ut vide-
182 tur, *Q. Terſina Lupus* Florentinus † militavit [b]. Sed *Eleutherus* Pontifex mortuus eſt, *Victoremque* ſucceſſorem meruit, eo-
192 dem exeunte anno †, quo *Commodus* a ſuis obtruncatus fuit.
193 In eius locum *Helvius Pertinax* † electus eſt, & paullo poſt interemtus, evectuſque ad Imperium *Iulianus*; quo mox pariter caeſo *Septimius Severus* imperii habenas ſuſcepit. Sub
194 hoc † *L. Gavius Iuſtus* Florentinus ſtipendia meruit; & Flo-
201 rentinus etiam *Maximus* fortaſſis [c]. *Victore* autem mortuo † *Zephyrinus* Epiſcopatum Romanum obtinuit, doluitque edictum a *Severo* promulgatum fuiſſe, quo Chriſtiani ritus pro-
202 hibebantur, poenaeque eos profitentibus inrogabantur [d] †. At paullo poſt *Septimius Severus* de Parthis, aliiſque nationi-
203 bus debellatis, † triumphavit; curaque triumphi demandata eſt *Lucio Coelio Rufo*, qui bis Tuſciae Corrector fuerat [e]. Sed

a Adiſis *Baronium ad ann. CLXXXIII.*

b Inſcriptio id probat, quae cum apud alios, tum apud *Gorium* ita legitur.

Q. TERSINA. Q. F
SCAP. LVPVS
FLOREN. MILES
COH. XII. 7. DEX
TRI. GENIVM
CENTVRIAE. CVM
BASE. MARMOREA
TESTAMENTO
PONI. IVSSIT

In dextro latere,

POSITA IDIB. APRIL.
MAMERTINO, ET. RVFO.
COS.

c *L. Gavium Iuſtum* quemdam Florentinum ſub *Septimio Severo* militaviſſe, docet nos vetus lapis apud *Gorium*, & *Muratorium*, qui quidem in Aedibus Marchionis *Riccardii* Florentiae exſtat. Nam quum multorum militum nomina exhibeat, inter eos qui *Severo II. Coſ.* hoc eſt anno CXCIV. militabant, hic ita legitur:

L. GAVIVS IVSTVS FLORENT,

Florentia, ſcilicet. *Maximus* autem Florentinus eodem *Severi* Conſulatu ſtipendia meruiſſe videatur conſideranti Inſcriptionem aliam, quam laudatus *Muratorius* producit, in qua idem Imperatoris Conſulatus ſignatus videtur, & inter nomina militum legitur:

MAXIMVS FLORENTIA.

d *Baronius ad ann.* CCIV.

e Hunc Tuſciae Correctorem nobis prodit Inſcriptio apud *Gruterum* & *Gudium*, quae ita habet:

L. CAELIO L. F. QVIR. RVFO V. C.
FLAVIALI. SACERDOTI SPLENDI
DISSIMO PONTIFICI MINORI
COOPTATO IN COLL. OMNIVM FABR.
CENTONARIOR. ET DENDROPHOR.
CVRATORI TRIVMPHI IMP. CAESARIS
L. SEPTIMI PERTINAC. AVGVSTI. PAR
THICI, ARABICI, ET PARTHICI; ADIABE
NICI. MAXIMI. CONSVLARI CAMPA
NIAE ET APVLIAE. BIS CORRECTORI
TVSCIAE, ET VMBRIAE, ET PICENI.
PROCVRATORI LVDI LITTERARII
IIII VIRO VIARVM STERNENDARVM
VIAE SEMTIMIAE ARDEATINAE ET
LAVRENTINAE PROCVRATORI XX
HERED. BRVTTIAE ET CALABRIAE
CVRATORI AEDIFICIORVM AQVARVM
QVAESTORI AERARI SATVRNINI PATRO
NO COLONIAE RICCINIAE HELVIAE
IN CVI. CVR. ET OF. BENEMERITO
RICCINATI HELVIANI
SVA IMPENS. IN FORO CAESAR.
D. D.

Re-

Sed quum *Septimius Severus* naturae conceſſiſſet †, eius filii *Ca-* 211
racalla & *Geta* in eius imperium ſucceſſerunt. At quum *Geta* a
fratre occiſus fuiſſet, dein *Caracalla* ipſe interficitur †, & *Ma-* 217
crinus Imperator acclamatur, cui ſucceſſit † *Antoninus Elagaba-* 218
lus; ſicuti, mortuo hoc eodem anno *Zephyrino*, *Calliſtus* Roma-
nus Epiſcopus † electus eſt. At non diu *Elagabalus* imperavit, 219
Romanamque rem *Alexander Severus* eius ſucceſſor † moderatus 222
eſt; quemadmodum Romanam Eccleſiam poſt *Calliſtum Vrbanus* †; 223
qui Chriſtianam religionem in dies augeri non ſine gaudio ſub-
ſpexit [a], & tamdem martyrio coronatus † *Pontianum* in Epi- 230
ſcopatu ſucceſſorem habuit †. Sed hic quoque ſanguinem pro 231
Chriſto fundere meruit †, & in eius locum *Antherus* ſubfe- 235
ctus eſt, non aliter ac ad *Alexandri Severi* vita functi ſolium
Maximinus evectus, qui perſequutionem ſaeviſſimam in Chriſtia-
nos homo crudelis ac barbarus movit. Brevem autem Ponti-
ficatum *Antherus* martyrio inluſtravit †, eumque *Fabianus* ex- 236
cepit. At *P. Titius Perpetuus* una cum *Corneliano* Conſul
quibuſdam fuiſſe videtur; quiquidem *Perpetuus* Tuſciae & Vm-
briae Conſularis fuit [b]. *Maximinus* vero brevi vita defun-
ctus † imperium *Gordiano*, qui regni conſortem *Gordianum Iu-* 237
niorem adſumſit, liberum reliquit. Porro anno inſequenti † utroque 238
Gordiano ſupremum diem obeuntibus, *Pupienus* & *Balbinus* impe-
rium occupant, quibus occiſis tertius *Gordianus* ſucceſſit, quem
tamdem *Philippus* excepit †. Hic vero poſt quinque imperii an- 244
nos occiſus †, & *Traianus Decius* Imperator renunciatus eſt; 249
qui ſtatim Chriſtianae legis cultores inſectatus, † multum inſon- 250
tium piorumque hominum ſanguinem fudit. Itaque ſub eo
Fabianus Pont. Max. *Chriſto* & veritati interfectus teſtimo-
nium inluſtre perhibuit; Florentiae autem *Mineas*, martyrio

Recte obſervat *Tillemontius* Tomo XIX. in *Septimio Severo Art.* XXVIII. oportuiſſe ut *L. Caelius Rufus* circa annum CC. Tuſciae Corrector fuerit.

[a] *Baronius ad ann.* CCXXXIII. *n.* III.

[b] Harum provinciarum Conſularis dicitur in Inſcriptione apud *Gruterum*

P. TITIO PERPETVO ARZICIO V. C.
CONSVLARI THVSCIAE ET VMB. OB
SINGVLARIA EIVS ERGA PROVINCI
ALES BENEFICIA ET OB MODERATIONEM
PRO DOCVMENTO ETIAM POSTERIS RELIN
QVENDAM AETERNVM STATVA MONV
MENTVM THVSCI ET VMBRI PATRONO
PRAESTANTISSIMO CONL. AER. P.

Hunc autem *Perpetuum* eumdem fuiſſe, ac *Perpetuum* hoc anno Conſulem, plerique autumarunt, ut videre eſt apud *Muratorium in Italiae Annalibus* ad annum CCXXXVII.

A.Ch. 850 pariter coronatus fuit, licet hoc an inſequenti anno ignoremus [a]. Huius incliti Martyris memoria VIII. KL. Novembres ab

[a] De Sancto *Miniate* martyre ita habet Martyrologium Romanum ad diem XXV. Octobris: *Florentiae paſſio Beati Miniatis militis, qui ſub Decio principe pro fide Chriſti egregie certans, nobili martyrio coronatur. Vſuardus* autem, Scriptor, qui floruit anno DCCCLXXVI. in ſuo Martyrologio iam ſcripſerat: *Civitate Florentia, paſſio Beati Miniatis, ſub Decio principe.* Nec mirum ab *Vſuardo* ſancti huius Martyris Florentini mentionem fieri, quum eius nomen in Etruria fuiſſet ab antiquis temporibus celebre. Cuius rei argumenta ſunt, quod anno DCCCCLXIX. *Sigeberto* in Chronico auctore, *Theodoricus* Epiſcopus Metenſis S. *Miniatis* martyris reliquias Florentia in Metenſem S. *Vincentii* Eccleſiam tranſtulit. *Sigeberti* verba ſunt quae ſequuntur: *Theodoricus Metenſium Epiſcopus Imperatori ſanguine, dilectione, ac familiaritate ceteris devinctior, dum in Italica expeditione per triennium ſub eo militat, multa corpora & pignora Sanctorum ex diverſis Italiae locis quocumque modo potuit collegit. Primum a Marſia Sanctum Elpidium Confeſſorem* . . . . *a Florentia Miniatem martyrem, &c.* Qui autem huius Chronographi verba intelligenda veniant, dixi in meo *Hodoeporico pag.* 159. veſtigiis inſiſtens *Silvani Razii*, & *Ioſ. Mariae Brocchii*, Nam in Florentina maiori Eccleſia, incliti huius martyris corpus deinde quieviſſe, alienam fidem ſequutus D. *Antoninus* ſcribit, Eius verba ſunt: *Cuius corpus in Eccleſia maiori Florentina dicitur quieſcere.* Et quidem eius Praedeceſſor *Ildeprandus* in ſua Charta anno MXIII. exarata ita ſcribit: *Inchoato igitur diu deſiderato opere pretioſiſſimas gemmas, auditu tantum antea ex parte cognitas, plenius quam audieramus, viſibiliter in praefata conditas Eccleſia, non tam ut decuit invenimus, corpus videlicet venerab. B. Miniatis Martyris, plurimarumque eadem martyrii palma coronatorum &c.* Quare oportet ut partem aliquam tantum lipſanorum *Theodoricus* abſtulerit, non integrum Martyris corpus. *Brocchius* tamen ita D. *Antonini* verba intelligenda pertendit, ut iis non Eccleſia Metropolitana Florentina, ſed Eccleſia S. *Miniatis* in Monte Regis, quae omnium huic Martyri dicatarum eſt maxima, ſignificetur: at illorum verborum ſenſus obvius alius eſſe videtur. Falſus autem fuerit Sanctus Antiſtes, ſiquidem verum eſt, quod his recentioribus Inſcriptionibus, quae in illa Eccleſia leguntur, & a *Brocchio* laudato referuntur, indicatur. Prima eſt pone aram Eccleſiae principem.

D . O . M
SANCTORVM MINIATIS, ET SOCIORVM SEPTEM
EXVVIAS, QVAS TOT SAECVLORVM DECVRSVS
OBLITTERARAT, MARMOREA SVB ARA PROPRIORE
QVIESCENTES, IBIQVE OLIM IN VRNIS CONDITAS
A. S. MXIII. AB ILDEBRANDO FLORENTINORVM
EPISCOPO, MERCATORVM ARS CALISMALAE
A LATEBRIS. ET OBLIVIONE VINDICAVIT, EAS
VENERATA CVM OPTIMATVM CVLTV, PRAESENTIAQVE
VICARII FLORENTINI VINCENTII BARDI EX COMITIBVS
VERNII, POSTERORVM PIAE RECORDATIONI
COLENDAS PRISTINO LOCO RESTITVIT DIE IV. IVLII.
A. S. MDCLXVII

Secunda eſt in duabus Aris lateralibus geminata, atque ita habet;

RELIQVIARVM SS. CHRISTI MM. MINIATIS
ET SOC. QVAE EX HOC ALTARI IN ARAM
PRINCIPEM HVIC PROXIMAM TRANSLATA
FVERE FRAGMENTA QVAE SVPERERANT IN
THECA PLVMBEA CLAVSA ET SVB HVIVS ARAE
MENSA RECONDITA VENERABILITER
ASSERVANTVR

B. *Miniatis* ſocii Martyres in hiſce Inſcriptionibus quoque indicantur, ſed quum de iis in Martyrologiis laudatis, & vetuſtioribus monumentis, altum ſilentium ſit, haud facile admittendi ſunt; niſi Sociorum nomine alia Sanctorum corpora, quia in eadem Eccleſia adſervantur, intelligenda ſint, Iſthuc ipſum inſinuare videtur Inſcriptio, quae in Porta Eccleſiae laterali, Por-

ab Eccleſia recolitur, & pervetuſtus in Etruria eius cultus eſt, A.Ch.
ut templa illius honori excitata teſtantur, quorum quaedam 250
antiquiſſima ſunt. Haec quidem ſunt, [a] Eccleſia Sancti *Mineatis*
in

Porta Sancta vulgo dicto, adpoſio eſt, atque ita habet:

VETVS PRISCORVM CHRISTIANORVM COEMETERIVM
HOC IN LOCO SITVM, IN QVO IVXTA ANTIQVAM,
ET FIDELEM TRADITIONEM, SVMMORVM
PONTIFICVM, FLORENTINORVM PRAESVLVM,
IMPERATORVM, AC PRINCIPVM DIPLOMATIBVS
CONFIRMATAM, ATQVE ASSERTAM, INNVMERABILIA
PENE SANCTORVM MARTYRVM CORPORA OLIM
TVMVLATA FVERE, COSMI III. MAGNI ETRVRIAE
DVCIS, AD AVGENDAM FIDELIVM VENERATIONEM
IVSSV RECOGNITVM, IN EO LOCVLIS, CINERIBVS,
AC OSSIBVS PLVRIBVS REPERTIS, NONNVLLA
EORVMDEM OSSIVM FRAGMENTA, QVAE COLLIGI
POTVERVNT, IN PLVMBEA VRNA REPONI, ET
VNA CVM EFFOSSA HVMO IISDEM CINERIBVS
COMMIXTA THOMAS EX COMITIBVS DE GHERARDESCA
ARCHIEPISCOPVS FLORENTINVS HIC RVRSVS RECONDI
MANDAVIT ANNO REPAPATAE SALVTIS MDCCVII

Lambertus quoque Imperator, & *Berengarius* Rex, in ſuis Diplomatis, novem vel octo Sanctorum corpora in hac Eccleſia quieſcere dicunt, nec B. *Mineatis* ſocios vocant. Qui *Mineatem* Armenium fuiſſe putant, *Ioannis Villanii*, hiſtorici in antiquis rebus narrandis plerumque fabulatoris fidem ſequuti ſunt, & eorum, qui eius picturam regali habitu ornatam muſivo opere in Tholo ſeu Apſide ipſius Eccleſiae delinearunt, addita inſcriptione: SANCTVS MINIATVS REX ARMENIE. Quae quidem pictura ſaeculo XIII. iam deſinente antiquior non eſt; quare ſupervacaneum eſt Monachos Baſilianos cum *Brocchio* comminiſci, qui illam nationibus Orientalibus adulantes eo modo faciendam antiquis temporibus curaverint, *Mineatem* nomen eſſe Romanum, obſervabamus ſuperius *pag.* 14.

[a] Inſigne eſt Monaſterium Sancti *Mineatis* in Monte Regis, ſeu Florentino, extra Florentiae moenia ſitum, cuius Eccleſiae & Monaſterii memoriam uſque a *Caroli Magni* aetate repetendam eſſe, Scriptores graviſſimi *Vinc. Borghinius*, & *Did. Franchius*, & *Carol. Strozzius*, vetuſtas Chartas & Diplomata adlegantes, litterarum monumentis conſignarunt. Haec quidem Eccleſia ſub ſaeculi XI. initium reſtaurata fuit ab *Ildeprando* Florentino Epiſcopo, cuius rei certa exſtant & indubitata documenta, ut apud *Ughellium*, & *Cerracchinium in Epiſcopis Florentinis*; *Vincentium Borghinium de Eccleſia & Epiſcopis Florentinis*; *Fidel. Soldanium Part. I. & II. Quaeſt. Vallumbroſ. Ioſ. Mar. Brocchium in Vitis Sanctorum Florentinorum*, alioſque; & de hoc egi etiam ipſe in meo *Hodoeporico* laudato *pag.* 160. Sed quoniam de hoc Eccleſia & Monaſterio ſermo incidit, lubet heic tranſcribere, quae vir noſtrarum rerum conſultiſſimus *Carol. Strozzius* de hoc Monaſterio commentatus eſt, & *Domin. Mar. Mannius Tomo VII. Obſervationum in Sigilla medii aevi* iam edidit. Interſeram tamen & ipſe quaedam, quae vel *Strozzii* diligentiam fugerunt, vel ea, quae dicit, caſtigatiora efficient; & caracterum varietate diſcernentur. *Strozzius* igitur ita ſcribit.

Non è Chieſa, nè Monaſtero, alcuno nella Città di Firenze, o nel ſuo contorno, fuorchè quella di S. Gio. Batiſta, e della Santiſſima Annunziata, che nella venerazione poſſa a quella del Monaſtero di S. Miniato a Monte di gran lunga agguagliarſi. Più d' uno ſcrive, ed è pubblica fama, che ſino nel principio della nuova Criſtianità nel luogo, che alcuni chiamano il Monte Fiorentino, ed altri il Monte del Re, dove oggi ſi vede queſta Chieſa, fuſſe un piccolo Oratorio dedicato in onore dell' Apoſtolo S. Pietro, e che da S. Zanobi Veſcovo di Firenze, e da' Fedeli Criſtiani, foſſe fatto maggiore, e dedicato a S. Miniato martire, (Haec nullis certis innixi fundamentis quidam ſcribunt, nec facile admittenda eſſe videntur) *il qual Santo colle proprie mani preſa la ſua teſta, che per commiſſione di Decio Imperatore gli era per la Fede di Criſto ſtata troncata, paſſato il fiume d' Arno, andò in queſto luogo il ſuo corpo a poſare.* (Id ex *Io. Villanio Lib. I. Cap. LVII.* ſumtum eſt, nec de eo quicquam vetuſtiora monumenta habent; & plane eſſe fabuloſum norunt, qui doctus Bollandianos

250 in Monte Regis, ſeu Florentino, iuxta Florentiam, cum iuncto

nos de huiuſmodi miraculis ſcribentes legerunt) *Ma o fuſſe per l' incurſioni de' Barbari, o per l' antichità, o per altro accidente, era dipoi la detta Chieſa ridotta in maliſſimo ſtato, onde l' anno 1013. il Veſcova Ildeprando di Firenze avendola, com' egli dice, ritrovata per troppa antichità negletta, e quaſi deſtrutta, coll' aiuto, e conſenſo dell' Imperatore Enrico, e dell' Imperatrice Cunegunda ſua moglie, la reſtaurò, accrebbe, ed ornolla di marmi, conforme a che fino al preſente ſi vede: la ereſſe in Monaſtero come già anticamente era ſtata: vi ritrovò il Corpo dello ſteſſo glorioſo S. Miniato, e di più altri Santi Martiri, e li fecenna largbiſſima donazione, come di ſotto ſi dirà, e n' inveſtì Abate Dragone Monaco. Innanzi però, che il detto Veſcovo Ildebrando vi metteſſe mano per reſtaurarla, ed accreſcerla, ſi trova, come dice Monſignor Borghini ne' ſuoi Diſcorſi, che Carlo Magno mentre era Re de' Longobardi, e Patrizio di Roma, fece certa donazione a queſta Chieſa, che egli chiamò Baſilica, per l' anima d' Ildegarda moglie ſua cariſſima*; (Et quidem hanc Eccleſiam etiam anno DCCCIIC. & DCCCIC. extitiſſe conſtat ex duobus Diplomatibus a *Ferd. Vghellio* relatis, quorum primum eſt *Lamberti* Imperatoris, alterum *Berengarii* Italiae Regis, qui partem Curtis Beneventanae prope Eccleſiam S. *Mineatis* Eccleſiae Florentinae donant atque confirmant) *e ſe io non m' inganno, queſto luogo ſervì per qualche tempo per Monaſtero di Monache; poichè l' anno 971. Otto Imperatore, a preghiera del preclaro Gebobardo Conte, per un ſuo Mundiburdia concede alla devota Vergine Ermengarda tutto quello, che il Veſcovo già le aveva conceſſo ſopra la detta Chieſa di S. Miniato, e ſue pertinenze. Ordinò non ſolo, come di ſopra ſi è detto, il Veſcovo Ildeprando queſta Chieſa (che egli dice eſſer propria di S. Giovanni, cioè del Veſcovado di Firenze) a Monaſtero; ma perchè comodamente ſenza limoſinare poteſſero i Monaci vivere, per rimedio dell' anima ſua, e di quelle de' Veſcovi ſuoi anteceſſori, e ſucceſſori, dell' Imperatore Enrico ſuo ſeniore, della ſua preclara moglie Cunegunda, e degli Imperadori, e Re, del Regno d' Italia, gli donò lo ſteſſo anno 1013. il Monte, ſopra il quale il detto Monaſtero era fabbricato, che già ſi diceva il Monte Fiorentino, ed allora ſi domandava il Monte di S. Miniato, con tutti i ſervi, ancille, azioni, e beni alla detta Chieſa appartenenti; il Monaſtero di S. Andrea poſto nella Città di Firenze vicino alla Piazza del Re, ad all' Arco: la Chieſa di S. Felicita poſta vicino a capo del Ponte, col Cimitero; il Caſtello di Montalto colla Chieſa di S. Bartolommeo e S. Miniato, poſta in detto Caſtello, Piviere di S. Andrea a Doccia; la metà del Caſtello di Monteagugoto, Pievere di S. Martino in Viminiccio; la Corte di Lonnano di Caſentino, colla Chieſa di S. Miniato; la quarta parte della Chieſa di S. Salvadore, Piviere di S. Maria di Staia, e la Corte d' Empoli, Piviere di S. Andrea d' Empoli. Ma non ebbe qui fine la pietà, e generoſità del Veſcovo ſuddetto, poichè egli di nuovo l' anno 1024. con altro ſuo Diploma non ſolo confermò al detto Monaſtero la donazione già fattagli, ma di più vi aggiunſe la Chieſa di S. Miniato poſta vicino al fiume d' Arno, ed al luogo chiamato Capraia; la Corte di Flabo, Piviere di S. Giovanni a Suſignano, colla Chieſa di S. Piero di Cavaldino, con quella parte, che egli aveva acquiſtato della Chieſa di S. Maria a Padule; la Chieſa di S. Maria a Liccio vicino a Petriolo, Piviere di S. Stefano Uno Pane; la Terra, e Selva, che era Caſtagneto, poſta vicino al Caſtello di Petra Meſula, Piviere di S. Piero di Vaglia. Similmente li donò tutta l' entrata, che annualmente ſi cavaſſe dal mercato, che il medeſimo Veſcovo aveva ordinato vicino alla Città di Firenze; la Chieſa di S. Maiolo Confeſſore, che pure egli ſteſſo aveva fabbricato, e conſagrato nella Corte di . . . . . Piviere di S. Piero in Boſſole; le Terra, e Selve luogo detto Caterano, che furono di Azzo figliuolo d' Azzo, ed una Sorte intera, luogo detto Aceraia, che il ſopraddetto Azzo donò al Veſcovado di Firenze. Da Lamberto, che nel Veſcovado ſuccedè a Ildebrando, ſu per ſuo Privilegio l' anno 1026. confermato quanto dall' anteceſſore ſuo gli era ſtato donato. Lo ſteſſo l' anno 1037. fece Atto, che nel Veſcovado ſuccedè a Lamberto; ma oltre l' avere confermato tutte le coſe già ſtategli conceſſe, per l' anima ſua, e degli altri Veſcovi paſſati, e futuri della Città di Firenze, e per quella di Conrado Sereniſſimo Imperatore ſuo Signore, ed ordinatore, della ſua preclara moglie Gisla eccellentiſſima Imperatrice, del Re Enrico chiariſſimo ſuo figlinolo, degli Imperatori, e Re del Regno d' Italia, de' Duchi, e Marcheſi di Toſcana, e di Bonifazio eſimio Marcheſe, li donò il Caſtello di Collerumoli, Piviere di S. Aleſſandro a Giogoli, con la Corte, Domicati, e Manſi, e con tutte le ſue pertinenze, la Selva di Montanino, e un pezzo di Terra nella Corte di Quinto, conforme a che tennero a livello Giovanni figliuolo di Pietro con i ſuoi fratelli, a Piero figliuolo del quondam Giovanni.* (Hoc eodem anno *Bonifacius* Tuſciae Marchio, Eccleſiae, & Monaſterio S. *Mineatis* quaedam donavit, ut *Borghinius* auctor eſt; anno vero inſequenti *Vbertum* Abbatem S. *Mineatis* ordinavit & confirmavit Abbatem Monaſterii S. *Petri*, temporibus *Lotharii* & *Ludoici* Imperatorum a *Gairandi* Presbyteri patre conſtructi, huiuſque ordinationis Charta eſt apud *Florentinium* in calce Me-

ſto Monaſterio, cuius memoria ab uſque *Caroli Magni* aetate 250

G re-

Memorab. Matildae pag. 118.) *In queſti medeſimi tempi, o faſſe per donazione, o pee teſtamento, o pee altra cagione, venne ad acquiſtare ragione ſopra il Padronato della Chieſa di San Martino Adimari, Piviere di S. Gavino, e ſopra le Caſe, Corti, Donnicati, ed altre pertinenze di detta Chieſa, poichè ſi trova, che l' anno* 1038. *Kadelobo Cancelliere dell' Imperadore, e Bertaldo Conte, Mandati del medeſimo Imperadore, gli concedono il poſſeſſo di detta Chieſa, e beni, ſebbene in contumacia di Berardo del qu. Sigito, e di Dalmaccio del qu. . . . . e meſſero bando, che niuno alla pena di* 2000. *Mancuſi d' oro ardiſſe moleſtare per detta cauſa il ſopraddetto Monaſtero ſenza legittimo giudizio. Griffo del qu. Raimberto, che fu chiamato Cicio, l' anno* 1048. *gli donò la Chieſa di S. Piero a Campagnano vicino al fiume dell' Ema, e la Chieſa di S. Paolo a Petroniano, inſieme con tutte le Chieſe, Corte, Sorte, Donnicati, e Salinghi, e con tutte le Terre, le quali la buona memoria di Gaeprando Prete* (Num hic ille *Gaiprandus* Presbyter, de quo loquitur *Bonifacius* Marchio in Charta anni MXXXVIII. quam ſuperius adlegavimus? Num Monaſterium illud Sancti *Petri* iunctum erat huic Eccleſiae Sancti *Petri* Companianae?) *aſſegnò alla detta Chieſa di San Piero di Campagnano, poſte nel Contado Fiorentino, Fieſolano, o vero Saneſe. Fiorenzio, chiamato Fuſto, figliuolo d' un altro Fiorenzio, che fu Cherico, ſecondo la ſua Legge gli donò l' anno* 1068. *pee l' anima ſua, ed' Ildibergagia ſua moglie, lo Spedale, che egli ſteſſo tutto da' fondamenti aveva fatto fabbricare vicino a capo del Ponte della Città di Firenze, con condizione, che ſempre doveſſe ſervire per ricevervi pellegrini. Altro Spedale ſimilmente per ricevere pellegrini vicino al proprio Monaſtero di S Miniato nello ſteſſo tempo aveva fatto fabbricare l' Abate Oberto, al quale Papa Aleſſandro II. lo ſteſſo anno* 1068. *per ſuo Privilegio gli conceſſe tutte le Decime de' Buonuomini del Caſtello di Pogna, e di Caſtelvecchio, dalla Croce di Cipollatico fino a Monte Uberti; e pee altro Privilegio dato lo ſteſſo anno* 1068. *e lo ſteſſo giorno, il medeſimo Papa confermò al detto Monaſtero i detti due Spedali, di capo di Ponte, il quale dice eſſere ſtato fabbricato da Faſco chiariſſimo uomo; e quello di S. Miniato, e gli pigliò ſotto la protezione ſua, e della Sede Apoſtolica, e di S. Piero. Il medeſimo anno* 1068. *Guido Conte, figliuolo di un altro Guido Conte, colla ſua dilettiſſima conſorte Armellina, gli donarono la Chieſa in onore di S. Miniato Martire, e lo Spedale pee ricevere i pellegrini, cominciato a fabbricare da loro nel luogo detto Quercia di Campo Martino, con condizione, che neſſuno Veſcovo di Firenze vi aveſſe azione alcuna.* (Huius donatio-

tionis a Comite *Guidone* factae meminit etiam *Ammiratus* in *Hiſtoria Familiae Comitum Guidonum*, additque tantum terrae circa ipſam Eccleſiam ſimul elargitum fuiſſe, ut fines eius fuerint Planities Furcellae, Rivus Aquae quietae, Iugum Alpis, & Ripa Forrae. At inſerenda quoque ſunt hic, quae *Eug. Gamurrinius*. *Libr. IV. Hiſtor. Genealog. pag.* 157. habet: *Nell' Archivio*, inquit, *de' Monaci di Monte Oliveto, facchetta B. num. 9. ſi legge che fanno Benno e Giovanni donazione al Monaſterio di San Miniato fuori di Firenze, della loro porzione, che ſe li perviene della Corte di Montalto, rogata da Ugo nel* 1072. *ed al num.* 10. *della medeſima facchetta ſi vede un altra donazione, che fanno al ſuddetto Monaſtero di San Miniato il medeſimo Giovanni figliuolo della bo. me. di Teuzzone, ed Ugo, e Cono, figliuoli del medeſimo Giovanni, e Ghisla moglie del ſuddetto Ugo, figliuola d' un altro Ugo, dell' ottava porzione del Caſtello di Montalto, e fu rogata da Teuzzone nel* 1095.) *Papa Paſquale II. l' anno* 1110. *lo pigliò ſotto la protezione della Sede Apoſtolica, e gli confermò il Monte del Re, nel quale il detto Monaſtero era poſto, in Campo Marzio, Biſarno dal fiume d' Arno fino alla via pubblica, la Chieſa di S. Maria d' Albuini poſta nell' Albarito, la Chieſa di S. Piera in Camollia collo Spedale, la Chieſa di S. Piero vicino al fiume dell' Ema, la Corte di Scignano, la quale aveva donata a detto Monaſtero Ugo figliuolo di Gherardo, e la ſua moglie Mardolla; quello, che gli aveva donato Gherardo figliuolo d' Ildibrando, e tutte l' altre Chieſe, Caſtella, Ville, e altre poſſeſſioni, che gli avevano conceſſo Ildebrando, Lomberto, Atto, e Gherardo Veſcovi di Firenze, gl' Imperatori, Re, e altri Cattolici fedeli.* (Addenda quae habet *Gamurrinius* laudatus loco citato: *Ed al n. 8. della medeſima facchetta B. ſi legge quella bella e ſontuoſa donazione, che fa al ſuddetto Monaſtero Gerardo, figliuolo del ſopraddetto Benno, della Corte e Caſtello di Galiga, con la Chieſa del medeſimo Caſtello, la Corte e Caſtello di Montalto con la ſua Chieſa, ed il Caſtello di Monte di Croce con la Chieſa edificata in onore di San Miniato e di San Romolo, e la Corte di Santa Maria d' Acone con l' iſteſſa Chieſa, e tutto quello che ſe li appartiene* infra Plebem Sancti Ieruſalem ſitam Acune in loco, qui vocatur Petroio cum Eccleſia Sancti Martini ſita in praedicto Petroio; *e da queſta ſcrittura ſi vede che foſſe queſta uno ſtato, ed una Contea, deſcrivendo i confini nella ſeguente maniera:* Ideo predicte terre decernuntur in primis a Civituncula uſque ala Pila de Monte Iovi, & venit per illam Collinam uſque ad Crucem, que eſt ſuper Plebem de Acone,

&

750 reperitur; & quam Tuſci eximia ſemper religione venerati ſunt,

& ob illa Cruce uſque Lori, & a Lori uſque in Argumina, & ab Argumine uſque ad Baſcianum, & a Baſciano uſque ad Eccleſiam Sancti Stephani de Pinitulo e la Foſſa uſque in Follonem, & a Folloni in Fluvio Sevi, & venit ad Rioſarum, & ſicut a Rioſairo in Amonte uſque ad Collem Santuli, e Poio de Rioſario ad Foſſam Lupariam, & ol Poio a Caſaio; *e altre terre poſte* infra Plebem Sancti Andree ſita Duccio, & Sancti Gervaſii ſita in Rio Cortiſano. *Fatta nel Caſtello di Montalto nel* 1113. *Rogata da Giovanni. Dipoi le pigliarono a Livello gl' isteſſi donatori dal medeſimo Monaſterio, e ciò facevano acciò non andaſſero al Fiſco*) *Regiaolfo del qu. Bennone l' anno* 1118. *fece fine all' Abbate del detto luogo dell' intera terza porzione delle Terre, e Vigne, che Benno figliuolo di Tenzo, e Berta ſua moglie, ebbero, e tennero nel Caſtello e Corte di Galiga, nel Caſtello e Corte di Montalto, e di Monte di Croce, cioè di quello, che Gherardo figliuolo di detto Benno donò al detto Monaſtero, e promeſſe, e giurò, che non avrebbe tolto, nè moleſtato il detto Caſtello di Galiga al detto Abate, nè a' ſuoi ſucceſſori.* (Inferendum heic quoque eſt, quod habet idem *Gamurrinius Vol. V. pag.* . . videlicet, quod anno MCXL. *Sacchittus* Iudex filius b. m. *Gerardi* de Petriolo, & *Fantuccia* iugalis, filia *Laurentii*, reſutaverunt ad Vgonem Monachum Monaſterii Sancti *Miniatis* omnes ſuas Decimas, quas ſolvebant dicto Monaſterio pro terris, quas poſſidebant in loco dicto Tavernole, & in Rio Mezzano; & Inſtrumentum exſtat in Archivo Monachorum Montis Oliveti Florentiae.) *L' anno* 1141. *Gottifredi Veſcovo di Firenze gli concede a livello la terza parte delle Decime del Piviere di Doccia per due ſoldi di danaro di Lucca ottimi ſpendibili l' anno. Papa Lucio III. l' anno* 1184. *lo piglia ſotto la protezione di S. Piero, e della Sede Apoſtolica, e comanda, che, conforme era ſtata inſtituito, ſempre vi ſi oſſervi la Regola di S. Benedetto, e gli conferma tutti i Beni, che poſſedeva, e nominatamente il luogo ſteſſo, dove la detta Chieſa è fabbricata, con tutte le ſue pertinenzie; la Chieſa di S. Niccolò con la Parrocchia da Rio di Corbulo fino a S. Maria Soprarno; la Chieſa di San Pietro vicina a Ema, colla Corte, e ſue pertinenzie; la Chieſa di S. Paolo di Moſciano con ſue pertinenzie; le Decime, che aveva in tutto il Piviere di S. Maria d' Incinaula, e nel Piviere di S. Piero a Quarta, e nel Territorio della Pieve di S. Maria in Pineta; la Chieſa di S. Maria di Quinto colla Corte, e ſue pertinenzie; le Decime, che aveva nel Piviere di S. Martino a Seſto; la Chieſa di S. Maria di Nuvole colla Corte, e ſue pertinenzie; la Decima, che aveva in tutto il Piviere di S. Giovanni in Suganna; la Chieſa di S. Maria di Corella colla Corte, e tutte le Decime, e ſue pertinenzie; la Chieſa di S. Maria d' Albuino colle ſue pertinenzie; la Chieſa di San Donnino nel Piano maggiore; il Caſtello di Monteaguto colla Chieſa, e ſue pertinenzie; il Caſtello di Montalto colla Chieſa, Corte, e pertinenzie; il Padronato della Chieſa di S. Andrea vicino all' Arca; il Padronato della Chieſa di S. Andrea a Doccia; la Poſſeſſione di Campi; la Decima, che aveva nel Piviere di S. Stefano a Campi; la Decima, che aveva nel Piviere d' Empoli; la Decima di Monte di Croce, e di Monte Fieſole; la Chieſa di S. Piero di Camollia con le ſue pertinenzie; ed ogni Decima, che aveva nel Poggio di S. Miniato, e nel Piviere di S. Reparata. L' anno* 1190. *promeſſe l' Abate a Mazzetto figliuolo di Carbone Conſolo, e Rettore degl' infraſcritti luoghi, a Magnaia figliuolo di Gattulo, ed a Vgolotto, e Vguccione figliuoli di Monaco, riceventi per ſe, e per tutti i loro conſorti di Monteaguto, Piemaggiore, e Torricella, che ſe mai vorrà alienare i detti Caſtelli, e Corte, non converrà ſe non con gli uomini di detti luoghi, ſe gli vorranno comperare, ed all' incontro il detto Mazzetta, ed altri, promeſſero a detto Abate non alienare Caſe, Terre, Vigne, Selve, e Vomini, che tengano ne' detti Caſtelli, e Corte, ſe non all' Abate, ſe gli vorrà comperare. Dando del qu. Ricavero, e Tavernaia ſua moglie, vendono l' anno* 1203. *all' Abate ogni ragione, azione, e dominio, che avevano nella Chieſa di S. Maria a Novule, e ſue poſſeſſioni, e le ragioni del Padronato ancora di detta Chieſa, ſe mai alcuna avute ve n' avevano, e particolarmente gl' infraſcritti ſervizi, cioè ec. due oncie di cera, e due oncie di pepe, che dovevano ogni anno ricevere dalla detta Chieſa, ed uno ſtaſio di grano ogni tre anni, e tale vendita fanno per prezzo di libbre otto di buoni danari vecchi di moneta Piſana. Arrigo Imperadore figliuolo di un altro Arrigo Imperatore per rimedio dell' anima ſua, e di quella dell' Imperatore Arrigo ſuo padre per mezzo dell' Imperatrice Agneſa ſua madre, gli confermò quanto poſſedeva, e particolarmente il Monte del Re, ſopra il quale è ſituato il detto Monaſtero; tutto quello, che da Ildebrandino, Lamberto, Atto, e Gherardo Veſcovi di Firenze gli era ſtato donato; il Campo Marzio; Biſarno dal fiume d' Arno fino alla via pubblica, la Chieſa di S. Maria Albuini con tutte le ſue pertinenzie, e Caſtello, Corte, e Chieſe, le quali Azzo figliuolo d' Azzo, ed Amaltruda ſua moglie, e Gualfredi di Teuzzo, e Marta ſua moglie, ed Azzo figliuolo di Rinieri, e la ſua moglie Berta, ed Vga figliuolo di Rinieri, ed Ermingarda figliuola del ſupraddetto Azzo, e Raimberto fi-*

 A.Ch.

ſunt, & immenſis prope reditibus laudabili prodigalitate auxerunt; 250

figliuolo d' Adulfo, e la madre, e Ridolfo vocato Faſio, figliuolo di Gherardo, e Teodonio figliuolo di Rinieri, e la ſua moglie, e figliuola avevano donato a detto Monaſtero, e la Chieſa di S. Piero poſta in Ema ſtata acquiſtata dall' Abate Oberto. (*Vbertus* Abbas adquiſivit Monaſterium Sancti *Petri* anno MXXXVIII, ut ſuperius vidimus: an non potius haec Ecclefia S. *Petri* ad Imam fluvium, Monaſterium illud eſſe potuerit? Inferenda ſunt hic quae *Gamurrinius* habet Volum. IV. *pag.* 161. *Boverotto figliuolo di Spina di Gherardo di Caponſacco fu uomo di grand' autorità nella Repubblica Fiorentina, e però il ſuddetto Monaſterio di S. Miniato lo eleſſe per ſuo Difenſore, e Protettore, come ſi vede da un Iſtromento rogato da Bene, l' anno 1226. che ſi conſerva nel ſopracitato Archivio di Monte Oliveto, facendo eſſo pagare molti debitori, che ricalcitravano di pagare all' Abate di detto Monaſterio.* In Bulla *Gregorii IX.* dato an. MCCXXXII. quae profertur a *Placido Puccinellio* in Chronico Abbatiae Florentinae, fit mentio *Cleriti* Abbatis S. Miniati Florentiae, a quo una cum *Ardingo* Epiſcopo excepti fuerant Legati, vel Nuntii, Sedis Apoſtolicae Florentia tranſeuntes.) *Ardingo Veſcovo di Firenze l' anno 1246. lo piglia ſotto la protezione di S. Gio. Batiſta, e ſua; li conferma ancor egli quanto poſſedeva, ed in particolare tutta la Parrocchia di detto Monaſtero, con le Decime, la Caſa, e Opera di S. Miniato, poſte vicino alla detta Chieſa, lo Spedale di S. Miniato, con la Corte, che aveva in Valdipeſa, e la Chieſa di S. Maria, le Chieſe di S. Niccolò, e di S. Lucia Oltrarno, con le Parrocchie, e piena ragione di ſepultura di tutti gli abitatori di qualſivoglia età nelle dette Parrocchie coll' elezione de' Cappellani, e Cherici delle dette Chieſe; la Chieſa di S. Maria del Barsino, con tutta la Parrocchia, Decime, Coloni, uomini, e fedeli; la Chieſa di S. Paolo di Moſciano, la Chieſa di S. Piero d' Ema colla Corte, coll' iſtituzione, e reformazione de' Rettori delle ſopraddette cinque Chieſe manuali, ed interamente ſottopoſte a detto Monaſtero. Gli conferma ancora tutte le conſuetudini, e ragioni, che aveva nell' elezione de' Sacerdoti, e Cherici, e nel Padronato delle Chieſe di San Miniato a Monteaguto, di S. Donnino di Villa, di S. Margherita di Campi, e di S. Andrea del Cavaliere. Di più gli conferma il Caſtello di Monteaguto colla Chieſa di S. Iacopo, e di S. Miniato poſta in detto Caſtello, ed il Caſtello di Montalto con la Corte, e Chieſa di S. Bartolommeo.* (*Ardengus* Epiſcopus Florentinus anno MCCXLVII. aeger quum eſſet in Monaſterio S. *Mineatis* ad Montem, concedit quaedam mobilia & pecunias Monaſterio S. *Salvatoris* Septimi, & pro

eo

eo F. *Paulo* Converſo eiuſdem Monaſterii, Inſtrumentum ita habet: *Acta ſunt haec apud Monaſterium Sancti Miniatis ad Montem, praeſentibus teſtibus Domino Azzone Plebano Plebis S. Iohannis maioris, Presbitero Ventura de Sancta Felicitate. Giannibene Canonico Plebis de Decimo, & Benvenuto Notario filio Mainetti, Ser Iacobus Iudex*, Inſtrumentum exſiſtit in Archivo Ciſtercienſium Florentinorum, ſignatum L. 55.) *Circa queſti medeſimi tempi l' Abate Orlandino di queſto Monaſtero conceſſe in affitto per lo ſpazio di venti anni a M. Buonaccorſo di M. Bellincione degli Adimari il Caſtello di Monteaguto a Querceto, e la Corte; la Corte della Badia al Botimo, e la detta Badia, e le ragioni del Padronato di detta Badia; il Caſtello, o vero Caſtellare di S. Donnino di Villa, con la Corte, e tutte le ragioni, che aveva nella contrada di Mugello, ed il Padronato delle Chieſe, e fedeli, che aveva nel detto territorio: la Pieve di S. Maria dell' Antella, che pagava ogni anno per cenſo al detto Monaſtero dieci danari; e l' anno 1295. ſi trova per undici anni decorſi ella pagò nove ſoldi, e due danari f. p. Le Chieſe, Caſtella, e Beni nominati nelle donazioni, e privilegi di ſopra citati furono realmente poſſeduti dalla detta Badia, trovandoſi eſſere ſtate fatte dall' Abate più elezioni del Podeſtà del Caſtello di Monteaguto a Querceto, o di altri luoghi, e de' Rettori di direzione delle dette Chieſe. E ben vero, che oggi poco, o niente ne poſſiede, colpa dell' inſtabilità delle coſe terrene, e della troppa facilità degli Abati nell' alienare a lungo tempo; come è quella fatta a M. Buonaccorſo degli Adimari, della quale di ſopra ſi è fatta menzione.* (Addenda quae habet *Gamurrinius Volum. IV. Hiſtor. Genealog. pag.* 158. *Gerardo detto Caponſacco generò molti figliuoli, tra' quali Gerardo detto pure Caponſacco, Tolomeo, queſto è Progenitore de' Caponſacchi di Arezzo, e Gerardo di quei di Firenze, quale fu padre di Spina, che generò Boverotto di Caponſacco, e di Boverotto padre di Spina, che generò Ormanno padre d' altro Ormanno, di Ranieri, di Iacopo, e di Boverino; e di queſti ſi legge quel bello Inſtrumento della rinnovazione del feudo di tutto il Caſtello di Montalto, che fa il ſopraddetto Monaſterio di S. Miniato a M. Ormanno Cavaliere figliuolo del qu. Spina di Boverotto di Caponſacco per ſe, e per Ranieri, Iacopo, e Ormanno ſuoi figliuoli*, cum iuriſdictione hominum, & colonum, *& è rogato da Salimbene Maſcherelli nel 1257. e ſi conſerva nella ſacchetta B. num. 5. dell' Archivio de' Monaci di Mont' Oliveto di Fiorenza*) *Queſto e quanto mi ſovviene di poter dire delle Donazioni, e Privilegi conceſſi al detto Monaſtero, e de' Beni, che anticamente poſſedeva; ma perchè*

di

1250 runt; & Eccleſia D. *Mineatis inter Turres*, quae Florentiae eſt,

Nel Coro vi è una tavola di Gentile da Fabriano, e ne' pilaſtri, che mettono in mezzo l' altar maggiore, ſono appiccati due quadri, che in uno l' Angel Cuſtode, nell' altro un S. Michele Arcangelo, amendue di mano del Poppi ſi veggono. Da man ſiniſtra vi è la Cappella de' Gianni; è vaga la tavola, nella quale S. Giovanbatiſta, che predica nel deſerto, ſi eſprime con raro diſegno di mano dell' Empoli. Segue poi la Cappella, che è di Michele Guardini, e vi è una tavola, in cui è dipinta la Madonna, quando è annunzieta, di mano di Aleſſandro del Barbiere. Con molta grazia è ſtata la Vergine effigiata; ſi volta all' apparir dell' Angelo con belliſſima attitudine, e ſi vede nell' Angelo una viſta umile, e riverente, e l' aria da ſpleador divino illuminata, deſta in altrui ſanti penſieri, e dell' atto ſtupendo fa dolcemente ſovvenire. Poſcia alla Cappella di Lutozzo di Franceſco Naſi è dipinta in una tavola la Storia della Vedova di Naim, quando è il figlinolo di quella da N. Signore da morte a vita rivocato, di maao di Franceſco Poppi; la quale è lodata per molta grazia; e per diſegno, e per colorito, è tenuta ia pregio da tutti. Dopo queſta verſo la porta principale con bella architettura nella Cappella di Antonio Pareati è una tavola belliſſima di Aleſſandro Allori, dove è dipinto il martirio delle ruote di Santa Caterina. Di ſopra appariſce, come vien dal Cielo uno ſplendore, dal quale ſono abbattuti coloro, che danno tormento a queſta Vergine; perchè trabocccati a terra da vigor diviao fanno ſtrane movenze, e in difficili atticudini, che paiono vere, eſprimono quello felicemente, che in tale atto intervenne. E' belliſſima la ſanta, e in gentil coraggio ſi moſtra prontiſſima, che par viva. Il tutto è con gran ſenno, e con colorito molto eccellente effigiato. A canto a queſta è la Cappella de' Paolini: è la tavola di maao dell' Empoli, nella quale ſono S. Paolo, S. Niccolò, S. Girolamo, e S. Antonio, giuſta l' uſo di ſuo pennello ben diſegnati: ſegue poi la Cappella già de' Porcellini, oggi de' Marzi Medici: è quivi una ragionevol tavola, ove è dipinto il miracolo di S. Niccolò, quando riſuſcita il bambino arſo a quella donna, che per eſſer ſtata alla ſua Meſſa l' aveva ſolo laſciato, opera del Cavaliere Curradi; dipoi nella Sagreſtia è dipinta nel muro la Vergine Santiſſima quando porge la Cintola a S. Tommaſo, di Domenico Grillandaio. Addenda autem ex *Eug. Gamurrinio Vol. II. pag.* 66. *Hiſtor. Genealog.* quae ſequuntur, dum de gente *Vguccionia* agit. *In S. Niccolò di là d' Arno vi è una Cappella molto bene adornata dedicata a S. Girolamo, eſſendovi nel mezzo la ſepoltura di marmo bianco molto vaga, dove ſi legge la ſeguente Inſcrizione:*

Se-

Digitized by Google

250 *Arnum* inſtitutum. Eccleſiae aute a extra Florentiam ſunt: [a] Eccleſia caſtelli Montis Alti; [b] Eccleſia Lonnani, quae in Caſen-

Sepulchrum
Providi Viri & egregii Militis
Bernardi Vguccioni de Lippis, & ſuorum,
qui obiit An. MCCCCLVI.

Nel muro in teſta di queſta Cappella vi è un armadio a tabernacolo di marmo; ci è tradizione che vi ſi teneſſero certe Reliquie, e fra queſte un grand' Oſtenſorio del SS. Sagramento; e non è molto tempo, che, non avendo meglio, ſe ne ſervirono per la feſta del Corpus Domini per eſporre il SS. In queſto, che è di bronzo dorato, vi ſono nel fondo molte Reliquie ſenza nome. Nella parte di ſopra vi è un buon pezzo di Reliquia pure ſenza nome, e ſi crede ſia del legno della Santa Croce. Nel mezzo vi è un buon pezzetto d' oſſo di S. Benedetto Abate, il quale hanno domandato più volte per averlo le Monache di S. Niccolò, che ſono Benedettine. Vi è un Arme piccolina degli Vguccioni di ſmalto, e tengono che ſia più di 300. anni, che fu donata dagli Vguccioni, poichè eſſi ſono ſtati ſempre divotiſſimi del noſtro P. S. Benedetto. L' arco ancora di detta Cappella ha l' Arme ne' capitelli, e nelle volte dell' andito, come anche nel fine, perchè tutto fu fabbricato dagli Vguccioni inſieme con la caſa del Priore di detta Chieſa. Tomo autem I. hoec idem Scriptor habet *pag.* 127. ubi de Quarateſiis agit: *Furono anche i ſuddetti Quarateſi armati di un zelo ardentiſſimo, e di una pietà religioſa verſo il culto divino, che fondarono anch' eſſi come i Gamurrini, una Chieſa dedicata a S. Michele Arcangelo, ed una Chieſa a S. Niccolò, l' una a Quaratola fuori di Firenze, e l' altra in Firenze, per imitare i ſuoi conſorti, che fecero il ſimile di S. Michele Arcangelo a Tregozzano fuori di Arezzo, e di S. Niccolò in S. Maria in Grado dentro Arezzo; ſicchè di ſangue, e di religione camminavano unitamente.* Hactenus *Gamurrinius*; obſervandumque eſt, veterem *D. Nicolai* Eccleſiam olia poſitura fuiſſe, quam recentior ſit; & partem illius hac incluſam adhuc ſupereſſe. More antiquarum Eccleſiarum, eius bema, in quo ara maior, ortum proſpiciebat; & Eccleſia anguſta fuiſſe videtur. Turris campanaria antiquioris ſtructuroe videatur, quam hodierna Eccleſia, quae a gente Quarateſia erecta fuit, veteri reſtaurata, & ampliata, ſaeculo demum XV. Nam *Bernardus Caſtelli F. Quarateſius* eam in praeſentem formam redegit, ut *Mannius Tomo V. Sigil. VI.* memoriae prodidit. Hic idem eamdem Eccleſiam redditibus locupletavit, & anno MCCCCXXI. donavit *Aſtori Nicolai F. Gherardini N. Giannio* Capellam cum ſepulcro in hac Eccleſia, iuxta aliam ſuam Capellam cum ſepulcro, ſitam; & inſtrumentum donationis a *Guardino Andreae F.* Notario ſcriptum eſt, ut idem *Mannius* tradit. Et quidem *Alexander Simonis F. Quarateſius* anno MCCCLXIII. teſtamentum condidit, quo iuſſit in antiquo Sancti *Nicolai* Eccleſia Capellam Virgini Deipare conſtrui, quod quidem teſtamentum *Nicolaus Duccii F.* a Rignana Notarius ſcripſit, ut apud laudatum *Mannium* videre eſt; qui vir eruditiſſimus ſeriem concinnavit Rectorum Eccleſiae D. *Nicolai*, quam mecum pro ſuo liberali humanitate communicare olim pollicitus eſt. Ipſe in Chartis Archivi Ciſtercienſium Florentiae legi, anno MCCCLVI. Rectorem Eccleſiae Sancti *Nicolai* fuiſſe *Mineatem* quemdam Presbyterum.

a Vide, quae de hoc Eccleſia memorantur ſuperius *pag.* 28. & inferius in inſtrumentis in Nota ſequenti producendis.

b Adi ſuperius *pag.* 28. ubi uſque ab annis MXIII. & MXXIV. huius Eccleſiae memoria repetitur. Quando autem congruus hic locus eſſe videtur, ipſa Epiſcopi Florentini inſtrumenta proferemus, uti ea *Ferd. Vghellius* exhibet. Sunt igitur *Ildebrandi* Epiſcopi, & primum ita habet:

„ In Nomine Domini, Amen. Anno ab
„ Incarnatione eius tertiodecimo poſt mille,
„ Imperiique Henrici Romanorum Auguſti,
„ quincto Kal. Maii, Indict. undecima. Dum
„ ego Ildebrandus, nulla meritorum praero-
„ gativa Sanctae Florentinae Eccleſiae Antiſtes
„ Oratoria noſtrae Sedis propria circumirem,
„ atque quae neglecta invenirem, meliorare ſa-
„ tagerem, inveni Eccleſiam non longe ab
„ vrbe ſitam, in honorem S. Miniatis Marty-
„ ris dedicatam, antiquituſque vocabulo Mona-
„ ſterii inſignitam, quam, quia nimia vetuſta-
„ te neglectam, atque penè deſtructam in-
„ veni, qualiter renovare potuiſſem anxiè co-
„ gitare coepi. Haec autem ad agenda maxi-
„ mè deſiderio ardebam, quia venerabile cor-
„ pus dicti Martyris ibi repoſitum audieram.
„ Quapropter meum Seniorem, ſcilicet Impe-
„ ratorem adire ſtudui, quatenus illius conſi-
„ lio, iuvamineque, animatus perficere vale-
„ rem quod deſideravi. Qui meo deſiderio di-
„ vina inſpirante clementia non modicè con-
„ gaudens, Monaſterium in eadem Eccleſia,
„ ſicut antiquitus fuerat, me conſtituere ad-
„ monuit, ſeque mihi ſavere promiſit. Rever-
„ ſus igitur ad noſtram ſedem, ſuae Beatitu-
„ dinis accepta licentia, Canonicis, totique
„ Clero, nec non Laicis noſtrae civitatis
meum

Digitized by Google

ſentinate agro ſita eſt ; Eccleſia & Xenodochium Quercus in 850

„ meum velle innotui, conſiliumque, quod ab „ Imperatore, meiſque fratribus Epiſcopis ac„ ceperam, per ordinem pateſeci, quod pla„ cuit omnibus. Itaque ad peragenda, quae „ praemeditsveram cunctorum accendebatur ani„ mus. Revolvens igitur animo fragilem no„ ſtrae mortalitatis naturam, vitaeque metam „ omnibus incertam, induciarum occaſionibus „ poſtpoſitis, ordinationi coepi inſiſtere prae„ cogitati operis. Inchoato igitur diu deſide„ rato opere, pretioſiſſimas gemmas, auditu „ tantum antea ex parte cognitas, plenius „ quam audieramus viſibiliter in praefata con„ ditas Eccleſia, non tamen ut decuit, inveni„ mus, corpus videlicet venerab. B. Miniatis „ Martyris, plurimorumque eadem martyrii „ palma coronatorum; unde noſtrum magis, „ ac magis accendebatur deſiderium. Confeſ„ ſionem vero conſtituentes, ſacratiſſimumque „ ſacrarum Reliquiarum theſaurum elevantes, „ iuxta noſtrae qualitatem poſſibilitatis, & re„ verentiae, recondidimus; & quomodo ibidem „ Deo ſervientes vivere potuiſſent ordinavimus. „ Ego quidem Ildebrandus Sanctae Florentinae „ Eccleſiae Praeſul indignus, pro Dei amore, „ meseque remedio animae, ſpeque remune„ rationis futurae, & pro animabus anteceſſo„ rum meorum, ſeu ſucceſſorum Epiſcoporum „ iſtius Florentinae civitatis: nec non pro ani„ ma Henrici Senioris mei, ſuaeque praecla„ rae coniugis Cunigundae, atque pro reme„ dio animarum Imperatorum, ſeu Regum i„ ſtius Regni Italici, ſeu pro animabus omnium „ illorum, qui de ſuis rebus ad praelibatum „ Monaſterium dederunt, vel daturi ſunt, & „ pro omni populo Chriſtiano ſaepedictam S. „ Miniatis Martyris Eccleſiam, S. Ioannis pro„ priam, quae ſita eſt infra territorium de „ Plebe S. Reparatae, ſita in civitate Floren„ tiae, ad Monaſticum Ordinem confirmo, at„ que una cum conſenſu, & auctoritate Sa„ cerdotum, & Levitarum, omniumque Cano„ nicorum, totiuſque Cleri, nec non & cum „ benevolentia Laicorum iſtius Florentinae ci„ vitatis, omnia, quae ad eandem Eccleſiam, ſive „ Monaſterium ſancti Miniatis pertinent, aut „ pertinebunt, ad recreandum neceſſitatem „ fratrum ibidem ſub regula, vel Abbate, Deo „ ſerventium, perpetualiter concedo, locum „ videlicet, & montem, in quo poſitum eſt „ Monaſterium, & antiquitus Florentinus voca„ batur, nunc vero mons ſancti Miniatis, una „ cum omnibus adiacentibus, & pertinentibus, „ tam in circuitu ipſius, quam etiam infra ip„ ſum montem, ſive in aliis locis cum ſervis, „ & ancillis, & aldionibus, utriuſque ſexus il„ lius Eccleſiae, ubicumque eſſe inveniantur, „ ſeu caſis, curtis, capellis, ſortibus, & don„ nicatis, ſilvis, terris, vineis, & omnibus re„ bus ad praeſatam Eccleſiam pertinentibus, ubi„ cumque per loca, & caſalia, & vocabula, „ & confinia inveniantur, Eccleſiae, Monaſte„ rioque S. Miniatis concedo atque confirmo: „ ſimiliter conſtituo, atque ibidem concedo „ Coenobium S. Andreae, quod eſt poſitum „ in civitate Florentiae, prope forum Domini „ Regis, & prope arcum, cum omnibus ſibi „ pertinentibus, caſis, curtis, ſortibus, don„ nicatis, ſervis, ancillis, aldionibus utriuſque „ ſexus, terris, vineis, tam intus, quam fo„ ris civitatem, ubique per loca, & caſalia, „ & vocabula, ſeu appendicia, & infra. Si„ militer concedo caſtellum, & curtem, quae „ vocatur Mons altus cum omnibus ſibi perti„ nentibus, &c. Similiter medietatem quoque „ caſtelli, quod vocatur Mons acutus, &c. Si„ militer do curtem, quae vocatur Lonnano „ cum omnibus ibidem ad ſanctum Ioannem „ pertinentibus, cum una capella in integro, „ quae nominatur ſancti Miniatis, & quartam „ partem de alia capella, quae vocatur S. Sal„ vatoris &c.

Ego Ildeprandus Sanctae Florentinae Eccleſiae Epiſcopus, quae ſupra leguntur, confirmando ſubſcripſi.

Gerardus Archipresbyter conſenſi, & ſubſcripſi &c.

Mancum & imperfectum hoc inſtrumentum *Ughellius* protulit, ut ex Excerptis *Caroli Strozzii* patet, quae ſuperius *pag.* 28. edita ſunt; ſed alibi, ut ſpero, illud opportune reſtituam, & ad primigeniam integritatem revocabo: modo enim per otium non licet. Alterum Inſtrumentum eſt, quod ſequitur.

„ In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. „ Anno ab Incarnatione eius vigeſimo quarto „ poſt mille, & anno Imperii Henrici Impe„ ratoris Auguſti undecimo, menſe Aprilis, In„ dictione ſeptima. Verumtamen de aeterna „ beatitudine oportet omne humanum genus „ ſemper cogitare, unde hic, & in futuro ſe„ culo apud omnipotentem Dominum locum re„ frigerii invenire mereantur: & ideo auxi„ liante Domino ego quidem Ildebrandus ſan„ ctae Florentinae Eccleſiae Epiſcopus, quia „ pro Dei timore, & remedio animae meae, „ & remedio animarum anteceſſorum meorum, „ & ſucceſſorum meorum Epiſcoporum iſtius „ Eccleſiae, & Domus noſtrae S. Ioannis, una „ cum conſenſu, & auctoritate Sacerdotum, & „ Levitarum, atque Cleri ſanctae noſtrae Eccle„ ſiae, per hanc chartulam concedo, & confirmo in

Ec-

,, Eccleſia, & Monaſterio beati Miniatis mar-
,, tyris, quod ego Ildebrandus Epiſcopus qua-
,, ſi ad monaſticum ordinem confirmavi, & eſt
,, poſita ipſa Eccleſia, & Monaſteriom in loco,
,, & vocabulo, Monte ſancti Miniatis infra ter-
,, ritorium de Plebe S. Reparatae de civitate
,, Florentia. Item cum omnibus adiacentibus,
,, & pertinentibus ipſius Eccleſiae, & Monaſte-
,, rii, tam in circuitu ipſius Eccleſiae, quam
,, & infra ipſum montem, ſive & in aliis locis,
,, cum ſervis, & ancillis, & aldionibus utriu-
,, que ſexus ipſius Eccleſiae, ubicumqne eſſo
,, inveniantur, ſeu caſis, curtis, capellis, ſor-
,, tis, donnicatis, ſilvis, terris, vineis, & o-
,, mnibus rebus, ad praedictam Eccleſiam, &
,, Monaſterium pertinentibus, ubicumque per
,, loca, & caſalia, & vocabula inveniantur,
,, una cum Eccleſia, & Plebe, quae eſt in
,, honorem ſancti Ioannis Baptiſtae, quae eſt
,, poſita ibi prope ipſam Eccleſiam, & Mona-
,, ſterium. Similiter ibidem conſtituo, atque
,, concedo, Coenobium S. Andreae, quod eſt po-
,, ſitum in civitate Florentia prope ſorum D.
,, Regis, & prope arcum, cum omnibus ibi
,, pertinentibus caſis, curtis, ſortis, donnicatis,
,, terris, vineis, ſervis, & ancillis, ubicum-
,, que exinde pertinentes eſſe inveniantur. Si-
,, militer ibidem concedo Eccleſiam S. Felici-
,, tatis, quae eſt poſita prooe Cano de Ponte,
,, cum coemeterio, & certis terris, & vineis,
,, quaecumque de ipſa Eccleſia tenet Ioannes
,, Presbyter, & filii Vrſi Presbyteri. Nec non
,, & omnem decimationem meam propriam de
,, meo dunnicato per omnes meas curtes, &
,, caſas, una cum caſtello, & curte, qoi Mons
,, altus dicitur, cum omnibus ſibi pertinenti-
,, bus, terris, vineis, ſilvis, donnicatis, & u-
,, na capella infra ipſum caſtellum poſita in ho-
,, norem ſancti Bartholomaei, & ſancti Minia-
,, tis, & terris, & ſilva in loco Caterano,
,, quae fuit antedicti filii bonae memoriae; &
,, ſorte integra in loco Acerala, quae fuit de ipſo
,, ante dicto, & per chartulam offerſionis Eccle-
,, ſiae noſtrae dedit, & tradidit; & integra
,, curte, ſortibos, & donnicatis, terris, & vi-
,, neis, qoae Epiſcopo ſita in loco Ducio, qui-
,, bus concambiavit cum Florentio, & Ioanne, &
,, Georgio filiis Bartholomaei Martini, & cum
,, ipſo caſtello, & curte, & ſortibus, & ſilva,
,, & rebus illis infra territorium de plebe ſan-
,, cti Andreae ſita Ducio, & medietate de ca-
,, ſtello, quod vocatur Mons acutus cum o-
,, mnibus ſibi pertinentibus, quod eſt poſitum
,, infra territorium de Plebe S. Martini, ſita
,, Viminicio; & una com integra curte, &
,, & donnicato, & ſortibus de loco Caſentino,
,, ubi & Lonnano vocatur, una cum integra
,, capella, quae eſt in honorem ſancti Minia-
,, tis; & quarta parte de alia capella, quae
,, vocatur ſancti Salvatoris, cum terris, vi-
neis,

,, neis, caſis, ſortibos, alpibus, & donnicatis,
,, ſive appendicialibus ad eandem curtem, quae
,, vocatur Lonnano, pertinentibos infra terri-
,, torium de Plebe S. Mariae, ſita Staia, &
,, S. Martini ſita Terdinula: curte quoque de
,, Impori, quae eſt poſita infra territorium de
,, Plebe ſancti Andreae ſita Impori, ſeu capel-
,, la in honorem ſancti Miniatis, quae eſt po-
,, ſita prope fluvium Arnum, & prope locum
,, qui dicitur Capraria, ſeu curte integra cum
,, ſortibus, & donnicatis ibidem pertinentibus;
,, curtem Flabi, quae eſt infra territorium de Ple-
,, be ſancti Ioannis ſita Suſignano, una cum Eccle-
,, ſia, ſita in honorem ſancti Petri in loco, qui dici-
,, tur Cavaldinus, ſeu illam partem, quam
,, acquiſivi, de Eccleſia ſanctae Mariae ſita Pa-
,, dule cum terris, & vineis ibidem pertinen-
,, tibus; atque Eccleſia B. Mariae in loco Li-
,, cio, prope Petriolum, quod eſt infra terri-
,, torium de Plebe S. Stephani, ſita Vno Pa-
,, ne; ſeu terra, & ſilva, quod eſt caſtagne-
,, tum, quod ego per cambium acquiſivi, quod
,, eſt poſitum prope caſtellum, quod dicitur
,, Petra Menſula infra territorium de Plebe ſan-
,, cti Petri, ſita Vallia. Similiter in ipſa Ec-
,, cleſia, & Monaſterio ſancti Miniatis omnem
,, reditum, qui annualiter exierit de merca-
,, tu illo, quem ego inſtitui prope iſtam civi-
,, tatem Florentiam. Ibidem concedo capellam
,, unam, quam ego conſtruxi, & conſecravi in
,, honorem ſancti Maioli Confeſſoris, in loco
,, qui dicitur Curte Frida infra territorium S.
,, Petri ſitum Boſſile. Ideo cum praedictis o-
,, mnibus caſis, & Eccleſiis, caſtellis, cortis,
,, ſortibus, & dunnicatis, & omnibus illis re-
,, bus, una cum domibus, aedificiis ſuorum,
,, & omnia ſuper ſe, & infra ſe habentibus u-
,, bicumque de omnibus praedictis rebus per-
,, tinentibus, ſicut ſuperius legitur, & inve-
,, nitur in his, quae praeſcripta habentur, ſan-
,, cto Miniati, ſuoque Monaſterio, devote offe-
,, ro, & quaecunque illis unquam dedi per
,, vim chartulae ſcriptione perpetualiter con-
,, firmo, & pro Dei amore, Filiique retribu-
,, tione, ut in futuro exinde remunerari merea-
,, tur, de meis uſibos praeſentialiter ſubtraho,
,, & in poteſtatem, uſumque praedicti Mona-
,, ſterii ſancti Miniatis, & Abbatis, qoi ibidem
,, pro tempore ordinatus ſuerit, nec non ſpi-
,, ritualium fratrum, quos ibi Deus in eun-
,, dem locom congregare dignatus fuerit, in
,, integrum poſſidenda concedo, nec non fir-
,, miter conſtituo, ut nulla perſona hominum,
,, de praedicto Monaſterio, ſeu de praeſatis re-
,, bus poteſtatem, aut aliqood dominium nul-
,, lo modo habere poſſit, excepto Abbate,
,, quem ego, aut ſucceſſores mei, ad ius atqoe
,, ſub defenſione Sancti Ioannis ibidem ordinave-
,, rint. Si quis vero de meis ſucceſſoribus, ſi-
,, ve cuioſcumquo ordinis ſit, hanc chartulam
cor-

„ corrumpere praeſumpſerit, eaque quae in „ ea corroborata ſunt ipſi Eccleſiae, & Monaſterio Sancti Miniatis pro malo ingenio „ abſtrahere praeſumpſerit, cum Iuda traditore mancipetur, & ſocietur, & cum onere „ magno perpetuo poenas mortis ſentiat; ſed „ inſuper compuniturus, & ſoluturus eſſe debeat praedictae Eccleſiae, & monaſterio S. „ Miniatis martyris Chriſti poenam nummorum de bono auro libras centum. Hanc vero chartulam ego Petrus Notarius per rogatum ipſius D. Ildebrandi Epiſcopi ſcribendo, atque laudando, confirmavi. Acta Florentiae exemplaria.

Ego Ildeprandus S. Io. ſervus, & indignus Epiſcopus a me facta fuit, &c.

Gherardus Archipresbyter conſenſi, & adfui.

Ego Rainerius rogatus teſtis.

Ego Gottifredus Vicecomes rogatus teſtis.

Ego David Vice dominus rogatus teſtis.

Ego Petrus Primicerius adfui.

Haldebertus Iudex ſubſcripſi.

Ego Petrus Notarius Scriptor poſt tradita complevi.

Petrus Iudex domini Imperatoris authentica huius exemplaris vidi, legi, & hoc exemplar propriae manus inſcriptione roborando ſubſcripſi.

Hugo Iudex D. Imperatoris authentica illa vidi, & legi, & in hoc exemplata manu mea ſubſcripſi.

Haldebertus Iudex qui authentica illa vidi, & legi, & in hoc exemplata manu mea ſubſcripſi.

Ego Albertus Notarius qui authentica illa vidi, & legi, & quicquid in ea vidi, & legi, in hoc exemplata fideliter exemplavi.

Hactenus quidem Epiſcopus *Ildeprandus*, cuius inſtrumenti prioris, & inſtitutionis Monaſterii S. *Miniatis*, mentio eſt etiam in Regiſtro Epiſcopatus Florentini, vulgo *Bullettone*; ſed non minori favore Eccleſiam & Monaſterium S. *Miniatis* proſequutus eſt eius ſucceſſor *Lambertus*, ut ſuperius *pag.* 28. indicatum fuit. Inſtrumentum vero, quo *Lambertus* non modo quae *Ildeprandus* huic Monaſterio donaverat, rata habuit; ſed etiam multo maiora addidit, eſt quod ſequitur: illud enim heic producimus, quia praecedens confirmat.

In nomine ſanctae, & individuae Trinitatis. Opportunum valde eſt, ut unuſquiſque homo de ſalute animae ſuae tanto ſit ſollicitior, quanto magis de hora vocationis exſtat incertus. Quam vocationis horam Veritatis voce ſtudioſe obſervare iubemur, cum in Evangelio fatuis virginibus ad nuptias Regis intrare volentibus, aleumque in ſuis lampadibus non habentibus terribili admonitione praecipitur: Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam. Hanc terribilem ſententiam ego Lambertus, ſanctae Florentinae Eccleſiae quamlibet non aequis meritis Epiſcopus, mente revolvens, meique Praeſulatus ordinem magno pondere gravatus praecavens pro viribus, in quantum Deus dederit, cordis intentionem ad has aeterni Regis nuptias bonorum profectu operum vigilando, atque ad reparandos Eccleſiarum mihi commiſſarum honores, ſummo conamine dirigere ſtudui. Cumque multis inſiſterem operibus, & ſecularibus curis preſſus, devotionem mentis in tutum revolvi; hic namque locus multorum Martyrum patrocinio luculentus, tanto eſt ſalvandis animabus habilior, quanto & a ſeculari tumultu remotior. & ſanctorum ibi quieſcentium, & religione ſacratior. Quamvis enim praecipuorum Martyrum fuiſſet ibi eximius principatus, uſque tamen ad noſtri praedeceſſoris felicis memoriae Ildeprandi tempora inultus iacuit, & inordinatus permanſit. Praelibatus igitur Antiſtes Monaſterium ibi fieri decrevit, ordinatiſque in eodem loco fratribus, & Abbate ibi praepoſito, vitae neceſſaria in quantum valuit decenter miniſtrare curavit, qui quouſque vixerit, praediis, aliiſque muneribus pauperis loci ſurgentem ſpeciem ampliavit; & quoniam quae fuerunt neceſſaria, mortis meta interveniente explere non valuit, mihi, qui ſucceſſionis cathedram in praefata eccleſia teneo, partem ad ſacri loci reparationem, atque augmentum creto relictam a Domino. Non enim diffido me participem fore tantae remunerationis, ſi adiutorium impendere ſatago tam ſacrae, venerandaeque ordinationi. Ergo in primis omnia quaecumque fel. mem. Ildeprandus Epiſcopus praelibato Monaſterio contulit, ego Lambertus Epiſcopus nulla neceſſitate, nec alicuius rei ſuggeſtione infectus, ſed corde perfecto, & animo volente, pro Dei amore, meaeque remedio animae, ſpeque remunerationis futurae, & pro animabus anteceſſorum meorum, ſeu ſucceſſorum Epiſcoporum iſtius Florentinae civitatis, nec non & pro anima Conradi Imperatoris Sereniſſimi Senioris mei, nec non & pro anima ſuae praeclarae coniugis Giſlae excellentiſſimae Imperatricis, nec non & pro ſalute Henrici filii ſui, atque pro remedio animarum Imperatorum, ſive Regum iſtius regni, atque pro ſalute, & remedio animarum Ducum, ſeu Marchionum Tuſciae, & pro ſalute, & incolumitate clariſſimi Marchionis Bonifatii, necnon & pro animabus omnium illorum, qui de ſuis rebus praelibato Monaſterio aliquod beneficium fecerunt, vel facturi ſunt, concedo, confirmo, & in perpetuum vigere exopto, eo videlicet ordine, ut ſi forſitan, quod abſit, aut ego, alioſve ex meis ſucceſſoribus quacumque occaſione tollere voluerit, aut imminuere aliquid ex iis, quae praefatae Eccleſiae fuerunt, vel quae nominatus Antiſtes inibi contulit, vel quae ego, Domino iuvante, per hanc donationis, & confirmationis, chartam dare modo videor, vel daturus ſum, partem habeat cum Iuda traditore, & ſit anathema maranata. Concedo igitur praefatae eccleſiae Sancti Miniatis martyris, quae ſita

Digitized by Google

eſt inſ a Plebem ſanctae Reparatae civitatis Florentiae, cum auctoritate, & conſenſu ſacerdotum, vel levitarum, & totius cleri noſtri epiſcopatus, curtem quamdam de propriis praediis ſancti Ioannis, quae Morelli dicitur, quae eſt infra territorium Plebis . . . . . (aliter heic legit *Stroctius*, ut ſuperius *pag.* 28. videre eſt: ſcribit enim donatum a *Lamberto* Caſtrum Collis Ramuli, quod eſt in territorio Plebis S. *Alexandri* ſitum Iugulo, cum curte, domnicatis &c. & recte quidem *Strozzius* legit, ut patet ex inſtrumento *Hattonis* Epiſcopi, quod inferius exhibebitur. Ibi enim habetur: *Caſtrum quoddam quod Collis Ramuli dicitur, quod eſt infra plebem S. Alexandri, ſitum Iugulo, cum curte, domnicato &c.* quibus verbis haec lacuna apud *Vghellium* ſupplenda eſt.) *una cum ſortibus, & domnicatis, terris, & vineis, & omnibus rebus illis, quae praedictae carti pertinent. Similiter concedo praeſato Monaſterio proprio ſanctis Ioannis Baptiſtae Florentini Praeſulis ius, & eccleſiam ſancti Petri Apoſtoli ſitam in burgo Senenſi, ubi Camullia dicitur, cum coemeterio, caſis, terris, & vineis, quae ſunt poſt ac iuxta eccleſiam iam dictam, & prope eccleſiam ſancti Baſilii, & in aliis locis eiuſdem burgi, & aliam terram cum caſa prope arcum, ubi dicitur Taberna, & integrum manſum in loco, qui Cellulae dicitur, quod erectum fuit per Lamiſcium Maſſarium, & poſtea per Bonizonem Dom.* . . . . . *& infra territorium plebis ſanctae Mariae ſitae in civitate Senenſi; & aliud manſum, quod eſt in caſuli, cuius Minia vocabulum eſt, quod erectum fuit per Ildum Maſſarium, & eſt in territorio plebis S.* . . . *Quae item praedictae eccleſiae ſancti Petri cum coemeterio, terris, domibus, & vineis loci eiuſdem Senenſis, & cum manſis ſupradictis, pro animabus ſuis remedium, Bernardus, & Rainerius, & Vualfredus* . . . . *& comitis, & Vuilla comitiſſa coniux Rainerii patruelis illorum offerſionis cauſa ſancto Ioanni Praeſulatus noſtri conceſſerunt tempore Podonis quarti praedeceſſoris noſtri. Et ego hoc monaſterio tribuo, ut pro animarum illarum redemptione, & parentum ſuorum vivorum, & mortuorum, & in perpetuum, fratres in praefato Monaſterio ſub Abbatis imperio Deo ſervientes perenniter fruantur, habeant, & legaliter ad ius ſancti Ioannis praedicti praeſulatus, & meum, meorumque ſucceſſorum omnium teneantur, omnium hominum inquietudine remota. Et quoniam ſcio quoſdam vel modo, aut in futuro, diaboli ſpiritu plenos, quicumque ille eſt, vel fuerit, qui praefatum Monaſterium in hoc parvo noſtro munere inquietare voluerit, aut tollere, vel diminuere, in infernali poena cum Iuda Chriſti proditore in perpetuum maneat. Hanc utique noſtram donationem & anterioris noſtri tali tenori contribuo, & confirmo, ut ſi iſte Leopardus eiuſdem ſancti Miniatis Abbas, aut aliquis ſucceſſor eius voluerit, & conſilium fuerit, aut aliquis monachorum ibi ordinatorum, ut iſtam noſtram donationem, vel anteceſſoris noſtri, aut praelibatum Monaſterium de iure ſancti Ioannis Epiſcopatus noſtri aliqua poteſtate abſtrahas contra meam, & ſucceſſorum meorum omnium voluntatem, maledictionem, nulla impediente poteſtate, habeat. Ego, & mei ſucceſſores praedictum Monaſterium, cum ſuis pertinentiis ad voluntatem, & poteſtatem noſtram praecipue; & poſtea Abbatem, qualem nobis placuerit abſque ſimoniaca haereſi ordinare, unde duas chartulas fieri iuſſimus, quarum alteram praedicto Monaſterio dedimus, alteram vero in noſtro Epiſcopio reſervari iuſſimus, ad verum notitiam pro futuris temporibus.*

Datae anno Dominicae Incarnationis vigeſimo octavo poſt mille, & anno Imperii Domini Conradi Sereniſſimi Imperatoris ſecundo, in menſe Iulii, indictione undecima, feliciter exemplata.

Ego Lambertus ſanctae Florentinae ſedis, quamvis immeritus Antiſtes in hac ordinatione, & confirmatione non aliquo compulſus timore, nec alicuius muneris donatione ſuggeſta a me facta fuit.

Ego Sigeto Diaconus, & Cantor confirmo.

Ego Gerardus Archipresbyter conſenſi, adfui, &c.

Ego Petrus ſanctae Florentinae Eccleſiae Primicerius affirmo, & huic ordinationi praebui aſſenſum ſcribendi, &c.

Rozo Cantor Praepoſitus conſenſi ſponte, &c.

Ego Regembardus Presbyter, & Canonicus affirmo, &c

Ego Bonnno Presbyter, & Canonicus conſenſi, &c.

Ego Petrus Subdiaconus. & Canonicus confirmando conſenſi, &c.

Ego Gerardus Subdiaconus, & Canonicus affirmo.

Ego Gerardus Subdiaconus, & Canonicus affirmo.

Ego Sichelmus Acolythus, & Canonicus huic ordinationi conſenſi.

Ego David Vicedominus conſenſi. &c.

Ego Hugo Iudex, & Advocatus affirmavi, &c.

Petrus Iudex Domini Imperatoris, &c.

Hudelbertus Iudex in hac paginicula propria iuſſione Domini, & inclyti Lamberti Magni Praeſulis manu mea hic ſubter ſcripſi.

Ego Vuidus Archidiaconus, & huius ſancti decreti voluntarius ſcriptor aſſenſum praebui, & iure completionis has litteras ſubnotavi.

Animadvertendum in hoc Diplomate, Abbatem illum S. *Miniatis*, qui vocatur *Leopardus*; in alio Diplomate eiuſdem *Lamberti* Epiſcopi, ab *Vghellio* & *Cerracchinio* relato, non *Leopardum*, ſed *Leonem* ſcribi. Ex hoc Diplomate corrigendum, quod ſuperius ex *Carolo Strozzio* ſcripſi, anno ſcilicet MXXVI. hanc donationem a *Lamberto* factam fuiſſe; quum pa-

pateat eſſe factam anno MXXVIII. id quod etiam *De Meltore*, & *Cerracchinius* adgnoſcunt. Quando vero inſtrumenta ad Monaſterium S. *Miniatis* ſpectantia heic exhibere incepimus, a Lonnano occaſione ſumta, & aliud heic ſubdemus, quo *Atbo* Epiſcopus Florentinus eidem Monaſterio donat quaedam, & alia confirmat, prout ex Archivo S. *Pontiani* Lucenſis exſcriptum habuimus, licet & *Vgbellius* ediderit, ſuo more c rruptiſſimum. Illud igitur ita habet:

„ In nomine Sanctae & individuae Trinita-
„ tis. Dum divinis coltibus vigilanter inten-
„ ditor, ad contemplanda ſoblimia animi in-
„ tentio continuo ducitur. Tantoque liberius
„ conditoris ſui conſpectibus mens placere pre-
„ valet, quanto hanc nulla rerum ſecularium
„ honeta anguſtant. Quod quia Eccleſiarum
„ Dei rectoribus ex ſacrae ſcripturae mandato
„ indicitur: ideſt ut divinis ſtudiis ſemper in-
„ haereant, ſic tamen ſecularis actio eſt agen-
„ da ex neceſſitate, quatenus deſiderium coe-
„ leſtis patriae non praepediat ex voluntate.
„ Hoc nimirum geminae diſcretionis ſtudium,
„ ego Hatto ſanctae Florentinae Eccleſiae Epi-
„ ſcopus licet immeritus, cum metu praeca-
„ vens ad illius refugium mentis intentionem
„ prona voluntate direxi, qui in Evangelio di-
„ ſcipulis ait: Sine me nihil poteſtis facere,
„ ut ipſe dirigat vias noſtras ſecundum elo-
„ quium ſuum, & non dominetur noſtri omnis
„ iniuſtitia. Tum enim via noſtra recte diri-
„ gitur, ſi praeceptis Dominicis non contrai-
„ mus, ſi locis ſanctis divino cultui mancipatis
„ debitos honores, & reverentiam exhibemus.
„ Non enim ſufficere ad cuncta nos poſſe cre-
„ dimus, quae noſtro officio competunt, niſi
„ ſanctorum adiuti ſuffragio Sponſus, de quo
„ in canticis canticorum dicitur: Trahe me
„ poſt te, curremus in odorem unguentorum
„ tuorum, data miſericordiae manu ad exe-
„ quenda praeceptorum ſuorum veſtigia poſſe
„ currere faciat. Ergo ut noſtri Pontificatus
„ curſus Domino miſerante decenter incedat,
„ & canonice polleat, Monaſterium Sancti Mi-
„ niatis martyris a praedeceſſoribus noſtris or-
„ dinatum, & prout tempus permiſit excultum,
„ totis viribus ad meliora provehere ſtudui,
„ quatenus fratres divino cultui ibidem man-
„ cipati tanto liberius omnipotenti Domino
„ obſequi praevaleant, quanto eos conſtat libe-
„ ralitatis noſtrae manu nullius honeſtae utilita-
„ tis & neceſſitatis egere. Iſte nimirum ſan-
„ ctus locus multorum martyrum patrocinio
„ conſpicuus, tanto eſt ſalvandis animabus uti-
„ lior, quanto eſt a ſeculari tumultu remotior &
„ ſanctorum ibi quieſcentium ſit religione ſa-
„ cratior. Quamvis enim praecipuorum mar-
„ tyrum locus ille extitiſſet ſacris meritis e-
„ ximius, & miraculorum laude conſpicuus; ta-
„ men uſque ad tempora Ildeprandi felicis
„ memoriae Epiſcopi, cui ego tertius ſucceſſor
„ in cathedra Pontificatus exiſto, non ut de-
„ cebat tales tantoſque martyres ordinationis
„ laude pollebat. Praelibatus igitur Antiſtes
„ Monaſterium ibi fieri decrevit, ordinatiſque
„ in eodem loco fratribus ſub Abbatis cuſto-
„ dia ad laudem Dei & Sanctorum martyrum
„ quieſcentium, vitae neceſſaria prout valuit de-
„ center adhibuit. Qui quouſque vixit praediis
„ pluribuſque muneribus pauperis loci ſorgen-
„ tem materiem ampliavit. Et quum quaecum-
„ que fuerant, neceſſaria mortis meta inter-
„ veniente explere non valuit, mihi qui ſuc-
„ ceſſionis cathedram in praefata Eccleſia te-
„ neo ad augmentum ſacri loci partem credo
„ relictam a Domino. Non enim me diffido
„ participem tantae remunerationis, ſi adiu-
„ torium adhibeo tam ſacrae ordinationi. Ergo
„ in primis quaecumque felicis memoriae Ilde-
„ prandus Epiſcopus per decreti paginam prae-
„ libato coenobio, contulit ſeu alio quocumque
„ modo, ac poſt eum Lambertus eiuſdem ſuc-
„ ceſſor ſanctae memoriae Preſul, ego Hatto E-
„ piſcopus utrorumque ſucceſſor corde perfe-
„ cto & animo volente pro Dei amore ſpeque
„ remunerationis futurae, & pro animabus ante-
„ ceſſorum meorum, ſeu ſucceſſorum Epiſcopo-
„ rum, iſtius videlicet Florentinae civitatis, nec
„ non & pro anima Conradi Sereniſſimi Impe-
„ ratoris, & domini & ordinatoris mei, ſuaeque
„ praeclarae Coniugis Giſlae excellentiſſimae Im-
„ peratricis, nec non & pro ſalute Heinrici
„ Regis clariſſimi filii ſui, atque pro remedio
„ animarum Imperatorum ſeu Regum iſtius re-
„ gni, atque pro ſalute & remedio animarum
„ Ducum ſeu Marchionum Tuſciae; & pro ſa-
„ lute & incolumitate Bonifatii eximii Mar-
„ chionis, nec non & pro animabus illorum
„ omnium, qui de ſuis rebus praelicto Mona-
„ ſterio aliquod beneficium dederunt vel da-
„ turi ſunt, omnia in integrum concedo, con-
„ firmo, & in perpetuum vigere exopto, & Le-
„ tanias univerſarum Plebium noſtri Epiſcopa-
„ tus, quemadmodum iam fatus Ildeprandus E-
„ piſcopus annualiter cenſuit, ſimili modo con-
„ firmans concedo, eo videlicet ordine ut ſi
„ forſitan, quod abſit, aut ego, aut ex meis ſuc-
„ ceſſoribus aliquis, quacumque occaſione tol-
„ lere voluerit, aut imminuere aliquid, ex his,
„ quae praefatae Eccleſiae fuerunt, vel quae
„ praelibati Antiſtites inibi contulerunt, vel
„ quae ego Domino iuvante per hanc confir-
„ mationis & donationis cartam dare modo
„ videor, vel daturus ſum, partem habeat cum
„ Iuda traditore, & ſit anathema maranatha.
„ Concedo praeterea iam ſaepe nominatae Ec-
„ cleſiae Sancti Miniatis martyris caſtrum
„ quoddam quod Collis Ramuli dicitur, quod
„ eſt infra Plebem Sancti Alexandri, ſitam Iu-

gue-

„ gulo, cum curte domnicato & manſis & o-
„ mnibus ibidem pertinentibus, ſicut Ildepran-
„ dus Epiſcopus eandem curtem habendam
„ ſtatuit, & ſilvam de Montanini cum omnibus
„ ſibi pertinentibus, & unam petiam cuiuſdam
„ terrae, quae eſt infra curtem de Quinto, ſicut
„ Iohannes filius Petri cum ſuis germanis, &
„ Petrus filius quondam Iohannis, per libellum
„ tenuerunt. Que omnia ad communem fra-
„ trum ibidem Domino famulantium uſum con-
„ ferre ſtudui. Neque enim magnum eſt quod
„ contuli, ſed pro temporis opportunitate
„ quod potui prona voluntate conceſſi. Quis
„ enim tam venerabili ſanctiſſimoque loco ma-
„ num miſericordiae non adhibeat, ubi praecla-
„ ra tam eximiorum martyrum merita ruti-
„ lant, ubi infirmi quotidie per ſuffragia mar-
„ tyrum plurima conſequuntur Domino largien-
„ te ſanitatum beneficia; ubi peregrinorum &
„ hoſpitum turba quaſi in propriis domibus
„ receptionis & refocillationis adipiſcuntur ne-
„ ceſſaria fomenta? Vbi infirmi aluntur: ubi
„ pauperes alimoniae beneficio ſatiantur? Fiunt
„ nempe ibi laudes aſſiduae, & obſecrationes
„ iuges, & orationes continuae, pro ſalute vi-
„ ventium & morentium fidelium, quae in con-
„ ſpectu divinae clementiae tanto acceptabilius
„ aſſumuntur, quanto & voluntate & opere
„ fratres ibi famulantes a ſecularibus curis
„ conſtat fore remotiores. Quia enim quod
„ hodie evenit ſcimus, quod cras futurum
„ ſit omnino ignoramus, ſupereſt ut indulta
„ tempora rapiamus, bonisque operibus qui-
„ bus poſſumus ionitamur. Et quia noſtris
„ meritis ſalvari non poſſumus, Sanctorum il
„ lorum protegemor iuvamine, quorum ſacra
„ loca venerando ſuffragamus operibus & pia
„ voluntate. Idcircò humiliter deprecor eos,
„ qui ſibi invicem in noſtra ſede ſuccedunt,
„ ut huic ſancto loco manum miſericordiae
„ adhibeant ſemper, in melius creſcere faciant,
„ fratrumque neceſſitatibus pro viribus ſuc
„ currant, quatenus in die tremendi examinis
„ Sancti Miniatis martyris, ſociorumque eius
„ tueantur preſidiis, quorum in terris patroci-
„ nia fide & operatione praecipua coluerunt;
„ & hunc ſanctum locum intactum & illiba-
„ tum ad honorem Dei omnipotentis ſancto
„ rumque martyrum ibi quieſcentium reddide-
„ runt. Si quis vero quaecomque praedicta
„ ſunt non obſervaverit ea, quae ego auctorita-
„ te ſacerdotom & levitarum totiuſque no-
„ ſtrae Eccleſiae ordinis contuli, fideliter non
„ obſervaverit, ſed ſubtrahere voluerit ali-
„ quid ex bis, quae praeſcripta ſunt, quicum-
„ que ille fuerit, ſive meus ſucceſſor, ſive a-
„ lius aliquis, omnes maledictiones, quae in
„ Deuteronomio ſcriptae ſunt, veniant ſuper
„ eum, & in aeterna damnatione Iudae prodi-
„ tori in tormentia iungatur, qui Dominum
„ tradidit & vendidit.

Actum eſt autem hoc anno Dominicae Incarnationis milleſimo trigeſimo ſeptimo, Indictione quinta domino Corrado Sereniſſimo Imperatore, anno Imperii eius undecimo. Menſe Februario.

Hatto ſanctae Florentinae Eccleſiae Epiſcopus hoc decretum a me factum inſcriptione propriae manus ſponte confirma, &c.

Bernardus Archidiaconus conſenſi, & ſubſc.

Ego Ioannes Diaconus Canonicus, & Cardinalis conſenſi, & ſubſcripſi.

Guido S. Florentinae Eccleſiae electus Archipresb. confirmo, & ſubſcripſi.

Ioannes Diaconus, & Canonicus conſenſi, & ſubſc.

Ego Adam Presbyter cuſtos, & Canonicus conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Omolbertus Presbyter Canonicus & Cardinalis, conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Rodulphus Iudex ſubſcripſi.

Ego Petrus Iudex Sacri Palatii ſubſc.

Ego Adalbertus Iudex in hac paginula manu mea ſubſcripſi.

Ego . . . . Vice dominus ſubſcripſi.

Ego Ioannes Vicecomes ſubſcripſi.

Ego Ioannes ſubſcripſi.

Ego Roza S. Florentinae Eccleſiae, Cantorumque Praepoſitus, aſſenſum praebui, atque huius decreti fidelis ſcriptor exſtiti, & manu propria litterarum donatione tradita complevi feliciter.

Mirum eſt ut nomen Praepoſiti Cantorum Florentinae Eccleſiae *Roza*, corrumpatur apud *Vghellium*; ipſe reſtitui ex fide antiquorum inſtrumentorum, quae in Archivo Florentini Capituli adſervantur. Vnum hic tempeſtive antevertendum obſtaculum, quod poſſet opponi iis, quae ſuperius *pag.* 26. litteris tradidi, ſocios videlicet S. *Miniatis* martyris in vetuſtioribus monumentis non commemorari. En heic in Diplomate *Attonis* Epiſcopi dicitur: *Sancti Miniatis Martyris ſociorumque eius tueantur praeſidiis &c.*, ſed ibidem opportune animadverti, poſſe ſociorum nomine alia Sanctorum corpora, quia in eadem Eccleſia adſervantur, intelligi. Haec autem omnia a praedictis Epiſcopis Eccleſiae S. *Miniatis* donata bona, & latifundia, & iura, confirmata fuerunt a *Benedicto IX.* Pont. Max. inſequenti Diplomate ad *Obertum* Monaſterii Sancti *Miniatis* Abbatem, quod corruptiſſimum *Vghellius* exhibet.

Benedictus Epiſcopus Servus ſervorum Dei. Dilecto filio Oberto venerabili Abbati monaſterii ſancti Miniatis Florentini, tuiſque ſucceſſoribus, perpetuam in Domino ſalutem. Valde bonum videtur ſi poſtulantibus a noſtra Apoſtolica Sede tuitionem piorum locorum libenter concedamus; tu autem, fili cariſſime, quia poſtulaſti a nobis quatenus munimen ac defenſionem Apoſtolicam monaſterio ſancti Minea-

Digitized by Google

niatis, cui praeeſſe meruiſti, dignatione ſolita pro noſtra praecepta, daremus. Nos autem id, quod ſanctum piumque iudicamus, non negare debemus, ſed voluntate promtiſſime largiri. Ideo inclinati precibus tuis concedimus tam tibi quam etiam tuis ſucceſſoribus tuitionem Apoſtolicam; adiudicamus omnes homines eidem monaſterio adverſantes, aut laeſione violentiam facientium in rebus ipſius Monaſterii facultates, vel facturorum per procedentia tempora, ut nullus Rex, nullus Imperator, nullus Praeſul, nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Vicecomes, & parva nulla perſona, aliquid tale audeat praeſumere; ſcilicet in rebus, quas Epiſcopi Florentini, videlicet Ildebrandus, Lambertus, & Atbo, ipſi Monaſterio conceſſerint, aut alii homines pro ſua anima tribuerint, vel quae tu ipſe ibidem acquiſivisti, & amodo acquirere poteris, ſtatuentes Apoſtolica cenſura, ut ſi quis, publica, vel privata perſona, magna vel parva, in illis omnibus rebus tam mobilibus quam immobilibus, tuiſque ſucceſſoribus, moleſtare, inquietare, aut de veſtris manibus rumpere temptaverit, ſit anathematis vinculo innodatus, & noſtra Apoſtolica maledictione damnatus, donec ſatisfactionem talium faciat commiſſorum. Qui vero cuſtos roborationis huius noſtrae tuitionis defenſionis confirmationiſque extiterit, benedictionem & gratiam a iuſto iudice Domino Deo noſtro conſequi mereatur. Scripta per manum Sergii Notarii, & ſacri noſtri Palatii, menſe Aprile, Indictione XII. Valete.

Sed quoniam, unius Inſtrumenti occaſione, alia produximus, & D. *Miniatis* Monaſterii Hiſtoriam amplificavimus, alia quaedam addere lubet, quae omiſſa fuerant, ac deinceps in meam notitiam venerunt. Itaque ſciendum eſt, in Archivo Capituli Florentini exſtare ſententiam, qua Abbas S. *Miniatis* anno MLXI. Campum Regis Canonicae Florentinae adiudicat, & membrana ſignata eſt numero 978. Item ibidem alia membrana adſervatur notata numero 113. in qua *Florentius Andreae F.* & alii, anno MCXXI. promittunt *Ioanni Bono* Praepoſito Eccleſiae Florentinae; & Abbati S. *Miniatis*, ſe non alienaturos terras, quas ab ipſis conduxerant. Multa alia de hoc inſigni Monaſterio in Syntagmatis decurſu dicenda erunt, & praecipue ubi de D. *Ioanne Gualberti* verba facturus ſum. Iuvat tamen heic adtexere, quae de S. *Miniatis* monaſterio, in Regeſto Epiſcopatus Florentini, vulgo *Bullettone*, ſcripta deprehendi, quaeque ex eo libro diligenter excerpſi. Sed quoniam huius Codicis auctoritate ſaepenumero abutendum mihi eſt, lubet heic deſcribere eius initium, ut qui ſit, & quae contineat, & quantae ſit auctoritatis, luculenter adpareat. Codicis igitur membranacei huius Prooemium ita habet.

In Chriſti nomine. Amen &c. Hoc eſt Regiſtrum, Repertorium, & Inventarium, factum de bonis, & iuribus Epiſcopatus Florentini, eodem Epiſcopatu vacante per mortem bone memorie Domini Antonii olim Epiſcopi Florent. per nobiles, & egregios viros.

Dominum Beniſardum olim Domini Tbalani de la Toſa.

Dominum Nepum olim Domini Faſtelli de la Toſa.

Lupum olim Domini Neri Gocie de Alioctis.

Buddinum olim Vgolini Domini Aldobrandini de Vicedominis.

Boldum olim Gherardi dicti Duccii Domini Rinuccini de Vicedominis.

Ghinum Domini Vberti de Vicedominis.

Guardianos, Cuſtodes, Vicedominos, & Adminiſtratores dicti Epiſcopatus Florentini, & bonorum, & iurium Epiſcopatus eiuſdem, Sede vacante, nominatos, electos, prepoſitos, & deputatos ad cuſtodiam, & adminiſtrationem predictam, ab iſtis nobilibus, & egregiis viris, Guardianis, Cuſtodibus, Vicedominis, & Adminiſtratoribus Epiſcopatus, & bonorum, & iurium eius, Sede vacante & ad quos quorumcumque maiores una cum predictis prepoſitis ab antiquo, cuius initii memoria non exiſtit, Guardia, Cuſtodia, Vicedominatus, & Adminiſtratio dictorum Epiſcopatus, bonorum, & iurium ipſius, Sede vacante, pertinuit, & pertinet, in quorumque poſſeſſiones forent, & eſſe noſcuntur, quorum nomina inferius deſcribuntur.

Dominus Roſſus D. Arighi della Tosa.

Dominus Pinus Vannis della Tosa.

Dominus Simon D. Roſſi della Tosa.

Loctus D. Bindi de Alioctis.

Gaddus Vliverii de Vicedominis.

Tanuccius Guccii della Tosa.

Vanes D. Neri de Alioctis.

Albitinus Gherardi D. Albitini de Vicedominis.

Chericus D. Faſtelli della Toſa.

Ghadozzus Rinaldi de Vicedominis.

Ioannes D. Ranerii della Toſa.

Conte Guidi de Vicedominis.

Nerius Bartholi della Toſa.

Thomaſius Gucci Domini Cerreterii de Vicedominis.

Nicholus Guccii della Tosa.

Bartholus D. Vberti de Vicedominis.

Andreas Bartholi della Toſa.

Albitius Vieri de Vicedominis.

Conte Guittomanni de la Toſa.

Borghinus Scholaii della Toſa.

Iacobus Locterii de Vicedominis.

Ioannes Baldi D. Thaloni de la Toſa.

Franciſchus Guccii D. Cerreterii de Vicedominis.

Bianciardus Lapi D. Neri de Alioctis.

Franciſchus Benaldi de Vicedominis.

Franciſchus Lotti D. Thedicii de Alioctis.
Philippus Chanciotzii D. Therii de Vicedominis.
Daldus Tinghi della Toſa.
Iacominus Cancini D. Ghini de Vicedominis.
Feus D. Odaldi della Toſa.
Simon Guccii de Vicedominis.
Vbertus D. Gherardi de Vicedominis.
Bindus D. Beniſardi della Tosa.
Vermiglius Cancini D. Ghini de Vicedominis.
Ioannes D. Roſſi de la Toſa.
Niccholus Scolaii della Toſa.
Marchus D. Gherardi de Vicedominis.
Vliverius Guccii de Vicedominis.
Daldus Accuzzis D. Daldi della Toſa.
Gherardus Simonis de Vicedominis.
Marſoppinus Scolaii della Toſa.
Simon Baldi D. Thalani della Toſa.
Silveſtros Lapi D. Neri de Alioctis.
Davitius D. Beniſardi della Toſa.
Scholaius Baldi D. Talani de la Toſa.
Simon Laurentii de Vicedominis.
Ciampi D. Pini de la Toſa.
Franciſchus Baldi D. Thalani della Toſa.
Nerius Azzii D. Daldi della Toſa.
Franciſchus Cini D. Bindi de Alioctis.
Corſus Por. ſini della Toſa.
Lapuccius Ghini D. Vberti de Vicedominis.
Cionettus Azuzzi della Toſa.
Zenobius D. Gherardi de Vicedominis, &
Bonetius Vannis D. Nerii de Alioctis.

Qui pro ſe ipſis, & vice, & nomine iſtorum abſentium, qui una cum predictis ſunt Guardiani, Vicedomini, Cuſtodes, & Adminiſtratores dicti Epiſcopatus, & bonorum, & iurium eiuſdem, Sede vacante, hoc fecerunt, quorum abſentium nomina ſunt haec:

D. Donatus Guccii Traini della Toſa.
Loctus D. Thedicii de Alioctis.
Guccius Vliverii de Vicedominis.
Bate D. Tedicii de Alioctis.
Azuccius D. Daldi della Toſa.
Iacobus Cioppi de la Toſa.
Talanus Lotti D. Tedicii de Alioctis.
Ghettus D. Tedicii de Alioctis.
Bindellus Naddii D. Tedicii de Alioctis.
Bindus Guidi de Vicedominis.
Ioannes Baddini de Vicedominis.
Philippus D. Rainerii della Toſa.
Tici Lotti D. Tici de Alioctis.
Tici D. Bindi de Alioctis.
Cante Baldi D. Cantis de Alioctis.
Franciſchus Baddini de Vicedominis.
Neri Lotti D. Tici de Alioctis.
Ioannes D. Donati della Toſa.
Thomaſius Lapi D. Neri de Alioctis.
Bertus Ghini D. Vberti de Vicedominis.
Ormannus Canciocci D. Therii de Vicedominis.
Banchus Simonis de Vicedominis.
Guido D. Noſi de Vicedominis.
Guelfus Azzucci D. Daldi della Toſa.
Cerreterius Simonis de Vicedominis.
Belliſardus Baldi D. Talani della Toſa.
Bartholus Iacobi della Toſa.
Guido Simonis de Vicedominis.
Sander Simonis de Vicedominis.
Thomaſius Batis D. Tedici de Alioctis.
Franciſchus Batis D. Tedicii de Alioctis.
Bartholus Scolai della Toſa, &
Marſoppus Bartholi della Toſa.

Scriptum per me Ioannem Arighetti Notarium infraſcriptum in anno Domini milleſimo treceenteſimo vigeſimo tertio, Indictione ſexta, tempore Sanctiſſimi Patris D. Ioannis divina providentia Pape Vigeſimi Secundi, ſupradicta Sede vacante, in Epiſcopali Palatio Fiorentino, & publicatum die XIV. menſis Maii, preſente Ser Ioanne Theri Notario, qui mecum ſe ſubſcribere debet, & preſentibus teſtibus.

In primis quidem dicti ſex, ut dictum eſt, Prepoſiti, auctoritate dicte commiſſionis, & poteſtatis, etiam auctoritate, & poteſtate eis, ut privatis, competenti, & omni modo, via, & iure, quibus melius potuerunt, dixerunt, & aſſeruerunt, ſe diligenter & diligentiſſime examinaſſe, continuatione multorum dierum, bona, iura, iuriſdictiones & honores, & inſtrumenta, regiſtra, codices, & memorialia, bonorum, iurium, & iuriſdictionum, dicti Epiſcopatus, & ſpecialiter ſe revidiſſe illa, que per quamplures ex eis inſtas ruminata fuerunt. Hactenus Prooemium.

Ea vero, quae in hoc Codice ad Monaſterium D. *Miniatis* ſpectantia continentur, ſunt, quae ſequuntur:

„ Epiſcopus Florentinus excommunicavit Monachos S. Miniatis ad Montem,
„ quia preſumpſerunt eligere Abbatem in ipſo
„ Monaſterio. Carta manu Reſtaori Notar.
„ ſub anno MCC. decimonono . Kal. Se-
„ premb.

„ Monaſterium S. Miniatis ad Montem
„ fundatum, & aedificatum, ſive reparatum,
„ fuit ab Epiſcopo Ildebrando Florentino;
„ & Epiſcopus idem contulit ei plura iura,
„ & bona, & inter alia caſtrum de Monte-
„ alto ſub MXIII. V. Kal. Maii, Indict. I.
„ & Epiſcopus Florentinus ponit ibi Abba-
„ tes, & Monachos, & Camerarios, & Sa-
„ criſtas, & eſt ipſius Monaſterii unicus do-
„ minus & patronus; de quibus omnibus ha-
„ bet Epiſcopatus quamplurima inſtrumenta
„ antiqua, nova, noviſſima, ſuper poſſeſſione
„ dicti iuris, & ſunt in uno ſacculo poſita
„ per ſe.

„ Ioannes Epiſcopus Florentinus poſuit
„ in

Or-

in Campo Marti ni [a]; Eccleſia Montis Crucis [b]; Eccleſia propter 250

„ In dicto monaſterio Abbatem Ioſeph ſub MCCX. prid. I XI. Septemb. Carta manu Monecti Guerri Notar.

„ Idem Epiſcopus poſuit in dicto Monaſterio, & investivit dominum Nicolaum Abbatem, Carta manu Rainerii Benis de Monte Ficalli, Notar. ſub MCCXXVIII. Id. Septemb. Indict. I.

„ Epiſcopus Florentinus inſtituit in ipſo Monaſterio Abbatem Dopnum Falcum. Carta manu Iacobi de Cerreto Not. ſub MCCLVIII I. Sexto Non. Maii.

„ Presbyter Benedictus, qui fuerat electus in Abbatem Monaſterii S. Miniatis predicti, renuntiavit ipſi electioni, quia facta fuerat ſine licentia Epiſcopi Florentini patroni dicti Monaſterii. Carta manu Herici Not. ſub MCCX. Indict. XIII, IIII, Idus Auguſti,

„ Epiſcopus Franciſcus Florentinus audivit rationem a Camerariis per eum poſitis in dicto Monaſterio de introitibus & expenſis. Carta manu Iuntae Notar. ſub MCCLXXXXVIII. Indict. XI. die XIII. Auguſti.

„ Abbas, Monachi, & Conventus, ipſius Monaſterii recognoverunt Epiſcopum & Epiſcopatum Florentinum in ſuum, & dicti Monaſterii dominum & patronum; Carta manu Iuntae ſub MCCXCVII. Indict. X. die XVIII. Auguſti.

„ Epiſcopus Florentinus habuit pro defenſione dicti ſui Monaſterii Sancti Miniatis cauſam cum Dominabus de Monticellis.

„ Locterius Epiſcopus inſtituit Abbatem ipſius Monaſterii Domnum Ioannem. Carta manu Ser Dionyſii de Calenzano.

„ Antonius Epiſcopus poſuit ibidem plures Monachos ſucceſſive, de quo patet inſtrumentum manu Benedicti Magiſtri Martini Not.

„ In viſitatione, quam fecit prefatus Epiſcopus Antonius apud dictum Monaſterium, Abbas & quilibet Monachus recognovit inſtitutionem Abbatis & Monachorum eius pertinere ad Epiſcopum Florentinum. Carta manu Benedicti predicti.

„ Antonius Epiſcopus Florentinus elegit Camerarium & Sacriſtam in Monaſterio S. Miniatis ad Montem. Carta manu Ser Benedicti Notar. ſub anno MCCCXIII. die XXX. Iunii.

„ Antonius Epiſcopus Florentinus deputavit Camerarium & Sacriſtam in Monaſterio S. Miniatis ad Montem. Carta manu Benedicti Notarii ſub MCCCXVII. die XXIII. menſis Iunii.

„ Antonius Epiſcopus Florentinus contulit Domno Antonio Monacho Monaſterii S. Miniatis ad Montem; & de mandato ipſius Domini Epiſcopi receptus fuit ab Abbate & Monachis. Carta manu Benedicti Notar. ſub MCCCXVIII. die VIII. Aprilis.

„ Antonius Epiſcopus deputavit Camerarios & Sacriſtam in Monaſterio S. Miniatis ad Montem. Carta manu dicti Notar. ſub milleſimo & die predictis.

„ Antonius Epiſcopus more ſolito deputavit Camerarios & Sacriſtam Monaſterii S. Miniatis ad Montem. Carta manu dicti Notar. ſub MCCCXX. die XXVIII. Iunii.

„ Dominus Ioannes Epiſcopus Florentinus tamquam unicus Dominus & patronus Monaſterii S. Miniatis ad Montem, volens ipſum Monaſterium reformare Abbate, ſicut ad eum pertinere dignoſcitur, elegit in Rectorem & Abbatem ipſius Monaſterii religioſum virum Dominum Orlandum Monachum Abbatie Monaſterii S. Marie Florentie, preſentem & annuentem electioni predicte. Carta manu Ser Ciapi de Pino Not. ſub MCCLXIX. Indict. XIII. die XIX. Februarii.

„ Vacante Monaſterio Sancti Miniatis ad Montem Monachi dicti Monaſterii de mandato domini Locterii Epiſcopi Florentini conſignaverunt eidem claves oſtiorum, & omnium bonorum dicti Monaſterii, de quibus bonis dictus Dominus Epiſcopus fecit fieri inventarium. Carte manu Ser Benedicti Notar. ſub MCCCV. Indict. IV. die Kal. Martii.

„ Religioſus & diſcretus vir Domnus Vgo Abbas Monaſterii S. Miniatis ad Montem de prope Florentiam cum conſenſu & voluntate ſuorum, & dicti Monaſterii Monachorum, Capituli, & Conventus, recognoverunt & confeſſi fuerunt Dominum Franciſcum Epiſcopum Florentinum, & eius predeceſſores, fuiſſe & eſſe dominos & patronos dicti Monaſterii, & ſic fuiſſe ab antiquo, cuius memoria non exiſtit. Carta manu Ser Bonaiuncte Brunecti Notar. ſub MCCIIIC. Indictione X. die XVIII. Auguſti.

a Vide, quae habentur ſuperius *pag.* 29. ubi huius Eccleſiae mentio eſt uſque ab anno MLXVIII.

b Adiſis ſuperius *pag.* 29. ubi anno MCXIII. haec Eccleſia memoratur. Inter Caſtra Epiſcopa-

patus Florentini recenſita in Regiſtro eiuſdem Epiſcopatus, vulgo *Balletone*, eſt etiam *Caſtellare & Podium Montis de Cruce, cum turre, & palatio, & apendititiis eius, cum territorio, curte, hominibus, & perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis, dicti Caſtri, & eius territorii*. Sed quia multa ſunt in hoc Codice perinſigni, quae ad Montem Crucis ſpectant, & ea omnia iura Florentini Epiſcopatus reſpiciunt; haud abs re eſſe arbitror, heic ea, licet prolixiora, occaſione ſumta, deſcribere, quum in operis progreſſu magno uſui mihi futura ſint. Vt autem intelligatur, quomodo Caſtrum Montis Crucis ad Epiſcopatum Florentinum pertineret, referendum eſt id, quod *Io. Villanius Lib. IV. Chronici Cap. XXXVI.* memoriae prodidit. *Negli anni di Criſto 1146. avendo i Fiorentini guerra co' Conti Guidi, perocchè con le loro Caſtella erano troppo preſſo alla Città di Firenze, e Monte di Croce ſi tenea per loro, e guerreggiava; per la qual coſa alquanti cittadini di Firenze v' andarono ad oſte con certi ſoldati del Comune di Firenze, e per troppa ſicurtà non faccendo buona guardia furono ſconfitti dal Conte Guido Vecchio, e da ſua amiſtade d' Aretini, e da altri, del meſe di Giugno; ma poi gli anni di Criſto MCLIV. i Fiorentini tornarono a oſte a Monte di Croce, e per tradimento l' ebbono, e disfeciono infino a' fondamenti; poi le ragioni che vi avevano i Conti Guidi venderono al Veſcovado di Firenze, da che non poteano d'aver alcun frutto. E da allora innanzi non furono i Conti Guidi amici del Comune di Firenze, e ſimile gli Aretini, che gli avevano favoriti.* Regiſtrum autem illud ea de Monte Crucis habet, quae facile oſtendant, non omnino fidem habendam eſſe *Io. Villanio*; illa vero ſunt quae ſequuntur:

Vigeſima nona pars eſt de Monte de Cruce, & eius Curia.

Qualiter Fedrigus Secundus Imperator brivilegiavit Caſtrum, Curiam, & Diſtrictum Montis de Cruce, Montem Rotundum, Galigam, magnificis viris Domino Guidoni, Domino Tegrimo, Domino Roggerio, Domino Marcovaldo, & Domino Aghinolfo, fratribus filiis olim Domini Comitis Guidonis Guerre, ut de exemplari ipſius privilegii conſtat ex inſtrumento ſcripto manu Albertini Lombardi de Papia Notarii & ſubſcripto manibus trium aliorum Notariorum ſignatorum.

Qualiter DD. Comites Guido, Marcovaldus, & Aghinolfus, fratres filii olim Comitis Guidonis Guerre, vendiderunt Domino Aldibrando qu. Gherardi Adimaris Caſtellare Montis de Cruce, & Montem de Cruce, & eius curiam, & diſtrictum, & iuriſdictionem, dicti loci, & omnes homines, & fideles, & maſſeritias dicte Terre cum eorum ſobolis, peculiis, & rebus, ut conſtat ex inſtrumento ſcripto manu Ser Guaſconis Notar. ex iam breviaturis Sanzanome Notar. ſub MCCXXVI. ſeptima Kalendas Februar. Indict. XV. & eſt ibi exemplum ſimili modo ſignatum.

Qualiter Dominus Aldobrandus Gherardi Adimaris vendidit Domino Iohanni Epiſcopo Florentino Caſtellare Montis de Cruce, & Montem de Cruce, & eius curiam, & diſtrictum, & Montem Rotundum, & Goliganum, & eorum curiam, & diſtrictum, & omnes homines, & fideles dictorum locorum, tum eorum ſobolis, peculiis, rebus, & maſſeritiis. Carta manu D. Iacobi de Cerreto Not. ſub milleſimo, & Indict. praedictis, Idus Februarii.

Qualiter Dominus Iohannes Epiſcopus Florentinus poſt ſupradictam emptionem volens aſſumere corporalem poſſeſſionem ſupradictorum bonorum emptorum per eum, perſonaliter acceſſit ad dicta loca, & homines dictorum locorum cum vexillo ad gaudium venerunt obviam ſibi, ac ipſum cum magno gaudio receperunt. Quapropter idem Dominus Epiſcopus accepit dictum vexillum, & aſſignavit cum Iacobo Ghiberti de dicto loco pro omnibus aliis. Poſt hec vero prefatus Dominus Epiſcopus adprendidit poſſeſſionem, & tenutam dictorum locorum, & rerum emptarum, & ab hominibus dictorum locorum iuramenta fidelitatis accepit. Carta manu Iacobi de Cerreto, cum trium aliorum Notariorum ſubſcriptione ſub milleſimo, & Indictione predictis, X. Cal. Martii.

Qualiter homines de Monte de Cruce iuraverunt ſequi, & obedire mandatis D. Marſoppi Ruſtichelli Poteſtatis electi in dicta Terra per Dominum Iohannem Epiſcopum Florentinum, qui fuerunt numero ducenti. Carta manu Guiazzighi Not. ſub MCCXXVII. Indict. prima de menſe Decembris.

Qualiter homines de Monte de Cruce iuraverunt hobedire mandatis D. Guidonis Aldobrandini Poteſtatis Montis de Cruce electum per Dominum Iohannem Epiſcopum Florentinum. Carta manu Ghiberti Not. ſub MCCLIII. quarto Idus Martii Indict. XII.

Qualiter homines de Monte de Cruce iuraverunt precepta, & ſequimenta D. Marſoppini Azzi Poteſtatis Montis de Cruce electi per Dominum Iohannem Epiſcopum Florentinum. Carta manu Allegeris Not. ſub MCCLVI. Indict. XV. XII. Kal. Martii.

Qualiter homines de Monte de Cruce iuraverunt ſequi precepta D. Marſoppini Azzi eorum Poteſtatis &c. ſibi dati per Dominum Iohannem Epiſcopum Florentinum ſub MCCLVI. Indict. XIV. ſexto Kal. Septembris, ut conſtat ex inſtrumento ſcripto manu Baldanzae Not.

Qualiter Dominus Iohannes Epiſcopus Floren-

rentinus contulit Poteſteriam Montis de Cruce Tieri de Vice Dominis fideli ſuo, ut conſtat ex inſtrumento ſcripto manu Ser Sinibaldi Alberti Notarii, ſubſcripto manu trium aliorum Notariorum ſub MCCLVII. die XV. Februarii Indict. X.

Qualiter Locterius dictus Teri filius Domini Rinuccii de Vicedominis, electus per Dominum Iohannem Epiſcopum Florentinum in Poteſtatem Montis de Cruce, iuraverunt Poteſteriam Montis de Cruce predicte facere fideliter, & legaliter in preſentia hominum dicte terre, quo iuramento pr ſtito, homines dicte terre, qui fuerunt numero centum nonaginta ſeptem, iuraverunt precepta ſua, & ſequimentum dicti Poteſterie, ut conſtat ex inſtrumento ſcripto manu Ser Benvenuti Ghiberti Not. ſub MCCLVI. die XX. Martii Indict. X.

Qualiter homines de Monte de Cruce iuraverunt precepta D. Locterii, D. Rinuccii de Vicedominis Poteſtatis eorum ſibi dati per Dominum Iohannem Epiſcopum Florentinum, & etiam ſequimentum ſuum in dicta Poteſteria, ut conſtat manu Ser Bruni Iudicis, & Notarii ſub milleſimo, ducenteſimo ſexageſimo nono, Indict. duodecima, die XXV. Februarii.

Qualiter homines de Monte de Cruce iuraverunt precepta Tinghi Domini Marſoppini della Toſa Poteſtatis eorum ibidem electi per Epiſcopum Florentinum. Carta Bruni Not. ſub MCCLXXVII. die XVII. Ianuarii Indict. V.

Qualiter homines de Monte de Cruce iuraverunt preceptum Guccii D. Cerreterii Poteſtatis eorum electi per Epiſcopum Florentinum. Carta manu Bruni Not. ſub MCCLXXVI. die XII. Menſis Iulii, Indict. IV.

Qualiter homines de Monte de Cruce iuraverunt precepta Tinghi D. Marſoppini Aczi della Toſa Poteſtatis electi per Epiſcopum Florentinum. Carta manu Bruni Iacobi Notarii ſub MCCLXXVIII. die V. menſis Februarii, Indict. VIII.

Qualiter homines de Monte de Cruce iuraverunt preceptum Guccii Domini Cerreterii de Vicedominis Poteſtatis electi per Epiſcopum Florentinum. Carta manu Bruni Iacobi Notarii ſub MCCLXXXI. die XVI. menſis Iunii, Indict. VIII.

Qualiter homines de Monte de Cruce iuraverunt precepta Uberti D. Gherardi de Vicedominis Poteſtatis eorum ibidem electi per Epiſcopum Florentinum. Carta manu Bruni Iacobi Not. ſub MCCLXXXI. die XIX. Ianuarii Indict. X.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus aſſignavit Nerio Gnote de Vicedominis Poteſtati Montis de Cruce pro ſalario ſuo a quolibet focolari ſtarium unum grani. Carta manu Guerruntis Alberti Not. ex Imbreviaturis Bencivennis de Rabia tanina Not. ſub MCCLIX. quarta Kalend. Septembris Indict. II.

Qualiter homines de Monte de Cruce iuraverunt precepta D. Gottifredi D. Roſſi della Toſa Poteſtatis eorum electi ibidem per Dominum Locterium Epiſcopum Florentinum. Carta manu Uguiccionis quondam Baglionis Not. ſub MCCCI. Indict. XV. die XIX. Februarii.

Qualiter homines Sancti Martini Labacho conſtituerunt Sindicum ad compromittendum queſtionem, quam habebant cum Epiſcopo Florentino, occaſione feni de Monte Vecchio, Freſcurum Iohannis dicti loci. Carta manu Bernardi Fatii Not. de Monte Crucis ſub MCCCVIII. Indict. VII. die XVII. Novembris.

Qualiter D. Locterius Epiſcopus Florentinus ex una parte, & Freſcurn Sindicus Univerſitatis hominum S. Martini Labacho ex altera, ſuper queſtione quam ſimul habebant de Terreno Montis Vecchi, compromiſerant in Bindum Pagani de Valcava. Carta manu Dioniſi Bindi de Colenzano Not, ſub MCCCVIII, Indict. VII. die XXV. Novembris.

Qualiter Bindus Pagani de Valcava arbiter, & arbitrator queſtionis vertentis inter D. Locterium Epiſcopum Florentinum, & homines S. Martini Lobacho predictos, vigore compromiſſi in eum facti, deciſit dictam queſtionem. Carta manu Iohannis Cini de Pulicciano Not. ſub MCCCVIII. Indict. VII. die VIII. Decembris.

Qualiter Bocchi Iacobi Salarelli Populi S. Stephani Florentiae promiſit ſtipulatione ſolenni D. Locterio Epiſcopo Florent. recipienti pro Epiſcopatu Florentino, quod ipſe Bocchi emet pro Epiſcopatu Florentino tot terras, quod ex ipſis percipiet annuatim dictus Epiſcopatus ſtaria viginti ſeptem grani, ad arbitrium Ser Spigliati Aldibrandini Not. Carta manu Benedicti Magiſtri Martini Not. ex imbreviaturis Ser Franciſci de Barberino Not. ſub MCCCII. Indict. XV. die XIX. Augusti.

Qualiter homines de Monte Feſulis, & de Monte Crucis iuraverant fidelitatem D. Andree Epiſcopo Florentino Carta Manu Gratie Arighi Not. ſub MCCLXXXVII. Indict. XV. die IV. Septembris.

Qualiter homines Populi Plebis Doccie, & aliorum Populorum dicti plebatus, iuraverunt fidelitatem D. Andree Epiſcopo Florentino. Carta manu Bencivennis quondam Bonaiuti de Caſtiglione Not. ſub MCCLXXXVII. Indict. VII. die . . .

Qualiter Albertuccius filius Tucci de Acinraia conduxit ad affictum perpetuum Chiaro Rainerii de Caſavecchia Sindico D. Andree Epiſcopi Florentini quaſdem terras, & poſſeſſiones dicti Epiſcopatus poſitas in diſtrictu Acieraie loco dicto Caldello pro nomine ficta quatuor ſtariorum grani. Carta manu Gratie Arighi Not. ſub MCCLXXXXIII. Indict. VI. die XIX. Maii.

Qualiter reperiuntur quedam acta cauſe vertentis inter Epiſcopatum Florentinum, & Lapum, & Dinum Renaldi, ſcripta manu Guidonis Venture

de Spugnole Not. ſub MCCXC. Indict. IX. die XXVI. Iannarii.

Qualiter homines de Monte de Cruce conſtitueront eorum Sindicos ad canſundum cum Epiſcopo Florentino Guidonem Biſſoli, & Verdem Iohannis. Carta manu Allegherii Not. ſub MCCLVI. Kal. Novembris Indict. XV.

Qualiter reperitur quoddam Inſtrumentum queſtionis vertentis inter Dominum Iohannem Epiſcopum Florentinum ex una parte, & Sindicum hominum de Monte Crucis ex altera. Carta manu Vguiccionis Ruggerotti Not. ſumpta ex Actis Communis Florentie ſub MCCLVI. Indict. XV. die XI. Decembris.

Qualiter reperitur quoddam exbapnimentum factum per Poteſtatem Florentie de hominibus, & perſonis de Monte Crucis, eo quod non ſolverant datium eis impoſitum per Dominum Iohannem Epiſcopum Florentinum. Carta manu Albertini Notar. ex Actis Cumunis Florentie ſub MCCXXX. XIX. Kalend. Ianuarii.

Qualiter Guſone de Galiga vendidit Domino Ardingho Epiſcopo Florentino omnia, que habebat in Galiga, eius curia, & diſtrictu, & eius patronatu Eccleſie de Galiga. Carta manu Bonaiunte Brunecti Not. ex Imbreviaturis Iacobi de Cerreto Not. ſub MCCLXXXIX. Idus Martii Indict. XIII.

Qualiter Benvenutus quondam Bernardi Populi Plebis Doccie conduxit a Domino Iohanne Epiſcopo Florentino pro Cino Albizini reſedium de Aqua torta cum certis terris, & poſſeſſionibus poſitis in Monte de Cruce pro annuo ficto quatuor ſtariorum grani. Carta manu Guerrantis Alberti Not. ex Imbreviaturis Benivennie de Rabia Canina Not. ſub MCCLXI. Kal. Decembris Indict. IV.

Qualiter Ridolphus Vermiglius, & Thebaldus fratres, filii quondam Bernardi Ardovini populi Sancti Petri Maioris de Florentia dederunt in cambium Epiſcopatui Florentino certas terras cum eorum confinibus poſitas a Fichi. Carta manu Rodulfi Riccii Not.

Qualiter Meſe filius quondam Fedis de Populo S. Petri Maioris, & Domina Bonadonna eius uxor, tenebantur annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino dare, & ſolvere ſtarium unum, & tertium grani, pro infraſcripta terra poſita in populo, & apud Plebem de Doccia, quam terram dicti Meſe, & eius uxor vendiderunt Claro Cantonis, qui promiſit ſolvere annuatim dictum fictum. Carta manu Bencivenicti Ghiberti de Monte Feſulis Not. ſub M:CLVIII. die Kal. Ianuar. Indict. II.

Nota quod Marmorellus Vgonis de populo Plebis Doccie, vel eius heredes, tenent modo dictam terram ex ſucceſſione dicti Chiari, & debet ſolvere dictus Marmorellus pro terta parte poderis olim Orlandini de Pieve, quam tenet, ſtarios duas, & duos tertios grani.

Qualiter Rinaldus Piovani Guaſconis de populo Sancte Marie al Fornello contraxit matrimonium cum Iſabella filia olim Cannelli preſente Domino A. Epiſcopo Florentino, qui Dominus Epiſcopus ſtatim inveſtivit, & remanſiavit dictum Renaldum de Poderi dicti Cannelli, & dictum eius uxorem pro annuo fictu ſex ſtariorum grani. Carta manu Bonaiunte Burnecti Not. ſub MCCXXXV. quarta Kal. Martii Indict. IX.

Nota quod Benaldus, & Cellus Renaldi ſucceſſeront eis, ut filii eius, qui Cellus mortuus eſt, & vendidit dictas terras Franco Bencivennis, qui eae tenet, & Epiſcopatui non reſpondet.

Qualiter Dominus Andreas Epiſcopus Florentinus locavit ad affictum perpetuo Cenni quondam Rote de Aceraia quamdam petiam terre poſitam in populo S. Margerite de Aceraia pro annuo fictu perpetuo octo ſtariorum grani. Carta manu Guiglielmi de Caſtro Florentino, Not. ex imbreviaturis Vanni Perfecti Not. ſub MCCXL. Indict. III. die VI. Martii.

Qualiter D. Ardinghus Epiſcopus Florentinus impoſuit, & affictavit podere olim Camelli Fruſinelli in ſex ſtarios grani annuatim perpetuo ſolvendos Epiſcopatui Florentino. Carta manu Bonaiante Brunecti Not. ex imbreviaturis Iacobi de Cerreto Not. ſub MCCXXXV. decima Kal. Decemb. Indict. IX.

Qualiter D. Ardinghus Epiſcopus Florentinus inveſtivit, & remanſiavit Gherardinum Bambi de Galiga pro ſe, & Dietaiuti fratre ſuo, de tertia parte poderis dicti Bambi tangenti Boninſegne fratri eorum pro annuo fictu octo ſtariorum grani. Carta manu Guerrantis Alberti Not. ex imbreviaturis Benvenuti Manecti Not. ſub MCCXLI. Indict. XV. decima Kal. Martii.

Qualiter D. Ardinghus Epiſcopus Florentinus reduxit antiqua ſervitia ſibi debita per Bernardum Pieri Guidolini de Monte de Cruce, affictavit eum in quatuordecim ſtarios grani annuatim perſolvendos Epiſcopatui Florentino de populo Plebis Doccie. Guidolinus, & Benvenutus fuerunt filii dicti Bernardi Guidolini. Remanſit Aliottus, & Puccius. Carta manu Bonaiuncta Brunecti Not. ſub MCCXXXV. XII. Kalen. Decembris.

Qualiter D. Ardinghus Epiſcopus Florentinus redegit antiqua ſervitia cum Gherardo Vguittionis, Ioanne eius nepote filii olim Rote, fratre dicti Gherardi, in annuum affictum decem octo ſtariorum grani annuatim ſolvendum perpetuo Epiſcopatui Florentino. Carta manu Gratie Arighi Not. ex autentico ſcripto manu Iacobi de Cerreto Not. ſub MCCXXXV. Indict. IX. XVI. Kal. Decembris.

Qualiter Tenductius Vinte de S. Brigida recognovit ſe tenere ab Epiſcopatu Florentino unam petiam terre poſitam in curia Montis Rotundi ſub-

ſubtus Lamam, ſive Podium Petizonis, de qua dare, & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui dirictum. Carta meno Guiglielmi de Caſtro Floreotino Not. ex imbreviaturis Vaoni Perfetti Not. ſub MCCXCIV. Iodict. VIII. die X. Octubris.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinut reinveſtivit, & renunuſiavit Bencivennem del Corteſe de Monte Crucis de pluribus petiis terrarum poſitarum pro nnuuo ficto perpetuo unius ſtarii grani dicto Epiſcopatui ſolvendi. Carta manu Iacobi Petri de Pioo Notar. ſub MCCLXVIII. Iodict. XI. die XVIIII. Decembris.

Qualiter Dominus Iohannes Epiſcopus Florentinus locavit terrenom de Monte Rotundo, & de Domnetro ad colligendum dirictum, & fuit dictum terrenum confinatum.

Qualiter Bettus, & Lippus frutres, filii olim Riſtori populi S. Marie al Fornello, vendiderunt Cerino qu. Ammaonati dicti populi quamdam petiom terre poſitam io loco dicto A Fichi, ſalvo ſemper Iure Epiſcopatus Florentini, de qua terra debet dictus Epiſcopatus habere, & recipere annuatim ſtarios tres grani, & de dicta venditione conſtat manu Bonifatii quondam Iulinni de Feſulis Notar. ſub MCCLXXXVIII. Iodict. prima, die quinto Septembris.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus locavic nd affictum perpetuum Benvenuto qoomdam Bernardi Populi Plebis Do cie recipieoti pro Cino quomdam Albizini unam petiam terre cum reſedio poſitam nd Aquam tortam, cum aliis quioque petiis terre pro annuo fictu quatoor ſtariorum grani dicto Epiſcopatum ſolvend. Carta monu Guerrantis Alberti Not. ex imbreviaturis Bencivennis de Rubia canina Not. ſub MCCLX. XI. Kalend. Decembris Indict. IIII.

Qualiter D. Iohannes *Epiſcopus Floreotinus elegit in Poteſtatem Montis de Cruce, Montis Feſulis, Plebis Veteris, & Vici, & S. Creſci de Vulcava, Montis Rioaldi, Montis* Iovis*, Carze, Cukelli, Solis, Rabbie saoioe, Pugliariccis, Molezzaoi, & Loncuſtri, Guidonem Aldobrnodini. Carta mann Ser Beotivennis de Rubia Canina Not. ſub M*CCLIII. IIII. *Idus Februarii.*

Qualiter Ducius Rigaleſt, & Domina Palum eius uxor de Monte Crucis finierunt, & refutaverunt D. Iohanoi *Epiſcopo Florentioo, & Epiſcopatui, omnia iura eis competentia in tribus petiis terre poſitis a Ripole. Et generaliter omoe aliud ius, quod habebant in dicto loco de Ripole, ut conſtat ex inſtrumento ſcripto manu Rainerii Vincii ſub MCCLXV*I. *decima Kal. Auguſti.*

Qualiter Iohannes *Rote de Ripole turie Montis de Cruce vendidit Gherardo Gherardi populi S. Petri Maioris terras, & poſſeſſiones, quas tenebat ab Epiſcopatu in feudum. Que terre & poſſeſſiones ſunt poſite io Ripole. Carta mano Beocivenoi Guidi Not. ſub MCC*LII. Iodict. X. *die* XII. *Kal. Iulii.*

Qualiter illi de Fonte Maggio recognoverunt ſe annuatim debere ſolvere Epiſcopatui Floreotino pro eorum poderi de Fonte Maggio decem ſtarios grani. Carta manu Iuote *Brindi de Aſciano Not. ex imbreviatureis Franciſci de Barberino Not. ſub M*CCCII. Indict. *XV. die* XXIII. *Iulii.*

Qualiter quedam Sententia lata fuit per Iudicem Poteſtatis Florentie contra Forliviesem Marſuppini de populo Sancte Brigide pro Epiſcopato Florentino de domo, poſſeſſione, & terris, quas debuit dimittere Epiſcopatui Florentino.

Qualiter Brandus, & Lamfredus fratres, filii olim quondam Carbonis de Monte Crucis recognoverunt, quod quidquid habebant in Monte de Cruce pertinebat ad Epiſcopatum Florentinum, & quod ſolvere tenebantur annuatim dicto Epiſcopatui oomine fictus perpetui ſtaria octo grani. Carta mano Guerriantis Alberti Not. ex imbreviatureis Beocivennis de Rabia canina Not. ſub MCCL. Idus Aprilis.

*Qualiter reperitur quedam ſententia lata in favorem Epiſcopatus, contra Gonem, & Bingom fratres, filios quondam Battaglierii de Fechi. Carto manu Riccii Salimbeois de Signa Not. ſub MCCCV*I.

*Qualiter Chele Curſi Sindicos Epiſcopatus Florentini locavit ad affictum D. Mingarde filie olim Belli, populi plebis Decie, totum podere, & terras, que olim fuerunt dicti Belli, de quo poderi, & terris dare, & ſolvere promiſit annuatim Epiſcopatui oomine fictus perpetui duos ſtarios grani. Carta mano Porcelli Bonapace Not. ſub MCCLXX*II.

Qualiter Dommadatus de Ripole curie Montis de Cruce promiſit, & iuravit Ghezo Vicecomiti Comitis Guidonis, & ſtare, & morari io reſedio de Ripole pro homine, & colono dicti Comitis. Carta manu Gumizinghi Not. ſub MCC. pridie Nonas Maii Iodict. XIIII.

*Qualiter reperitur quedam ſententia lata in favorem Epiſcopatus Florentini contra fideles, quos idem Epiſcopatus habet in Acone. Carta mano Bernardini de S. Andrea Notar. ſubſcripta per Aldobrandum Cerbolocti Notar. ſub MCCV*II. *pridie* Idus *Decembris*, Indict. XI.

Qualiter repertum fuit qooddam laudum latum ioter Epiſcopum, & Epiſcopatum Floreotinum ex una parte, & quoſdam ſuos fideles de Acona ex altera. Carta manu Ruſtici Not. ſub MCC. X. Idus *Martii.*

Qualiter Dinus Palmerii Caſtaldio Plebis veteris, & Procurator Epiſcopatus, intravit tenutam, & corporalem poſſeſſionem poderis, & terrarum olim Bernardi Vulpis de Acone fidelis dicti

Digitized by Google

ſti Epiſcopatus, quia deceſſerat ſine filiis, quod podere locavit ad laborandum Amoretto, & Argomento fratribus, filiis quondam Bentivennis. Carta manu Lapi Amici Not. de Acone ſub MCCLXXXXIII. Indict. VII. die XXVI. Septembris.

Nota quod dictum podere tenet Plebes S. Euſtaſii de Acone per affictum trium ſtariorum grani.

Qualiter reperiuntur quedam inſtrumenta, & acta cuiuſdam cauſe vertentis inter Epiſcopatum Florentinum ex una parte & Tortovedem Piovani de Aqua torta ex altera, facienti contra dictum Tortivedem ſupra poderi ſuo, ſumpta ex actis Communis Florentie.

Nota quod dictum podere tenent modo heredes Gerii Curſi de Formille pro annuo fictu quatuor ſtariorum grani dicto Epiſcopatui ſolvendo.

Qualiter Ugolinus Domini Ildebrandini de Vicedominis Poteſtas Montis de Cruce pro Epiſcopo Florentino conacpnavit quoſdam homines Montis Crucis. Carta manu Aliegberti Notar. ſub MCCLVII. Kalendis Iunii Indict. XV.

Qualiter quidam homines de Monte Crucis iuraverunt fidelitatem dicto D. Andree Epiſcopo Florentino ſub MCCLXXXVII. Indict. XV. die VII. menſis Septembris. Carta manu Gratie Arighi.

Qualiter homines de Monte Crucis iuraverunt precepta Domini Marſoppini Aczi Poteſtatis dicte terre electi per Epiſcopum Florentinum. Carta manu Gratie Arighi Notarii ſub MCCLVI. III. Nonas Septembris Indict. IIII.

Qualiter Muza Alberti Aczi populi S. Marie a Fornello promiſit Domino Andree Epiſcopo Florentino, quod ſi conſtabit per Maſſarios dicti Populi, vel alio modo quod pater eius teneretur ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui Florentino de ſuo poderi unum ſtarium grani, quod ipſe paratus erat ſolvere in futurum dictum granum. Carta manu Iohannis Perfecti Not. ſub MCCLXXXVIII. Indict. I. die XVII. Septembris.

Qualiter homines del Fornello, & S. Brigida, & Galiga, fuerunt citati ex parte D. Lotterii Epiſcopi Florentini, ut venirent ad preſtandum iuramenta fidelitatis eidem more ſolito. Carta manu Iunte Brindi de Aſciano Not. ex imbreviaturis Francisci de Barberino Not. ſub MCCCII. die XXI. Iunii.

Qualiter D. Pariſius Plebanus Plebis Sancti Petri de Vallia, Vicarius D. Lotterii Epiſcopi Florentini & Epiſcopatus, & Sindicus dicti Epiſcopi, & Epiſcopatus, ad hec legiptime deputatus, reammanſiavit Ser Clericum Betti Biſſoli de Geneſtreto de Poderi olim Gaieri ſenſalis qu. Curſi de Riſſano pro annuo fictu tredecim ſtaria, & cum dimidio grani. Carta manu Benedicti Magiſtri Martini Not. ſub MCCCVII. Indict. VI. duodecimo Novembris.

Qualiter Cerbius Tegne de Ripolis, Caſtaldio, & procurator D. Lotterii Epiſcopi Florentini, induxit Ser Clericum Betti Biſſoli in corporalem poſſeſſionem dicti poderis. Carta manu dicti Dionyſii Bindi Notarii de Calenzano ſub milleſimo, & Indictione predictis, die XIII. Novembris.

Qualiter quidam homines de Galiga, Sancta Brigida, & Fornello, fuerunt citati, ut fideles Epiſcopatus, ut venirent ad preſtandum iuramenta fidelitatis Domino Lotterio Epiſcopo Florentino. Carta manu Iunte Brindi de Aſciano Not. ex imbreviaturis Ser Franciſci Neri de Barberino Not. ſub MCCCII. die XIX. Iunii.

Qualiter reperitur quedam ſententia lata in favorem Epiſcopatum Florentini contra Tortovedem Piovani de Formille de ſuo poderi. Carta manu Paczini Pegionni Notarii ſub MCCLXV. Indictione octava die XIII. Ianuarii.

Qualiter Rigoglius olim Brunitardi de Trebbio populi S. Brig de Communis Montis de Cruce, & Domina Gualdrada vidua uxor olim Vacce Brunitardi fratris dicti Rigogli, tutrix, & adminiſtratrix legiptima bonorum Brunicardi, & Rigogli, & Maffei pupillorum, & filiorum ſuorum, & dicti quondam Vacche viri ſui, recognoverunt ſe dare, debere, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino de eorum poderi duodecim ſtarios grani. Carta manu Pieri Paganucci Notar. ſub MCCCII. Indict. II. die ultima Iulii.

Qualiter Tizzone Not. Communis Florentie tempore Poteſtarie Domini Paurelli de Strata olim Poteſtatis Florentie precepit ex parte dicti Poteſtatis quinquaginta ſex hominibus de Monte de Cruce, ut inde ad octo dies concordarent cum D. Epiſcopo Florentino de ſervitiis, que ab eis petebat ſub certa pena. Carta manu Ianni Buoni Not. ſub MCCXXXIII. XVIII. Kal. Decembris Indict. X.

Qualiter Bernardus Arduini affictavit in perpetuum Raſtuzzo Guidonis Martini de Monte Alto quatuor petias terre cum eorum confinibus. Carta manu Baldovini Arighi Not. ſub MCCXXXII. VI. Nonas Martii Indict. VI.

Nota quod predictus Bernardus permutavit eas cum D. Ardingo Epiſcopo Florentino, ut conſtat manu Ciapi de Pino Not.

Qualiter in Conſilio generali, & ſpetiali Communis Florentie, & per decem viros Communis Florentie predicti pro quolibet Sextu, & per Conſules Iudicum, & Notariorum, & per Conſules Artis Lane firmatum fuit hoc ſtatutum, videlicet quod Poteſtas Civitatis Florentie teneatur tollere pro datio, & accatto ab hominibus de Monte de Cruce, & aliorum terrarum Epiſco-

Digitized by Google

ſcopatus Florentini a qoolibet focolari denarios viginti ſex annuatim, & non aliud, exceptis Aloderiis, qui ſunt redempti ab Epiſcopo Florentino. Et teneatur Poteſtas ſevere homines de Monte de Cruse in eo ſtatu, in quo erant tempore comitatus Comitis Goidonis. Carta manu Fokalerii Nos.

Qualiter D. Lotterius Epiſcopus Florentinus pro ſe, & Epiſcopatu Florentie ex una parte, & quidam homines de Monte Ateraia, qui dicebant ſe habere ius in Filicnis, & Campo de Calon ex altera, compromiſerunt ſe in D. Mattheum de Ravenna Vicarium ſupradicti Domini Epiſcopi tamquam in arbitrum, & arbitratorem, qui Dominus Mattheus vigore dicti compromiſſi laudavit dicta loca ad Epiſcopatum Florentinum pertinere. Carta manu Ser Antonii Gani ex imbreviaturis Gratie Arighi Nos.

Qualiter Panziera Benvenuti Sindicus D. Andree Epiſcopi Florentini, & Epiſcopatus, inquiſivit cum proteſtatione Lippum Nerii Piggelium, & Tanom, tamquam filios, & heredes Gherardi quondam Domini Cavalcantis de Gapoinſacchis, ut deſenderent Epiſcopatui predicto quamdam petiam terre per dictum Gherardum dicto Epiſcopatui poſitam in Patina cum ſuis confinibus, quam terram Doctas de Patina litigabat cum Epiſcapatu Florentino. Carta manu Giannis Pucci de Mittoiano Not. ſub MCCXCIIII. *Indict.* VII. *die* XII. *Maii.*

Qualiter Puccias D. Salvi Pitchonis Vicarius, & Vicecomes, D. Lotteris Epiſcopi Florentini, condepnavit Tegninum, & Pierum Arlotti, & Dinum Ricci de Orlandinis, & quemlibet eorum in lib. tentum flor. pic. ex eo quod pluries requiſiti negaverunt preſtare iuramenta fidelitatis. Carta manu Iunte Brindi de Aſciano Notar. ex imbreviaturis Franciſci Neri Nos. de Barberino ſub MCCCIII. *Indict.* I. *die* X. *Novembris.*

Qualiter Ser Miniatus Iacobi Notarius de S. Miniate, Vicarius Pinuccii della Toſa, Poteſtatis pro D. Epiſcopo Florentino in terra Montis de Cruce, condepnavit quoſdam homines de dicta terra, ex eo quod citati fuerunt legiptime ut comparerent coram eo ad iurandum ſequimentum ipſius Pinuccii Poteſtatis dicte Terre, qui homines contumaciter recuſarunt venire, propter quam contumaciam condepnavit quemlibet eorum in ſolidis quadraginta. Carta manu Iunte Brindi de Aſciano Not. ex imbreviaturis Franciſci predicti ſub MCCCIII. *Indict. & die predictis.*

Qualiter per curiam Florentinam data fuit tenuta Baglioni Sindico Epiſcopatus Florentini in bonis Rugliardi Bencivenais de Marmoreto pro eſtimatione fictus trium modiorum grani retenti duobus annis in una domo & duabus petiis terre. Carta manu Lamberti Mogontini Not. ſumpta ex actis Communis Florentie ſub MCCXXXIII. III. *Idus Decemb. Indict.* XII.

Qualiter D. Ardinghus Epiſcopus Florentinus redegit antiqua ſervitia cum Mannuctio filio olim Guidalacci de Tralevalli in decem ſtarios grani ad ſtarium Florentinum annuatim perpetuo dicto Epiſcopatui ſolvendos. Qui D. Epiſcopus reammanſavit dictum Mannuctium de omnibus ſuis terris, & poſſeſſionibus. Carta manu Bonafante Burnetti Notar. ſub MCCXXXV. *Indict.* VIIII. *quintadecima Kal. Decembris.*

Qualiter D. Paganus Epiſcopus Florentinus conceſſit, & conceſſit, & confirmavit Martino filio Martinuzzi de Paterno, ſuiſque heredibus tres petias terre poſitas prope Plebem de Remulo pro annua penſione duorum ſoldorum perpetuo ſolvendorum dicto Epiſcopatui. Carta manu Benedicti ſub MCLXXXVIIII. XVI. *Kal. Decemb. Indict.* VIIII.

Qualiter Caſſi, & Orlandini de Monte Crucis fuerunt citati, ut venirent coram D. Lotterio Epiſcopo Florentino ad preſtandum ſibi iuramenta fidelitatis. Carta manu Iunte Brindi de Aſciano Notar. ex imbreviaturis Franciſci de Barberino Not. ſub MCCCII. *die* XXIIII. *Iunii.*

Qualiter homines de Monte de Cruce fecerunt quoſdam Sindicos ad acquirendum mutuo libras centum pro ſolvendo datium eis impoſitum per D. Comitem Guidonem, quando erant ſub eius iuriſdictione. Carta manu Guinizinghi Not. ſub MCCXXVI.

Qualiter D. Franciſcus Epiſcopus Florentinus ex una parte, & Lapus, & Dinus fratres filii olim Benvenuti populi S. Proculi ex altera, compromiſerunt litem, quam ſimul habebant, in Dominum Iohannem Canonicum Florentinum, & Iohannem de Circulis occaſione terrarum, quas Bindus Rinaldi tenebat ab Epiſcopatu Florentino, & modo tenent ipſi. Carta manu Franciſci Nerii de Barberino Not. ſub MCCXCVII. *Indict.* X. *die tertio Septembris.*

Qualiter D. Ardinghus Epiſcopus Florentinus inveſtivit, & locavit Lamfredo Guaſtonis de Monte Crucis petias terre, prima quarum poſita eſt ad Caltum Bellichi, alia ibi prope pro annuo ficto duorum ſtariorum grani. Carta manu Iacobi de Cerreto Not. ſub MCCCV. duodecima Kalend. Decembris Indict. IX.

Qualiter Rodulfus olim Meriſuoni vendidit Riſtoro Buoni Vicecomiti, & Caſtaldino D. Ardinghi Epiſcopi Florentini pro ipſo Epiſcopo, & Epiſcopatu recipienti, tertiam partem unius petie terre poſite in Monte de Cruce loco dicto al Fornello. Carta manu Guinizinghi Notarii ſub MCCCXXXVI. *Indict.* X. VIII. *Idus Februarii.*

Qualiter quedam Sententia lata fuit contra Tortovedem Piovani de Monte Cratis in ſa-

ſavorem Epiſcopatus. Carta manu Guinizinghi Not. ſub MCCLXV. Indictione VIII. decimo quarto Iunii.

Qualiter Coutone quondam Guiccioli de Marmoreto emit o Compagno filio quondam Iacouzzi quomdam petiam terre poſitam in populo Plebis Doccie, loco dicto Al Chiuſſo, de qua dare, & ſolvere promiſit anouatim ſtorios quatuor grani. Carta manu Iuntecorde Not. ſub MCCXLII. quinto Idus Maii.

Qualiter reperitur quoddam Inſtrumentum ſolutionis pretii emptionis de Monte de Cruce, Monte Rotnodo, & Galiga, & non eſt outenticatum d. Inſtrumentum, ſed eſt ſceiptom manu . . . . . ſub MCCXXVI. quinto Idus Februarii Indict. XV.

Qualiter reperitur quedam citatio quorumdam de Monte de Cruce, ut venirent ad preſtandum iuramenta fidelitatis D. Lotterio Epiſcopo Florentino pro Epiſcopatu. Carta mano Iunte Brindi Not. de Aſciano ſub MCCCII. die XII. Iunii.

Qualiter reperitur quedam licentia data per Epiſcopum Florentinum Iunnnebola, & Diotaiuti fratribus filiis Vgolini de Poio Vlivi, & Rustichello, & Benulo de dicto loco, ut poſſint facere macinas in facta Epiſcopatus, & quod ipſi teneantur dare, & ſolvere d. Epiſcopatui pro quolibet pari macinarum denarios duodecim. Carta manu Reſtauri Notorii ſub MCCVIII. XV. Kal. Maii Indict. XI.

Qualiter Cione Gherardi populi S. Martini alle Sieci recognovit ſe dare debere, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine fictus, & fidelitatis perpetuo de serris de Ripole viginti unum ſtariot groni. Carta manu Guerriantis Alberti Not. ex imbreviaturis Benivennis de Rabia canina Not. ſub MCCLII. quinto Idus Martii Indict. II.

Noto quod Cerbius Bertus, & Bartholus, frotres filii Tegne Riuuccini de Ripole heredes Melli eorum conſortis tenent dictas serros ob Epiſcopatu pro annuo fictu quatuor modiorum grani, & quatuor ſtariorum ordei. Carta manu Benedicti Magiſtri Martini Not.

Qualiter Magiſter Puccius Abbachiſta de Prato, & Ser Tinaccius Notarius, menſuratores terrarum ex commiſſione eis facta per D. Andream Epiſcopum Florentinum ex una parte, & Gherardum, & Roſſum de Coponſacchis ex altera, declaraverunt podium ſupra quod eſt hedificatum palatium illorum de Caponſacchis ſore Podium Luſole. Carta manu Vannis Perfecti Not. ſub MCCLXXXXIX. Indict. III. die XXI. Menſis Novembris.

Qualiter D. Franciſcus Epiſcopus Florentinus fecit citari homines de Monte de Cruce, & eius Curie, ut coram eo venirent ad preſtandum iuramenta fidelitatis, ut preſtabant anteceſſores eorum. Carta manu Iunte Brindi de Aſciano Not. ex Actis Curie Epiſcopatus ſcriptis manu Franciſci de Barberino Not. ſub MCCXCVIII. Indict. XII. die XIII. Iunii.

Qualiter Bindus quondam Rinaldi Populi S. Marie al Fornello pro parte ſibi contingente ex diviſione facta inter ſe, & Cellum, Bellinum, & Gallinczium, eius fratrem de terris, & poſſeſſionibus dicti eorum patris poſitis loco dicto Valle; de qua parte promiſit ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino duos ſtarios grani nomine fictus perpetui de qua diviſione patet. Corta manu Porcelli olim Bonapare Not. ex imbreviaturis Bruni Not. & de d. fictu eſt Carta manu dictorum Not. ſub MCCLXXVIIII. Indict. VIIII. die XI. Februarii.

Qualiter reperitur quoddam exemplum cuiuſdam inſtromenti emptionis facte per Dominum Iohannem Epiſcopum Florentinum de Monte de Cruce, eius curie, & diſtrictu a D. Ildibrando Iudice, ſcript. manu Cirignani D. Iacobi de Cirignano Not.

Qualiter Netus quondam Gherardini Bambi de Galiga, recognovit D. Andree Epiſcopo Florentino ſe dare debere, & ſolvere annuatim perpetuo dicto Epiſcopatui de ſuo poderi ſtarios duodecim grani. Carta manu Guiglialmi Iohannis Not. de Caſtro Florentino ex imbreviaturis Iohannis Perfecti de Podio Bonizii Notarii ſub MCCLXXXVIII. Indict. prima, die XVII. Septembris.

Qualiter reperitur quedam ſententia lata ſuper hedificatione, quam facere volebat Gherardus Roſſus d. Caponſacchis ſuper Terreno de Piſcille. Carta manu Darii Riſaliti Notarii ſub MCCLXXVIII. Indict. VI. die XVIIII. Septembris.

Qualiter reperitur quedam reformatio facta per Communem Florentie de faciendo aiutorium per dictum Commune Domino Iohanni Epiſcopo Florentino, & Epiſcopatui, pro emptione, quam facit dictus Epiſcopatus de Monte de Cruce, Monte Rotundo, & Galigo. Scripta manu Diomediede Iudicis, & Not. ſub MCCLXXVIII. Indict. prima VII. Kal. Novembris.

Qualiter Dominus Ardingus Epiſcopus Florentinus permutavit antiqua ſervitia, que habere ſolebat a Bonacurſo Rodulfi de Patina in annuum affictum decem ſtariorum grani perpetuo ſolvendorum dicto Epiſcopatui per eundem. Carta manu Boncambii Acti Not. ex imbreviaturis Domini Iacobi de Cerreto Notarii ſub MCCXXXV. Indictione VIIII. XII. Kalend. Novembris.

Qualiter Ridolfus Toleuti de Aceraia iuravit fidelitatem D. Franciſcho Epiſcopo Florentino. Carta manu Ser Iunte Brindi de Aſciano Not. ex imbreviaturis Ser Franciſci de Barberino Not. ſub MCCLXXXXVII. Indict. X. die XX. Iunii.

Qualiter Fioritus quondam Savini de Aqua tor-

ſota promiſit dare, & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino duos ſtarios grani ad ſtarium Florentinum pro quatuor petiis terre, quas emit a Tignoſo olim Albertini Tignoſi de Monte Alto, & Domina Benvenuta eius uxore. Carta manu Ser Bruni Iacobi de Lugnana Not. MCCXLVII. XV. Kalendas Decembris Indict. VI. Et ſunt dicte Terre in Villa de Aqua torta.

Nota quod Fioritus predictus mortuus eſt, ex quo remanſerunt Mezza, & Iacobus, eius filii, deinde obiit Mezza predictus, ex quo remanſit Guiduccius eius filius, & vivit, & ſolvit pro dimidia dicti Poderis. Obiit etiam dictus Iacobus, de quo remanſit Albertuccius, & mortuus eſt: ex dicto Albertuccio remanſit unus filius nomine . . . . qui vivit, & ſolvit pro alia dimidia.

Qualiter D. Ambroſius Epiſcopus Florentinus dedit, & conceſſit in perpetuum ad laborandum Ubaldino Pieri, & Paganello eius fratri, unam petiam terre poſitam a Monte alto loco dicto Campigennacoli pro annua penſione quatuor denariorum Lucenſium. Carta manu Alberti Notarii ſub MCLVI. VII. Idus Octobris Indictione V.

Qualiter Cbele Curſi Sindicus, & Procurator Epiſcopi, & Epiſcopatus Florentini, locavit in termino viginti annorum Piero Pagai de Galiga tres petias terrarum d. Epiſcopatus, poſitas in d. loco de Galiga pro annuo fictu duodecim ſtariorum grani. Carta manu Bencivennis Bonainti de Caſtiglione Not. ſub MCCLXXI. Indict. XIV. die IX. menſis Auguſti.

Qualiter Migliore Morifuoni recognovit ſe tenere pro Epiſcopatu unam petiam terre poſitam in curia Montis de Cruce, loco dicto Furnello, de qua dare, & ſolvere promiſit annuatim perpetuo d. Epiſcopatui unum ſtarium grani. Carta manu Guinizinghi Not. ſub MCCXXVI. XV. Kal. Febr. Indict. X.

Qualiter D. Andreas Epiſcopus Florentinus emit certas terras a Dotto Vrnuti de Patina. Carta manu Gratie Arigoi Not. ſub MCCLXXXIX. Indict. III. XV. Decembris.

Qualiter quidam de Monte de Cruce, Plebe Vetri, & Monte Feſulis, iuraverunt fidelitatem Epiſcopatui Florentino. Carta manu Iunte Brindi de Aſciano Not. ex imbreviaturis Franciſci de Barberino Not. ſub MCCCIII. Indict. I. die penultimo Iunii.

Qualiter Teduccius Montis de populo plebis Doccie recognovit ſe dare debere, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino duos ſtarios cum dimidio grani. Carta manu Guiglielmi Iohannis de Caſtro Florentino Notar. ex imbreviaturis Ser Vannis Perfecti de Podio Bonizi Notarii ſub MCCLXXXIII. Indict. VII. die XV. Novembris.

Qualiter Iunta filius Battaglierii de Fichi recognovit D. Andree Epiſcopo Florentino ſe annuatim perpetuo debere dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine fictus perpetui de ſuo poderi ſtarios duos grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu Iohannis Perfecti de Podio Bonizi Not. ſub MCCLXXXVIII. Indict. I. die XVII. Septembris.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus ex una parte, & Manectus Orlandi de Rimaggio ex altera, compromiſerunt in D. Guidonem Plebanum Plebis de Doccio, & in Iohannem Piccholi, tamquam in arbitros, & arbitratores quamdam litem, & differentiam inter eos vertentem, eo quod dictus Manectus reputabat ſe gravatum de annua, & perpetua preſtatione ſibi facta de duodecim ſtariis grani per dictum D. Epiſcopum ſuper ſuo podere. Qui arbitri laudaverunt, quod d. Manectus daret, & ſolveret, annuatim perpetuo d. Epiſcopatui de d. podere decem ſtarios grani ad rectam ſtariam Florentinam. Carta manu Ser Guerriantis Alberti de Burgo Not. ex imbreviaturis Ser Bencivennis Not. ſub MCCLX. XI. Kal. Decembris Indict. IV.

Nota quod de dicto Manecto remanſit Buonus eius filius, de d. Buono remanſit Guiduccius, de Guiduccio remanſit unus filius, qui vivit, & eſt ſetaiolus in Porta S. Mar r.

Qualiter Rinerii de Patina tenetur, & debet dare, & ſolvere, annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino de ſuo Podere unum ſtarium grani. Carta manu Ser Porcelli Bonapartr Notaris ex imbreviaturis Ser Bruni Notarii ſub MCC. LXXVIII. Indictione VII. die XVIIII. Februarii.

Qualiter reperitur Inſtrumentum Sindicatus, & pro uratinnis Iohannis Piccholi Sindici Epiſcopatus Florentini. Carta manu Ser Guerriantis Alberti Notarii ex imbreviaturis Ser Bencivennis de Rabiacanina Notarii ſub MCCLXXVIII. III. Kalendas Iunii Indictione ſecunda.

Qualiter Tuccius olim Baelazzi de Galiga iure proprio vendidit Nuccio olim Biffuli populi S. Petri Maioris unam petiam terre laboratoriæ, & vineate in populo S. Laurentii de Galiga loco dicto Pagnolla cum ſuis confinibus poſitam. Carta manu Spigliati Truffe de Monte de Cruce Not. ſub MCCLXXXXVII. Indict. X. die XII. Maii.

Qualiter Iohannes Piccholi Sindicus Epiſcopatus Florentini pro ipſo Epiſcopatu locavit ad affictum perpetuum Ianni Barilis de Pagnolla duas petias terre dicti Epiſcopatus poſitas in Villa de Pagnolla pro annuo fictu quinque ſtariorum grani. Carta manu Allegeri Not. Quam locationem d. D. Epiſcopus ſentiens eſſe utilem dicto Epiſcopatui ratificavit. Carta manu Guerriantis Alberti Not. ex imbreviaturis Ser Bencivennis de Rabia canina Not. ſub MCCLVIII. III. Idus Septembris Indict. I.

Qua-

Qualiter reperitur quedam ſententia diffinitiva latu in favorem Epiſcopatus contra Tortovedem Piov.ni de Aqua tortu curie Montis de Cruce tempore D. Marchi Iuſtiniani de Venetiis Poteſtatis Florentie ſub examine Dni Gregorii de Reanldis de Parma eius Iudicis, & Aſſeſſoris, ſcripta manu Benciveanis quondam Vannis Malavacche Not. ſumptu ex Actis Communis Florentie, & ſubſcriptu manu Iacobi Ferrubovis de Reggio dicti Iudicis Notarii ſub MCCLXIIII. Indict. VIII. die XVI. Menſis Novembris.

Qualiter Tortovedi Piovani de Aqua torta curie Montis de Cruce conduxit ad affictum perpetuum a D. Iohanne Epiſcopo Florentino novem petias terrarum dicti Epiſcopatus poſitas in curia, & diſtrictu Montis de Cruce in diverſis locis pro annuo ficto quatuor ſtariorum grani. Carta manu Gratie Arighi Notarii ſub MCC LXX. Indict. XIII. die VIII. Aprilis.

Qualiter D. Anthonius Epiſcopus Florentinus ex una parte, & Ser Bonacorſi Gerii de Ginestreto ex altera, compromiſerunt quandam queſtionem, & differentiam inter eos vertentem, & Ser Bindum Ronci de Calenzano, occaſione unius petii terre poſite loco dicto Riſaio, & aliorum terrarum poſitarum al Colle pro e Gineſtretum, qui Ser Bindus laudavit ut in dicto inſtrumento plenius continetur. Carta manu Benedicti Notar. ſub MCCLXIII. Indict. XII. die XII. menſis Maii.

Qualiter Alexius, & Pace fratres, & filii, & heredes Gherardi Alberti dal Colle, populi S. Marie al Fornello, curie Montis de Cruce fideles, & Coloni Epiſcopatus Florentini recognoverunt, quod domos, terras, vineas, & poſſeſſiones, quas tenebat in dicto populo; ubicumque ſunt, & reperirentur, & ideo reaſſignabant dicta bona D. olim Epiſcopo Florentino, tamquam Domino ſuo, qui dictus Epiſcopus recepit ea, & ſtatim reamanſiavit eos de dictis bonis, ut conſtat manu Iohannis Gini de Calenzano Not. ex autentico ſcripto manu Arigi Gani de Florentia Notar. ex imbreviaturis Iacobi Pieri de Pino Notar. ſub MCCLXVIIII. Indict. XII. die XI. Septembris.

Qualiter Guadagnus Oddi de Aseraia recognovit ſe dare debere, & ſolvere annuatim Epiſcopo Florentino nomine fictus perpetui ſtarios duos grani de terris, & poſſeſſionibus, quas habet in Aseraia. Carta manu Tani quondam Vanni de S. Creſcio Not. ſub MCCCXX. Indictione VIII. die VIII. menſis Februarii.

Qualiter D. Ghiſola uxor olim Mannelli de populo Plebis S. Andree da Doccio recognovit, quod anteceſſores ſiui fuerunt fideles, & coloni Epiſcopatus Florentini, & quod tenebant podere eorum ab Epiſcopatu Florentino, & annuatim ex eo reddebant dicto Epiſcopatui ſtaria quinque grani ad ſtarium Florentinum. Que D. Ghiſola ſucceſſit in hereditate dicti poderis, & recognovit, & promiſit dictum fictum annuatim ſolvere in futurum. Carta manu dicti Notarii dicto milleſimo, die XXVII. Ianuarii.

Qualiter Spinellus Iannis de Aceraia recognovit ſe tenere quamdam petium terre ab Epiſcopatu Florentino poſitam in Villa Aceraie in Caſtu Oddonis, quam olim tenebant Bizzus Talenti fidelis dicti Epiſcopatus, de qua dare, & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui nomine fictus perpetui unum ſtarium grani. Carta manu d. Not. dicta die.

Qualiter D. Chella vidua uxor olim Guiducci Brandi de Aqua torta, & Bilia filia quondam dicti Brandi recognoverunt ſe eſſe fideles Epiſcopatus Florentini, & dare, & ſolvere promiſerunt annuatim nomine fictus perpetui de eorum poderi octo ſtarios grani prout hactenus eorum anteceſſores ſolvebant. Carta manu d. Not. ſub milleſimo, Indict. predictis die XXIIII. Ianuarii.

Qualiter Forte quondam Pacini de Aceraia, recognovit ſe tenere, & poſſidere ab Epiſcopatu Florentino duas petias terre, quarum una poſita eſt in Foſſa Laphia, & alia loco dicto Alle Lame, quas olim tenebant ab Epiſcopatu Florentino Bizzus Talenti, de quibus dare, & ſolvere promiſit dictus Forte annuatim nomine fictus perpetui tres quartos grani. Carta manu dicti Notarii dicta die.

Qualiter D. Ardinghus Epiſcopus Florentinus locavit ad affictum perpetuum Brunecto Iohannis de Galiga quaſdam terras, & poſſeſſiones poſitas in Galiga, pro annuo ficto quatuor ſtariorum grani. Carta manu Bonatonte Brunecti Not. ſub MCCXXXV. XIIII. Kal. Decembris Indictione Nona.

Item locavit eidem, quoddam podere, & terras, quas olim tenebat Sitellus de Galiga fidelis dicti Epiſcopatus pro ipſo Epiſcopatu pro annuo ficto ſex ſtariorum grani.

Nota quod mortuus eſt dictus Brunectus, de quo remanſit Vbaldinus eius filius, qui receſſit pro debitis, & Chiarus Rinerii de Caſa vecchia Siudicus D. Andree Epiſcopi Florentini & Epiſcopatus locavit dicta poderia Chello Riſtori de Galliga pro dicto affictu decem ſtaria grani. Mortuus eſt dictus Chellus, de quo remanſit quedam eius filius nomine Vannuctia, qui reſpondit, & ſolvit annuatim de certa parte dictorum poderium tantum duos ſtarios grani, dicens quod maiorem partem dictorum poderium tenet Gerius de Gineſtreto, & quidam alii.

Qualiter Fulcenerius vocatus Coma quondam Caleffi de Acraia iuravit fidelitatem Epiſcopo Florentino. Carta manu Benvenuti Manelli. Not. ſub MCCXL. Kal. Septembris Indict. XIII.

Qualiter Arighus Lapi populi S. Fridiani

ni Nuptius Communis Florentie, induxit Mattheum Andree Sindicum Epiſcopatus Florentini pro Epiſcopatu in tenutam, & poſſeſſionem cuiusdam Domus, & reſidii, & plurimarum aliarum petiarum terre poſite a Valcelle curie Montis de Cruce, quas terras olim tenebat a dicto Epiſcopatu Chellus Renaldi fidelis dicti Epiſcopatus; qui Mattheus Sindicus locavit pro dicto Epiſcopatu dictas terras ad laborandum Ser Dino Rectori Eccleſie de Fornello ad medium. Carta manu Ser Tani Vannis Notarii ſub MCCCXX. Indict. IIII. die XX. Ianuarii.

Qualiter Arighus predictus ex commiſſione ſibi facta a D. Antonio Epiſcopo Florentino induxit in corporalem tenutam, & poſſeſſionem pro dicto Epiſcopatu Mattheum Andree Sindicum predictum cuiusdem caſolaris, & reſedii, & plurimarum aliarum petiarum terre poſitarum a Valcelle, quas tenebat a dicto Epiſcopatu Tegna Bonacci de Valcelle, & eas locavit dictus Mattheus Sindacus ad laborandum ad medium Ser Dino predicto. Carta manu dicti Not. dicto milleſimo, & Indict. die XXIV. menſis Ianuarii.

Qualiter Arigus Lapi predictus induxit Ser Bindum Romei Sindicum, & Procuratorem Epiſcopatus Florentini in tenutam, & poſſeſſionem cuiusdam domus, & reſedii cum curte poſit. in populo S. Lucie & Plebe Veteri loco dicto Piano, & quarumdam aliarum petiarum terre, quas olim tenebat ab Epiſcopatu Florentino Roſſus de Piano Spadarius in Via nova. Que omnia dictus eſt Ser Bindus vice, & nomine dicti Epiſcopatus, & pro ipſo Epiſcopatu locavit ad laborandum Buono quondam Iunte de Piano. Carta manu d. Not. ſub dicta milleſima, Indictione die IIII. Iulii.

Qualiter dictus Arigus Nunptius ex commiſſione ſibi facta a D. Antonio Epiſcopo Florentino induxit Mattheum Andree Sindicum, & Procuratorem dicti D. Epiſcopi, & Epiſcopatus in corporalem tenutam, & poſſeſſionem medietatis pro indiviſo cuiuſdam domus, curie, & reſedii, & plorium aliarum petiarum terre poſitarum in Villa de Galiga, quas tenebat Gherardinus Orlandini de Galiga, fidelis dicti Epiſcopatus; ipſas terras, poſſeſſiones, & bona locavit d. Sindicus ad laborandum Baccello Gherardini dicti loci. Carta manu dicti Ser Tani ſub MCCCXX. Indict. IV. die XXVI. menſis Ianuarii.

Qualitce Ser Bindus Romei de Calenzano Sindicus D. Anthonii Epiſcopi Florentini, & Epiſcopatus, locavit Lando Deſis, populi inferioris S. Brigide, ad certum tempus donnicatum dicti Epiſcopatus de Riſaia, curie Montis de Cruce, & omnes terras, domos, & poſſeſſiones, quas tenebat Forliveſe Marſoppini fidelis dicti Epiſcopatus in feudum, ad laborandum ad medium ad certum tempus. Carta manu d. Ser Tani ſub dicto milleſimo Indictione & die.

„ & noſtris nunciia ſine noſtra indignatione re-
„ ſpondere. Haec autem omnia ſuperius ſcri-
„ pts cum omnibus curtibus, & diſtrictibus,
„ & pertinentiis, eorum concedimus eis, & eo-
„ rum heredibua legirimis, & Imperiali au-
„ ctoritate confirmamus. Statuentes igitur iu-
„ bemus, ut de cetero nullus Archiepiſco-
„ pus, Epiſcopus, nec Dux, nec Marchio,
„ nec Comes, nec Poteſtas, nec civiras, nee
„ Rector, nec oniverſitas, nec aliqua magna
„ perſona, nec parva, eos vel eorum heredes
„ legitimos in hac noſtra conceſſione moleſta-
„ ri, vel iniuriari, aut inquietare, vel mole-
„ ſtare praeſumat. Siquis vero hanc noſtram
„ auctoritatem auſu remerario viniare praeſum-
„ pſerit centum libras auri puriſſimi pro poena
„ ſe compoſiturum cognoverit; dimidium Fiſ-
„ co noſtro, & dimidium praedictis Comitibus,
„ aut heredibus eorum legitimis, nullis aliis
„ privilegiis, ſeu conceſſionibus, ab Imperiall
„ culmine impetraris vel impetrandis, huic con-
„ ceſſioni, & privilegio in aliquo praeiudican-
„ tibus. Vt autem hoc verius credatur, & ab
„ omnibus Inviolabilirer conſervetur, prae-
„ ſentem paginam ſcribi, & Maieſtatis noſtrae
„ Sigillo iuſſimus communiri. Huius rei ſunt
„ teſtes,

„ Bernardus Aquilegien. Patriarcha.
„ Siphridus Archiepiſcopus Maguntinus.
„ Vlricus Patavien.)
„ Siphridus Auguſten.) Epiſcopi.
„ Bertholdus Brixiae,)
„ Albertus Tridentinus Electus.)
„ Ludovicus Dux Bavariae, & Comes Re-
„ ni Palatinus.
„ Guilielmus Marchio Montis Ferrati.
„ Marchio de Andes.
„ Corradus Praepoſitus de Tanna.
„ Guamerlus de Bolanda Imperialis aulae Da-
„ pifer.
„ Anſelmus de Iuſtiua Imperialis aulae Ma-
„ reſcalcus.
„ Corradus Pincerna Imperialis aulae. Et
„ alii.
„ Signum D. Friderici Secundi Romanorum
„ Dei gratia invictiſſimi Imperatoris, &
„ ſemper Auguſti, & Sereniſſimi Regis
„ Siciliae.
„ Ego Corradus Meten. & Spiren. Epiſco-
„ pus Imperialis aulae Cancellarius vice
„ Domini Henghelberti Colonien. Sedis
„ Archiepiſcopi & totius Italiae Archi-
„ Cancellarii recognovi.
„ Haec acta ſunt anno ab Incarn. Domini
„ MCCXX. Imperante Domino Friderico
II.
„ Dei gratia Romanorum Imperatore
„ ſemper Auguſto, & Rege Siciliae. An-
„ no Imperii eius primo; Ragni vero Si-
„ ciliae XXII.
„ Datum in Caſtris apud Montem Roſum
„ prope Sutrium III. Kalendas Decem-
„ bris Ind. VIII.

„ In Dei nomine Amen. Anno Domini
„ a Nativitate MCCLXXXXV. Ind. VIII.
„ die Iovis XXIII. Iunii. Hoc eſt exemplum
„ cuiuſdam authentici Privilegii per me Gui-
„ donem ſubſcriprum Notarium ſumprum ex
„ authentico Privilegio ſcriptum, & recugni-
„ tum per ſupradictum Corradium, ſigillatum cum
„ Sigillo pendente cum cordula ſerica de viri-
„ di, & cum Sigillo cerae albae habente ima-
„ ginem Imperatoris habentem in manu ſiniſtra
„ pomum rotundum, & in manu dextera Cru-
„ cem, & habentem in circulo ipſius has litte-
„ ras Sigilli: Fridericus Dei gratia Romano-
„ rum Imperator ſemper Auguſtos. Domino
„ Bono Iudice ordinario Inſinuatum fuit & in
„ eius praeſentia per me ipſum Guidonem No-
„ tarium, & alios ſubſcriptos Notarios, ultra
„ Bencivennam, Manuellum, Ioannem, & Do-
„ natum, diligenter eorum Authenticum auſcul-
„ tavi, & cum dictus iudex cognoſceret il-
„ lum cum dicto authentico concordare, ut adhi-
„ beatur eidem exemplo de cetero plena fides
„ ſuam auctoritatem interpoſuit, & decretum.
„ Ego Bencivep. de Cams Imperiali auctoritate
„ Notarius hoc exemplum cum infraſcriptis
„ Manuello, Ioanne, & Donato, Notariis ad
„ authenticom ſcriptum, & recognitum manu
„ dicti Corradi coram ipſo Iudice diligenter &
„ fideliter auſcultavi; & quia utromque con-
„ cordare inveni de mandato ipſius Iudicis in
„ eiuſdem exempli plenam fidem, & teſtimo-
„ nium me ſubſcripſi. Ego Manuellus Nota-
„ rius filius olim Boninſegnae de Salurhio hoc
„ exemplum una cum ſupraſcripto Bencivenna,
„ & infraſcriptis Ioanne & Donato Notariis ad
„ authenticum ſcriptom, & recognitum manu
„ dicti Corradi coram ipſo Iudice diligenter ac
„ fideliter auſcultavi, & quia utrumque con-
„ cordare inveni de mandato ipſius Iudicis in
„ eiuſdem exempli plenam fidem & teſtimo-
„ nium me ſubſcripſi. Ego Ioannes Notarius
„ de Pap. hoc exemplum una cum ſupraſcriptis
„ Bencivenne, & Manuello, & infraſcripto No-
„ tario Donato ad authenticum ſcriptum & re-
„ cognitum manu dicti Corradi coram ipſo
„ Iudice diligenter, & fideliter auſcultavi; &
„ quia utrumqoe concordare invenio, de ipſius
„ Iudicis mandato, in eiuſdem exempli plenam
„ fidem, & teſtimonium me ſubſcripſi. Ego
„ Donatus filius quondam Cungi de Soci, Impe-
„ riali auctoritate Notarius hoc exemplum una
„ cum ſupraſcriptis Bencivenna, Manoello, &
Ioan-

Digitized by Google

pter Arni fluenta ad Caprariam [a] ; Eccleſia Montis Bonel- 250
S . li

„ Ioanne Notariis ad authenticum ſcriptum , &
„ recognitum manu dicti Corradi coram ipſo
„ Iudice diligenter & fideliter auſcultavi ; &
„ quia utrumque concordare inveni , de ipſius
„ Iudicis mandato in eiusdem exempli plenam
„ fidem , & teſtimonium me ſubſcripſi . Ego
„ Guido quondam Orlandi de Civitate Arre-
„ tii Imperiali auctoritate Iudex ordinarius , &
„ Notarius , hoc exemplum ex authentico ſcri-
„ ptum , & recognitum , manu dicti Corradi fide-
„ liter ſubſcripſi , & poſtmodum in praeſentia
„ dicti Iudicis , cum dictis Notariis Bencivenne ,
„ Manuello , Ioanne , & Donato , diligenter
„ cum ipſo authentico auſcultavi , & quia utrum-
„ que concordare inveni , ipſius Iudicis mandato
„ ad eiuſdem exempli plenam fidem , & teſti-
„ monium me ſubſcripſi . Ego Bonus olim Bo-
„ navoliae de Puppio Imperiali auctoritate Iu-
„ dex ordinarius atque Notarius , ſupradictis
„ omnibus coram me actis auctoritatem meam
„ interpoſui , & decretum .

a Conſule ſuperius *pag.* 28. *&* 44. ubi in Diplomate *Ildeprandi* Epiſcopi memoratur *Capella in honorem S. Miniatis , quae eſt poſita prope fluvium Arnum , & prope lacum , qui dicitur Capraria* ; cuius quidem Eccleſiae nulla ſuperſunt veſtigia , nec mentio alibi , quod ſciam , occurrit . Quando autem Caprariae mentio incidit , quaedam heic a me deſcribenda ſunt , quae hiſtoriam hanc in tempore locupletabunt , exornabuntque . Prima eſt Epiſtola *Gottifredi* Epiſcopi Florentini , & Comitis *Alberti* filii , ad *Bertam* ſororem , quae in Parthenone D. *Thomae* Caprariae Antiſtita Sanctimonialibus praeerat , Haec exhibetur etiam ab *Vghellio* , & *Cerracchinio* , & ita habet :

„ In nomine Sanctae , & individuae Tri-
„ nitatis . Gottifredus Dei gratia Sanctae Flo-
„ rentinae Eccleſiae Epiſcopus , merito in Chri-
„ ſto venerabili ſorori ac Deo dicatae B. Ab-
„ batiſſae Eccleſiae B. Thomae Apoſtoli Ca-
„ prariae ſitae , ſuiſque ſororibus , eiuſque ſuc-
„ ceſſoribus in perpetuum . Licet Paſtoralis
„ officii authoritate nobis commiſſis Eccleſiis
„ ſolertem proviſionem , cui Deo propitio bono
„ Chriſti odore praeſidetis , ut perpetua reli-
„ gione ſtabilique ſecuritate conſiſtat , flagranti
„ deſiderio , vigili cura , pii ſtudii ſolicitudinem
„ impendere curamus . Quandoquidem fideles
„ fidei ardore , Chriſtique amore ſuccenſi , ob
„ animarum ſuarum remedium , & coeleſtis pa-
„ triae deſiderium , ſuis propriis facultatibus
„ ſanctam locupletem fecerunt Eccleſiam , quan-
„ to magis nos eaſdem res Eccleſiae , cum ſint
„ vota fidelium , pretia peccatorum , patri-
„ monia pauperum , augere , tueri , atque in po-
„ ſterum , contra pravorum inſidias quaſi clypei
„ munitionem opponere , cum tunc maxime
„ Pontifices dici debeant , cum votis fidelium ,
„ & animarum tranſitibus , pontem faciunt ad
„ ſalutis viaticum . His itaque aliiſque divinis
„ authoritatibus praemoniti , veſtriſque preci-
„ bus , & petitionibus moniti , quantum Deo
„ donante ad noſtrum ius , noſtrumque ſpectat
„ officium , concedimus , firmamus , & ſtabili-
„ mus , & inconcuſſo fundamento vobis ſanci-
„ mus , omnem videlicet decimationem in inte-
„ grum , quam Comes Albertus pater meus ,
„ & frater eius Comes Ildebrandus pater veſter ,
„ conceſſerunt , & chartulam offerſionis trade-
„ re , atque offerre vobis , veſtraeque Eccleſiae
„ viſi ſunt , in loco Fibbiana , aut ubicumque ;
„ ſimiliter & praedia , & omnia veſtra quo-
„ cumque modo a vobis , vel per vos iuſte
„ detenta , & acquiſita , aut acquirenda . Qui-
„ cumque ergo huius noſtrae conceſſionis pius
„ conſervator , & integer defenſor erit omnipo-
„ tentis Dei gratiam , omniumque Sanctorum
„ eius benedictionem , & noſtram habeat . Qui
„ vero temerario auſu infringere conatus fuerit
„ ſive magna , parvaque perſona , niſi digna emen-
„ datione , quod deliquerit , correctum fuerit ,
„ authoritate Patris , Filii , & Spiritus Sancti ,
„ excommunicatum , & anathematizatum , ſe nove-
„ rit eſſe . Vt hoc autem immobiliter . & per-
„ petuo , vigeat praeſentem paginam noſtro ſigil-
„ lo iuſſimus inſigniri , noſtraque noſtrorumque
„ ſubſcriptione muniri .

„ Ego Gottifredus Dei gratia Epiſcopus
„ Florentinus a me facto ſubſcripſi .
„ Ego Ioannes S. F. Eccleſiae Presbyter
„ firmavi , & ſubſcripſi .
„ Ego Vghiccio Canonicus , & Diaconus
„ interfui , & ſubſcripſi .
„ Ego Vlivarius Canonicus firmavi , &
„ ſubſcripſi .
„ Ego Ioannes Ildebrandi Canonicus S.
„ Ioannis interfui , & ſubſcripſi .
„ Ego Beniaminus Iudex , quia coram me
„ praeſente hoc actum eſt , ideo ſubſcri-
„ pſi .
„ Ego Sichelmus interfui , & ſubſcripſi .
„ Ego Raynaldus Iudex firmavi , & ſub-
„ ſcripſi .
„ Ego Vgo Iudex , qui dicitur de Bella , in-
„ terfui , & ſubſcripſi .
„ Ego Henricus unus ex Florentina advo-
„ catione Cauſidicus , iubente eodem ,
„ qui praeſtavit haec omnia ſupradicta ,

Do-

„ Domino Gottifredo Epiſcopo Floren-
„ tino,
„ Factum eſt hoc anno Dominicae Incar-
„ nationis MCXLII. ſecundo Idus No-
„ vembris, Indictione VI. feliciter, &c.

Hactenus Epiſcopi *Gottifredi* Diploma, qui Epiſcopus perperam praedicto anno MCXLII. naturae conceſſiſſe ab *Vgbellio* creditur, *Cerracchinio* minime repugnante. At ipſe eum reperio anno MCXLVI. adhuc viventem: nam in Florentini Epiſcopatus Regeſto, vulgo *Bullettone*, inter antiqua Inſtrumenta habetur, *qualiter Dominus Gottifredus Epiſcopus Florentinus conceſſit ad livellarium Petro Marchuccii, & Vſiorda eius filia, & quibuſdam aliis, quamdam caſam cum terra & copanno poſitam prope Eccleſiam Sancti Laurentii; de quibus terra & caſo dare promiſit & ſolvere annuatim dicto Epiſcopo & Epiſcopatui in feſto Sancti Iohannis de menſe Iunii, vel eius octava, nomine penſionis perpetue denarios duodecim & pro cappanno denarios decem. Carta manu Petri Notarii ſub MCXLVI. KL. Aprilis Indict. III.* Turpius autem errat *Leopoldus De meliare*, qui *Gottifredi* mortem an. MCXLI. aſſignat. Si vero *Gottifredus* anno MCXLVI. adhuc ſupererat, falluntur & fallunt laudati Scriptores, & *Vinc. Borghinius* etiam, qui *Atbonem Gottifredi* in Epiſcopatu ſucceſſorem fuiſſe an. MCXLIII. tradunt. Hiſce obiter animadverſis, opportunum exiſtimo quaedam de Caprariae Comitibus adnotare, & *Beatricis* Comitis *Rodulfi* filiae teſtamentum producere, utpote quod Hiſtoriam noſtram Florentinam plurimum iuvare, & inſtruere poteſt. Itaque Capraria oppidum ad Arni dextram ripam ſitum XIV. M. P. Florentia ad Occidentem diſtans a Comitibus quibuſdam olim regebatur, de quibus ita *Io. Villanius Lib. II.* Chronici *Cap. XXI.* ſcribit: *I Conti di Mangone, e di Monte Carelli, e da Capraia, e da Certaldo, i quali tutti erano d' uno lignaggio co' Conti da Santa Fiore, ſtratti di Longobardi.* Et *Lib. V. Cap. XXXI.* haec habet: *Negli anni di Criſto* 1203. *eſſendo Conſolo in Firenze Brunellino Brunelli de' Razanti, e ſuoi compagni, i Fiorentini disfecero Malborghetto, ciò era un Borgo poſto a piè, dove è oggi Montelupo, e ſubitamente quello disfatto puoſano il Caſtello di Montelupo ſul poggio, per contraria del Caſtello di Capraia, il quale Malborghetto tenevano i Conti da Capraia, che ſopraſtavano la contrada, e non volevano obbedire al Comune.* Hi Comites ab Imperatoribus conſtituti erant, ut idem *Villanius Cap. XLI.* adfirmat, & horum vetuſtiſſimum *Burgundionem* reperio, avum Comitis *Rodulfi*, qui *Rodulfus* anno MCXC. Florentiae Rector erat, ut laudatus *Villanius Cap. XIV.* eiuſdem libri memoriae prodidit. A. MCC. *Henricum* Caprariae Comitem, & Florentiae Conſulem, offendo in Adverſariis MSS. *Vincentii Borghinii*. *Rodulphi* Comitis Caprariae varia monumenta ſuperſunt, nam *Ammiratus* in *Hiſto-*
ria

„ *ria Comitum Guidonum pag.* 15. haec habet.
„ Non veggo quando il Conte Marcovaldo ſi
„ muoia, ma l' anno 1230. a dì 2. di Marzo
„ non era al certo vivo, poichè i Conti Gui-
„ do, e Tegrino, fratelli volendo venire a divi-
„ ſione con i Conti Guido, e Ruggieri, lor ni-
„ poti, e figliuoli del già Conte Marcovaldo,
„ hanno ricorſo a M. Otto da Mandello Podeſtà
„ di Firenze, il Giudice del quale da per cura-
„ tore del ventre, e poſtumo, il Conte Ridol-
„ fo di Guido di Burgundione di Capraia, padre
„ della ſteſſa Conteſſa Beatrice, il quale accet-
„ tando detta curerla, da per mallevadore del-
„ la buona amminiſtrazione Ruggieri d' Alber-
„ to da Quona, e fanno tra loro diviſione di Ca-
„ ſtelli, e beni, come ne fanno poi altra de'
„ ſudditi l' iſteſſi Conti Guidi, & Tegrino da
„ una; e il Conte Aghinolfo lor fratello, e i
„ pupilli del già Conte Marcovaldo, dall' al-
„ tra. Ma non per queſto dovendo reſtare fra
„ loro d' accordo pochi giorni dopo il Conte
„ Guido è in lite avanti al Giudice delle cau-
„ ſe ſoſpette e ſtraordinarie del Podeſtà
„ di Firenze con il Conte Aghinolfo ſuo fra-
„ tello, il quale in nome proprio, e come
„ tutore di Guido, e di Ruggieri, ſuoi nipo-
„ te, e figliuoli del già Conte Marcovaldo, e
„ de' figliuoli da naſcere, inſieme col Conte Ri-
„ dolfo di Capraia uno de' tutori de' detti
„ pupilli; e deſiderando di venire a qualche
„ accomodamento ſi rimetton tu i per opera
„ del Podeſtà di Firenze in meſſer Ildolfo de Bo-
„ ſcoli d'Arezzo, al quale danno autorità di lodare
&c. *Hubaldus* Iudex Gallurenſis an. MCCXXXIV. fatetur ſe mutuas accepiſſe a *Rodulfo* Comite Caprariae libras quinquaginta denariorum Genuenſium, & Charta exſtat in Archivo Monachorum Ciſtercienſium Florentiae ſignata L. 134. A. MCCXXXVI. idem *Hubaldus* Iudex Gallurenſis & Turritanus, profitetur *Rodulfum*, *Guidonis Burgundionis* F. Caprariae Comitem, multum praeſidii & opis ſaepius ſibi tuliſſe, adeoque multum ei debere, atque eſſe remuneraturum, ut ex Membrana Archivi Ciſtercienſium Florentinorum notata R. 6. conſtat. Anno MCCXXXVIII. *Beatrix* Comitiſſa, olim uxor Comitis *Marcovaldi* Tuſciae Palatini, conſtituit Procuratorem, ut ex Charta eiuſdem Archivi notata O. 95. liquet. Eadem *Beatrix* inſequenti anno idem facit, ut Charta notata O. 98. docet; & *Rodulfus* Comes filius quondam *Guidonis Borgognonis* de Capraria, Piſani Communis creditor, iudicium contra illud intentat, ut Charta notata O. 104. habet. Anno MCCXL. laudata *Beatrix* adpellat a ſententia in lite vertenti ſuper bonis Comitis *Guidonis Guerrae* filii ſui, quod exſtat ex charta notata O. 107. *Vgolinus Amedei*, Syndicus Communis & Vniverſitatis Caſtri Acone proteſtatur coram *Guidone* Vicario *Azonis* Epiſcopi Tiberini, ſeu Civitatis Caſtelli, ſe refuſurum quaſdam expenſas pro Do-
mina

Digitized by Google

mina Comitiſſe *Beatrice*, modo eidem Comitiſſae dictum Caſtrum Acone reſtitueretur, ut docemur Charta eiusdem Archivi notata L. 143. A. MCCXLVIIII. Capraria a Gibellinis, & *Friderico II.* Augusto capta fuit, & Guelfi, quorum Duces Comes *Rodulphus* a Capraria, & *Rainerius Ziagane Bondelmontius* erant, captivi ad *Fridericum* abducti ſunt, ut *Villanius Lib. VI. Cap. XXXVI.* tradit: tuneque Comes *Rodulfus* mortem obiiſſe videtur. Anno MCCL. *Beatrix* Comitiſſa edit hereditatem patris ſui Comitis *Rodolfi*, ut in Charta O. 67. continetur. Anno MCCLXX. Comitiſſa *Beatrix*, ut filia & heres *Rodulfi* filii quondam *Guidonis Burgundionis* Comitis Caprariae, quoſdam in ius vocat, quod prodit Charta notata O. 94. Demum anno MCCLXXVIII. Comitiſſa *Beatrix* teſtamentum condit, quod in laudato Archivo, notatum O. 202. adſervatur, ſcriptum, quod mirari ſubit, vernaculo lingua, & quod ex authentico exemplo licuit mihi exſcribere, permittente humaniſſimo Abbate D. *Theodoro Davanzatio* Ciſtercienſi Diplomaticae ſcientiae conſultiſſimo, illud igitur ita habet:

In nomine Domini Amen MCCLXXVIII, Io Conteſſa Bietrice .f. ke fui del Conte Ridolfo da Kapraia, e mogle ke fui de Conte Marcovaldo, ſana de la mente, e inferma del corpo, vegiendo la fragilitade dell' uomo, per utilitade de la mia anima, con licentia di Ghino Baldeſi mio Manovaldo, volgiendo diſponere la mia ultima volontade, diſpongo, e ordino, così de le mie coſe, e de' miei beni, e faone teſtamento in iſcritti.

In prima a' Frati Minori di S. Crocie a Tempio lb. 100.
Item a Frate Paolo da Prato del d. Ordine ſe vive in quel tempo lb. 3.
Item a catuno degli altri Frati ke ſaranno di queſto Convento da Tempio lb. 1.
Item a' Frati Predicatori di S. Maria Novella lb. 100.
Item a Frate Gherardo Naſi de l' Ordine de Frati Predicatori, ſe viva allora lb. 25.
Item a Frate Donato di queſt' Ordine de' Predicatori, ſe vive allora lb. 5.
Item a Frate Paſquale di queſto Ordine de' Predicatori, ſe vive allora lb. 5.
Item a Frate Bonaiuto Converſa di queſto Ordine, ſe vive allora lb. 2.
Item a catuna degli altri Frati, ke ſaranno di queſto Convento di S. Maria Novella lb. 1.
Item a le Donne del Moneſterio di Monticelli lb. 300.
Item a Madonna Giovanna Badeſſa del detto Moneſterio, ſe vive allora lb. 5.
Item a Madonna Gherardina Sorore in queſto Moneſterio, ſe vive allora lb. 25.
Item alla Sorore Bonaventura ſervigiale di queſto Moneſterio, ſe vive allora lb. 10.
Item a catuna dell' altre Donne, e Servigiali del d. Moneſterio lb. 1.
Item alle Donne del Moneſterio di Ripole lb. 100.
Item a Suora Iacopa degli Adimari Sorore in Ripole, ſe vive allora lb. 2.
Item a Suora Prima, e Suora Odoringha, Sorori in Ripole, ſe vivono allora lb. 5.
Item a Suora Lucia del Baldeſe Sorore del detto Moneſterio di Ripole, ſe vive allora lb. 2.
Item a catuna dell' altre Donne del d. Moneſterio di Ripole lb. 1.
Item a' Frati Servi Sanctae Marie di Cafaggio lb. 50.
Item a' Frati delle Saccha di S. Gilio lb. 15.
Item a' Frati di S. Maria del Carmino lb. 25.
Item a' Frati Romitani di S. Iſpirito lb. 25.
Item a' Frati di S. Giov. Batiſta lb. 10.
Item a' Frati d' Ogneſanti lb. 25.
Item a le Donne del Moneſterio di S. Donato a Torri lb. 50.
Item a catuna di queſte Donne del d. Moneſterio lb. 1.
Item a le Donne rinkiuſe della Crocie a Monteſoni lb. 10.
Item a le Donne Convertite rinkiuſe a Pinti lb. 20.
Item a le Donne da Fonte Domini, e a quelle ke ſtanno nella caſa, ke fue di Frate Iacopo Sigoli a Pinti, ke ſi kiamano le Fratelle lb. 10.
Item a le Donne del Moneſterio rinkiuſe da Giagnoro lb. 5.
Item a le Donne rinkiuſe da Maiano lb. 5.
Item a le Donne rinkiuſe di S. Stefano da Boldrone lb. 5.
Item a le Donne del Moneſterio di Caſtello Fiorentino lb. 50.
Item a Suora Lucia del detto Moneſterio e .f. ke fue di Meſſer Paghanello da Sanminiata, ſe viva in quello tempo lb. 10.
Item a Suora Filippa del detto Moneſterio, .f. di Madonna Imelda di Meſſer Arrigho Malpilgli da Sanminiata, ſe vive allora lb. 3.
Item a le Donne del Moneſterio di Volterra lb. 25.
Item a Poveri da S. Ghallo, e ke ſi debbiano iſpendere in gonnelle, e in kamiſcie, e in un mangiare in conſolatione de' Poveri, e non in altro lb. 50.
Item a lo Spedale del Bigallo, ke ſi debbiano dare in terra per lo Spedale lb. 10.
Item a le Donne rinkiuſe da S. Gagio lb. 10.
Item a' Poveri dello Spedale di S. Piero Ghattolini, ke ſi ne comperino letta per li Poveri lb. 5.
Item a lo Spedale di S. Caſciano, ke ſi debbia-

biano dare in terra, o vero farne caſa, e riconciare per li Poveri lb. 15.

Item ke ſi debbiano iſpendere per ornamento del Corpo di Noſtro Sigoore a S. Ambruogio lb. 20.

Item a Prete Alberto, lo quale dimora a S. Ambruogio, ſe vive allora lb. 10.

Item al Moneſterio di S. Giorgio da Kapraia, e ke ſi debbiano ſpendere in terra, o vero in raconciare la Kieſa, o vero le caſe, e non in altro lb. 100.

Item a catuna de le Mooake del d. Moneſterio da S. Giorgio lb. 1.

Item a le Donne rinkiuſe da Camaldoli lb. 5.

Item a la Kieſa di Santo Iſtefano da Kapraia, ke ſi ſpendano in utilitade de la Kieſa lb. 5.

Item a la Pieve a Limite, ke ſi ſpendano in utilità de la Kieſa lb. 3.

Item a la Calonicha di S. Donato in Val di Botte, ke ſi ſpendano pee utilitade de la Kieſa lb. 3.

Item a la Calonicha di Samontana, ke ſi ſpendano in utilità de la Kieſa lb. 5.

Item a la Kieſa di S. Mikele di Pontorme, ke ſi ſpendano in utilità de la Kieſa lb. 2.

Item a la Kieſa di S. Martino di Pontormo, ke ſi ſpendano in utilità de la Kieſa lb. 2.

Item a la Kieſa di S. Maria in Campo, ke ſi ſpendano in acreſcimento de la Kieſa lb. 10.

Item a le Donne Monache di Prato Vecchio, e ke ſi debbiano iſpendere per raconciare la Kieſa, o ver lo Dormentorio, od altrove ove foſſe magiore miſtieri, ke ſia utilitade, e accocciamento del Moniſterio, e non in altro lb. 50.

Item a la Badeſſa del d. Moneſterio di Prata Vecchio lb. 1.

Item a catona Monacha del d. Mooeſterio di Prato Vecchio. p. 10.

Item a' Miniſtri de' Frati di Penitenzia di Firenze, e che li debbiano dare in terra per li Poveri, kome loro parrà ke ſia più utile per li Poveri lb. 200.

Item a Meſſer l' Abate di Settimo, e ne' ſuoi Monaci ſi laſcio ke debbiaoo iſpendere ſt. 30. per l' anima di Donna Giuliana, la quale fue mia kameciera, ſi come loro parà più utilità de la ſua anima lb. 30.

Item a lo Spedale di S. Domenico a Figbine, ke ſi debiano iſpendere per acreſcimento dello Spedale, in utilità de' Poveri lb. 15.

Item a la Kalonicha di Monte Varchi, che ſi debbiano iſpendere in un paramento da Prete, col quale vi ſi debia dicere Meſſe per l' anima del Conte Guido Guerra mio figliuolo, il quale ſi ſepellio a la detta Kalonicha, e non ſi debbiano iſpendere in altro, ſe non nel d. paramento lb. 10.

Item a' Frati Minori da Caſtello Fiorentino lb. 25.

Item a' Frati Minori da Barberino di Val d' Elsa lb. 25.

Item a' Frati Minori da Figbine lb. 25.

Item a' Frati Minori da Prato lb. 25.

Item a' Frati Minori del Borgo a S. Lorenzo di Mugello lb. 25.

Item a' Frati Minori di Licignano di Mugello lb. 25.

Item a lo Spedale de la Miſericordia da Prato, ove albergano i Frati Predicatori lb. 15.

Item allo Spedale di Treſpiano, che ſi ne debiano comperare lecta, e panoi per li Poveri lb. 5.

Item a l' Opera de la Kieſa de' Frati Predicatori di S. Maria Novella lb. 100.

Item a le Donne del Moneſterio di S. Maffeo d' Arcietri lb. 6.

Item a le Donne del Moneſterio dal Borgo a S. Lorenzo di Mugello lb. 10.

Item a Madonna la Conteſſa Agneſina, .f. ke fu del Conte Rugieri mio figliuolo lb. 25.

E di queſto voglo ke ſtia contenta, e piu non poſſa kiedere, nè domandare.

Item a Madoona Beatrice .f. ke fue del ſopradetto Conte Rugieri mio figliuolo lb. 100.

Se ella è viva in quel tempo, e di queſto voglo ke ſia contenta, e più oon poſſa kiedere, nè domandare.

Item a M. Baſtardo .f. ke fue del Conte Guido Guerra lb. 300.

In queſto modo, ke il detto M. Baſtardo debia rifare carta a chi ſarà mia ereda de la ragione di mia madre, de la quale elli a carta da me.

Item alla Bice .f. del detto M. Baſtardo, ſe viene ad etade ke compia legitimo matrimonio, ovvero ſi rinkiude in Moneſterio kiuſo lb. 200.

Item a la Giomma .f. ke fue di Meſſer Rinuccio da Caſtiglone, la quale è delle veſtite di S. Crocie, ſe ella vive in quello tempo lb 100.

Item a Donna Iacopa, Serocchia ke fue di M. Ridolfeſco da Pomino, la quale è ſtata e ſta meco mia Kameriera lb. 100.

I quali danari li Fidecommiſſari, ke ſeranno, le debbiano dare in ſua neceſſità per vita, a veſtimento; e ſe aveniſſe ke la detta Donna Iacopa moriſſe prima, ke detti danari foſſero iſpeſi in

lei

lei, lo rimanente i Fidecommiſſari ke ſaranno, debbiano iſpendere per ſua anima, come parrà alla detta Donna Iacopa.

Item a la Lippa .f. ke fue di Meſſer Lotteringo da Bogole, la quale dimorata, e dimora mecho lb. 50.

Item a due figliuole di Filippo di M. Paganello da Samminiato lb. 100.

In queſta condizione ſe il podere, ke fue d' Alberto Conte ſi acquiſto, del quale io Conteſſa Bietrice ricevetti carta dal d. Filippo, e ſe le dette fanciulle ſono vive in quello tempo, debbiano avere de' detti danari kaſuna livre L. e ſe l'una moriſſe, ſucceda l' altra in tutti, e ſe moriſſera amvodue, ſieno dati per mia anima.

Item a la Saracina .f. ke fue di Madonna Bietrite, mogle ke fue di Tadeio Donati, ſe la d. Saracina ſi marita, ſi che vegna a compimento di legitimo matrimonio, o vero entraſſe in Moneſterio lb. 50.

E se moriſſe prima ke faceſſe le sopradette cose, i d. danari voglio ke ſieno dati per mia anima.

Item a Madonna Comelda veſtita de le Donne di Penitenzia di S. Maria Novella, ſe vive in quel tempo lb. 3.

Item a Madonna Giemma, Donna di Penitenzia, ke fue matrigna di Guido Pazzo, se viva in quel tempo lb. 3.

Item a la Romeia zoppa de le Veſtite di S. Maria Novella, ke è del popolo di Santa Maria in Campo, se viva in quel tempo p. 30.

Item alla Benvenuta zoppa del Popolo di S. Maria Magiore, se viva in quel tempo lb. 2.

Item a Ser Federigo da Kapraia Notaio lb. 25.

Item a Bardo figluolo Bencevenni d' Acona lb. 100.

Item a Gieri .f. ke fue di d. Bencivenni d' Acona lb. 50.

Item a Martino da Corticella da Pontorme lb. 50.

Item a Baldese, figluolo Buonfigluoli del Popolo da S. Felicita lb. 100.

Item a Latino, figluolo ke fue Bonſegnori Notaio da Caiano, se vive allora lb. 10.

Item al figluolo ke fue di Gianni di Sibuono da S. Leonino, lo quale è mio figloccio, ſe vivo in quel tempo lb. 2.

Item a Coderino .f. ke fue di Guido Pazzo di ſopra a Prato Vecchio, lo quale fue mio figloccio, se vivo in quel tempo lb. 2.

Item a Bartolino .f. ke fue di . . . . . . Tavolacciaio del Popolo di S. Criſtofano, se vivo in quello tempo lb. 20.

Item a la Compiuta da Roma, che ſta nel Popolo di S. Maria Novella, se viva allora p. 30.

Item a D. Franceſco Monaco dell' Ordine di Settimo, i quali debia dare a le ſue Serocchie lb. 30.

Item a M. Giamberto, e a Gieri, e a Guelfo, e a Chante, e a Bindo fratelli, e figluoli ke fura di M. Tegghiaia Giamberti de' Cavalcanti, a tutti inſieme lb. 300.

Item a Madonna Dionigia, mogle ke fue di Ser Pagana del Corta degli Adimari, se viva in quello tempo lb. 5.

Item a Kaſcio .f. Ruberti Altabruna da Kapraia lb. 25.

Item per lo paſſagia d' Oltremare, il quale ſi fa in aiutorio de la terra ſanta lb. 100.

Item a Meſſer lo Conte G. Salvatico, .f. ke fue del Conte Rugieri mio fig. lb. 100.

E di queſto vogla ke ſtia contento, & per neuna altra ragione non poſſa, nè debia più avere de la mia ereditade, e de la mia ragione, e per neona altro modo poſſa più kiedere, nè domandare; imperciò che egli non m' a dati i miei alimenti ſicome dovea, e la mia ragione ſi m' à moleſtata, e quando sono ſtata inferma quaſi a morte non m' a viſitata, nè non s' è portato di me, ſi come de fare nepote di sua avola.

Item voglo, e laſcio, & ordino miei Fidecommiſſari, il Priore de' Frati Predicatori di S. Maria Novella, e il Guardiano de' Frati Minori da Tempio, & Frate Gherardo Naſi, e Frate Donato dell' Ordine de' Frati Predicatori, se saranno vivi in quel tempo, a pagare tutti i ſopraddetti Legati; a' quali Fidecommiſſari, ſi do piena, e libera podeſtade di domandare, e risevere tutti i miei danari, i quali aveſſe Rinieri di Meſſer Iacopo Ardinghelli, od altro mercatante, o perſona, ke gli aveſſe; i quali Fidecommiſſari ſi voglio ke debiano pagare inprimamente, e senza niuna diminuzione, a Barda Bencivenni d' Acona lb. C. e a Martino da Corticella da Pontorme lb. L. e a Baldaſe Buonfigluoli Populi Santa Felicitati lb. C. i quali ſono ſoprascritti; e se queſti danari veniſſero meno a pagare queſti tre Legati, voglo ke ſiano pagati come gli altri Legati di ſopra da le sue rede, e ſi dò piena, e libera poteſtà a' sopraddetti Fidecommiſſari di far fine, e rifiutaſcione, e patto a' ſopraddetti debitori, e a ogna altra perſuna, de le quali riceveſſero alcuna quantità di danaro, ſe miſtieri foſſe.

In tutti gli altri miei beni mobili, & immobili, che ſi appartengono a me per ragione

d' ereditade, o per compera, o per qualunque altra ragione foſſe, in Firenze, e n·l ſuo diſtretto; in Piſtoia, e nel ſuo diſtretto; in Lucсha, e nel ſuo Veſcovado, in Piſa, e nel ſuo diſtretto; & in qualunque altro luoga foſſe, che a me ſi perteneſſe, e per qu·lunque ragione, sì iſtituiſcho, fo, e laſcio mie herede il Moneſterio, e l'Abate, e'l Convento di S. Salvadore di Settimo dell' Ordine di Ceſtella, ſtando loro in quello luogo la ove ſono, ed altrove la ove il Convento ſi mutaſſe; dando al predetto Abate, e Convento, piena, a libera podeſtà di kiedere, e di domandare, e di ricevere tutti i miei beni, come detto è di ſopra; e la compera ke io feci da Filippo di Meſſer Paganello da Saminiato; e danari, i quali debo ricevere dal Comune di Pisa, e dall' eerede di Giudice di Galluria, e del Giudicato di Galluria, de la qual compera, e de' quali debiti ſi ſono le carte apo 'l detto Abate, a Moneſterio. E voglio, a comando, ke 'l predetto Abate, a Convento mio erede di tutti i danari, i quali raquiſteranno, & averanno dal Comune di Piſa, e da l' erede di Giudice ſopradetto, e da qualunque altra perſona foſſe, le due parti de' detti danari ſi debiano tenere a ſe per utilitade del Moneſterio loro; e della terza parte voglo ke ſia tenuto l' Abate el Conventa di dore, e di compiere a predetti Fidecommiſſari tutto quello k'allore meoomaſſe a pagare i ſopradetti Legati di danari, i quali detti Fidecommiſſari bavranno da Rinieri Ardinghelli ſopradetto, e ſe avveniſſe ke detti Fidecommiſſari non poteſſero avere in contante di miei danari da Rinieri Ardinghelli, o da altra perſona, voglo ke ſia tenuto l' Abate, a 'l Convento di dare interamente, e ſanza moleſtia, tutta la ſopradetta terza parte a' ſopradetti Fidecommiſſari; de' quali danari eſſi debiano paghare i ſopraſcritti Legati interamente; & ſe la detta terza parte non baſtaſſe a paghare tutti i ſopradetti Legati volgla ke ſia ſottratto per livera & per ſoldo come ne toccherà, tratto il Leghato di Bardo Bencivenni d' Acona, & di Martino di Corticella di Pontorme, e di Baldeſe Buonfigluoli ſopraſcritti, i quali Leghati volglo ke ſieno paghati interamente, & ſanza diminuzione. E ſe de la detta terza parte ſoperkiaſſe paghati tutti i detti Leghati, volgla ke l' Abate, a Fidecommiſſari quello cotale ſoperchio debiano dare per mia anima, come a loro parà, ke ſi il melglio, e tratta ciento lire, ke volglo ke detti Fidecommiſſari debiano dare al detta Abate per piatire, & raquiſtare le ſopraddette coſe; le quali ciento lira volglo ke detta Abate, & Convento ſieno tenuti di rendere, & pagba-

re

a detti Fidecommiſſari de' primi danari ke ſi raquiſteranno, & averanno, non contandoli nella quantità della terza parte.

E tutte queſte coſe ſi volglo, ke valglano, & a tegnano per ragione di Teſtamento, a di Codicillo, o per qualunque altra ragione poſſono più, & meglo valere; & ſi dò piena, & libera podeſtà alle ſopradette mie herede, & Fidecommiſſari, ke poſſana queſta Teſtamento fare aconciare a ſenno de' loro Savi, & in qualunque modo melglo poſſa & più valere, tegnendo il contratto fermo; a ſ' appariſſe fatta per me alcun' altro Teſtamento, a Coditillo, o Leghato neuno innanzi a queſto, ſi volglo ke quello cotale ſia caſſo, & vano, & di neuno valore.

Io Conteſſa Bietrice ſopradetta queſto mio Teſtamento ſi appreſentì kiuſo con otto corde a gli infraſcritti Teſtimoni. A Frate Paolo da Prato, & a Frate Lionardo de l' Ordine de' Frati Minori, & a Frate Grazia, & a Frate Simone de l' Ordine de' Frati di Settimo, a Prete Alberto da S. Ambruogio, a a Ser Bindo Montanini, e a Ser Filippo Marſoppi de l' Ordine de' Frati di Penitenzia di Firenze, & pregoli ke eſſi ne foſſero Teſtimoni, e poneſſeroci i loro ſigilli.

E queſto feci nel Palagio de' Conti Guidi nella camera dov' io ſtava nel Popolo di S. Maria in Campo, Anno Domini MCCLXXVIII. del meſe di Febraio XVIII. di intrante, Indizione ſettima, e però ſici puoſi il mio Sigillo.

Ego Frater Paulus de Ordine Fratrum Minorum, Teſtamento mihi repreſentato a d. Domina Comitiſſa, ut apponeret mihi Sigillum, & quia propriom non habeo, Sigillum Gratiani Notarii appoſui.

Ego Frater Leonardus dicti Ordinis rogatus dicte Domine Comitiſſe, ut Sigillum apponerem, quia proprium non habui, Sigillum dicti Gratiani appoſui.

Ego Frater Grazia de Ordine Ciſtercienſi rogatus d. D. Comitiſſe, ut Sigillum apponerem, quia proprium non habui Sigillum predicti Gratiani appoſui.

Ego Presbyter Albertus de Sancto Ambroogia rogatus dicta Domine Comitiſſe, ut Sigillum apponerem, quia proprium non habui, Sigillum Philippi Marſoppi Frater Penitentie habitus nigri appoſui.

Ego Frater Simon de Ordine Ciſtercienſi rogatus d. D. Comitiſſe, ut Sigillum meum apponerem, quia proprium non habui, Sigillum predicti Philippi appoſui.

Ego Philippus Fratee Penitentie habitus nigri, rogatus d. D. Comitiſſe, ut Sigillum apponerem, meum Sigillum appoſui.

Ego Bindus Montanini Frater Penitentie habitus nigri, rogatus d. D. Comitiſſe, ut Sigil-

lum

Digitized by Google

li [a]; Eccleſia Plateani [b], vulgo *Piazzani*; Eccleſia Montis Lupi [c]; 250
Ec-

lum meum apponerem, & quia Sigillum non habui, Sigillum predicti Gratiani appoſui.

Ego Renaldus Iacobi de Signa Imperiali Auctoritate Notarius predictum Teſtamentum preſentatum clauſum, & ſigillatum Sigillis predictis, & Sigillo d. D. Comitiſſe pendentibus a Domino Abbate de Septimo, Priore Fratrum Predicatorum, & Guardiano Fratrum Minorum de Florentia, Nobili Viro Domino S borte dalla Porta Regio Vicario in Regimine. Florentie, & Domino Iacobo eius Iudice, & Aſſeſſore, preſentibus dictis teſtibus, & recognoſcentibus Sigilla, que poſuerant; excepto Fratre Leonardo, qui dicitur eſſe abſens, & preſentibus Teſtibus Domino Franciſco, & Domino Martino de Septimo Ordinis Ciſtercienſis, & Gherarduccio Corſi Nuntio Communis Florentie, apertum, & diſigillatum per Dominum Iacobum Iudicem ſupradictum coram ipſis Teſtibus, Domino Sborta Vicario, & Domino Iacobo Iudice, l ctum de ipſorum Dominorum Vicarii, & Iudicis mandato, fideliter per ordinem exemplando tranſcripſi, quo melius, & verarius potui, nil addens, vel minuens, & in publicam formam redegi ſub Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Septuageſimo Nono, Indictione Octava, die Lune quinctu Septembris, ideoque ſubſcripſi.

Vbi notos numerales Arabicos adpoſuimus, in archetypo ſunt Romanae, vel numerus totus ſcriptus eſt. In Clouſtro Coenobii D. *Franciſci* Piſis eſt titulus marmoreus cum Epitaphio: ✠ *Hic iacet nobilis & Magnificus Dns Dns Anſelmus Camet de Capraria civis Piſanus, qui obiit anno Dni MCCLXXXVIII. Die XVI. Menſis Iulii.*

a Habetur in Catalogo Eccleſiarum Paroeciarum in Dioeceſi Florentina exſiſtentium, & eſt ſita haec Eccleſia in Plebatu S. *Euſtachii* Aconae. Mons Bonellus, ſeu Bonelli, eſt in Valle Sevae XIV. M. P. Florentia ad Orientem diſtans; & eius mentio occurrit in Bullis *P ſchalis II.* & *Innocentii II.* inferius producendis. Nam Caſtrum Montis Bonelli, quod in praeſens dirutum eſt, in Dioeceſi Faeſulana ſitum fuit, & Epiſcopi Faeſulani ditioni ſubditum. Hinc anno MCCXXXIII. Montis Bonelli incolae Florentiam venerunt, & in Clauſtro Abbatiae Florentinae *Ildeprando* Faeſulano Epiſcopo fidelitatis ſacramentum praeſtiterunt; qui Epiſcopus anno MCCXLIII. *Rotam Argumenti* F. a Monte Bonello, Caſtelli & Turris Montis Bonelli Cuſtodem, Praefectum, Vicecomitem, & Vicarium ſuum renunciavit. Anno MCCLXXXII. quum Eccleſia Faeſulana vacaret, *Tedaldus* Praepoſitus, & *Bernardus*, *Iacobus*, *Loctus*, & *Compagnus*, Canonici eiuſdem Eccleſiae, eligunt in Poteſtatem, Dominum, Vicecomitem, & Rectorem Caſtrorum in Valle Sevae poſitorum, & ad Epiſcopatum Faeſulanum pertinentium, quae ſunt Mons Bonelli, Rufino, Petronianum, Agna, Turriculum, & alia, *Rogerium Ruſſum* de *Adimaris* Florentinum, qui anno etiam MCCLXIX. a *Mainetto* Epiſcopo Faeſulano Montis Bonelli Praeſes conſtitutus fuerat. Eodem autem anno MCCLXXXII. Montis Bonelli incolae *Philippo* Epiſcopo Faeſulano recens electo, una cum aliis populis ſubditis fidelitatem iuraverunt, qui quidem Epiſcopus Turris & Caſtelli Montis Bonelli cuſtodiam *Muniaro Benaveduti* F. a Montebonello, tradidit: quae quidem omnia videri poſſunt apud *Ammiratum* in Epiſcopis Faeſulanis.

b Haec Eccleſia habetur in Catalogo Eccleſiarum Paroeciarum Dioeceſis Florentinae. De hac Eccleſia in Plebatu S. *Laurentii* ad Burgum in Mucillo ſita plura habentur in Regeſto Epiſcopatus Florentini, quae heic a me tranſcribuntur.

Antonius Epiſcopus contulit Canonicatum Eccleſiae S. Miniatis de Piazzano Simibaldo Ghini de Aſciano Clerico. Carta manu Benedicti Not. ſub MCCCXI. die Kal. April.

Idem Epiſcopus inſtituit in Rectorem Eccleſie S. Miniatis de Piazzano Ser Iannem Cioppi de Viſpignano. Carta manu Benedicti Not. ſub MCCCXV. die XVII. Octobris.

Presbyter Baddinus de Caſtagnolo renuntiavit Canonicatum & Prebendam Eccleſie S. Miniatis de Piazzano, Plebatus Plebis S. Laurentii de Mucello, Domino Franciſco Epiſcopo Florentino, quem Canonicatum vacantem dictus Epiſcopus contulit Tano Clerico de Sig. Plebatus Fagnae. Sub MCCIIC. Indict. XI. die X. Aprilis.

c Recenſetur in Catalogo Eccleſiarum Curatarum Dioeceſis Florentinae, & ſita eſt in Plebatu Sancti *Hippolyti* & *Caſſiani* in Valle Peſae. Mons Lupus, ſeu Lupi, oppidum eſt XIII. M. P. Florentia ad Occidentem diſtans, ad Arni Peſaeque confluentem ſitum, in ſiniſtra Arni ripa, e regione oppidi Capraiae, quod dextrae eiuſdem fluminis ripae imminet. Haec autem Eccleſia alia non eſt, quam Eccleſia Caſtri, quod vulgo *Samminiatello* adpellatur, Florentia diſtans XI. M. P. ad Occidentem in ſiniſtra Arni ripa

po poſiti: dicitur autem Montis Lupi, quod ad radices montis, qui totus, ut videtur, Lupi adpellatur, collucata ſit haec Eccleſia. De Monte Lupo plura videnda ſunt in meo *Hodaeporico pag.* 8. ubi haec adnoto: Montis Lupi Caſtrum a Florentinis anno MCCIII. conditum fuiſſe, ut ſcribit *Villanius Lib. V. Cap. XXXI.* Ab hoc autem oppido fuiſſe *Bacciam* Architectum, qui anno circiter MDXXX. floruit; in eo ſepultum eſſe *Iohannem Arrighium* Epiſcopum Cataridensem; & hac viam, quae tranſverſo itinere Romam ducebat, tranſiiſſe, *Hadriani VI.* Pont. Max. aetate; ut ex eius Itinerario apud *Balazium Tom. III. Miſcellan. Cap. XLII.* conſtat: & Montem Lupum eſſe primum Caſtellorum Vallis Peſae in Notitia Caſtrorum & Urbium contra *Carolum IV.* foederatarum apud *Lambecium* in *Comment. de Bibliotheca Caeſarea*, Nunc addo Montis Lupi & Capraiae meminiſſe *Raynerium Granchium Libro V. de Bellis Tuſciae*, hiſce verbibus:

Arce refirmata, ſed tunc obſtante Lupina,
Deſuper unda fluens meatatas diruit Arces
Arnus, a Capraria ſurrexit prima ruina.

Hoc Caſtrum multa damna paſſum eſt a *Caſtruccio* Lucenſium Duce anno MCCCXXV. ut *Villanius Lib. IX. Cap. CCCXVI.* memoriae prodidit, *Raphael* Sculptor egregius, qui protomen marmoream *Andreae Sarti* Picturia eximii in veſtibulo Eccleſiae Deiparae Annunciatae poſitam ſculpſit, e Monte Lupo fuit, ut *De Meliore* in ſua Florentia illuſtrata tradit. In hoc Montis Lupi Caſtro Eccleſia eſt D. *Ioannis Evangeliſtae* ſacra, Prioratus titulo aucta, & in Plebatu S. *Hippolyti* & *Caſſiani* Vallis Peſae ſita; & in ipſa Arce eminet: eam Caſtri partem, quae ad montis radices iacet, Burgum vocant. In hac Eccleſia, eiuſque ara maxima, antiquiſſima Chriſti Crucifixi imago conſervatur: ſex alia altaria in ea ſunt, videlicet, S. *Ioannis Evangeliſtae*, S. *Mariae Magdalenae Pallitae*, cuius ius patronatus ad *Marmiorum* familiam attinet; Deiparae ob Angelo ſalutatae; D. *Sebaſtiani*; D. *Antonii*; D. *Nicolai* Epiſcopi. Eſt in ea etiam Baptiſterium, quum Plebes S. *Hippolyti* nimis diſtet. Haec Eccleſia digniori Candidato confertur, Contiguum huic Eccleſiae eſt Oratorium Laicae Sodalitatis, quae anno MCCCCVIII. exordium ſumſit. In Burgo ad Meridiem eſt Oratorium D. *Carolo* ſacrum Prioratui adnexum, in quo Sacramenta populo commodius miniſtrantur. Alt re huius primarium D. *Carolo* dicatum eſt, aliorum duorum unum D. *Antonio Patavino*, alterum Virgini Deiparae. In Burgi parte ad Septemtrionem Eccleſia alia exſiſtit, quae a Dominicanis poſſidetur, qui ibi hoſpitium habent. In ea ara princeps D. *Nicolao* Epiſcopo ſacra eſt; nam hic Divus Eccleſiae nomen dat. Aliae arae numero ſex, dicatae ſunt D. *Dominico*, D. *Hyacintho*, D. *Catharinae* Virgini & Martyri, D. *Eliſabethae*, Nomini Ieſu, Deiparae Roſarii patronae, quae poſtrema & Sodales a Roſario dictos habet. Huic Eccleſiae coniuncta eſt Sodalitas, quae *Spiritus Sancti* dicitur, anno MCCCLXVII. inſtituta. Ad Caſtri occaſum exiguum exſtat Oratorium D. *Ioannis Baptiſtae* dedicatum. Portae, quae ad S. *Miniatis* oppidulum ducit, contiguum eſt Xenodochium cum Oratorio & altari D. *Petro* ſacro, cuius patronatus ad *Antinorios* Florentinos ſpectat. Iuxta Portam, quae ponti Peſae inhaeret, Oratorium publicum S. *Mariae ad Nives* dedicatum eſt. Vide, quae de Monte Lupo habentur ſuperius *pag.* 74. Ut autem ad Eccleſiam Sancti *Miniatis* revertamur, de ea haec habet Regeſtum Epiſcopatus Florentini, vulgo *Bullettone*.

Epiſcopus Florentinus privavit Dominum Biancum de Boſticcis, & Andream Nepotem ſuum, omni iure, quod haberet in Eccleſia S. Miniatis de Montelupo.

Dictus Dominus Biancus pro ſe & Nepote ſuo renuntiavit in manibus Epiſcopi Florentini dictam Eccleſiam, & dixit eam pertinere ad Epiſcopum pleno iure, & iuravit contra non venire.

Ioannes Epiſcopus Florentinus conſiderans, quod Plebanus S. Hippolyti Vallis Peſae habuit ad o clum ab Epiſcopo Florentino Eccleſiam Sancti Miniatis predictam pro certo cenſu, & male ſe geſſit, privavit eum dicto aſſicta.

Prefatus Epiſcopus recommendavit dictam Eccleſiam S. Miniatis Andree Tani de Boſticcis in temporalibus ad ſuum beneplacitum.

Dictus Dominus Biancus pro dicto Andrea Nepote ſuo acceptavit dictam Recommendigiam, & dictus Dominus Epiſcopus fecit eum procuratorem dicte Eccleſie in temporalibus.

Guido Iunte, & quidam alii Parochiani dicte Eccleſie receperunt terras ad aſſictam ab Epiſcopo Florentino pro uno modio grani, quod dicta Eccleſia ſolvere debet Epiſcopatui Florentino, ut conſtat ex Imbreviaturis &c. ſub MCCLXVIII. die XI. Decembris.

Andreas Epiſcopus Florentinus, tamquam unicus dominus & patronus Eccleſie Sancti Miniatis de Montelupo, elegit in Rectorem dicte Eccleſie Presbyterum Gerium filium olim Michelis de Patignone Curie Pontormi. Charta manu Gratie Arighi Gratiae ſub MCCLXXXVII. die XXIV. Februarii.

Quae factum *Andreae* Epiſcopi praecedunt, videntur omnia contigiſſe ſub Epiſcopo *Ioanne Mangiadorio*, qui ſedit ab an. MCCLI. uſque ad an-

Digitized by Google

Eccleſia Quinctuli [a] ; Eccleſia Exineae , quae corru- 250
V pto

annum MCCLXXIV. Iſte autem *Andreas* Epiſcopus, eſt *Andreas Mozzias*, qui ſedit Florentiae ab anno MCCLXXXVII. uſque ad annum MCCXCIV. Error autem eſt in Regeſto, ubi *Andreas* dicitur Epiſcopus anno MCCLXXXIII. ut videre eſt ſuperius *pag.* 63. qui error corrigitur in eodem Regeſto *pag.* 400. & 401. in quibus ſcribitur quorumdam Epiſcoporum Florentinorum ſucceſſio, quem Paragraphum heic exhibere fert animus, & eſt iuſequens:

In Chriſti nomine amen. Ad certitudinem preſentium, & memoriam futurorum, infraſcripte ſunt vacationes, & tempora vacationum, ſcripte per ordinem. quibus vacavit Eccleſia Florentina a tempore obitus bone memorie Domini Iohannis de Mingiadoribus de Sancto Miniate, dudum Epiſcopi Florentini, qui deceſſit anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto, die Beati Silveſtri, ultimi Decembris, uſque ad tempus quo vacavit dicta Eccleſia Florentina per obitum bone memorie Domini Antonii, dudum Epiſcopi Florentini incluſive, qui obiit anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo primo, die decima nona Iulii: videlicet.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto, die Sancti Silveſtri obiit Dominus Iohannes de Mingiadoribus Epiſcopus Florentinus, poſt cuius mortem vacavit Eccleſia per duodecim annos, & ſex menſes.

Poſtea in milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſeptimo Frater Iacobus de Caſtro Bono de Ordine Fratrum Predicatorum intravit poſſeſſionem Epiſcopatus, & vixit quadraginta diebus. Obiit in anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſeptimo, die ſextadecima Auguſti, poſt cuius mortem vacavit Eccleſia Florentina uſque ad menſem Martii eiuſdem anni: fuerunt octo menſes.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſeptimo factus fuit Epiſcopus Florentinus D. Andreas de Mozzis, qui translatus fuit ad Eccleſiam Vicentinam de menſe Iulii anno Domini milleſimo ducenteſima nonageſimo quarto, poſt cuius translationem vacavit Epiſcopatus per octo menſes.

Poſtea de menſe Martii circa finem anni factus fuit Epiſcopus Florentinus Dominus Franciſcus de Balneo Regio, qui deceſſit anno Domini milleſimo trecenteſimo primo de menſe Iulii. Vacavit Eccleſia Florentina poſt eius mortem per ſex menſes.

In anno Domini milleſimo trecenteſimo primo de menſe Februarii factus fuit Epiſcopus Dominus Lotterius della Toſa Epiſcopus Florentinus, qui obiit anno Domini milleſimo trecenteſimo nono poſt cuius mortem vacavit Eccleſia Florentina per tempus quinque menſium.

Anno Domini milleſimo trecenteſimo nono die menſe Septembris factus fuit Dominus Anthonius Epiſcopus Florentinus, qui obiit anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo primo de menſe Iulii, poſt cuius mortem vacavit Eccleſia Florentina per duos annos, quo biennio revoluto de menſe Iulii venit Dominus Franciſcus de Cingulo Epiſcopus Florentinus ad Eccleſiam Florentinam.

Anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo primo Indictione decima, die vigeſimo primo de menſe Octobris deceſſit dictus Dominus Franciſcus de Cingulo, poſt cuius mortem vacavit Epiſcopatus.

Sed ut ad Montem Lupum revertamur in laudato Regeſto Epiſcopatus Florentini lego:

Qualiter Epiſcopatus habet quaedam iura in Eccleſia Sancti Ioannis de Montelupo, quae ſunt in uno ſaeculo repoſita & intitulato ſuo titulo.

a Eccleſia *S. Miniatis* de Quintulo memoratur in Bulla *Hadriani* IV. anno MCLVI. & *Nicolai* IV. anno MCCXCI. quas producit *Io. Baptiſta Caſottius* in Memorabilibus Sacrae Imaginis Deiparae Impruneтanae, qui addit huius Eccleſiae, olim Prioratus, collationem ſpectaſſe iam ad *Buondelmontios*; nunc vero ad *Altovitas*, & *Ruſſos de Turri*. Sita eſt in Plebatu S. *Mariae* in Pineto. Bulla *Hadriani* eſt, quae ſequitur.

Adrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis Filiis Hugoni Plebano Eccleſie Beate Marie in Pineta, eiuſque fratribus, tam preſentibus quam futuris, canonice ſubſtituendis in perpetuum. Officii noſtri nos admonet & invitat auctoritas pro eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti ac tranquillitati ſalubriter auxiliante domino providere. Eapropter, dilecti in domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatam eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona, eadem eccleſia impreſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, preſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam Sancti Martini de Strata cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancte . . . (Mariae) de Caſtro Montis acuti. Eccleſiam Sancte Marie de Carpineta cum omni-

Digitized by Google

mnibus ſuis peetinentiis. Eccleſiam Sancti Iuſti de Mezzana cum omnibus ſuis pertinentiis. Eccleſiam S. Petri in Hieruſalem cum omnibus ſuis peetinentiis. Eccleſiam S. Stephani de Patbolatico cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Laurentii de Leroſe cum omnibus ſuis pertinentiis. Eccleſiam S. Petri de Muliermala cum omnibus poſſeſſionibus ſuis. Eccleſiam S. Martini de Bagnolo cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Stephani de Biſonica cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Andree de Luiano cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Romani de Bopſi cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Martini de Coſſari cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Georgii de Pineta cum omnibus ſuis pertinentiis. Eccleſiam Sancti Chriſtophori de Strata cum omnibus poſſeſſionibus ſuis. Eccleſiam Sancte Chriſtine de Pimicole cum omnibus poſſeſſionibus ſuis. Eccleſiam Sancti Hylari de Pitillanto cum omnibus poſſeſſionibus ſuis. Eccleſiam Sancti Laurentii de Collina cum omnibus poſſeſſionibus ſuis. Eccleſiam Sancti Michaelis de Dartbano cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Miniatis de Quintulo cum omnibus poſſeſſionibus ſuis. Eccleſiam Sancti Petri de Monticulo cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, & duodecim decimales. Liceat autem vobis eaſdem Cappellas canonice ordinare, atque idoneos in eis conſtituere Sacerdotes, qui debitam obedientiam ac reverentiam humiliter vobis exhibeant. Populus quoque, qui in Plebis veſtre territorio habitaverit, quod de iure debet tam in decimis, primitiis, oblationibus, ſepulturis, teſtamentis, & veſtimentis, quam in aliis rebus, ſicut in privilegio beate memorie PP. Nicolai predeceſſoris noſtri contineri dignoſcitur, ſine alicuius contradictione vobis perſolvat. Adiicientes vero auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne infra terminos veſtre parochie ullus omnino ſine veſtro & Epiſcopi veſtri conſenſu Eccleſiam aliquam vel hoſpitale conſtruere, vel conſtructam, alterius audeat ſubiicere poteſtati. Sed nec in cemeteriis predictarum Eccleſiarum domum quamlibet aliquis ediſicare preſumat. Parochianos quoque veſtros ad ſepulturam nullus accipiat, niſi iuſtitia veſtra, que de ſacrorum canonum vos ſanctione contingit, vobis integre conſervata. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed illibata omnia & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimode profutura. Salva Sedis Apoſtolice auctoritate & Dioceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi preſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, eamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Criſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiacet. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Criſti, quatinus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen, Amen.

Ego Adrianus Catholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Centius Portuenſis & S. Rufine . . . . ſubſcripſi.

Ego Gregorius Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Guido Presb. Card. tituli S. Griſogoni ſubſcripſi.

Ego Hubaldus Presb. Card. tituli S. Praxedis ſubſcripſi.

Ego Manfredus Presb. Card. tituli S. Savine ſubſcripſi.

Ego Iulius Presb. Card. tituli S. Marcelli ſubſcripſi.

Ego Bernardus Presb. Card. tituli S. Clementis ſubſcripſi.

Ego Octavianus Presb. Card. tituli S. Cecilie ſubſcripſi.

Ego Gerardus Presb. Card. tituli S. Stephani in Celiomonte ſubſcripſi.

Ego Iohannes Presb. Card. Sanctorum Iohannis & Pauli tituli Pammachii ſubſcripſi.

Ego Odus Diaconus Card. tituli S. Georgii ad Velum aureum ſubſcripſi.

Ego Iacintbus Diaconus Card. S. Marie in Coſmedin ſubſcripſi.

Ego Ildebrandus Diaconus Card. S. Euſtachii iuxta templum Agrippe ſubſcripſi.

Datum lat. per manum Rolandi S. R. Eccleſie Presbyteri Cardinalis & Cancellarii II. Kal. Decembr. Indictione V. Incarnationis Dominice anno MCLVI. Pontificatus vero Domni Adriani PP. IV. anno ſecundo.

Sequitur Bulla Nicolai IV.

„ Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum „ Dei, Dilectis filiis, Plebano Eccleſie Beate „ Marie in Pineta, eiuſque fratribus, tam pre„ ſentibus quam futuris canonice ſubſtituendis „ in perpetuum. Officii noſtri nos ammonet „ & invitat auctoritas pro eccleſiarum ſtatu ſa„ tagere, & earum quieti ac tranquillitati ſalu„ briter auxiliante domino providere. Eapro„ pter, dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis po„ ſtulationibus clementer annuimus, & Eccle„ ſiam Sancte Marie in Pineta Flor. Dioc. in „ qua divino eſtis obſequio mancipati, ad e„ xemplum felicis recordationis Adriani, & „ Gregorii VIIII, predeceſſorum noſtrorum „ Romanorum Pontificum, ſub Beati Petri & no-

Digitized by Google

„ noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis
„ ſcripti privilegio communimus. Statuentea
„ ut quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bo-
„ na, eadem Eccleſia impreſentiarum iuſte ac
„ canonice poſſidet aut in futurum conceſſione
„ Pontificum largitione Regum vel Principum,
„ oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis pre-
„ ſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis
„ veſtriſque ſuccaſſoribus & illibata perma-
„ neant. In quibus hec propriis duximus ex-
„ primenda vocabulis. Eccleſiam ſancti Marti-
„ ni de Strata cum omnibus pertinentiis ſuis.
„ Eccleſiam ſancte Marie de Caſtro Montis
„ Acuti. Eccleſiam ſancte Marie de Carpineta
„ cum omnibus ſuis pertinentiis. Eccleſiam
„ ſancti Iuſti de Mezans cum omnibus ſuis
„ pertinentiis. Eccleſiam Sancti Petri in Ieru-
„ ſalem cum omnibus ſuis pertinentiis. Eccle-
„ ſiam Sancti Stephani de Patholstico cum o
„ mnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti
„ Laurentii de Leroſe cum omnibus ſuis per-
„ tinentiis. Eccleſiam ſancti Petri de Mulier-
„ mala cum omnibus poſſeſſionibus ſuis. Eccle-
„ ſiam ſancti Martini de Bagnolo cum omnibus
„ pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Stephani
„ de Biſonica cum omniboa pertinentiis ſuis.
„ Eccleſiam ſancti Andree de Luiano cum omni-
„ bus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Ro-
„ muli de Boſſi cum omnibua pertinentiis ſuis.
„ Eccleſiam ſancti Martini de Coſſiri cum o-
„ mnibus pertinentiis ſuis. Eccleſism ſancti
„ Georgii de Pineta cum omnibus ſuis perti-
„ nentiis. Eccleſiam ſancti Chriſtofori de Strata
„ cum omnibus poſſeſſionis ſuis. Eccleſiam ſan-
„ cte Criſtine de Paniculc cum omnibus poſſeſ-
„ ſionibus ſuis. Eccleſiam ſanſti Hylarii de Pi-
„ rillaulo cum omnibus poſſeſſionibua ſuis. Ec-
„ cleſiam Sancti Laurentii de Collina cum omni-
„ bua poſſeſſionibus ſuis. Eccleſiam ſancti Mi-
„ chaelis de Dethano cum omnibus pertinentiis
„ ſuis. Eccleſiam ſancti Miniatis de Quiotulo
„ cum omnibus poſſeſſionibus ſuis. Eccluſiam
„ ſancti Petri de Monticulo cum omnibus ſuis
„ poſſeſſionibus, & duodecim decimales. Liceat
„ autem vobis eaſdem Capellas canonice or-
„ dinare atque ydoneos in eis conſtituere Sa-
„ cerdotea, qoi debitam obedientiam ac reve-
„ rentiam humiliter vobis exhibeant. Populus
„ quoqoe, qui in Plebis veſtre territorio habi-
„ taverit, quod de iure debet tam in decimis
„ primitiis oblationibus ſepulturis teſtamentis
„ & veſtimentis, quam in aliis rebus, ſicut in
„ privilegio beate memorie PP. Nicolai pre-
„ deceſſoris noſtri contineri dignoſcitur ſine ali-
„ cuios contradictione vobis perſolvat. Adii-
„ cientes vero auctoritate Apoſtolica prohibe-
„ mus, ut infra terminos veſtre parochie nul-
„ lus omnino ſine veſtro & Epiſcopi veſtri
„ conſenſu, Eccleſiam aliquam vel Hoſpitale
„ conſtruere, vel conſtructam, alterius audeat
ſu-

„ ſubiicere poteſtati. Sed nec in cimiteriis
„ predictarum eccleſiarum domum quamlibet ali-
„ quis edificare preſumat. Parochianos quo-
„ que veſtros ad ſepulturam nullus accipiat,
„ niſi iuſtitia veſtra que de ſacrorum canonum
„ vos ſanctione contingit, vobis integre conſer-
„ vata. Decernimus ergo ut nulli omnino ho-
„ minum liceat prefatam eccleſiae temere per-
„ turbare aut eius poſſeſſiones auferre vel abla-
„ tas retinere minuere ſeu quibuſlibet vexatio-
„ nibus fatigare. Sed illibata omnis & integra
„ conſerventur eorum pro quorum gubernatio-
„ ne ac ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus o-
„ mnimodis profutura. Salva ſedis apoſtolice
„ auctoritate & diocefani Epiſcopi canonica iuſti-
„ tia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica
„ ſecularilve perſona hanc noſtre conſtitutionis
„ paginam ſciens contra eam temere venire tem-
„ ptaverit ſecundo tertiove commonita, niſi rea-
„ tum ſuum digna ſatisfactione correxerit, pote-
„ ſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque
„ ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniqui-
„ tate cognoſcat & a ſacratiſſimo corpore ac ſan-
„ guine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu
„ Chriſti aliena fiat atque in extremo examine
„ divine ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem
„ loco ſua iura ſervantibus ſit pax domini no-
„ ſtri Ieſu Chriſti, quatinus & hic fructum
„ bone actionis percipiant, & apud diſtrictum
„ iudicem premia eterne pacis inveniant.
„ Amen. Amen. Amen.
„ Ego Nicolaus Catholice Eccleſie Epiſco-
„ pus. B. V.
„ Ego frater latinus Oſtienſis & Velletrenſis E-
„ piſcopus ſubſcripſi.
„ Fgo Gerardus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcri-
„ pſi.
„ Ego Iohannes Tuſculanus Epiſcopus ſubſcri-
„ pſi.
„ Ego Iohannes tituli ſancte Cecilie Presbyter
„ Cardinalis ſubſcripſi.
„ Ego Frater Mattheus tituli Sancti Laurentii
„ in Damaſo Presbyter Cardinalis ſob-
„ ſcripſi.
„ Ego Frater Hugo tituli Sancte Sabine Presby-
„ ter Cardinalis ſubſcripſi.
„ Ego Petrus tituli ſancti Marci Presb. Cardi-
„ nalis ſubſcripſi.
„ Ego Matheus ſancte Marie in Portico Dia-
„ conus Cardinalis ſubſcripſi.
„ Ego Iacobus Sancte Marie In Via lata Dia-
„ conos Cardinalis ſubſcripſi.
„ Ego Neapoleo Sancti Adriani Diaconus Car-
„ dinalis ſubſcripſi,
„ Ego Petrus Sancti Euſtachii Diaconus Cardina-
„ lis ſubſcripſi.
„ Datum apud Vrbemveterem per manum Ma-
„ giſtri Iohannis Decani Baiocenſis Sancte
„ Romane Eccleſie Vicecancellarii X.
„ Kal. Septembris Indictione quarta, In-
car-

850 pto vocabulo *Signa* adpellatur [a]; Eccleſia Montis Acuti

„ earnstionis dominiee A. MCCLXXXXI.
„ Pontificatus vero domni Nicolai PP.
„ IIII. anno quarto.

[a] Ita praeſert Catalogus Ecelrſiſtum Curatatum Dioecrſis Florentinae, & eſt Eccleſia in Plebatu D. *Ioannis Baptiſtae* Exineae. Exines, vulgo *Signa*, oppidum ad Arni dexteram ſitum, VII. M. P. Florentia ad occaſum diſtat. De Exinea multa ſcribo in meo *Hodoeporico pag.* 4. quae quidem heic rrtractabo, multis aliis additis. Vetuſtiſſimum monumentorum ad Exineam ſpectantium offendo in Regeſto Florentini Epiſcopatos, quod ita habet: *Qualitee Plebes de Signa tenetur & debet dare & ſolvere Epiſcapatui prediſta namine cenſus perpetus decem ſoldos. Caeta manu Agiprandi Notarii ſub anna Imperii Vgonis & Lotharii Imperatorum.* Hoc monumentum nec anno DCCCCXXXI. antiquius, nec anno DCCCCXLVI. recentius eſſe poteſt; nam priori Imperatores illi ſimul regnare coeperunt, poſteriori vero defierunt. Anno DCCCCLXIV. *Raimbaldus* Epiſcopus Florentinus Plebem D. *Ioannis Baptiſtae* Exioeae, eum omnibus eius bonis, Canonicis tuae Eceleſiae Florentinae donavit. Falluntur quam maxime *Vghellius*, *Cerracchinius*, & *De Meliore*, a quibus & ipſe in meo *Hodoeporica pag.* 4. deceptus fui, dum putant hanc donationem ab Epiſcopo *Raimbalda* factam fuiſſe anno DCCCCXXX. quum enim ex inſtromento conſtet id contigiſſe anno tertio imperii *Othonis* Auguſti, non autem eius regni; hic annus annu Arrae Vulgaris DCCCCLXIV. reſpondet. Heine extendenda eſt aetas Epiſcopi *Raimbaldi* ſaltem uſque ad hunc annum; eius autem primum anno adnotato monumentum habetur anno DCCCCXLI. quo dat in emphyteuſim quaedam bona Epiſcopatus *Atrapalda* & *Taximanne* filiis *Atripertii*, ut ex Inſtrumento Archivi Capituli Florentini conſtat. At nunc aliqeis fortaſſe ſubſpicabitur in ſucceſſione Florentinorum hietum nimium patere inter *Graſulphum* Epiſcopum, cuius extrema memoria ad ſummum eſt anni DCCCCVI. & inter *Raimbaldum*, cuius prima eſt ſupradicti anni DCCCCXLI. Sed etſi reſponderi poſſet nos quandiu illi Epiſcopi vixerint ignorare, & potuiſſe vitam producere ad ſenectutem extremam; mihi tamen videre videor alium Epiſcopum Florentinum inter *Graſulphum*, & *Raimbaldum* recenſendum. Eſt is *Pada*, qui huius nominis primus eſſet, cuius exſtant monumenta an. DCCCCXXI. & DCCCCXXVI. in Florentini Epiſcopatus Regeſto *pag.* 320. qui quidem *Podo*, utpote obſcurioris nominis, eum celebri illo S. *Podone*, qui *Sicbelmo* ſucceſſit, confuſus eſt a noſtris Scriptoribus, modo hunc locum Regeſti viderint, & conſideraverint. Nec facile putandum eſt erratum eſſe in notis numeralibus: tempus enim non ſemel, ſed bis ſignatur: & bis Scriptorem per incuriam erraſſe non ſtatim exiſtimandum eſt. Inſuper eodem loco ipſe etiam S. *Pado* memoratur, & ſuo tempori tribuitur: ſcribitur enim: *Qualiter Dominus Podo Epiſcopus Florentinus dedit ad livellarium Adamo filia Sizii unam petiam terre poſitam foris muros civitatis Florentie extra Ianuam civitatis Sancti Pancratii, pro annua penſione ſex denariorum argenti. Carta manu Bonis Notarii regnante Imperatore Octone.* Hic *Octa* eſt *Otto III.* Imperator: Charta autem illa ſcripta fuit ante annum DCCCCXCVI. *Octone* ſcilicet Rege, & non Imperatore, qualis inauguratus eſt hoc anno. Itaque non videtur dubitandum de alio *Podone* Epiſcopo agi, ubi multo anterior aetas adſcribitur. Loca Regeſti ſunt quae ſequuntur: *Qualitee Dominus Poda Epiſcapus Florentinus dedit ad livellarium Petro filia Gherardi, & Raueria Iohannis, & quibuſdam aliis, in dicto inſtrumenta contentis, unam caſam cum quadam petia terre, poſita ad Mugnone foris muras prope Campidolium pro annua penſione duodecim denariorum argenti. Carta manu Florentii Natarii ſub VCCCCXXI. de menſe Martii.*

Qualiter Dominus Pada Epiſcopus Florentinus dedit ad livellarium Malfeidie filia Gunildi, quaſdam poſſeſſiones & terras poſitas ad Empoli pro annua penſione ſex denariorum bonorum expendibilium. Carta manu Stefani Natarii ſub VCCCCXXVI. menſe Februarii.

Ceterum ante annum DCCCCXXXI. *Raimbaldum Podoni* ſucceſſiſſe oportet, quando in hoc ipſo Regeſto *pag.* 319. Chartas *Raimbaldi* habemus exaratas regnante Imperatore *Vgone*, antequam ſcilicet imperii conſortem *Lotharium* adſumeret. Ecce Regeſti teſtimonia:

Qualiter Dominus Rimbaldus Epiſcapus Florentinus conceſſit ad livellarium Philippo filio Marie quoddam ſolum & terram poſita in civitate Florentie prope mercatum Regis pro penſione ſedecim denariorum. Carta manu Offredini Notarii regnante Imperatore Vgone.

Qualiter Dominus Rimbaldus Epiſcapus Florentinus conceſſit ad livellarium Petro Benedicti quamdam poſſeſſionem poſitam prope murum civitatis Sancti Brancatii. Carta manu Petri Natarii regnante Imperatore Vgone, de qua promiſit annuatim dare nomine penſionis dicto Epiſcapatui duos denarios argenti.

Et *pag.* 316. habetur:

Qua-

Qualiter Dominus Rimboldus Epiſcopus Florentinus conceſſit ad livellarium Adolo filio Bernardi, quamdom caſam & ſolitum poſitam Florentie prope Eccleſiam Sancte Cicilie pro annua penſione trium denariorum Argenti. Carta manu Saſonis Notarii, Vgone Imperatore regnante.

Quare opus eſt, ut *Raimbaldus* ſaltem per XXXV. annos Eccleſiam Florentinam Epiſcopus rexerit. Nec mirum videri debet, quum & aliunde certum ſit, uſque ad annum ſaltem DCCCCLXII. vitam produxiſſe *Raimbaldum*, quum in Regeſto *pag.* 144. legatur:

Qualiter Dominus Rimbaldus Epiſcopus Florentinus conceſſit in pheudum Iohanni filio Curſi, & Iohanni filio Raimpaldi, certas partes unius petie terre poſite in populo Sancti Martini de Calonata pro annuo cenſu ſex denariorum Epiſcopatui ſolvendorum; Regnante Imperatore Ottone. *Ottho I.* enim anno DCCCCLXII. regnare coepit.

Sed ut ad Exineam, unde diſceſſimus, redeamus, *Sichelmus* Epiſcopus, qui *Raimbalda* ſucceſſit, anno DCCCCLXVII. donationem Plebis Exineae Capitulo Florentino a *Raimbaldo* triennio ante factam luculento Diplomate confirmavit, quod heic ex *Vghellio* produco, monens in anteceſſum hunc *Sichelmum* in Regeſto *Virum Beatiſſimum* adpellari *pag.* 52.

Qualiter Dominus Sichellinus, vir beatiſſimus, Eccleſie Florentine Epiſcopus, locavit Rodulfo qu. Ildebrandini domicilium Epiſcopatus Florentini poſitum loco dicto Cella Damiani, ubi Piſingo vocatur, pro ficto viginti quatuor denariorum argenteorum an uatim.

Sed tandem ad Diploma deveniamus:

Dum in Dei nomine, in Civitate Florentina, in trio domus Epiſcopatus B. Ioannis, Epiſcopio ipſius Civitatis, *pro data licentia Sichelmo Epiſcopo in iudicio redderet Fridericus Vaſſus, ac Miſſus domini Imperatoris, ſingulorum bonorum iuſtitias faciendas, ac deliberandas, reſidentibus cum eo Huberto Sancte Parmenſis Eccleſie, Guido, Zenobia Feſulenſis Eccleſie, Rainerio Suanenſis, Sanctorum dictis Epiſcopi, Adalberto Comite; Petro, Ingefredo Alcripertonacis, &c. Rodilando Vicecomite, Rainerio Comite, Gherardo, Vga, Petro, Rainerio, Ioannes, Leo Teuſio, Ioannis, & Anſiberta, Troſſerumo, Notoriis domini Imperatoris; Suppororeſio, Artio, Gerardo, Tendonico, & Atto Vicivegbildo, Sichelma, Ardeenldo, Raineeio, Petro, Rumberto, Raineri Vici Celmo, Guimaldo, Lamberto, Vildebranda, Petro, Gerarda, & Atto Teudo, & reliquis, ibique eorum venerunt praeſentia Petrus, Dominicus, Lea, Martinus, Presbyteri, Tbudo, Radilando, Maufredus Diaconas & Canonicus, & oſtenderunt ibi in eadem iudicia, una ſimul cum Petro Iudice, & Advocata ipſorundem Canonici, chartula una offerſionis, in qua continebatur in ea ab ordine, ſicut hic ſubter legitur,* In nomine Domini. Otho gratia Dei Imperator Auguſtus, anno Imperii eius tertio, menſe Iulio, Indictione ſeptima, feliciter. *Dum fragilitatis humani generis ultima vice temporis ſubitanea tranſpoſitio ventura appareat, ut non in quemquam imparatum, nec ſine aliquo boni operis reſpectu migrare de hoc ſeculo liceat, praeparare oportet ſibi viam ſalutis, per quam valeamus ante magnum tribunal Chriſti pervenire; & ideo ego Dei nomine manifeſtus ſum Raimbaldas Sanctae Florentinae Eccleſiae Epiſcopus, quia per remedium animae bon. me. anteceſſoris mei, & animae meae, ſeu per remedium animae de ſucceſſoribus mei, per hanc chartulam offerimus namine ad usu fruendum debere, & offerre, atque tradere praevidi ia communi de Eccleſia veſtra Sancti Ioannis Baptiſtae, id eſt Eccleſia que eſt Plebes noſtra Sancti Laurentii, & Sancti Ioannis Baptiſtae, cum curte, & caſis omnibus illis, quae eſt prima in loco, & in ea . . . . vero ipſis d. . . . quamque & de maſſaritiis cum fundamentis, & univerſis ſubricis ſuis, caſis, hortis, terris, vineis, ſilvis, virgis, pratis, porticis, ſilvis, olivetis, rebus cultis, & incultis, & vicolis, ſimulque Eccleſiis, & vicolis, ſub gentis ipſius Plebae noſtrae in integrum cum omnibus, & in omnibus, & rebus quantis abique, & in quibuslibet locis, & vocabolis, & appendiciis ad Plebem, & iſtam coetem, & iam dictas Eccleſias, & ſimiles ſane pertinentes, aut pertinere debeant, in integrum in ipſa Canonica dare, & offerre videoe in omnem redditum, & debitum, & debitori nem, illum quat… ſingulis hominibus, qui ſunt habitatores in villis nuncupatis io loco Prato Pegnano, ſeo Lecore, ſeu in loco Labricinia, Corliano, Domeſiano, Tarbacino, S. Angelo, Brumoenonm, Ciolotico, vel pra aliis villis, quae a dictis iſta Plebe, & omnibus, ubi habitant, ſunt, aut ubi fuerunt conſuetudo, tam vino laboris, oleo, beſtiis, argentum, pavamenta, ferramenta, vel qualiacumque mobilia, quae dici, aut nominari poſſemus, que ad ipſum Plebem, aut in ante fuit, amnio, & omnibus io integrum in ipſo Canonico dare, & offerre praevidi, ut ipſi Canonici qui moda ſunt aut erunt eorum ſucceſſoribus ſemper permaneat poteſtas in omnibus praedictis caſis, & rebus cum mobilibus, & familiis, quae ad iſtam Pleben ſunt pertinentes, aut pertinere debent, ipſi Canonici qui moda ſunt, aut in antea fuerunt, habeant habendi, impeeundi, laborare faciendi, cenſum ſoemondi in ipſa iſta Plebe. Pee veſtrum diſpoſitianem officium Dei, & luminaria, & miſſas, & incenſum fieri debeant, facultatem, & licentiam, & poteſtatem habentis vos Canonici, vel veſtri ſucceſſores, vel cui vos dederitis, vel habere decreveritis, ſic permaneat, poteſtatem, & io ipſa Eccleſia veſtra monilios io ſui ibidem mitteodum, & omnes monilios, quam ibidem invenerritis, que de iſto Plebe, & de iſta curte pertinet, aut pertinere debet foros trahendum, & tollendum, &*

Digitized by Google

faciendi exinde vos, vel ſucceſſores veſtei exinde omnibus quot vobis placaerit, & quales exinde feceritis ſtabiles peemaneat ſemper: nam Ego Raimbaldus Epiſcopus non habeam licentiam, & poteſtatem, neque ego pro dictus Raimbaldus Epiſcopus, neque mei ſucceſſores, de iſta Plebe, cum iſta curte, & cum omnibus ibidem pertinentibus, ſicut ſupradictum eſt, non habeant licentiam, nec poteſtatem, nec in cambio, neque pro libello, nec per nullum beneficium dare debeat, niſi iſti Cauunici qui modo ſunt, aut in ante fuerunt, habeant ad confirmandum, & faciendum quod volueritis. Et ſi forſitan ego Raimbaldus Epiſcopus, vel mei ſucceſſores, qui hoc ſcriptum offerimus diſrumpere, aut conteaire, aut diſminuere, aut in cambiu, aut pro libello, aut pro quolibet ſcriptum &c. ſubmuveerit, & non permiſerit omnia qualiter ſuperius legitur, aut ſcriptum eſt, Deum omnipotentem exinde habeant tributurem, & cum Iuda Scariothe habeant rationem in die Iudicii, & trecenturum decem & octo Sanctorum Patrum qui Canones conſtituerunt, & duodecim Apoſtolorum, & omnium . . . . Sanctorum incurrant in offenſionem, & maledictionem. Ideo vola atque confirmamus, ut Sacerdotes qui modo in ipſa Canonica ſunt, vel eorum ſucceſſores, incenſum, & luminaria, & officium Sacerdotale divinum, & Miſſam, & pſalmorum vigilias facer debeant, & ſi neglexerint, & non fecerint, Deus de manu illorum requirat. Et ſi forſitan ego qui ſupra Raimbaldus Epiſcopus, vel ſucceſſores mei de iſta Pieve & de iſta curte, & de omnibus iſtis caſis, & rebus & ſimulque cum Eccleſiis, & ſimitibus, quae ſunt ſubiectu ipſius Plebis noſtrae, aut de debitu vel redditu, quem conſuetudo reddendi, aliquis Ego Raimbertus Epiſcopus, vel ſucceſſores mei, ſubtrahere quaeſieeimus, & omnia quae ſuperius leguntur, non obſervaverimus, aut nos contradicemus, ita ſicut ſuperius legitur, ante Tribunal Chriſti deducat rationem, & inſuper componat ipſi Canonicae argentum denarios ſolidos ducentos: & quae per hanc chartulam offerimus uſque in finem ſeculi firma, & illibata permaneant. Actum Florentiae feliciter, &c. Lodo Archidiaconus ſubſcripſi. Iohannes de Vicedominis ſubſcripſi. Ego Dominicus Presbyter Canonicus, & Cardinalis ſubſcripſi. Ego Petrus Presbyter Canonicus, & Cardinalis ſubſcripſi. Ego Silveſter Presbyter Canonicus, & Cardinalis. Ego Albertus Presbyter Canonicus, & Cardinalis. Ego Petrus Presbyter, & Canonicus ſubſcripſi. Ego Vgo Presbyter, & Cardinalis. Ego Petrus Diaconus, & Canonicus ſubſcripſi. Ego Leo Presbyter, & Canonicus ſubſcripſi. Ego Martinus Presbyter Canonicus ſubſcripſi. Ego Dominicus Presbyter Canonicus ſubſcripſi. Ego Petrus Presbyter Canonicus ſubſcripſi. Ego Ioannes Subdiaconus, & Canonicus ſubſcripſi. Ego Altipertus Iudex Domini Imperatoris ſubſcripſi. Ego Gerardus Notarius rogatus a Rambaldo Epiſcopo ſubſcripſi. Ego Petrus Notarius, & Scriba ſubſcripſi. Ego Petrus Notarius Domini Imperatoris ſcripto poſt traditum implevi. *Chartula ipſa ibi offerimus in iudicio oſtenſo, & ab ordine, &c. interrogati. Ipſe Petrus, Dominicus, Leo, Martinus Presbyteri, Huidu, Rodilandu, Sicofredus, Diaconi, & Canonici Eccleſ. Epiſcopat. Sancti Ioannis, & Petrus Iudex advocatus eorum ab his Iudicibus, & auditores pro . . . . chartula ipſa offeeimus, ibi in Iuditiu oſtenderant, qui dixerunt vere chartula ipſa offerimus hic in iudiciu vobis oſtendimus preſentibus, ut ne quislibet homo adverſus ſuos exinde aliquid dicere poſſit quod nos eam falſam, aut occulta, vel conludioſa habuiſſemus, aut detenuiſſemus, & . . . . Eccleſiis illa, cuius vocabulum eſt S. Laurentii, & Sancti Ioannis Plebem baptiſmale ſita loco, ubi dicitur Exinea, cum omnibus caſis, & rebus, ſeu redditum, & debitionum ad eum pertinentibus, habeamus, & detinemus ac pars praenominata Canonica ſequenter ipſa offerimus chartula, & ſi quislibet homo adverſus nos exinde aliquid dicere velit, parati ſumus hic vobis praeſentibus cum eo in rationem ſtandum, & legitime fieri curandam, & quod plus eſt, quaerimus, ut dicat nobis iſte Sichelmo venerabilis Guidu, & Petrus Iudex, & advocatus eius, & ipſius Epiſcopii, qui hic preſentes ſunt ſi chartula ipſa offerimus, quam hic in Iudicio oſtendimus, ſi bona, & verax eſt, & legibus facta eſt, aut ſi predictus Raimbaldus qui fuit Epiſcopus, & fieri rogavit, & manu ſua firmavit Eccleſiis illa, cui vocabulum eſt Sancti Laurentii, & Sancti Ioannis Baptiſtae cum omnibus caſis, & rebus ſeu redditum, ſeu debitionum ad eam pertinentibus nobis, vel pars praedicta canonica concedere aut contraditere valt, quibus ipſe Dominus Sichelmus Epiſcopus, & praedictus Petrus Iudex eius, & ipſius Epiſcopii advocatus, profeſſi, & manifeſti dixerunt, vere chartola ipſa offerſionis, quam hic in iudiciu oſtendiſtis, bona, & vera, & legalis facta eſt, & praed. Raimbaldus, qui fuit Epiſcopus, fieri rogavit, & manu ſua firmavit, ac praedicta Eccleſia Plebis Sancti Laurentii, & Ioannis cum omnibus ſuis caſis, & chartis, ſeu redditum, & debitionum, atque rebus ad eam pertinentibus vobis, vel pars praenominata Canonica, veſtriſque ſucceſſoribus, non intendimus, neque contradicere quaerimus neque per ſcriptiones, neque per ullum argumentum, ingenium, ſed ut diximus veſter quis Canonicat ac pars praedicta Canonica veſtriſque ſucceſſoribus ſequenter ipſa offerſionis pagina eſſe debeat, & cum ipſe Sichelmus Epiſcopus, & Petrus Iudex eius, & ipſius Epiſcopii advocatus, profeſſi, & manifeſti dixerant certum eorum amori paruit quis iudicibus, & auditoribus, & iudicaverunt, ut viſo rerum alterratione, & ipſius Domini Sichelmi Epiſcopi, & Petri eius, & ipſius Epiſcopii advocati, ipſe Petrus, Dominicus, Leo, Martinus Presbyte-*

teri, Huido, Rodilandu, Manfredus, Diaconi, & Canon ci, Eccleſia vera ipſius Sancti Laurentii, & Sancti Ioannis, Pleba Baptiſmale cum omnibus veſis, & chartis, ſen reddituum, & debitionum, cum omnibus rebus ad eum pertinentibus habeant, & detineant ſequenter ipſa afferſionis pagina, & maneat inde ſecurus, & indemnis, ſine contradictione ipſius Sichelmi Epiſcopi, & Petri eius, & ipſius Epiſcopii advocati, vel pars praedicti Epiſcopii, nam ipſe Sichelmus Epiſcopus, & Petrus Iudex, & advocatus eius, & ipſius Epiſcopii, vel pars praedicti Epiſcopatus maneutet inde omni tempore tacitas & contentos, ac remotas, & inſuper ipſe Fridericus Vaſſus, & Miſſus Domini Imperatoris pro parte, quam in ſuis detinebat manibus, miſit banum Domini Imperatoris ſuper Eccleſia illa Sancti Laurentii, & Sancti Ioannis Plebe Baptiſmale, & ſi inſuper caſis, & omnibus rebus, ſeu reddituum, & debitionum ad eum pertinentibus in marcuas duo millia, & nullus quislibet homo magnus, parvuſque pro nau praenominati Canonici, & ceteriſque Canonicis eorumque ſucceſſoribus de praedicta Eccleſi Sancti Laurentii, & Sancti Ioannis Plebe Baptiſmal- cum omnibus chartis, & cauſis, ſeu reddituum, & debitionum cum omnibus rebus ad eum pertinentibus devenire praeſumat, qui vero fecerit, praedicta duo mille marcuas auri compoſiturum ſe agnoſcat, medietatem pars Camerae Domini Imperatoris, & medietatem praedicti Canonici, qui in ipſa Domini Canonici praeſentes fuerint, eiuſque ſucceſſoribus: eo modo finita eſt cauſa, unde banna noſtra pro ſecuritate, & ad futuram obſervationem eorundem Canonicarum attendendam fieri iuſſimus. Ideo & ego Terpertus Notarius Domini Imperatoris, & iuſſione Friderici Miſſi Domini Imperatoris, ſeu Iudicum admonitione, ſcripſi anno Regni Domini noſtri Othonis glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti, anno Regni eius in Italia sexto, ſeptimo Kalen. Iulii Indictione X.

Ego Fridericus Miſſus ſubſcripſi.
Zenobius Epiſcopus Feſulanenſis Eccleſiae interfui.
Ego Rolandus Vicecomes ibi fui ſubſcripſi.
Hubertus Epiſcopus Parmenſis ſubſcripſi.
Rainerius Epiſcopus Suanenſis Eccleſiae interfui.
Ingefredus Iudex D. Imperatoris interfui.
Ego Rolandus Iudex D. Imperatoris interfui.
Ego Regembaldus Diaconus, & Primicerius interfui.
Benedictus Iudex D. Imperatoris interfui.
Petrus Iudex Domini Imperatoris interfui.
Petrus Iudex Domini Imperatoris interfui.
Petrus Notarius, & Scabinio interfui.
Hugo Notarius interfui.
Ancibertus Notarius D. Imperatoris interfui.
Ego Ioannes Notarius interfui.
Ego Hubertus interfui.
Ego Rainerius ibi fui.
Ego Raimbaldus Not. D. Imperatoris ibi fui.

Exineſe, ſeu Signae, quoque mentio occurrit in Inſtrumento *Villae* Comitiſſae, *Bonifacii* Marchionis filiae, & *Hugonis* Marchionis matris, quo fondat & dotat Monaſterium Florentinum Sanctae *Mariae*, quodque its habet apud *Ughellium pag.* 46. & apud *Puccinellium* in *Chronica Abbatiae Florentinae pag.* 198. quum ſcriptum ſit anno DCCCCLXXVII.

„ In nomine Domini Dei, & Salvatoris „ noſtri Ieſu Chriſti. Otho gratia Dei Imperator Auguſtus, filius domini Othonis, anno „ Imperii eius XI. pridie Kal. Iunii, Indict. „ VI. Divinae gratiae munere, & ſupernae virtutis auxilio a faucibus daemonicae poteſtatis eruat nos miſericors Dominus, aeternae „ patriae gaudiis faciat coheredes, ſedulis admonitionibus, crebriſque praeceptis informet. Vnde eſt illud: Venite ad me omnes „ qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos requieſcere faciam. Et ne quis de vis ad eum „ perveniendi, vel qualis ab eo recipiendi eſſet facultas dubitaret, quod promiſit ipſe „ certam oſtendit formulam, cum dixit: Dimittite, & dimittetur vobis, date, & dabitur vobis; & tamen hoc idem, quod docuit, „ ſegniter quis agere hortatur ipſe alibi, cum „ dixit: Vigilate, & orate quia neſcitis diem „ neque horam. Hanc vocem ſcilicet ita omnes „ debemus frequentiſſime meditari, quatenus „ ſemper prae oculis mentis habeatur: oportet enim ſingulis, qui ſe omnipotentis Dei „ miſericordia huiuſmodi divitiis, vel quibuſcumque temporalibus adiomentis noverint „ conſulatos, ex his, quae acceperunt ab eo, „ quamtumlibet illi conferre cum gratiarum actione, a quo ſibi noverint cuncta, quae habent, „ conceſſa, quia regnum Dei tantum valet, „ quantum habet; quod ut credi poſſit, dominicis inſtruimur documentis, quia mulierem „ duo minuta offerentem plus ceteris omnibus „ aſſeruit obtuliſſe. Vnde ego in Dei nomine „ Vvilla Comitiſſa, lege vivente Salica filia b.m. „ domini Bonifacii, qui fuit Marchio, optimum „ duxi pro animae meae remedio aedificari Eccleſiam, & Monaſterium, a fundamentis in proprio territorio meo, in honorem B. Mariae „ Virginis, ſitam infra civitatem Florentinam „ iuxta murus ipſius civitatis, ubi in ipſum ſan-

Digitized by Google

„ ſanctum locum de rebus meis aliquid offerre,
„ & confirmare volo, ubi per hanc offerſionis
„ paginam pro animae meae remedio offero
„ Deo, & ipſius Eccleſiae Monaſterio S. Ma-
„ riae, in primis fundamentum illud, in quo
„ ipſa Domini Eccleſia ſita eſſe videtur, una
„ cum omnibus caſis ſeu curte, tota inſuper
„ comprehenſa recta ipſa Eccleſia, cui cohae-
„ ret ei ex una parte murus ipſius civitatis,
„ & alia via publica de tertia parte curte, &
„ caſa , . . . & de quarta igitur parte, curte,
„ & caſa , . . . Haec autem praedicta fun-
„ damenta, in quibus ipſa Domini Eccleſia ſita
„ eſſe videtur cum caſis, & curte, & cum
„ omnibus ſuper ſe habentibus, tota inſimul
„ comprehenſa, qualiter ab omni parte cir-
„ cumdata eſt per deſignata loca cum funda-
„ mentis, & omnibus aedificiis, vel univerſis
„ fabricis ſuis, quod eſt inter tot per men-
„ ſuram ad iuſtam perticam menſuratam ſcala-
„ rum centum in integrum cum inferioribus,
„ & ſuperioribus, ſeu cum acceſſionibus, &
„ & ingreſſione ſua, & qualis ſuperius menſu-
„ ra, & cohaerentia diſcernitur, Deo, & ip-
„ ſius Eccleſiae monaſterio S. Mariae, offerre
„ praevidi una cum omnibus aliis caſis, & ter-
„ ris, ſeu rebus meis illis, quas habeo in prae-
„ ſata civitate Florentiae, cum fundamentis, o-
„ mnibus aedificiis cum univerſis fabricis ſuis,
„ omnia & in omnibus rebus quantam in prae-
„ ſata civitate Florentiae mihi per quemcum-
„ que ordinem eſt pertinens, in integrum pro
„ animae meae remedio offero Deo, & ipſius
„ Eccleſiae monaſterio S. Mariae, id eſt XXI. in-
„ ter caſas, & caſinas, ſeu rebus meis illis maſſari-
„ tiis, quas habeo infra comitatum, & territorium
„ Florentinum, & Feſulanum, loco qui di-
„ citur, octo ex ipſis eſſe videntur in Monte
„ domini, quas quidem Theuto ad manus ſuas
„ habuit; quatuor ex ipſis in loco Cignoci,
„ qui ſunt inter tot cultras res per menſuram
„ ad iuſtam perticam menſuratas modiorum cen-
„ tum viginti; & duo ex ipſis in loco Bibia-
„ ne; & tres ex ipſis in Villa magna; & qua-
„ tuor ex ipſis in loco Marinae, quas Azo fi-
„ lius quondam Sigirii ad manus ſuas habuit.
„ Haec autem praenominata XXI. inter caſas,
„ & caſinas, ſeu res illas maſſaritias, in ſingulis
„ domnicatis, & vocabulis ſuperius dictis, cum
„ fundamentis, & omnibus aedificiis, vel uni-
„ verſis fabricis ſuis, ſeu curtis, hortis,
„ terris, vineis, olivetis, ſilvis, virgaſtris,
„ pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis,
„ omnia in omnibus rebus, quantas ubique in
„ quibuslibet locis vel vocabulis ad preſatas
„ caſas, & caſinas, ſeu rebus maſſaritiis ipſis,
„ ſunt pertinentes, vel aſpicientes de ſtatutis
„ hominibus ad manus ſuorum habere, & de-
„ tinere videatur, in integrum Deo, & ipſius
„ Eccleſiae monaſterio offerre praevidi una cum
omni-

„ omnibus caſis, & terris, ſeu paſcuis, quas
„ habeo in loco, in finibus, ubi dicitur Mon-
„ temolinario prope Vertinula, caſis, & omni-
„ bus rebus ipſis cum fundamentis, & omni-
„ bus aedificiis, vel univerſis fabricis ſuis, ſeu
„ cunctis hortis, & terris, & vineis, ſilvis,
„ virgaſtris, pratis, paſcuis, cultis rebus vel
„ incultis, omnia, & in omnibus rebus, quate-
„ nus ubique in quolibet loco, vel vocabulo,
„ quantum mihi in praefato Montemolinario per
„ quemcumque ordinem, vel in eius finibus
„ eſt pertinens, in integrum Deo, & ipſius Ec-
„ cleſiae Monaſterio offerre praevidi. Ita offe-
„ ro Deo, & ipſius Eccleſie monaſterio S. Ma-
„ riae pro remedio animae meae, id eſt quatuor
„ caſas, & curtes, ſeu rebus meis illis tam
„ domnicatis, quam & maſſaritiis, quas habe-
„ re videor in praeſcripto comitatu Florentino,
„ & Feſulano. Prima curte dicitur Signa cum
„ caſtello, & Eccleſia cum XL. manſis ad ip-
„ ſam curtem pertinentibus, quae ſunt de per-
„ tinentiis de ipſa curte de cultra res per
„ menſuram ad iuſtam perticam menſuratas mo-
„ diorum mille, de terris agreſtibus mo-
„ diorum quingentorum. Secunda autem cur-
„ te dicitur a Greve cum caſtello, quod dici-
„ tur Scandiccio, & cum Eccleſia, ſeu cum
„ XXX. manſis, que ad ipſam curtem ſunt
„ pertinentes, quod ſunt de pertinentiis de ipſa
„ curte, de cultra res per menſuram ad
„ iuſtam perticam menſuratas modiorum
„ trecentorum, & de terris agreſtibus mo-
„ diorum quingentorum. Tertia curte di-
„ citur Bibiano cum caſtello ibi aedificato, &
„ & cum decem manſis quae ad ipſam curtem
„ ſunt pertinentes, quod eſt de pertinentiis de ip-
„ ſa curte, de cultra res per menſuram ad iuſtam
„ perticam menſuratas modiorum centum, &
„ de terris agreſtibus modiorum mille. Quarta
„ dicitur curte Gampergha cum manſo uno,
„ & cum ſuo domnicato, quod eſt de cultra res
„ per menſuram ad iuſtam perticam menſura-
„ tas modiorum XX. & de terris agreſtibus
„ modiorum duo. Haec autem praenominata
„ quatuor caſas, & curtes donnicatas, una cum
„ ſupradictis caſtellis, & Eccleſiis, caſis, &
„ rebus cum donnicatis, & maſſaritiis,
„ cum fundamentis, & omnibus aedificiis uni-
„ verſiſque fabricis ſuis, ſeu curtis, hortis,
„ terris, vineis, olivetis, ſilvis, virgaſtris,
„ pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis,
„ omnia, & in omnibus rebus tam donnicatis,
„ quam etiam maſſaritiis, cum ſervis, & an-
„ cillis quatenus ubique in quibuslibet locis,
„ vel vocabulis, ad praeſcriptas caſas, & curtes
„ donnicatas, & praenominatis caſis, & rebus
„ maſſaritiis ſunt pertinentes, & vel aſpicien-
„ tes, in integrum tibi Deo, & ipſius Eccle-
„ ſie monaſterio Abbatem, & Patrem ſeu Mo-
„ nachos, & Presbyteros, ſecundum regulam
San-

Sancti Benedicti ibi eligere, & ordinare, atque eonfirmare volo, & omnibus ſupradictis caſis, & curtis, ſeu caſtellis, & Eecleſiis eum omnibus eorum donnicaris, quam & maſſaritiis, ſeu familiis, quod ſuparius legitur, in ipſum almum loeum, vel de illo Abbas, Rector, & Cuſtos, qui ibi pro tempore fuerit, ſit poteſtas eas babendi, tenendi, imperandi, laburare fsciendi, & ad partem eiuſdem monaſterii poſſidendi, & uſufructuandi, etism pro animae meae remedio ſie eſſe inſtituo, ut omni tempore die noctuque orationes ſeu miſſarum ſolennia atque nocturna vigilantia in ipſa Domini Eeeleſia & monaſterio facere ſeu canere debeant ſecundum regulsm Sancti Benedicti, ut omni tempore ille Abbas, Cuſtos, & Rector, qui in ipſo ſancto monaſterio eſſe videtur, una eum ipſa congregatione ſervorum Dei, qui ibidem congregati fuerint, ibidem Dei omnipotentis deprecentur miſerieordiam in pſalmis, hymnis, & miſſis, ſeu orationibus, & nocturnis vigiliis pro animae meae remedio, ut mihi omnipotens Deus pias, & miſerieors eſſe dignetur, & pro eorum orationibus veniam & indulgentiam peccatorum meorum obtinere merear. Et taliter volo, atque ſic eſſe inſtituo, ut ille Abbas, Rector, & Cuſtos, qui in ipſum ſanctum locum pro tempore fuerit, non habeat poteſtatem neque lieentiam de omnibus ſupradictis caſis, & curtis, ſeu caſteilis, & Eecleſiis, ſeu familiis, cum rebus donnieatis, & maſſaritiis ad ipſam Domini Eeeleſiam & monaſterium pertinentibus, nec vendere, nec donare, nec commutare, nee per ullum argumentum, & ingenium alienare, nec dare, nee minuere, ſed ad ipſum ſanctum monaſterium, eiuſque Recturem, ſit poteſtas habendi, & fruendi, ſicuti ſuperius dictum eſt, quia ſie in omnibus mea decrevit voluntas. Inſuper ego quia Willa Comitiſſa ad para ipſius Eccleſiae & monaſterii Sanctae Mariae, vel ad illum Abbatem, ſeu Rectorem, & Cuſtodem, qui in ipſum ſeilicet almum locom pro tempore fuerit, omnia que ſupra leguntur, legitimam facio veſtituram per eultellum, fiſtucum nodatum, vvantonem, & vvaſorem terrae, atque ramum arboris, me ex inde foris expuli, & verpoi, & na abſeſitum feei, & ipſius Eecleſiae monaſterio ad proprietatem, ſicut ſuperius legitur, ad babendum conceſſi. Si quis vero, quod futurum non eredo; ſi ego ipſa quia Willa Comitiſſa, quod abſit, aut ullus de heredibus aut proheredibus meis, ſeu quaelibet ſuppoſita perſooa, contra hanc offerſionis paginam ire qoandoque tentaverit, aot eam quocumque ingenio irrumpere, aot retollere, aut minuere, de omnibus, quae ſuperius leguntur, inferimus parti ipſius Eccleſiae Sanctae Mariae, vel ſuis Rectoribus, eorumque ſueceſſoribus mulctam, quae eſt poena auri optimi libras mille, argenti pundera decem millia. Qui omnibus, his quae ſuperius leguntur, minuere, aut ſubtrahere, vel intentionare, aut fraudare tentaverit, aut alienare, vel infringere quaeſierit, ſeu delere voluerit, deleat nomen eius omnipotens Deus de libro viventium, & eum iuſtis non ſeribatur; fiat partieeps eum Datan, & Abiron, quando aperuit terra os ſuum, & deglutivit eos; fiat ſocius cum Anania, & Saphira, qui fraudaverunt pecuniam Domini; ſit deprehenſus cum Simone mago, qui gratiam Sancti Spiritus venundare voluit: ſit partieeps cum Iuda Iſchariuto, qui propter cupiditatem vendidit Dominum, & Magiſtrum; ſit ſeparatus a eonſortio iuſtorum, & in die iudieii non reſurgat in numero illorum, & inſuper omni irae Dei ſit ineurſurus. Atramentario vero, penna, & pergamena, manibus meis de terra elevavi, & Theuperto Notario, & Iudici domini Imperatoris ad ſeribendum tradidi, & ſeribere rogavi, & teſtibus obtuli roborandum, ut in ſuo permaneat robure, & firmitate, cum ſtipulatione ſubnixa.

„ *Actum Piſarum. Signum Dominae ſupradictae Willae Comitiſſae, quae banc offerſionis paginam fieri rogavi, & ea relecta complacui.*

„ *Signum Domioorum Stephani, & Walterii, ſeu Ottolini, lege vivente Salica teſt.*

„ *Signum Domioorum Bernardi, filii Domini Gherardi, & item Bernardi, ſimiliter lege vivente Salica Teſt.*

„ *Egu Andreas Not. rogatus a Willa Comitiſſa teſt. ſubſcripſi.*

„ *Nos Goffredus Notarius, & Iudex Domini Imperatoris rogatos a Willa Comitiſſa teſtis ſubſcripſi.*

„ *Leo Iudex Domini Impereratoris teſtit ſubſcripſi.*

„ *Bonizo Notarios Domini Imperatoris rogatos teſt.*

„ *Ego Gottofredus rogatos teſtis ſubſcripſi.*

„ *Ego Rodeltradus Vicecomes rogatus Teſtis.*

„ *Ego Walterius rogatus Teſtit.*

„ *Ega Goffredus Iudex D. Imperatoris de hac pagina offerſionis rogatus a dicta Willa Comitiſſa ſubſcripſi.*

„ *Cupertus Notarius, & Iudex D. Imper. poſt traditam complevi, & dedi X. Kal. Ianuarii.*

Plebes Exineae pariter memoratur in ſequenti Diplomate *Othonis III.* anno MII. ex-

xtrato apud *Vghellium* & apud *Puccinellium* in *Chronico Abbatiae Florentinae pag.* 241.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Otho ſervus Apoſtolorum. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris preſentibus atque futuris, quod nos propter Dei omnipotentis amorem, & ob remedium anime Marchionis Hugonis, Monaſterio S. Marie, quod mater ſua VVilla conſtruxit, omnia, que illi collata eſſe noſcuntur, per hoc noſtrum preceptum corroboramus, in quo preeſt Marinus Abbas. Confirmamus itaque iam dicto monaſterio in civitate Florentia ſito univerſa predia illuc per cartarum munitates pertinentia; nominative caſtellum de Signa, Greve, Viclo, Bibiano, Luco, Cedecha, cum omnibus eorum pertinentiis. Inſuper curtes Montem Domini, Radda, in Fuſci, duas curtes Bibione, Francilione, Monte molinario, Figiſe, omnia iſta, & cetera, que pertinent ad eandem Abbatiam, predicto Abbati Marino, eiuſque ſucceſſoribus, & monachis in eodem coenobio ſecundum regulam Sancti Benedicti degentibus, firma corroboramus traditione. Precipimus itaque quod nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, ſive aliquis homo ſive magnus, ſive parvus, eandem Abbatiam de ſuis rebus inquietare, moleſtare, vel diſveſtire preſumat. Ipſa vero Abbatia Regalis, vel Imperialis libera eternaliter permaneat. Si quis igitur hoc preceptum fregerit, componat centum libras auri optimi, medietatem camere noſtre, ac medietatem predicto monaſterio; quod ut verius credatur, hanc paginam manu noſtra roboratam ſigillari iuſſimus.

Signum Domini Othonis Ceſaris invicti.

Heribertus Cancel. vice Petri Epiſcopi recognovit.

Datum in Paterno VI. Idus Ianuarii anno Dominicae Incarnationis MII. Indictione XV. anno Tertii Othonis Regni XVIII. anno Imperii VI.

In Diplomate etiam *Henrici II.* Imperatoris Exemtio occurrit, quod quidem ita habet apud *Puccinellium* in *Chronico Abbatiae Florentinae pag.* 243.

In nomine S. & individuae Trinitatis. Henricus divina favente miſericordia Rex. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris praeſentibus, ſcilicet, & futuris, qualiter nos propter Dei Omnipotentis amorem; & ob remedium animae Marchionis Vgonis, monaſterio S. Mariae, quod mater eius VVilla conſtruxit, omnia illi collata eſſe noſcuntur, per hoc noſtrum reſcriptum corroboramus, in quo praeeſt D. Marinus Abbas. Confirmamus itaque iam dicto monaſterio in civitate Florentia ſito univerſa praedia illuc per cartarum munitiones pertinentia. Nominative Caſtellum de Signa, Greve, Viclo, Siana, Bibiano, Luco, Cedeca, cum omnibus eorum pertinentiis. Inſuper Curtes montem Domini, Radda. In Comitatu Valterranenſi curtes duas cum Caſtellis, una quae dicitur Caſalia, alia vero Fuſci, Bibione, Franciliono, Monte Molinario, Figiſe, omnia iſta, & caetera, quae pertinent ad eamdem Abbatiam praedicto Abbati Marino, ſuiſque ſucceſſoribus, & Monachis in eodem Coenobio ſecundum S. Benedicti Regulam degentibus, firma corroboramus traditione. Praecipimus igitur, ut nullus Dux, Marchio, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, ſeu aliquis homo magnus, ſive parvus, eamdem Abbatiam, ſeu Abbatem, & Monachos ibidem in tempore degentes de rebus iam dicti Monaſterii, inquietare, vel diſveſtire praeſumant. Si quis igitur, quod minime credimus, hoc praeceptum fregerit, componat centum libras auri optimi, medietatem Camerae noſtrae, & medietatem praedicto Monaſterio; quod ut verius credatur, hanc paginam manu noſtra roboratam ſigillari iuſſimus.

Signum Domini Henrici Regis inviƈtiſſimi.

Everardus Epiſcopus, & Cancellarius recognovit.

Datum pridie Idus Maii anno Dominicae Incarnationis MXII. Indictione X. Domini vero Henrici Regis Secundi, regnantis X. Actum Panembero feliciter amen.

Sed quum bona, & iura omnia, etiam *Conradus* Auguſtus eidem Monaſterio confirmaſſet, in eius ſequenti Diplomate Exemtionis mentio habetur, ut apud *Puccinellium* laudatum *pag.* 247. videre eſt.

In nomine Sanctae & Individuae Trinitatis. Chuonradus divina favente gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Notum eſſe volumus omnibus S. Dei Eccleſiae Chriſtianis fidelibus, tam praeſentibus, quam futuris, quam ſub inſtrumentum noſtrae dilectae Coniugis Gillae Imperatricis, & Henrici unici noſtri filii, & Regis, ac Brunonis noſtri conſanguinei, & Cancellarii, confirmamus, & corroboramus omnia pertinentia ad Monaſterium S. Mariae in civitate Florentia. Nominative Caſtellum de Signa, Greve, Viclo, Bibiano, Luco, Cedecha cum omnibus eorum pertinentiis. Inſuper curtes Montem Domini, Radda. In Comitatu Valterranenſe curtes duas cum Caſtellis, una quae dicitur Caſalia, alia Fuſci, Bibione, Franciliono, Monte Molinario, Figiſe. Omnia iſta, & quae praedicto Monaſterio, cui ad praeſens praeeſt D. Petrus per chartarum munitiones, ſeu etiam perſonaliter traditione collata ſunt, firma corroboramus traditione. Praecipimus itaque, ut nullus Dux, Marchio, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, ſeu aliquis homo magnus, ſive parvus, eamdem Abbatiam, ſeu Abbatem, & Monachos ibidem in tempore degentes, de rebus iam dicti Monaſterii inquietare, vel diſveſtire praeſumat; ipſa vero Abbatia Imperialis, vel Regalis, libera aeter-

aeternaliter permaneat. Si quis igitur, quod minime credimus, hoc praeceptum fregerit, componat C. libras auri optimi, medietatem Camerae noſtrae, & medietatem praedicto Monaſterio; quod ut verius credatur, hanc paginam manu noſtra roboratam ſigillari iuſſimus.

Signum Domini Chuonradi Imperatoris Sereniſſimi.

Bruno Cancellarius Sacri Palatii vice Aribonis Maguntinenſis Archiepiſcopi recognovit.

Datum anno Dominicae Incarnationis MXXX, Indictione XIII, Kal. Aprilis anno vero Chuonradi regnantis VI, eiuſdemque Imperii III.

Actum in Cingelinherim feliciter.

Anno autem MXXXVI, *Atto* Epiſcopus Florentinus in Epiſtula ad *Benedictum IX*, Pont. Max. quum multa bona Canonicorum Florentinorum recenſeat, etiam Plebis Exinese meminit, ut patet ex ipſo Inſtrumento apud *Vghellium*.

,, Cum conſtet omnes in huius exilii peregrinatione viventes perpetuo ſubſiſtere non poſſe, & poſt ſolutionem carnis vitalem portionem animabus hominum remanere, ſive iuſtis ad gloriam, ſive impiis ad poenam; neceſſarium eſt a temporalibus bonis animum removere, atque aeternae beatitudinis praemia iuſtitiae opera aſſequi ſtudere, quatenus in illa coeleſti gloria bonorum operum mercedem quiſque obtineat, & Angelorum coetibus adiunctus aeternae felicitatis perfruatur gaudiis, qui hic mente ſedula tetract re ſtuduit Salomonis ſententiam monentis: Quodcumque poteſt manus tua facere, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia, valet apud inferos, quo tu properas. Et in Evangelio: Currite dum lumen vitae habetis, ne tenebrae mortis vos comprehendant. Et alibi: Videte ne fuga veſtra fiat hyeme, vel Sabbato. Quod ego Atto ſanctae Florentinae Eccleſiae Epiſcopus mente pertractans, meique honoris pondera gravia eſſe cognoſcens, licet curis ſaecularibus gravatus ultra placitum, ſtudio tamen termonum, & operum ad reparandos Eccleſiae mihi commiſſae honores, pro meae parvitatis modulo animi intentionem direxi, quatenus in illo tremendo examine pro talento mihi credito a Domino merear audire: Euge, ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituo, &c. Inter diverſas igitur, ac varias curas poſitus, dum ad meliorem ſtatum reparare omnia ſtudeo, ordinata regere, inordinata ordinare, ad Canonicorum ordinem uſque devoni, quem partem regulari tramite, partem vero, ut antiquus mos Eccleſiae obtinuit, non decenter militare cognovi, Quod ego videns valde iractus ſum, quoniam canonicus ordo ab initio mihi placuit, percunctari fratres magno coepi deſiderio, quibus in rebus noſtrum vellent adiutorium, quod facere ardenti deſiderabam animo: fratres vero petierunt, ut primitus, quae ab antiquis Epiſcopis in Florentina commiſſa ſunt Canonica, per decreti confirmarem paginam. Nos itaque per huius decreti inviolabilem paginam confirmamus in praedicta Canonica quicquid temporibus retroactis, ſive ab eiuſdem eccleſiae Pontificibus; ſive a fidelibus Chriſtianis, Regibus, vel Ducibus, ſeu etiam privatis, & militantibus, conceſſa ſunt, iuxta Florentiae urbem, Pratum Regis, Campum Regis, cum manſis, & territoriis omnibus, quae modo in Florentina curte habet, & retinet praedicta Canonica; curtem de Cintoria totam, ſicut ipſi habere, & tenere videntur, & illam partem eis reddimus, quam Primicerius contra Canonica inſtituta uſurpare auſus eſt; Plebem e Sinia, cum curte, & manſis, & territoriis omnibus, & decimationibus, quaecumque ad eamdem Plebem, & curtem pertinere videntur; inſuper totum, quod Revizo filius Lenaiſti, pro ſalute animae ſuae, in Eccleſia Sancti Ioannis contulit, vel in eadem Canonica terram Sancti Proculi in praedicta Plebe, quam Davizo Vicedominus, eiuſque nepos Ioannes, pro ſalute animae ſuae praedictae contulerant Canonicae: curtem de Laco, quae eſt infra Plebem ſancti Petri ſita Valea, cum omnibus adiacentibus, & pertinentibus ſuis, necnon ubicumque in omni noſtro Epiſcopatu aliquid habere, vel tenere modo videtur Canonica, fideli largitione confirmo. Praeterea nos tam ſacrae religioni manum miſericordiae adhibere cupientes ad communem utilitatem fratrum dedimus, quicquid Geerardus Archipresbyter pro beneficio a noſtra Eccleſia tenuit, tam in decimationibus, quam quae in manſis, & in praediis, nec non & quaecumque Stephanus Abbas, ex beneficio tenuit, iure perpetuo habendum eidem Canonicae donavi: Similiter & quaecumque primicerii bona fuerunt in integrum neceſſitatibus fratrum habenda contradidi. Hanc igitur Canonicam ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Sancti Ioannis Baptiſtae, divino amore augere, & perficere ſtudui, ut quaſi lucernae omnibus mei Epiſcopii membris fratres in ea ordinati radios veri luminis infundant, & non ſolum pro ſalute vivorum, verum etiam debito mortis ſolutis, Domino omnipotenti hoſtias placationis offerre dignas praevaleant, necnon pro

pro remedio animae meae, ſpeque futurae remunerationis, & pro animabus omnium antecesſorum meorum, ſeu etiam omnium fidelium Chriſtianorum. Ne igitur omnia, quae praedixi, quae dedi, vel quae Domino largiente daturus ſum, ad communem fratrum utilitatem conferre curavi, ut ſimul manducandi, & bibendi, ſimul etiam dormiendi, ſecundum canonicam auctoritatem voluntatem habeant, neque diviſi per cellulas, aut hoſpitia, propriam voluntatem ſectentur; ſed ſub Praepoſiti regula, quem nos ipſi ordinavimus, vel aliem alii Domini cuſtodiae quicquid dederint, ſive in victu, ſive in veſtitu, ſecundum ſacrae regulae diſtributionem cum gratiarum actione communiter omnes capiant. Hanc denique ordinationis noſtrae paginam tibi, ſanctiſſime Pater B. vel tuis ſucceſſoribus perpetua defenſione committo, & Canonicam Florentinam Beatiſſimi Petri Apoſtolorum Principis tuitione ſuppono, eo videlicet modo, ut forſitan, quod abſit, aut ego, aut aliquis meus ſucceſſor, ſeu quaecumque perſona, aliqua occaſione, tollere, aut minuere, ſeu ad proprium uſum tranſmutare voluerit, aliquid ex his, quae praefata Canonica tenet, ſeu etiam quaecumque nos ibi conceſſimus, ut ſuperius continetur. Et inſuper Plebem Sancti Hippolyti ſits Elſa, vel quaecumque Domino adiuvante daturi erimus, Praepoſitus, qui pro tempore fuerit, vel quivis e fratribus, liberam licentiam habeat Romanam adpellare Sedem, Romana poſtulare parrocinia, & veſtro ſanctiſſimo adiutorio victoriam obtineat, & illaeſa permaneat nunc, & ſemper, & per omnia ſaecula. Quod ſi aliquis temerarius de praedicta Canonica tollere, vel minuere, vel de iis, quae habet, vel quae ſibi dedimus, aut daturi ſumus, molitus fuerit, ſit damnatus maledictione Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, & partem habeat cum Iuda traditore, & ſit damnatus anathemare Maranata, & viventes deglutiat eos terra, ut Dathan, & Abiron in ſeditione &c. quicumque ex ſupradictis violare aliquid praeſumpſerit, & quicumque molitus fuerit tollere campum, & hortum, quae nos Canonicae dedimus, quae eſt in noſtro donnicato, iuxta Eccleſiam Sanctae Reparatae, & quicumque contra esmbiaſionem de omnibus terris, quae praelibatae Canonicae pertinent, facere auſi fuerint abſque voluntate, & conſenſu reverendi Praepoſiti, vel alterius, qoi pro tempore fuerit, ceterorumque fratrum, qui in eadem Eccleſia Domino militant.

Actum eſt autem hoc anno Dominicae Incarnationis trigeſimo ſexto poſt mille, praeſidente in Pontificatu Romano glorioſiſſimo PP. Benedicto Nono, anno Praeſulatus eiuſdem quarto, Imperatore Conrado Sereniſſimo Auguſto, anno Imperii eius decimo, menſe Novembris, Indictione quinta feliciter.

Ego Benedictus ſanctae Catholicae, & & Apoſtolicae Romanae Eccleſiae Praeſul, ſecundum praelibatam petitionem filii noſtri Actonis Epiſcopi confirmans hoc ſub defenſione Sanctae Romanae Eccleſiae noſtrae, noſtrorumque ſucceſſorum Pontificum, praedictam Canonicam ſuſcepi &c.

Ego Acto, ſanctae Florentinae Eccleſiae Epiſcopus, hanc decreti paginam a me factam, propria manu roboravi, &c.

Benedictus Archiminiſter ſanctae Romanae Eccleſiae ſubſcripſi, &c.

Petrus, quem dicunt Epiſcopum S. Rufinae, confirmans hoc decretum ſubſcripſi, &c.

Petrus Diaconus S. R. E. ſubſcripſi, &c.

Rolandus PP. S. Florentinae Eccleſiae ſubſcripſi, &c.

Dominicus S. Lavicanae Eccleſiae Epiſcopus ſubſcripſi, &c.

Ioannes S. Portuenſis Eccleſiae Epiſcopus ſubſcripſi, &c.

Ego Ioannes Sanctae Florentinae Eccleſiae presbyter Cardinalis, ſubſcripſi, &c.

Ego Petrus presbyter S. Florentinae Eccleſiae ſubſcripſi, &c.

Leo Diaconus Sanctae R. E. ſubſcripſi, &c.

Guido, S. Florentinae Eccleſiae dictus Archipresbyter, huic ſalubri commendationi robur ſi potuit ſubſcribendo augeri, manum ſuam extraneam ab ea minime fecit, &c.

Ego Bernardus electus Archidiaconus conſenſi, ſubſcripſi, &c.

Gerardus Archidiaconus S. Florentinae Eccleſiae ſubſcripſi, &c.

Ego Florentius Subdiaconus, & Canonicus S. Florentinae Eccleſiae ſubſcripſi, &c.

Ego Ioannes Subdiaconus S. Florentinae Eccleſiae, ſubſcripſi, &c.

Ego Rozo, Sanctae Florentinae Eccleſiae Diaconus & Cantorum Praepoſitus, huius decreti fidus ſcriptor extiti, & demum propria manum roboravi. &c.

Sed & ipſe *Benedictus IX.* Pont. Max. eodem anno MXXXVI. Plebem S. *Ioannis*, & S. *Laurentii* Exincae mentionem facit in ſua Bul-

Digitized by Google

Balla quam ad Canonicos Florentinos dirigit, apud *Vghellium*. Prius vero quam Ballam produco, quaedam obſervanda ſunt. Ex chartis *Attonis* ſuperius prolata conſtat, *Benedictum IX.* menſe Novembri fuiſſe Florentiae; & charta ſequenti idem confirmatur. Quum enim Pontifex intellexiſſet *Conradum Salicum* Imperatorem in Italiam venturum, quod ille menſe Decembri iam exſequutus fuerat, nam Veronae Natale Domini celebravit, Roma diſceſſit Imperatori occurſurus; quod quidem contigit Cremonae anno MXXXVII. poſt Paſcharis feſtum, aeſtate iam ingruente, ut colligitur ex iis, quae habent *Baronius*, & *Pagius* ad hunc annum. Oportet igitur, ut aliquot menſes *Benedictus* Florentiae ageret, vel in aliqua alia civitate, donec Cremonam adiens Imperatorem ibi conveniret.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto in Chriſto Rolando, ſanctae Florentinae Eccleſiae Praepoſito, aliiſque Canonicis, & confratribus tuis, & ſucceſſoribus, in perpetuum. Si iuſtis Servorum Dei petitionibus ſatisfecerimus, procul dubio Apoſtolica praecepta ſervamus. Quapropter inclinati precibus tuis, fili chariſſime; confirmamus, atque corroboramus, tibi, tuiſque ſucceſſoribus Canonicis, quidquid in pagina conceſſionis, & confirmationis, quam videtur vobis feciſſe Epiſcopus, nobis praeſentibus, ſcriptum eſſe conſtat; donec tamen in ipſa veſtra Canonica ita, ut modo, ſervetur regula: quam ſcilicet Canonicam tuendam, & defendendam per eamdem paginam ipſe veſter Epiſcopus, noſtrae, noſtrorumque ſucceſſorum Apoſtolicae auctoritati tuendam, & defendendam commiſit, atque ſubpoſuit; ut quieti & ſecuri ab omni laeſione permanere valeatis. Deſiderio itaque, ac petitioni tuae, ut diximus, inclinati te Praepoſitum, tuoſque ſucceſſores, canonicam vitam ducturos, ſub noſtrae Apoſtolicae defenſionis munimine ſuſcipimus, & bona omnia, quae veſtra & habet, & habitura eſt Canonica, videlicet curtes, terras, & iuxta Florentinam urbem Pratum Regis, cum manſis, & territoriis omnibus, quae modo in Florentina curte habet, & retinet praedicta veſtra Canonica, curtem ſancti Andreae, cum omnibus ſibi pertinentibus; curtem de Quinto; curtem de Cintoria totam, ſicut ipſi tenere, & habere videmini; & illam partem, quam Petrus Primicerius contra Canonica inſtituta uſurpare viſus eſt; Plebem de Exinea, cum curte, & manſis, & omnibus territoriis, & decimationibus, quaecumque ad eamdem Plebem, vel curtem pertinere videntur. Inſuper totum, quod Theuzo filius Lepiſti pro ſalute animae ſuae in Eccleſia S. Iohannis contulit, vel in eadem Canonica. Terram Sancti Proculi in praedicta Plebe; curtem, quae eſt infra Plebem Sancti Petri ſitam Valea, cum omnibus adiacentiis, & pertinentiis ſuis, necnon & ubicumque in eodem Epiſcopatu aliquid habere, vel retinere videtur ipſa Canonica, & quidquid Gerardus Archipreſbyter pro beneficio ab ipſa Florentina Eccleſia tenuit, tam in decimationibus, quam in manſis, & in praediis; necnon & quaecumque Stephanus Abbas ex beneficio tenuit. Similiter & quaecumque Primiceris beneficia fuerunt, atque Plebem Sancti Hippolyti ſitam E. ſae u i mque campum, & hortum, qui eſt iuxta Eccleſiam ſanctae Reparatae. Quae omnia ſicut a Gerardo (forte Attone) noſtro Epiſcopo vobis conceſſa ſunt, & confirmata; ita nos tibi, tuiſque ſucceſſoribus confirmamus, & ſtabilimus in perpetuum, cum omnibus veſtris mobilibus rebus, ſeſeque moventibus, quas modo habetis, vel vobis ubique pertinent, & in antea, Domino iuvante, iuſte, & legaliter acquirere potueritis, ſive ab eiuſdem civitatis Epiſcopo, ſive ab aliis hominibus publicis, & privatis. Praecipientes igitur iubemus, & Apoſtolica auctoritate confirmamus, ut neque Epiſcopus eiuſdem civitatis, neque ulla parva, vel magna perſona, audeat de veſtris rebus iuſte, vel legaliter vobis pertinentibus, dum canonice vixeritis, diſveſtire, moleſtare, inquietare, vel aliquam minorationem vobis inferre. Quod ſi quis temerarius auſus fuerit, niſi infra quadraginta dierum ſpatium emendaverit, anathematis vinculo obligetur, & a regno Dei alienetur, uſque ad dignam ſatisfactionem. Qui vero cuſtos noſtrae ſanctionis extiterit, benedictionem, & gratiam omnipotentis Dei, & Beati Petri Apoſtolorum Principis, & noſtram habeat.

Bene valete, &c.

In hac *Benedicti IX.* confirmatione *Gerardus* Epiſcopus memoratur; quod amanuenſis errore factum puto, quum, ubi dicitur: *Quae omnia ſicut a Gerardo veſtro Epiſcopo &c.* reponendum videatur: *Quae omnia ſicut ab Attone veſtro Epiſcopo &c.* Nam ita formulae Pontificiae Curiae ferebant, ut ſcilicet Epiſcopus confirmationem peteret; & Papa eam ad Eccleſiae Praepoſitum dirigeret, & nomen Epiſcopi, qui petierat, ibidem enunciaret, ut conſtat ex confirmationibus *Gerardi* Epiſcopi, & *Leoni IX.* Papae mox exhibendis. Non ſtatim igitur alium Epiſcopum *Gerardum* cum *Fid. Soldanio* in *Hiſtoria Paſſinianenſi pag.* 156. & 158. ex hoc loco procuderem. Adducit ille quidem aliam chartam anno MXXXI. exaratam, in qua *Geroaldus Epiſcopus* memorari videtur, ſed ita, ut de Epiſcopo Florentino, & de viro Epiſcopali dignitate fulgente, intelligi vix poſſit: & forſitan locus in mendo cubat exſcriptoris incuria; nam in Excerptis MSS. huius Inſtrumenti, non habetur *Geroaldus*, ſed *Egrimaldus*; illud autem *Eppus*, quod ſequitur, non *Epiſcopum* ſignificat, ſed eſt nomen viri proprium, ut ex ſexcentis chartis antiquis evidenter conſtat. Ecce in charta eiuſdem Archivi Capitularis anni MLXXV. legitur: *Petrus vocatus Eppo, fi-*

Digitized by Google

filius q. Moronis &c. Inſuper hic Epiſcopus Florentinus intra huius temporis ſpatium exſiſtere non potuit; nam *Petrus Damiani Nicolao II.* Pontifici Maximo ſcribens, ait *Lambertum*, tertium Epiſcopum Florentinum ante *Nicolaum II.* fuiſſe; ergo inter *Lambertum*, & *Gerardum* eſſe non potuit niſi *Atto*, ut hi, tres Epiſcopi numerarentur. Non me latet, quoſdam, ubi apud *Petrum Damiani* legendum eſt *Vos*, legiſſe *Nos*, abſurdo intellectu; numquam enim *Petrus Damiani* Florentinus Epiſcopus fuit, de quo videndus *Borghinius* de *Eccleſia & Epiſcopis Florentinis pag.* 450. Vlterius dixerim, ea, quae *Saldanius* de *Rozone* Praepoſito Eccleſiae Florentinae ibidem diſſerit, minus ſubſiſtere: nam *Rozo* ille non erat Canonicorum Praepoſitus, ſed Cantorum; & vitam produxit ſaltem uſque ad annum MLVII. Fuit vero *Roza* Praepoſitus Eccleſiae Florentinae poſt *Rolandum*, & *Martinum*, & ſimul erat Archipresbyter: at is diverſus erat a *Rozone* Praepoſito Cantorum: nam in charta *Gerardi* Epiſcopi ad *Leonem IX.* ann. ML. ſcripta inferius producenda ſubſcribitur ſimul *Rozo* Archipresbyter, qui deinde fuit etiam Praepoſitus; & *Rozo* Cantorum Praepoſitus, qui Diaconus tantum fuiſſe reperitur. Succeſſio autem Praepoſitorum Eccleſiae Florentinae ab anno M. ad annum MXXXVI. nos latet, ſed ab hoc anno ita habet, ut ex Inſtrumentis Archivi Capituli Florentini intelligitur.

Anno MXXXVI. *Rolandus*, ſeu *Rodelandus*, Praepoſitus. Vide ſuperius *pag.* 92.
Anno MXXXVIII. *Rolandus*.
Anno MXLIV. *Rolandus*.
Anno ML. *Rolandus*.
Anno MLII. *Rolandus*.
Anno MLVII. *Martinus* Praepoſitus.
Anno MLVIII. *Martinus*.
Anno MLXIV. *Martinus*.
Anno MLXV. *Martinus*.
Anno MLXXVII. *Martinus*.

Anno tamen MLXXVII. menſe Februario & Martio *Roza* Archipresbyter *Martino* Praepoſito videtur ſucceſſiſſe, ut ex duobus Inſtrumentis conſtat; quare non intelligo, quomodo in Inſtrumento eiuſdem anni, ſcripto IV. Nonas Aprilis, *Martinus* Praepoſitus dici poſſit; niſi id per errorem Notarii factum ſit; vel niſi Excerpta, quibus utor, mendum contineant. *Rozonis* Archipresbyteri & Praepoſiti monumenta in Archivo Capituli Florentini reperio, Anno MLXXVII. MLXXVIII. MLXXIX. MLXXXI. MLXXXII. MLXXXIII. MLXXXIV. MLXXXV. MLXXXVII. MLXXXIX. MXC. & hoc quidem in charta Monaſterii S. *Apolloniae*, cuius excerptum ita habet:

„ Anno MXC. Septimo Idus Aprilis Ind. XIII.
„ Commutatio bonae fidei dignoſcitur eſſe contractus &c. Placuit, atque convenit inter „ Dominum Rodionem Archipresbyterum, & „ Prepoſitum de Eccleſiis, & Domui S. Reparate ſita Florentinam Civitatem: nec non „ a Imilla Abbatiſſa de Monaſterio S. Marie „ ſita Mantiguano, ut inter ſe aliquantas terras, & res cambium, & commutationem facerent. Quidem huius ordo legis diſpoſuit „ ad previdendas has commutationes, acceſſerunt ſuper ipſa res ad previdendum, & „ eſtimandum, ideſt Petrum filium Martini „ Mallivelli, & Petrum filium Remberti, „ & Rembaldum Presbyter fil. bon. mem. Viventii, & Gualfredum Presbyterum fil. bon. „ mem. Sitii, & Vbertum filium Rozi, & „ Andrea filium Widonis de Pazzolatico, miſſi ab ambabus partibus. Actum Florentie: „ Ego Rozzo Archipresbyter. Ego Presbyter „ Gratianus, atque Canonicus. Ego Landus „ Canonicus, & indignus Diaconus. Ego Petrus Canonicus, & indignus Diaconus S. „ Ioannis. Ego Imilla Abbatiſſa a me facta. „ Ego Fratilla Monaca manu mea. Ego Ighilda Monaca. Ego Teuzo Iudex Sacri „ Palatii. Ego Vgo Not. huic Cartule completionem impoſui. Charta notata num. 468.

Monumenta autem Archivi Capituli continuando, anno MXCIV. MIIIC. *Rozanis* Praepoſiti mentio pariter occurrit. Ceterum *Rozo*, quem *Petrus Damiani* laudat, non ab eo *Praepoſitus* dicitur, ut *Soldanius* adfirmat, ſed *Cantorum Magiſter*: quare tota eius ratiocinatio tanto magis corruit. Ecce ipſiſſima *Petri Damiani* verba in Opuſculo, quod *Gratiſſimus* inſcribitur, *Capite XVIII.* „ Nam, ut ex multis pauca perſtringam, Feſulanus Epiſcopus, Raimbaldus „ nomine, erat manifeſtiſſime ſimoniacus, quia „ videlicet non ſolum ipſe per pecuniam Pontificatus culmen obtinuit, ſed & vix aliquando gratis aut Clericos, aut ullas conſecravit Eccleſias. Hoc accedebat, quod praeter alias unam habebat publice ac familiarius adhaerentem, & tamquam legitimae „ deſponſationis uxorem, quorum filii, & filiae adhuc plures exſtant, & foederati coniugio, & ſuccreſcentibus liberis cumulati. „ Per hunc itaque talem plura perhibentur „ exhibita fuiſſe miracula, ex quibus videlicet unicum hic referre ſufficiat; ut in uno „ mens colligat, quid etiam ex aliis, quae „ fama vulgavit, probabiliter credat. Rozo „ namque, qui dicitur Magiſter Cantorum, „ Florentinae Eccleſiae Presbyter, vir apprime litteralibus ſtudiis eruditus, in magno „ Clericorum ſuorum conventu, praeſente quoque Reverendiſſimo Domino Gerardo ſuo „ Epiſcopo hoc mihi per ordinem retulit. „ Daemoniaca, inquit, aliquando ducta eſt ad „ noſtri Epiſcopatus Eccleſiam: forte tunc inventionis Dominicae Crucis ſolemnitas agebatra-

ba-

Digitized by Google

„ batur ; quum vero ad offertorium perventum „ eſſet , quod nimirum dicitur : *Veniens vir* „ *ſplendidiſſimus ad Conſtantinum* , neſcio quo „ caſu repente Clericis oblivio modulationis „ obrepſit . Protinus illa tamquam in adiuto- „ rium lapſis accurrens , in medium feſtina „ proſiluit , in organum mox excellentiſſimae „ vocis erupit , & tam naviter , ut omnes mi- „ rarentur , ſuavis melodiae regulam tenuit . „ Adiuratus autem daemon ut exiret , reſpon- „ dit , quia a Romulo dumtaxat deberet ex- „ pelli . Hoc audientes miſerae mulieris comi- „ tes mox ad Feſulanam properant feſtinan- „ ter Eccleſia : ibique ante altare B. Romuli „ divinam miſericordiam praeſtolantur . Sed „ & illic inquiſitus daemon , reſpondit ſe nul- „ latenus egredi , niſi Rambaldus adveniret E- „ piſcopus . Quumque praefatus Epiſcopus veni- „ re ſatageret , dicebat interim daemon : Vaeh : „ ecce Epiſcopus nunc adſcendit equum , ec- „ ce illic in tali loco iam eſt : ecce ante illam „ vel illam domum modo pertranſit : & illi „ notantes loca probabant , cuncta ſic ſe ha- „ bere veraciter , ſicut mendax ſpiritus adſe- „ rebat . Tandem Epiſcopus veniens , invoca- „ to Chriſti nomine , ab obſeſſo corpore ma- „ lignum ſpiritum protinus expulit , & mulie- „ rem ad propria liberam , incolumemque remi- ſit . Et heic obiter obſervandum , alia in hoc Ca- pite de *Raimbaldo* Epiſcopo Feſulano haberi ; inſuperque indicari , *Gerardum* Epiſcopum Flo- rentinum habuiſſe fratrem Presbyterum , qui praeerat Monaſterio S. *Donati* ad Imolam , de quo quaedam *Petrus Damiani* refert . Sed , ut un- de diſceſſimus revertamur , diverſas eſſe di- gnitates *Praepoſitum Eccleſiae* , & *Praepoſi- tum* , ſeu *Magiſtrum Cantorum* , elucet ex lau- data charta *Gerardi* , in qua ſubſcribitur *Rolan- dus* Praepoſitus Eccleſiae Florentinae , & *Roza* Cantorum Praepoſitus . Potuit autem hic *Ro- zo* etiam ad annum MLX. vitam producere , adeoque cum illo *Petrus Damiani* colloqui ; qui Florentiae fuiſſe videtur etiam antequam illuc ab *Alexandro II.* mitteretur , paullo ante ſcilicet tempus electionis Epiſcopi *Gerardi* in Pontificem Maximum , quae anno MLIX. con- tigit , & forte cum *Stephano IX.* anno MLVIII. huc advenerat ; alias coram Reverendiſſimo *Ge- rardo* Epiſcopo , & Clericorum Florentinorum coetu , *Razonem* colloquentem non audiſſet . Et quidem inter chartas Archivi Capituli Flo- rentini una exſiſtit anno MLVII. exarata , ſignata autem numero 138. in qua *Roza* Dia- conus , & Cantor , filius *Florentii* , renuntiat *Martino* Praepoſito Canonicae Sancti Ioannis Florentinae agros quosdam in Cintoria ſitus , quos ipſe *Razo* Diaconus ab Eccleſia S. *Ioan- nis* in territorio Plebis S. *Iuliani* ad Septimum tenebat : adeo ſemper conſtat , hunc *Rozonem* Praepoſitum Eccleſiae Florentinae minime fuiſ- ſe , cuius ab anno MXXVIII. mentio in an- tiquis Inſtrumentis occurrit , ut ſuperius *pag.* 46. videre eſt . Iam mirari ſubit , *Vincen. Bor- ghinium* , *De Eccleſ. & Epiſcopis Florentinis pag.* 447. 451. in ea pariter ſententia fuiſſe , quae Praepoſitum , ſeu Magiſtrum Cantorum . cum Praepoſito Eccleſiae Florentinae confundit . *Conradus* quoque Imperator anno M- XXXVII. dum Veronae moraretur , ſuo Di- plomate Plebem Exineae Eccleſiae Florentinae confirmavit , apud *Vghellium* .

In nomine ſanctae , & individuae Trinita- tis . Conradus divina favente clementia Roma- norum Imperator Auguſtus . Si ſanctarum Dei Eccleſiarum curam gerere ſtuduerimus , ſtatum Imperii noſtri ſtabilius permanere , & aeternae remunerationis nos accepturos praemium mi- nime dubitamus . Proinde omnium ſanctae Dei Eccleſiae noſtrorum fidelium praeſentium , & futurorum , comperiat ſolertia , interventu , ac petitione Giſlae Imperatricis , noſtrae dilectae coniugis , & Bonifatii noſtri fideliſſimi Marchio- nis , Canonicos ſanctae Florentinae Eccleſiae no- ſtram adiiſſe clementiam , deprecantes ut pro Dei amore , noſtrique Imperii ſalute , ſancti Ioan- nis Eccleſiae , eorumque neceſſitatibus ſubve- niremus . Horum dignis petitionibus annuentes , prout iuſte , & legaliter poſſumus , concedi- mus , & per hanc noſtrae auctoritatis paginam confirmamus eidem Canonicis terram eiusdem Canonicae cum omni ſua integritate , nomina- tive duas Plebes , unam de Celſino ſanctae Hie- ruſalem in curte ſua , alteram ſancti Laurentii ſitam Exinea cum curte ſua , & infra eamdem Plebem praedictam , cum capella , quam Teuzo filius Lepiſti dedit ſancto Ioanni , & eidem Ca- nonicae pro ſalute animae ſuae . Curtem etiam de Lacu , quam dedit Sichelmus Epiſcopus cum omnibus ſuis pertinentiis , quae eſt infra Ple- bem ſancti Petri in Valea , & ſancti Severi ; curtem vero de Centaurea , quam Speciosus eiuſdem Eccleſiae Epiſcopus praelibatae Cano- nicae contulit , eodem modo ſicut diſpoſuit ha- bendam cum omnibus pertinentiis ſuis : Campum Regis , Pratum Regis , manſas duas in Carminiano , medietatem ſortis , quae eſt in Vezzano , man- ſam unam de terra , ſanctam Mariam Novel- lam . Inſuper confirmamus in eadem Canonica quaecumque temporibus retroactis , ſive ab e- iuſdem Eccleſiae Pontificibus , ſive fidelibus Chriſtianis , Regibus , vel Ducibus , ſeu etiam privatis , & militantibus , conceſſa ſunt . Prae- terea ea omnia ad utilitatem fratrum eiuſdem Canonicae corroboranda donamus , quaecumque Atho venerab. Epiſcopus eiuſdem Eccleſiae per decreti paginam eidem Canonicae contu- lit , eo videlicet ordine , ut tam praeſentes , quam futuri Sacerdotes , Levitae , Subdiaconi , ſeu Clerici , ibidem Deo ſanctoque Ioanni cano- ni-

Digitized by Google

nice deſervientes iam dictas terras, aliaque omnia ſuperius dicta, per huius noſtri praecepti auctoritatem habeant, teneant, firmiterque poſſideant, omnium hominum contradictione remota. Praecipientes igitur iubemus, ut nullus Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nullaque noſtri regni magna, vel parva perſona, eiuſdem Eccleſiae Canonicos de praedictis rebus diſveſtire, inquietare, moleſtare praeſumat ſine legali iudicio, ſed liceat eos quiete, & pacifice ſub noſtra defenſione vivere, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur huius noſtri praecepti paginam infringere temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem camerae noſtrae, & medietatem praedictis Canonicis. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria confirmantes ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum Dom. Corradi Invictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti.

Kaddottus Cancellarius vice Herimanni Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Datum VI. Idus Iulii Indict. V. anno Dominicae Incarnationis MXXXVII.

Anno D. Corradi Regni decimo tertio Imperii undecimo. Actum Varonae feliciter. Amen.

Ex hoc *Corradi* Diplomate diſcimus, Canonicos quoſdam Eccleſiae Florentinae Veronam ſe contuliſſe, ut ab Imperatore hoc privilegium obtinerent. Anno MXXXVIII. idem *Conradus* Imperator quaedam bona Abbatiae Florentinae donavit, inter quae ſunt quaedam in loco *Signaria*. Ipſe quidem legendum puto *Lignaria*; & quando *Signaria* retinendum eſſet, vereor ne ad Exineam pertineat. Invenio quidem Signanum cum Eccleſia S. *Iuſti*, cuius Presbyter *Iacobus* Rector erat anno MCCLXX. in charta Archivi Monaſterii S. *Trinitatis*, ſacculo I. num. 17. verum etiam Signanum minus ad rem facere videtur. Sed ipſum Inſtrumentum, quod exſtat apud *Puccinellium* in laudato *Chronico Abbatiae Florentinae pag.* 248. & in *Vita B. Theuzonis pag.* 25. heic ſubiicio, ut eruditus Lector hac de re ipſe diiudicet.

In nomine Sanctae, & individuae Trinitatis, Chuonradus divina ſavente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si Eccleſiaſticae rei curam habere ſtuduerimus, & eam ad utilitatem, & proficuum, Eccleſiae ordinando, & gubernando, ſive defendendo, referimus, divinae retributionis praemium promereri, & Romani Imperii ſalutem corroborare, minime ambigimus. Quo circa omnium Sanctae Dei Eccleſiae noſtrorumque fidelium, praeſentium ſcilicet, & futurorum noverit univerſitas, qualiter Nos pro Dei amore, animaeque noſtrae remedio, & pro orationibus Theuzonis, ceterorumque Fratrum ibi commorantium, adipiſcendis, ſive ob interventum Giſlae noſtrae Contectalis dilectiſſimae, & Henrici noſtri kariſſimi filii, tradimus, donamus, & concedimus, Abbatiae Florentinae in honorem Sanctae Mariae conſtructae omnes terras, quae fuerunt Bonini Cantoris, & Maſſariae, ſive Ruſtichelli illorum filii, nec non Donati filii Iohannis Teudi; quemadmodum per bannum, vel poteſtatem legaliter devenerunt propter noſtrum placitum, quod contumaciter multis vicibus contempſerunt. Nominative unam manſionem prope mercatum Florentiae Civitatis; aliam ex parte Civitatis ubi habitat Martinus Sichi filius; aliam ſuperius prope ipſam caſam, quam tenet Martinus Comes; unam, quam tenet Olivus faber; aliam vero, quam tenet Florentius Rufus; aliam, quam Iohannes Faber; unam item, quam tenet Bonicius fraterque eius, quae ſunt prope Portam S. Mariae. Item prope Pontem unam, quam tenet Fuſchus Clericus; aliam, quam Gauzo cum fratre ſuo; unam, quam Maiorandus Faber; aliam Iohannes Vitalis, aliam Baroncius Caſtabelio; aliam Martinus Faber, aliam ubi habitat Albiza vidua, aliam Fraſculus; aliam quam tenet Aldilardus, aliam quam Baruncculus, aliam Riginerius, aliam Ribellinus, aliam Rogerius, aliam Senucius, aliam Valterius, aliam Gerardus; & aliam quam tenet Florentius filius Boſi, & quaecumque Donatus habuit, vel tenuit, in Ponticello, & in Paterno, & in Pedemontis, & in Campo Caſtagneto, in Monticello, in Campo Anticorni, & quaecumque in Ponte Petrineo, in Ripula, in Vrballi, & quicquid habuit iuxta Flumen, quod vocatur Ima; in Ranco cum omnibus ſuis pertinentiis, ſive domnicatia, ſive ab aliis detentis, & quicquid Ruſtichellus filius Bonini Cantoris tenuit, & habuit loco Signaria, in S. Quirico, & in dictis locis, ſcilicet prope Pontem Florentinum ſimul cum una Turri infra iam dictam Civitatem; & quicquid praedicti homines habuerunt infra Comitatum Florentinum, & Feſulanum. Ea videlicet ratione, ut praedicta Eccleſia, ſuique Abbates habeant, teneant, firmiterque poſſideant, omnium hominum contradictione remota. Praecipientes itaque iubemus, ut nullus, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdacius, Caſtaldio, nullique noſtri regni magna parvaque perſona, audeat praedictam Eccleſiam, ſuoſque Abbates, de iam dictis rebus moleſtare, inquietare, lacerare, vel ſine legali iudicio diſveſtire. Si quis autem huius noſtri praecepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras C. medietatem Camerae noſtrae, & medie-

dietorem praedictae Eccleſiae, Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, hanc paginam ſigillo noſtro iuſſimus inferius inſigniri, manu propria roborantes.

Signum Domini Chuonradi Auguſti Invictiſſimi Romanorum Imperatoris.

. . . . Epiſcopus, & Cancellarius, vice Herimanni Archicancellarii recognovit.

Datum X. Kal. Auguſti Indict. VI. anno Dominicae Incarnationis MXXXVIII. Anno Domini Chuonradi Regni XIV. Imperii XIII. Actum Vidalianae feliciter. Amen.

De huius Inſtrumenti annis verba facit *Lud. Antonius Muratorius* in *Annalibus Italiae* ad hunc annum. Anno ML. Exineae Plebem commemorant, tam *Gerardus* Florentinus Epiſcopus, quam *Leo IX.* Pont. Max. in ſuis Epiſtolis, quas heic produco ex *Saltinio*, *Hiſtor. Moanſteris Paſſinianenſis Lib. VI. pag.* 257.

Sanctiſſimo, ac per hoc ubique omnium veneratione colendo, Domino noſtro & coeliſus Univerſali PP. Leoni, Gerardus Sanctae Florentinae Eccleſiae Epiſcopus perpetuum Domino famulatum. Quoniam conſtat omnes homines in huius mundi exilii peregrinatione viventes perpetuo non poſſe ſubſiſtere, & poſt carnis ſolutionem vitalem portionem animabus eorum remanere, & iuſtis ad gloriam & impiis ad poenam, dignum eſt a temporalibus bonis animum amovere, atque aeternitatis beatae praemia per iuſtitiae opera aſſequi ſtudere, ut in illa coeleſti gloria bonorum operum mercedem quiſque obtineat, qui hic mente devota retractare ſtuduit Salomonis iſtam ſententiam monentis: Quodcumque poteſt manus tua facere, inſtanter operare. Et Evangelicum illud: Currite dum lumen vitae habetis, & videte ne fiat fuga veſtra hieme vel Sabbato. Quod ego audiens & mente pertractans, licet curis ſaecularibus gravatus ultra debitum, ſtudio tamen ſermonum & operum ad Eccleſiae mihi commiſſae honoris animi intentionem direxi, quatenus in ultimo mihi ſatis tremendo examine merear audire: Euge ſerve bone. Poſitus igitur inter diverſa huius mundi negotia, dum ad meliorem ſtatum omnia reparare ſtuderem, & ordinata regere, & inordinata ordinare, ad Canonicorum ordinem tandem deveni, quem partim tramite regulari, partim vero ut antiquus Eccleſiae mos obtinuit Domino decenter militare cognovi. Unde valde laetatus interrogavi in quibus noſtrum ſibi vellent adiutorium adhiberi. Petierunt itaque primitus, ut quae ab antiquis Epiſcopis in Florentina conceſſa ſunt Canonica, inibi per decreti confirmarem paginam. Ego vero in ſaſtatuo & confirmo quicquid ante meum Praeſulatum ab eiſdem Eccleſiae Pontificibus, ſive a fidelibus Chriſtianis, Regibus videlicet vel Ducibus, ſeu etiam privatis & militantibus conceſſa ſunt, id eſt iuxta Florentinam urbem Pratum Regis, Campum Regis cum manſis & territoriis omnibus, quae modo in Florentina curte habet & retinet praedicta Canonica; & Eccleſiam Sancti Andreae cum omnibus, quae ad eam pertinent. Curtem de Cintoria tatam, ſicut ipſi habere & tenere videntur. Plebem de Exinea cum curte . . . . . . et omnibus territoriis, & decimationi . . . . ique ad eandem Plebem vel curtem per . . . . tatur. Inſuper & totum quod Teuzo filius . . . . pro animae ſuae ſalute in Eccleſia Sancti Iohannis contulit, vel in eadem Canonica. Terram Sancti Proculi in praedicta Plebe, quam Davizo Vicedominus, eiuſque nepos Iohannes pro animabus ſuis praedictae contulerunt Canonicae. Curtem de Lacu, quae eſt iuxta Plebem Sancti Petri ſitam Valia cum omnibus adiacentiis & pertinentiis ſuis, necnon Campum Randi, & ubicumque in omni noſtro Epiſcopatu aliquid habere vel tenere noſtra videtur Canonica, fideli largitione confirmo & ſtatuo ad communem utilitatem Fratrum, vel quicquid Archipresbyter Gerardus, & Stephanus Abbas, & Petrus Primiserius, pro beneficio a noſtra Eccleſia tenuerunt tam in manſis, quam in decimationibus, & in praediis. Similiter & dimidium Eccleſiae Sancti Petri Gatterii cum omnibus ſuis pertinentiis, illius Canonicae Clericis habenda confirmo. Hanc igitur Canonicam ad Dei honorem & Sancti Iohannis Baptiſtae inceptam divino amore augere ſtudui, ut quaſi lucerna ab omnibus noſtris Epiſcopi membris Fratres in ea ordinati radios veri luminis infundant, & non ſolum pro ſalute vivorum, verum etiam debito mortis ſolutis Domino omnipotenti hoſtias placationis offerre dignanter praevaleant, necnon pro remedio animae meae, ſpeque futurae remunerationis, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum, ſeu etiam omnium fidelium Chriſtianorum. Tamen omnia, quae praedixi, quae dedi, vel quae Domino largiente daturus ſum, ad communem utilitatem Fratrum conferre curavi, & confirmare. Secundum canonicam auctoritatem poſſibilem habeant voluntatem; neque diviſi per cellulas aut hoſpitia propriam voluptatem ſectentur, ſed ſub Praepoſito Rolando, aut alicuius alius Deum timentis cuſtodia, quicquid Deus dederit, ſive in victu, ſive in veſtitu, ſecundum Sacrae Regulae diſtributionem cum gratiarum actione communiter capiant. Hanc denique noſtram ordinationem ſeu confirmationem tibi, Sanctiſſime Pater Leo, & tuis ſucceſſoribus, perpetua defenſione commiſſo, & Canonicam eamdem Florentinam Beatiſſimi Petri Apoſtolorum Principis tuitioni ſuppono, eo videlicet modo, ut ſi forſitan, quod abſit, aut ego, aut aliquis meus ſucceſſor, ſeu quaecumque perſona aliqua occaſione tollere aut minuere, ſeu ad proprium uſum tranſmutare, voluerit aliquid ex his, quae praefata Canonica tenet, tam Plebem Sancti Hippolyti ſitam Elſa, quam quaecumque Domino adiuvante daturus ſum, Praepoſitus qui pro tempore fuerit, vel quivis ex Fratri-

tribus liberam licentiam habeat Romanam appellare Sedem, Romana poſtulare patrocinia, ut veſtro Sanctiſſimo adiutorio victoriam obtineat, & intaeſa permaneat ſemper. Quod ſi aliquis temerarius de praedicta Canonica tollere vel imminuere debis, quos habet, vel eſt habitura, molitus fuerit aut commutaverit tam de praediis, quam de plebibus & decimationib[illegible] *de horto illo qui, eſt iuxta Eccleſiam* [illegible] *Reparatae, proximo civitati, absque vol*[illegible] *conſenſu Rolandi Praepoſiti, vel illius qui pro tempore fuerit, ceterorumque omnium Fratrum eiuſdem Canonicae, ſit damnatus maledictione Patris & Filii & Spiritus Sancti, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei; & partem habeat cum Iuda Domini proditore, & ſit damnatus anathemate maranathai, & vivente deglutiat eos terra, ſicut deglotivit Dathan & Abiron in ſeditione Chore.*

Data anno Dominicae Incarnationis L poſt mille, Praeſulatus glorioſiſſimi eiuſdem Leonis Summi Pontificis Noni II. Imperii autem Domini Enrici Sereniſſimi Auguſti IIII. III. Id. Iulii, Indictione III. in eadem Florentina Canonica.

Ego Gerardus Sanctae Florentinae Eccleſiae Epiſcopus hanc Decreti paginam a me factam propria manu roboravi.

Ego Alinardus Lugdunenſis Archiepiſcopus rogatus ſubſcripſi.

Ego Adelbertus Metenſis Epiſcopus rogatus ſubſcripſi.

Ego Gerardus Roſellanae Eccleſiae Epiſcopus rogatus ſubſcripſi.

Ego Rolandus Praepoſitus eiuſdem Canonicae ſubſcripſi.

Ego Rozo Sanctae Florentinae Eccleſiae Archipresbyter interfui conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Bernardus electus Archidiaconus conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Rozo Cantorum Praepoſitus interfui conſenſi & ſubſcripſi.

Leo autem Pont. Max. ita haec omnia confirmat.

Leo Epiſcopus Servus Servorum Dei, Rolando Sanctae Florentinae Eccleſiae Praepoſito, aliiſque Confratribus Canonicis, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Si iuſtis Servorum Dei petitionibus ſatisfecerimus procul dubio Apoſtolica praecepta ſervimus. Quapropter inclinati precibus tuis, Fili cariſſime, confirmamus atque corroboramus tibi tuiſque ſucceſſoribus Canonicis quicquid in pagina conceſſionis & confirmationis, quam veſter vobis fecit Epiſcopus Gerardus nobis praeſentibus, ſcriptum eſſe conſtat, donec tamen in ipſa veſtra Canonica, ut modo, ſervetur regula. Quam ſcilicet Canonicam tuendam & defendendam commiſit atque ſuppoſuit, ut quieti & ſecuri ab omni laeſione permanere valeatis. Deſiderio itaque, ac petitioni tuae, ut diximus, inclinati te Praepoſitum tuoſque ſucceſſores Canonicam vitam deducturos ſub noſtrae Apoſtolicae defenſionis munimine ſuſcipimus, & bona omnia, quae veſtra & habet & habitura eſt Canonica, videlicet curtes terras & iuxta Florentinam Urbem Pratum Regis, totum Campum Regis, cum manſis & territoriis omnibus, quae modo in Florentina curte habet & retinet praedicta veſtra Canonica; Cortem Sancti Andreae cum omnibus ſibi pertinentibus. Curtem de Quinto, curtem de Cintoria totum, ſicut ipſi tenere & habere videmini, & illam partem, quam Petrus Primicerius contra Canonica inſtituta uſurpare viſus eſt. Plebem de Exinea cum curte & manſis & omnibus territoriis & decimationibus, quaecumque ad eandem Plebem vel curtem pertinere videntur. Inſuper totum, quod Teuzo filius Lepizi pro ſalute animae ſuae in Eccleſia Sancti Iohannis contulit, vel in eadem Canonica; terram Sancti Proculi in praedicta Plebe. Curtem de Latu, quae eſt infra Plebem Sancti Petri ſitam Valea cum omnibus adiacentiis & pertinentiis ſuis. Campum nihilominus Randi. Similiter Eccleſiam Sancti Petri quae dicitur Cattuarii cum omnibus pertinentiis ſuis, quam Gerardus Venerabilis Epiſcopus Florentinae Eccleſiae in noſtra praeſentia contulit praelibatae Canonicae. Necnon ubicumque in eodem Epiſcopatu aliquid habere vel tenere videtur ipſa veſtra Canonica; & quidquid Gerardus Archipresbyter pro beneficio ab ipſa Florentina Eccleſia tenuit tam in decimationibus, quam quae in manſis & in praediis. Necnon & quaecumque Stephanus Abbas ex beneficio tenuit, Similiter & quaecumque Primicerii beneficia fuerunt, atque Plebem Sancti Hippolyti ſitam Elſae. Itemque campum & hortum, qui eſt iuxta Eccleſiam Sanctae Reparatae. Quae omnia, ſicuti a Gerardo veſtro Epiſcopo vobis conceſſa ſunt & confirmata, ita nos tibi tuiſque ſucceſſoribus confirmamus & ſtabilimus in perpetuum cum omnibus veſtris mobilibus rebus ſeſeque moventibus, quas modo habetis, vel vobis ubique pertinent, & in antea Deo adiuvante iuſte & legaliter adquirere potueritis ſive ab eiuſdem Civitatis Epiſcopo, ſive ab aliis hominibus publicis & privatis. Praecipientes igitur iubemus, & Apoſtolica auctoritate confirmamus, ut neque Epiſcopus eiuſdem Civitatis, neque ulla parva vel magna perſona, audeat de veſtris rebus iuſte & legaliter vobis pertinentibus diſveſtire moleſtare inquietare, aut aliquam minorationem vobis inferre. Quod ſi quis temerario auſu fecerit, niſi infra XL. dierum ſpatium emendaverit, anathematis vinculo obligetur, & a Regno Dei alienetur uſque ad dignam ſatisfactionem. Qui vero cuſtos huius noſtrae Sanctionis extiterit, benedictionem & gratiam omnipotentis Dei, & Beati Petri Apoſtolorum Principis, & noſtram habeat.

Datum Idibus Iulii per manus Petri Diaconi Bibliothecarii & Cancellarii Sanctae

Apo-

Digitized by Google

Apoſtolicae Sedis. Anno Domini Leonis IX. Papae, II. Ind. III.

Ex hiſce *Gerardi* Epiſcopi, & *Leonis IX.* chartis diſcimus, hunc Pontificem Maximum anno ML. Florentiae, vel in eius vicinia fuiſſe; quod quidem & iis, quae in *Vita S. Ioannis Gualberti* ab *Attone* ſcripta habentur, confirmari videatur. Nam *Leo* Florentia tranſiiſſe videtur aeſtate huius anni, quum Vercellas ad Synodum autumno proximo cogendam proficiſceretur, ut apud *Baronium* & *Pagium* ad hunc annum videre eſt. Erat igitur Florentiae *Leo IX.* III. Id. *Iunii* & tunc contigit, quod in laudata S. Iuliani; *Gualberti Vita Cap. XXVI.* ita narratur. *Quodam tempore, cum ad Paſſinianum eſſet, Leo Papa cum plurimo comitatu ſupervenit, & cum fuit refectionem accepturus, iuxta Monaſterium requievit. Tunc Beatus Ioannes interrogat OEconomum, Si piſces haberent? Ut cognovit nullum eſſe; converſus in lacum quemdam Monaſterio proximum, piſcatum ire praecepit: omnibus autem aſſerentibus nunquam piſces in lacu illo fuiſſe, iuſſit tamen ut pergerent, ac Domini patrocinium abſque dubio crederent adfuturum. Perrexerunt tandem, & cunctis admirantibus, duos magnos Lucios inventos attulerunt Beato Ioanni, quos ipſe gaudens accepit, & Domino Papae continuo praeſentari fecit.* Anno MLXXIV. Exineа iterum offenditur in Diplomate *Henrici IV.* Impetatoria, quod exibet laudatus *Puccinellius* in citato *Chronico pag. 250.*

In nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis. Quartus Henricus divina favente Clementia Romanorum Rex. Si fidelium noſtrorum iuſtis petitionibus, maximeque iis, quae ad Sanctarum Eccleſiarum utilitatem, & honeſtatem pertinent, condeſcendentes, aſſenſum praebemus, & ad ſtatum Romanae Reipublicae, quae per nos regitur, proficere, & quod magis appetendum eſt, ad ſalutem animae noſtrae aeternam credimus pervenire. Quapropter omnium S. Eccleſiae fidelium, noſtrorumque, praeſentium ſcilicet, & futurorum, noverit induſtria, qualiter per interventum Gregorii Vercellenſis Epiſcopi dilectiſſimi Cancellarii, Petrus Abbas Monaſterii S. Dei Genitricis Mariae, ſitae infra muros Civitatis Florentinae, noſtram petiit Maieſtatem, quatenus pro Dei timore, & remedio noſtrae animae, praedicto Monaſterio, omnia, quae modo habet, vel quae in futurum habiturum eſt, regali auctoritate corroboraremus. Cuius iuſtis petitionibus annuentes concedimus eidem Monaſterio Eccleſiam S. Martini cum omnibus rebus infra, & extra Civitatem poſitis, ſibi pertinentibus, quae eſt conſtructa in Civitate Florentis a quodam Archidiacono b. m. nomine Iohanne, & eſt prope ipſum Monaſterium S. Mariae. Confirmamus itaque ſimiliter univerſa praedia illi per chartatum munitiones pertinentia; nominative Caſtellum de Signa cum omnibus rebus ad eamdem Curtem pertinentibus, Caſtellum de Grumule, Curtem Caccefini, Curtem de Greve, Curtem de Monte Domini, Curtem de Gignoro, Caſtellum de Luco cum pertinentiis ſuis, Curtem de Celeca, & Montem Molinarium; Caſtellum de Viclo, Caſtellum de Radda, Curtem de Petruio, Caſtellum de Cignano, & de Brolio, Caſtellum Bibianum, & de Collemontis, & Curtem de Caſalia, & Foſci, & Curtem de Lacu Peruſino, & Terram, quae eſt poſita in Comitatu Caſtellanae Civitatis. Haec autem omnia, & ut ſupra, quae pertinent ad eamdem Abbatiam praedicto Abbati Petro ſuiſque ſucceſſoribus, & Monachis in eodem Monaſterio ſecundum Regulam S. Benedicti degentibus, firma corroboramus traditione. Praecipimus itaque, ut nullus Dux, Marchio, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, ſeu aliquis homo magnus, ſive parvus, eamdem Abbatiam, ſeu Abbatem, vel Monachos, ibidem in tempore degentes, de rebus iam dicti Monaſterii inquietare, moleſtare, vel diſveſtire praeſumat. Ipſa vero Abbatia Regalis, vel Imperialis permaneat. Si quis igitur, quod minime credimus, hoc praeceptum fregerit, componat C. libras auri optimi, medietatem Camerae noſtrae, & medietatem praedicto Monaſterio. Quod ut verius credatur, hanc paginam manu noſtra corroboratam ſigillari iuſſimus.

Signum D. Henrici Quarti Invictiſſimi Regis.

Ego Gregorius Vercellenſis Epiſcopus, ac Cancellarius Vice Domini Annonis Archicancellarii Colonienſis recognovi.

Anno ab Incarnatione D. N. I. CH. MLXXIIII. Indictione XII. Anno autem Domini Henrici IIII. Regis, ordinationis quidem XXI. Regni vero XVIIII.

Actum Bertcſtation feliciter.

Sed etiam *Petrus* Abbas Monaſterii Florentini, & *Alexander II.* Pont. Max. in ſuis chartis Exineam pariter commemoraverant. In charta quidem *Petri* Abbatis fit mentio *Petri* Epiſcopi Florentini, qui de ſua ſede depoſitus non fuit, niſi anno MLXVIII. Memoratur etiam dux *Gothifredus* tamquam adhuc ſuperſtes, qui demum anno MLXX. naturae conceſſit. *Alexander* vero II. potuit ſuum privilegium concedere anno MLXXII. quando forte Florentia pertranſiit ad Mantuanum Concilium pergens. Nam hoc anno Concilium illud coactum fuiſſe, demonſtravit vir eruditiſſimus *Dom. Manſius* ad *Baronium* anno MLXVII. At *Puccinellius* in vita *Petri II.* Abbatis ſcribit, con-

conceſſum fuiſſe anno MLXX. qui forte chartam integriorem vidit, quam edidit. Has chartas heic profero ex *Puccinellio pag.* 251. & 255.

In nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis. Perneceſſariom fore Chriſtianis omnibus creditur, maxime his, quibus paſtoralis honor, Deo largiente, conceditur, ut tantum unicuique ſit mens de ſua ſalote animae ſolicita, quantum de advocationis tempore extat ambigua; ne dum ad aeterni Regis nuptias invitatur diſcumbere, nuptialibus carens veſtibus aeterno mancipetur incendio. Quam rei curam dum ego ſecundus Petrus S. Mariae Florentini Monaſterii Abbas diutius interna cogitatione rimarer, meique moniſterii ordinem gravi pondere obſeſſum cognoſcens, pro viribus, ut Deus conceſſerit, cordis intentionem ad has Regis nuptias dirigere ſtuduimus, atque prout poſſibilitas daret, nuptialibus indutus veſtibus ad dexteram Sponſi cum electis diſcumbere optavi. Cumque haec talia diu corde revoluerem, ſubito menri noſtae illud Apoſtolicum accidit, Karitas fraternitatis maneat in vobis, & hoſpitalitatis nolite oblviſci. Per hanc enim placuerunt quidam, Angelis hoſpitio receptis. Hinc per Petrum dicitur: Hoſpitales invicem ſine murmuratinne, Hinc etiam ipſa Veritas dicit, Hoſpes fui, & recepiſtis me. His vero admonitus exemplis, pluribuſque divinis perterritus minis, nulla alicuius rei ſuggeſtione infectus, nec aliqua neceſſitate coactus, ſed corde perfecto, & animo volenti, ad ſuſceptionem hoſpitum, & peregrinorum, reſtaurare decrevi Hoſpitale, quod in noſtro Monaſterio a D. Petro quarto deceſſore noſtro conſtitutum eſt, & ob negligentiam quorumdam pravorum, vel potius propter infeſtationem, vel depraedationem iniquorum, pene deletum iam, & quaſi oblivioni traditum, erat. Vnde motus pietate divinorum praeceptorum ſupradictorum, devoto corde, quod potui, ad utilitatem praedicti Hoſpitslis condonare diſpoſui. Scilicet quaecunque prius a praeſato noſtro Anteceſſore conceſſa ſunt reſtituens: excepta quadam parte terrae, in qua hortus eſſe videtur, & eſt poſita prope Perilaſium maius, & iuxta hortum noſtri Monaſterii, pro qua reſtituo plus et melius ad partem Hoſpitalis, videlicet vineam domnicatam in Curte Garipergae, Nam alia omnia reſtituere decrevi pro Dei amore, meaeque remedio animae, & ſpe remunerationis futurae, & pro animabus anteceſſorum meorum Abbatum, ſeu ſucceſſorum, iſtius Abbatiae, & pro animabus Monachorum, fratrum vivorum, & mortuorum, ac Cuſtodis illius Hoſpitalis. Nec non pro anima Vgonis Marchionis, ſuaeque Genitricis Willae, huiuſque Monaſterii aedificatricis. Nec

nun

non pro ſalute Goteſredi Excellentiſſimi Ducis, quam etiam pro anima ſuae dilectiſſimae coniugis Beatricis. Atque pro ſalute Petri Florentini Venerabilis Epiſcopi, a quo quamdam decimationem, quam eidem Hoſpitali contulimus, gratia huius hoſpitalitatis acquiſivimus. Atque pro remuneratione Tranimandi Feſulani Epiſcopi, & Leonis Piſtorienſis Epiſcopi. Nec minus pro animabus Imperatorum, ſive Regum iſtius regni; nihilominus pro animabus Waldrade Comitiſſae, ſuorumque heredum. Inſuper pro animabus.... (*Lotharii*) Comitis, ſuaeque Athalaſiae coniugis, ac pro remedio animarum Bulgari Comitis, & Gaidiae ſuae devotiſſimae coniugis, filiorum ſuorum. Similiter pro animabus illorum, qui de ſuis rebus praelibato Hoſpitali aliquod beneficium fecerunt. Concedo igitur praeſato loco quandam partem terrae in loco Petraplana, & in loco Publica, & in Gignoro, ubicunque de ipſis terris inveniri poteſt, & in Rancu. Similiter ſtatuo manſos duos, quorum unus poſitus eſt in loco Sub Monte, alius poſitos eſt in Mucillo, quem detinet Petrus Calcolus. Alius vero in loco Viclos, quem tenet Tuzocippus, Alius quem detinet Gerardus Sartus. Alia quarta pars manſi, quae eſt in loco Marciliano, quem tenet Preſbyter N. cum conſortibus ſuis. Omnes hos manſos ſtatuo, & decimationem eorum. Eodemque voto firmo eidem Hoſpitio decimationem XII. manſium, qui poſiti ſunt in Curte Greve, quorum unus poſiros in Cartione, quem detinet Iohannes, filius Magni. Alius vero in locn Guſta, & detinet eum Iohannes, filius Azonis. Tertius in loco Berſari, quem detinet Carcarellus. Quartus in Guſta, quem detinet Bonizo. V. ſimiliter in Guſta, quem detinet Viventius. VI. poſitus in Guſta, quem detinent filii Iordanis. VII. per Martinum filium Bonactae. VIII. in Carci, quod regitur per filius Boni de Philippi. IX. ibidem, quem detinet Carpaſulla. X. in Quarto, quem detinent nepotes Gingi. XI. in Publica, qui regitur per Iohannem, filium Beniazonis. XII. in Paiolo, quem detinet Stephanus. Et duos manſos alios, quos detinet Nerulus nepos Corbizi; quorum unus poſitus in Publica, alter in Guſta. Similiter decimationem totius terrae Iohannis filii Fuſculi, quam detinet ex noſtro Monaſterio; & decimationem terrae filiorum Vgonis Sarti, & terrae filii Bonencii, nec non decimationem trium manſium in Curte Signa, quorum unus regitur per Teuzonem. Alius per Preſbyterum Ruſticum. Tertius per Stephanum. Hii omnes in Stagno. Similiter in Curte Signa decimationem quinque manſium, qui poſiti ſunt in loco Pedemontia, quorum primum detinet Martinus, filius Iohannis. Alium Omizo, filius Faroldi. Tertium Dominicus, filius Oſannae.

Quar-

Quartus, & quintus detinentur a ſupradictis hominibus. Similiter decimationem ſex manſum in Colonica. Quorum primum detinet Petrus Cecus. II. Stephanus Gallus. III. Leo Maglo. IV. Teuzzo Calvus. V. Petrus Luciſae. VI. filii Gerardi. Quandam etiam decimationem ſexdecim manſium. Quorum primus eſt in Licori, & detinetur a Martino Maſſario, & Olivo. II. in Scopito, a Bonizzone Maſſario. III. in Citina, a Boniaone, & Iohanne. IV. in Campo Pauli, a Teuzone, filio Rudulfi. V. in Fraxinitu a Bonizone, & Stephano. VI. in Liprindite, a Bouatto. VII. in Vivario, ab Vrlo. VIII. in Maſolle, a Bonatto. IX. in Vignano, a Vidone. X. ibidem, a Iohanne. XI. ſimiliter in Vignano a Petro. XII. pariter in Vignano, a Ramperto. XIII. in Valle, ab Andres. XIV. in Valle, a Iohanna. XV. in Marcilliano, a Teuzone. XVI. in Prato, a Iohanne. XVII. in Zolano, a Barone, & conſortibus ſuis. XVIII. in Colettine, a Boniaaone. XIX. in Caſalino, a Petro. XX. in Puragnano, a Iohanne cum conſortibus. XXI. in Sala Dsmiani, a Petro. XXII. in Bru . . . a Iohaune, XXIII. ibidem, ab alio Iobaune. XXIV. in Calvan . . . . XXV. in Campo Teufredi, a Martino. XXVI. ibidem, a Morando. XXVII. pariter, a Morando. XXVIII. in Novole, a Leone cum conlortibus ſuls, XXIX. ibidem, ab Andrea cum conſortibus ſuia. XXX. in Caſalle, a Dominico. XXXI. in Vrliano, a Teuzone. XXXII. ibidem, a Vivo. XXXIII. ſimiliter in Vrliano, a Bonizone. XXXIV. in Citina, a Martino. XXXV. ſimiliter in Citina, ab Andrea. XXXVI. in Papiano, a Iohanne. XXXVII. ibidem, a Ruizzo. XXXVIII. in Monte, a Iohanne. XXXIX. in Fouce sperto, XXXX. in Paplano, a Gerardo. & conſortibus ſuis. XXXXI. ibidem, ab Vrſo, & conſortibus ſuis. XXXXII. in Sucebelll. a Martino. XXXXIII. ab Adanaldo. XXXXIV. a Romaldo. XXXXV. in Maſ. . . . . a Iohanne. XXXXVI. in . . . . . a Iohanne. XXXXVII. in Moliano, a Fuſchulo. XXXXVIII. in Palazia, a Iohanne. XXXXIX. in Ripis, a Iohanne. L. a Teuzone, filio Adaualdi. LI. in Monte, a Martino Caballario. LII. a Gerardo, filio Rigizi. LIII. a Iohanne. Iohannis filio. LIV. a Dominico Bu . . . . LV. in Caſaccio, a Bonizone cum conſortibus ſuia. LVI. in Eſcurle . . a Dominico LVII. in Campo Datuli, ab Alberto filio Gualfreli. LVIII. in Poio Dominico, a Stefano cum cōnſortibus ſoia. Atque decimationibus cuiuſdam terrae in Curte Greve, quam detinet Citilus Campanarius cum conſortibus. Similiter confero quatuor manſios de Campi. Primi quorum unus detinetur ab Vccadurio. alius a Bonatto Gallo. Tertius a Vivolo. Quartus a Ramberto. Et noſtram domnicatam decimationem ipſius terrae, & decimationem terrae, quam detinet Archipresbyter cum fratribus, & nepote ſuo in Cignoro. Sed & decimationem eiuſdem curtis de Viclo noſtram domnicatam ſimiliter in eodem hoſpitio ſtatuo, in curte de Radda, & de Bibiano, cui ſuperaddo decimationem LX. modiorum, quam modo habemus in Palude, & Ronco, & in curte Signa, vel quae in antea habituri ſumus; atque decimationem noſtram domnicatam eiuſdem cortis, obicunque eſſe invenitur, necnon & decimationem de curte Caccerini. Inſuper penſionem de Monte Dardani, & de Cerlico, & Margnamilla, quam tenent filii Magnuli; & penſionem de filiis Inſurbi, filius Vrſi; & aliae penſiones, quas nunc uſque detinui ſimiliter concedo. Huius vero ordinationis atque reſtaurationis paginam ad honorem Dei Omnipotentis, & B. Mariae Virginis eiuſdem Domini Matris, atque Nicolai Sanctiſſimi Confeſſoris, confirmo, laudo, corroboro, atque in protectione ſupradicti Nicolai in perpetuum vigere exopto, cum conſilio totius noſtrae Congregationis, aliorumque Deum timentium. Inſuper favore Petri Sanctae Florentinae Eccleſiae venerabilis Praeſulis, imo Epiſcoporum ſupra memoratorum, quorum deſcriptio propriae manus inferius deſignabitur, ea videlicet ratione, ut ſi forſitan, quod abſit, aut ego, vel aliquis ex meis poſteris, ſucceſſoribus Abbatibus, vel Monachis, ſeu quaecunque magna, parvaque perſona, aliqua occaſione tollere, minuere, maletractare, vel ad aliud, ex his, quae praefato Hoſpitali pro ſalute Vgonis Marchionis, & Willae ipſius genitricis; imo ſalute noſtra, noſtrorumque fratrum vivorum, & mortuorum, quam & pro remuneratione omnium ſupradictorum fidelium per hanc ordinationis. & reconciliationis chartam modo confero, vel daturus ero. non ab praedicti Monaſterii uſu ſubtracta, ſed magna ex parte mea donatione, & maximo labore, aequiſita, partem habeant poenae cum Iuda traditore, & Pilato crucifixore, & ſit damnatus ſub anathemate Maranatha; omnibuſque maledictus maledicatur maledictionibus, quae in veteri, & novo Teſtamento leguntur. Nam nimis obſecro, precor, ſuadeo, admoneo omnes Paſtores ſucceſſores, eo vuto, eodemque deſiderio, ut huic noſtrae confirmationi pro viribus adiutorium praebeant, ibique quod neceſſarium eſt . . . . . quatenus per illos charitatis officium, ut impleatur, & a ſummo remuneratore Deo, qui charitas eſt, remunerari in futuro mereant . . . . . . (*Siquis autem*) huius decreti, quod non credimus, temerarius violator extiterit, ſciat ſe Imperatorio onere compoſiturum auri pondere libras L. Haec ordinatio ſtabilis ſine fine permanens, & firma. Immo vero iubeo, ordino, & firmo, ut omni anno Fratres iſtius Monaſterii optimam refectio-

ctionem de rebus praefati Hoſpitalis in feſtivitate S. Nicolai habeant, eo quod hoſpitium ad illius reſtauravi memoriam.

Ego Petrus Abbas in hac reconciliatione a me facta, etc.

Ego F. Teuzo Monachus, & indignus Sacerdos conſenſi, etc.

Ego F. Bernardus Monachus, & Sacerdos, in hac ordinationis pagina conſentiens, lib. etc.

Ego F. Benedictus indignus Sacerdos, indignus Monachus, & Levita.

Ego F. Iohannes Monachus, & Sacerdos, etc.

Ego F. Dominicus Monachus & Sacerdos, etc.

Ego F. Iohannes Monachus, & indignus Sacerdos, etc.

Ego F. Embertus Monachus, & Levita, etc.

Ego F. Petrus Subdiaconus, etc.

Eho F. Vgo Subdiaconus, etc.

Ego F. Petrus Subdiaconus, etc.

Ego F. Iohannes Monachus, & Levita, &c.

Ego F. Honeſtus Monachus, & Sacerdos, etc.

Ego F. Rudulphus Monachus, & Sacerdos, etc.

Ego F. Seniorellus Monachus, & Converſus, etc.

Ego F. Petrus Monachus, & Sacerdos, etc.

Ego F. Paulus Monachus, & Converſus, &c.

Ego F. Sigo Munachus, & Converſus, etc.

Ego F. Bonizo Monachus, & Sacerdos, etc.

Ego F. Florentinus Monachus, & Sacerdos, etc.

Ego F. Gherardus Monachus, & Converſus, etc.

Ego F. Rolandus Monachus & Converſus, &c.

Ego F. Teodoricus Munachus, & Converſus, etc.

Ego F. Bonactus Munachus, & Converſus, etc.

Ego F. Albertus Monachus, & Converſus, etc.

Quaedam mihi ad hoc Inſtrumentum adnotanda neceſſario ſunt. In eo enim & *Vgonis* Tuſciae Marchionis, & *Willae* eius matris, de qua plura habentur ſuperius *pag.* 87. mentio fit. Inſuper *Gotbifredus* Lotharingus Tuſciae Dux, quem anno MLXX. diem ſupremum obiiſſe diximus, memoratur; nec eius coniux *Beatrix*, quae anno MLXXVI. vita functa eſt, ſilentio praeteritur. Memoratur etiam *Petrus Florentinus Venerabilis Epiſcopus*, qui *Petrus* non alius eſt, quam ille, qui Simoniacus a Monachis Vallis Vmbroſae, igne ipſo probante, revictus eſt. Hic autem luculente dicitur Monaſterium S. *Mariae* beneficiis cumulaſſe; quod forte ille fecit, antequam *Teuzo*, eiuſdem Monaſterii Monachus, & qui in hac ipſa charta ſubſcribi videtur, eum, tamquam ſimoniacum ſugillaret, atque traduceret. Liquet autem ex hac charta, *Petrum* Abbatem, ſui Monachi *Teuzonis* minus prudentibus in Epiſcopo publice ſimoniae accuſando conſiliis non conſenſiſſe; quando heic admodum reverenter de ille mentionem facit. Nec id mirum eſſe debet, nam ex *Petri Damiani* ad Monachum *Teuzonem* Epiſtulam diſcimus, hunc Monachum perpetuo a ſuo Abbate diſſenſiſſe, fruſtraque *Petrum* conatum eſſe, ipſo Abbate rogante, illum ad officium, & Abbatis obedientiam, atque amicitiam, revocare. Ex hac pia *Petri* Epiſcopi largitate; ex patrocinio, quo illum *Gotbifredus* Dux dignabatur; ex ipſa a B. *Petro Damiani* illius defenſione ſubſcepta; arguere eſt, *Petrum* Epiſcopum, etſi dignitatem illam pretio quaeſiviſſet, non tamen hominem adeo corruptis perditiſque moribus fuiſſe, ut *Hieronymus* Radiolenſis, Vallumbroſanus Monachus, litteris mandavit; & Chriſtianae ſapientiae placita ſarcta & tecta atque inviolata conſervaſſe. Inſuper *Petrus Damiani* eum laudat, tamquam virum qui *mitis eſt animi, & perſpicatis ingenii*, quod quidem eius probitatem amplius arguit. Non me latet, *Ferdin. Vghellium*, & *Iac. Laderchium* in Vita D. *Petri Damiani Lib. V. Cap. XIII.* putare, hunc Epiſcopum Florentinum, quem proprio nomine *Petrus* non indicat, & quem ob nocturnum latrunculorum ludum ſe corripuiſſe dicit, non *Petrum* Ticinenſem, ſed *Gerardum*, fuiſſe. At *Petrus* de Epiſcopo Florentino ita loquitur, ut illum non fuiſſe, qui poſtea *Nicolaus II.* Pont. Max. adpellatus eſt, ſatis inſinuet; non enim ſimpliciter Epiſcopum dixiſſet; ſed & qualis dignitate deinde fuit, ſubiunxiſſet. En eius verba: *Hic plane ſi quid mihi de venerabili Florentinae ſedis Epiſcopo contigerit, recolo, alienum eſſe ab aedificatione non credo*. Inſuper *Petrus Damiani* de Epiſcopo loquitur, qui tunc temporis in vivis agebat, ut ſatis innuit, quod eum titulo *Venerabilis*, haud forte aliter ab eo adhibito, adficit; & innuit etiam verbum illud *Eſt*, quamquam apud *Baronium* deeſt, ſed in editione Pariſienſi, & apud *Laderchium* habetur. Ecce alia *Petri* verba: *Tunc ille, ut mitis eſt animi, & perſpicacis ingenii, redditis rationibus humiliter adquievit, culpam nullatenus iterandam certa pollicitatione conſtituit, iniungi ſibi poenitentiam poſtulavit*. Non ſtatim autem crediderim, *Petrum* Ticinenſem anno demum MLXI. vel inſequenti,

ti, fuiſſe ordinatum Epiſcopum Florentinum, quum forte eam ſedem ſtatim poſt *Gerardi* electionem in Pontificem obtinuerit. Gratis enim *Leopoldus De Meliore*, & *Vghellius*, & *Cerracchinius*, adfirmant, *Nicolaum II.* Epiſcopatum Florentinum retinuiſſe, & ſi Pontifex Maximus imperaret. Quare potius in *Didaci Franchii* in *Vitae Ioannis Gualberti Libro XI.* ſententiam pedibus iverim, qui putat hric a *Petro Damiani* de *Petro* Florentino Epiſcopo verba fieri. Vera tamen ſcribit *Laderchius*, ubi ait libellum, qui *Gratiſſimas* inſcribitur, anno MLII. a *Petro Damiani* fuiſſe compoſitum, eique adſentiuntur *Baronius* & *Pagius*; quare, licet *Petrus* potuerit etiam cum *Stephano IX.* Florentiam advenire, & certe anno MLIX. Florentiae erat, ut patet ex charta *Nicolai II.* apud *Vghellium*; tamen oportet, & ut ante annum MLII. eamdem urbem petierit, ut in anteceſſum *Rozonem* Cantorum Magiſtrum videret, & adloquentem audiret, quod ea, quae ſuperius *pag.* 95. ſcripſi, temperans retractanſque heic animadverto. Iam non mirum ſi *Petrus* Epiſcopus Florentinus ſe *Catholicum* inſcribebat, ut contrariae, & a Monachis inconſulte in vulgi animis inſitae, perſuaſioni, adverſaretur, & qua poſſet, obſiſteret, quod recte etiam *Soldanius* obſervabat *Quaeſtione Vallumbroſana V.* §. *VIII. Part. I.* Falluntur enim, qui *Petrum* ſe *Catholicum* in ſuis ſcriptis profitentem, alium Florentinum Epiſcopum, *Petri* Simoniaci ſucceſſorem, comminiſcuntur. Falluntur autem ob temporum, & numerorum, ignorationem. Quum enim anno demum MLXVIII. *Petrus* Simoniacus Epiſcopatu, ſi id verum eſt, depoſitus fuerit, ut V. Cl. *Ioſephus Maria Brocchius* in *Vita S. Petri Ignei* luculentiſſime, me praeeunte, demonſtravit; fieri non poteſt, quin ille *Petrus* Epiſcopus, qui anno MLXVII. Parthenoni S. *Petri Maioris* bona a *Giſla* donata confirmavit, quique in ea charta *Petrum Catholicum Epiſcopum* ſe nuncupat, *Petrus* Simoniacus non ſit. Nullus itaque *Petrus Petro* Simoniaco ſucceſſit; ſed poſt brevem Florentini Epiſcopatus procurationem a *Rodulfo* Tudertino Epiſcopo, ſi Hiſtorici quidam vera narrant, geſtam, *Rainerius* Epiſcopus creatus eſt. Dum haec charta a *Petro* Abbate ſcriberetur, *Petrum* Epiſcopum ſuperſtitem fuiſſe, & in Cathedra Florentina ſediſſe, non videtur dubitandum, non tantum, quod illum una cum Faeſulano & Piſtorienſi Epiſcopis viventibus recenſet, & *Venerabilem* peculiari titulo nuncupat: ſed etiam quia in decurſu & parte interiore Inſtrumenti, eius favorem & patrocinium, ſicuti & aliorum duorum Epiſcoporum, implorat illis verbis: *Inſuper favore Petri S. Florentinae Eccleſiae Venerabilis Praeſulis, ima Epiſcoporum ſupra memoratorum &c.* quae quidem etiam *Baronius* ad annum MLXIII. n. LVIII. de *Petro* Ticinenſi intellexit, & recte ac ſapienter. Nec temere Abbas *Petri* Epiſcopi patrocinium ſperabat; nam erga ſacra templa, & religioſas domos, largum & munificum eum adgnoverat, & quod Xenodochio D. *Nicolai* quaedam donaſſet, ut ſuperius obſervabamus: & quod ſciret, eum Monaſterio S. *Petri Maioris* puellas Deo famulantes, donatis agris quibuſdam & latifundiis, conſtituiſſe: quae quidem bona, quum ſanctimonialibus illis alendis minus ſufficerent, *Giſlae* nobili & locupleti matronae auctor fuit, ut Monaſterium illud amplius dotaret: quam quidem donationem ipſe *Petrus* Epiſcopus, & *Alexander II.* Pont. Max. editis Diplomatibus, quae apud *Vghellium* legere eſt, confirmaverunt. *Petrum* autem Epiſcopum Eccleſiam S. *Petri Maioris* in Parthenonem erexiſſe liquido conſtat, ex laudato confirmationis diplomate, & ex ipſo Epiſcopatus Florentini Regeſto, in quo *pag.* 7. legitur: *Qualiter bone memorie Petrus Florentinus Epiſcopus dedicavit Monaſterium ſancti Petri Maioris ad uſum Monialium, & aliqua predia dicta Monaſterio tradita confirmavit. Habemus Privilegium dicti Epiſcopi cum eius ſubſcriptione, & Canonicarum Florentinorum.* Quod quidem *Petri* privilegium quum *Alexander II.* eodem anno confirmaſſet, in ſuo Diplomate *Petrum* Epiſcopum Florentinum *Cariſſimum fratrem* adpellat. Inſuper hic idem *Petrus* Epiſcopus die XV. Ianuarii anno MLXIV. laudato *Petro* Abbati Eccleſiam S. *Proculi* cum omnibus iuribus, & acceſſoriis ſub annuo cenſu duodecim denariorum argenti, in feſto S. *Ioannis* Epiſcopatui ſolvendorum confirmavit, ut perhibent eius Monaſterii documenta, quae *Ferdin. Vghellii* verba fere ipſiſſima ſunt, & videri poſſunt apud *Puccinellium* in *Chronico Abbatiae Florentinae pag.* 288. Quum vero tanti factum fuiſſe hunc *Petrum* videamus, & Hiſtorici ipſi eius inimici fateantur, non tantum a Duce *Gothifredo*, quantum ab ipſo Pontifice Maximo, & S. R. E. Cardinalibus, quin & ab *Agnete* Auguſta, aliiſque probis, ſanctiſque viris, amatum probatumque fuiſſe; credibile admodum mihi videtur, quod *Andreas* Genuenſis narrat, *Teuzonem* quidem *Petri* Epiſcopi patrem trium millium librarum ſummam *Henrico IV.* Auguſto largitum eſſe, ut filio Florentinum Epiſcopatum compararet; at eius forte rei filius *Petrus* ignarus fuit: adeoque probis, ut plurimum, moribus, & piis operibus, enituit, & pleriſque omnibus carus fuit, quidquid inſenſi Scriptores aliter tradant. Quin non multum Septimiano ignis, eius ſimoniam probantis, miraculo mutus fuiſſe *Petrus* videatur: quum enim illud Nonis Februariis anno MLXVIII. contigiſſet, compertum habemus, *Petrum* nihilominus menſe Iulio eiuſdem anni Lucae, in comitatu *Beatricis* Ducíſſae, tamquam Epiſcopum Florentinum fuiſſe, ut evidenter liquet ex Placito eiuſdem

iuſdem anni a *Beatrice* Lucae habito apud *Florentinium* in *Mathildae Memorabilibus* inter Inſtrumenta *pag.* 14. Non multum etiam eo miraculo mota fuiſſe videtur *Beatrix*, qui *Petrum* Epiſcopum honoro deinde proſequuta eſt; quemadmodum Epiſcopi alii, qui eius conſuetudine nihilominus familiariſſime utebantur, & in illo Inſtrumento recenſentur, *Dodus* ſcilicet Epiſcopus Roſellenſis, *Hubaldus* Epiſcopus Sabinenſis, ... Epiſcopus Tuſculanus, *Leo* Epiſcopus Piſtorienſis & . . . . . (*Trasmundus*) Epiſcopus Feſulanus; non optimates & Principes viri, ut *Wido* Comes *Widonis* Comitis F, *Ildebrandus* & *Albertus* Comites, germani fratres, *Ildebrandi* filii; *Hugo* Vicecomes Piſanus, aliique complures, qui in laudata charta enumerantur. Miraculum igitur illud Septimianum probaſſe forte videatur, Epiſcopatum pretio a Patre *Teuzone* adquiſitum vere fuiſſe; ſed ſine filii *Petri* culpa, qui ideo ab illis omnibus ſapientibus viris innocens atque inſons reputabatur. Hinc non mirum, ſi *Petrus* in Concilio Romano, ab *Alexandro II.* ad id convocato, de intentato crimine *ſacramento ſe purgare* volebat, ut *Deſiderius* Caſinenſis ſcribit. Utcumque autem res ſe habuerit, illud quidem exploratum eſt, ſi *Petrus* ſede ſua expulſus & deturbatus fuit, non ſtatim id poſt miraculum illud eveniſſe, ſed aliquot menſes adhuc Eccleſiam Florentinam rexiſſe, & die VIII. Iulii eo anno Epiſcopum cum *Beatrice* Marchioniſſa Lucae fuiſſe. Si vero *Alexander II.* illum deinde depoſuit, id feciſſe videtur non tam miraculo illo impulſus, quam ut populo iam infenſo, & Epiſcopum illum tamquam ſimoniacum averſanti, indulgeret, & ſchiſma Eccleſiae Florentinae de medio tolleret; id quod forte poſt mortem *Gothifredi* Ducis, *Petrum* patrocinio ſuo foventis, factum eſt. Tunc fieri potuit ut *Petrus* inter Monachos nomen daret, & religioſam ageret vitam, ut Monachi quidam Scriptores tradunt. At non tam aperte ac perſpicue id adfirmant; ut eorum verba accipi aliter non poſſint. Ecce *Atto* quae ſcribit: *His autem cognitis, Dominus Alexander Papa praefatum Petrum Simoniacum de omni Epiſcopali officio deponere curavit.* Haec quidem magis inſinuant voluntatem quamdam Pontificis Maximi, quam firmae deliberationis effectum; ſicut haec ipſa verba intellexit *Baronius* loco laudato, qui putans reſtitutionem Xenodochii D. *Nicolai* a *Petro II.* Abbate S. *Mariae* factam, poſt igneum illud miraculum contigiſſe; ex illius inſtrumenti verbis colligit, *Petrum Florentinum Epiſcopum denique reconciliatum fuiſſe, & in communionem receptum ab iiſdem Monachis.* Quamquam vero cauſſam, cur ita cenſeat *Baronius*, non facile admitto, tamen eius opinionem veram eſſe vix dubito. Nec obſtare videtur, quae *Deſiderius* Caſinenſis memoriae prodidit: nam poſt Septimianum miraculum recitatum, haec ſubdit: *Tunc omnes, qui aderant, viſu tam maximo, tam obſtupendo miraculo, immenſas Deo gratias agentes, mox diverſa parte una effecta, praefatum Epiſcopum ab Eccleſia pellunt, qui poſtea poenitentia ductus, mutata veſte, ſub ſanctae converſationis regula, religioſam agere vitam viſus eſt.* Iam quod ait, a populo unanimiter Epiſcopum ab Eccleſia pulſum, furibundae violentiae, non iuſtae auctoritatis, eſt facinus; populus enim Epiſcopum deponendi, & ſua Eccleſia privandi ius non habet; ſed ad Romanum Pontificem, aut Concilium, id ſpectat. Ex huius autem infenſi populi violentia reſipiſcens, occaſionem ſumſit reconciliationem cum Monachis, eorumque adſeclis, ineundi; & ſcelus ſeu patris, ſeu ſuum, confeſſus poenitentiam agendi, & liberiore converſandi ratione dimiſſa, auſteriorem vitam cum ſuis canonicis regulariter philoſophantibus, ſumto etiam aliquo veſtis exterioris inſigni, profitendi. Non tamen heinc Epiſcopatu ſe abdicaviſſe, & Monachicum cucullum induiſſe, arbitrandum eſt. Inſignis eſt *Diduci Franchii* in Vita D. *Io. Gualberti* error, qui ex male intellectis *Baronii* de *Petro II.* Monaſterii Florentini Abbate loquentis verbis, *Petrum* Epiſcopum, ait, in Coenobio Septimiano Monaſticae regulae nomen dediſſe, *Petrumque* illum Abbatem, Coenobii huius, non S. *Mariae* Florentinae, Praeſidem fuiſſe. Ita in communionem a Monachis, aliiſque receptus eſt, & pax Eccleſiae Florentinae reddita. Fieri autem potuit, ut haec reconciliatio a *Rodulpho* Tudertino Epiſcopo, iam Florentino Canonico, (qui paullo ante Tudertinus Praeſul creatus fuerat, ſi ille *Rodulphus* Canonicus eſt, qui in charta confirmationis a *Petro* Epiſcopo anno MLXVII. Monaſterio D. *Petri Maioris*, ſe ſubſcribit) a Pontifice Maximo Florentiam in idipſum miſſo, tractata fuerit; qui interim, dum *Petrus* fugatus deliteſcebat, & donec res componerentur, Eccleſiae Florentinae rem ſtatumque moderatus quodammodo ſit; & *Petro* in populi gratiam reſtituto diſcedens ad ſuam Eccleſiam procurandam iterum ſeſe contulerit. Vnis enim Monachorum Scriptorum teſtimoniis nituntur *Borghinius*, *Ughellius*, *De Meliore*, & *Cerracchinius*, qui Tudertinum Praeſulem, Interepiſcopum Florentinum inducunt; & iis quidem, non probe, ut videtur, comprehenſis. Verba enim *Attonis* in Vita D. *Ioannis Gualberti Cap. LXVII.* haec ſunt: *Hunc Epiſcopum* (*Rodulphum* Tudertinum ſcilicet) poſt *Petri* ſimoniaci depoſitionem (expulſionem videlicet illam violentam, quam *Deſiderius* Caſinenſis narrat) *ad regendum Florentinum Epiſcopatum* (ad ſchiſma ſcilicet Eccleſiae Florentinae componendum, aliaque neceſſaria agenda, & ſacramentorum quorumdam adminiſtrationem, quae multi ab Epiſco-

Digitized by Google

ſcopo *Petro* accipere per longi temporis tractum detrectaverant) *Papa mandaverat* (tamquam Legatum). Id autem quod adfirmo verum eſſe, quae ſequuntur, evidenter oſtendunt: ſubdit enim Hiſtoricus: *Et ut magis dicam ipſum Dominum Rodulphum Epiſcopum praefata Mediolano* (ubi tamen erat proprius Epiſcopus) *cum viris eruditis poſtea miſit, ut cunctis Catholicis, id omnino petentibus, Epiſcopali officio ſubveniret, ad conſolanda corda fidelium, diu Paſtore Catholica deſtituta*. Igitur Epiſcopus Tudertinus Papae Legatus, non ad Ecclesias Paſtore carentes mittebatur; ſed ad eas, quae ſciſſae erant, & quarum bona pars proprio Epiſcopo, ſimoniae inſimulato, parere detrectabat. Hinc non mirum, ſi dum Florentiae *Rodulphus* eſſet Eccleſiam D. *Petri*, cognomento *Scheradii*, conſecravit, & alia egit, quae Epiſcopalis muneris propria erant. Vidimus iam, *Petrum* Ticinenſem a furenti populo de ſua Eccleſia pulſum fuiſſe: tunc forte Lucam ſe contulit, ubi menſe Iulio deinde fuiſſe ex indubitato, quod ſuperius laudavimus, Inſtrumento comperimus. Quum is populum Florentinum ſibi infenſum, atque extrema minantem, timeret, ad ſuam Eccleſiam redire differebat: tunc populus Florentinus *Alexandrum II.* rogaviſſe videtur, ut Epiſcopum aliquem mitteret, qui, donec res componerentur, Florentinam Eccleſiam regeret. Pontifex Maximus *Rodulphum* miſit, qui deſinente anno MLXVIII. more Romano, Florentiae adhuc verſabatur, & praedictam Eccleſiam conſecravit. Id manifeſte conſtat ex Epigrammate, quod in illa Eccleſia exſiſtit, & a *Cerracchinio* adſertur, & ita habet:

IHESVS
HAEC BASILICA SANCTI PETRI SCHERADII FLOREN. DEDICATA EST
EX IVSSIONE DOMINI ALEXANDRI PAPE SECVNDI
A VENERAB. RODVLPHO TVDERTINE ECCLESIE EPISCOPO
MINISTRANTIBVS SIBI CLERICIS FLORENTINIS
ANNO AB INCARNATIONE DOMINI
MILLESIMO SEXAGESIMO OCTAVO INDICT. SEPTIMA
IN HONORE SANCTE DEI GENITRICIS MARIE ET BEATORVM
APOSTOLORVM PETRI ANDREE IACOBI
QVI PREDICTVS DEDICATOR AB IPSO PVERITIE SVE EVO
VSQVE AD EPISCOPATVM
IN MAIORI ECCLESIA FLORENTINA FELICITER DEO VIXIT
QVIQVE TAM ISTVD QVAM CETERA ALTARIA
CVM SANCTORVM NOMINIBVS QVE IBI CONTINENTVR
CANONICIS SIBI SERVIENTIBVS DEVOTISSIME
CONSIGNAVIT IV. KAL. IANVARII

Falſus eſt in hac Inſcriptione Indictionis numerus, nam anno MLXVIII. Indictio VI. & non VII. habebatur; ſed frequens eſt in antiquis Inſtrumentis error huiuſmodi. Nam quidam novae Indictionis initium ante menſem Ianuarium ſumebant. Ex iis igitur, quae de *Rodulpho* Tudertino apud *Attonem* leguntur, elicere non eſt, Eccleſiam Florentinam proprio Paſtore viduatam fuiſſe; ſed illud tantum, ad tempus abfuiſſe, donec, re bene a *Rodulpho*, qui utriuſque partis, ut videtur, amicus erat, tractata, pax inter *Petrum* Epiſcopum, & populum Florentinum, compoſita eſt. Tunc *Petrus* Florentiam rediiſſe videtur, & vitae ſanctioris exempla in dignae ſatisfactionis argumentum ſuo populo praebuiſſe, donec iuxta humanae mortalitatis limites naturae conceſſit; cui *Rainerius* in Epiſcopatu ſucceſſit, anno, ut *Vghellius* & *De Meliore* tradunt, MLXXI. In eadem *Petri* Abbatis charta habetur mentio quoque *Trasmundi* Faeſulani Epiſcopi, cuius prima apud *Scip. Ammiratum* in *Epiſcopis Faeſulanis* memoria eſt anno MLXVII. apud *Vghellium* vero MLIX. Nec indictus praeteritur *Leo* Piſtorienſis Epiſcopus, cuius apud *Vghellium* ab anno MLXVIII. geſta initium ſumunt. Hinc *Waldradae* Comitiſſae nomen occurrit, quae an ſit *Waldrada*, *Vberti* Marchionis & *Willae* filia, *Vgonis* Marchionis ſoror, *Vitali Candiano* Venetorum Duci nupta; an *Waldrada*, *Rainerii I.* Tuſciae Marchionis, qui annis MXVI. & MXVIII. vivebat, uxor; an alia, ignoro prorſus. Deinde Comes quidam, nomine non addito (quod exſcriptoris incuria factum puto) cuius uxor *Athalaſia* eſt, offenditur. Comes hic, cuius nomen omiſſum, eſt *Lotharius* Comes, *Kadali* Comitis filius, cuius uxor fuit *Adelaſia*, ut conſtat ex Inſtrumento, quod produco in meo *Hodoeporico*, & ex aliis locis, *pag.* 885. 893. 1029. 1030. 1032. Hic *Lotharius* Comes, *Guillelmum Bulgarum*, ſeu *Bulgarellum*, & *Bertam*, deinde Monaſterii S. *Mariae* Caprilise Antiſtitam, genuit, ut videre eſt in eodem opere *pag.* 896. 1028. & 1222. & in hac ipſa *Petri* Abbatis charta *Bulgarus* Comes *Lotharii* Comitis filius dicitur, illis verbis, *filiorum ſuorum*, etiam *Gaſdia* eius uxore comprehenſa; modo ſatis improprio, & barbaris temporibus digno. De *Gaſdia*

ſdia autem conſulenda, quae ſcribo in laudato *Hodoeporico pag.* 1038. 1039. ubi & hunc locum Inſtrumenti apte ſupplevi. Mirari tamen lubet, quum lego apud *Petrum Damiani Lib. IV. Epiſtola VII.* hunc Comitem *Lotharium*, adeo erga Eccleſias & ſacras domos munificentem ac prodigum, ut conſtat ex eius donationibus, quas in laudato *Hodoeporico*, aut integras exhibeo, aut perſpicue indico, *pag.* 805. 888. 893. 1025, 1029. & qui Monaſterium Sanctae *Mariae* beneficiis auxerat, voluiſſe deinde eidem S. *Mariae* Monaſterio, (nam quum Florentiae Monaſterium Sanctae *Mariae* ſimpliciter dicitur, Abbatia Florentina intelligitur. Ceterum quum *Petrus* dicat, incertum remanſiſſe, de quo Monaſterio *Lotharius* loquutus fuiſſet; ipſe etiam in eo determinando ἐπέχω) bona quaedam auferre, pro qua violenta uſurpatione in alia vita ſupplicia expenderet. Ipſe quidem locum *Petri Damiani* integrum adferam, cui ſollers lector eam habebit fidem, quam habere prudentis acutique hominis eſt. Quin animadvertendum eſt, illa omnia a *Petro* referri, non tamquam ab ſe viſa, ſed tamquam a *Gerardo* Eccleſiae Florentinae Canonico ſibi narrata; quare ſibi fidem haberi a ſapiente lectore non exigit. Priuſquam tamen locum illum, paullo etiam prolixiorem, quod quae iam alia ad Tuſcam hiſtoriam illuſtrandam idonea complectatur, in medium adduco, obſervandum eſt, *Gerardum* Canonicum Florentinum, a me inveniri in charta *Lamberti* Epiſcopi anno MXXVIII. apud *Vghellium*, nec unum tantum huius nominis, ſed duos ſubſcriptos; item in charta Epiſcopi *Attonis* anno MXXXVIII. *Gerardus* Canonicus occurrit, qui forte in vivis erat etiam anno MLXVII. nam *Petri* Epiſcopi confirmationi bonorum Monaſterii S. *Petri Maioris* ſe ſubſcribit, apud *Vghellium*. Sed & anno MLXXXV, *Gerardum* Canonicum Florentinum offendo in charta *Rainerii* Epiſcopi, apud eumdem Hiſtoricum. Sed iam *Petrum Damiani* narrantem audiamus: *Gerardus ſatis Religioſus Eccleſiae Florentinae Canonicus nuper mihi retulit iſta, quae narro. Hildebrandus Comes Tuſciae, qui dicebatur de Capanna* (reſtituendum videtur *de Campinno*) *in tantum dives erat, ac praepotens, ut gloriaretur, ſe plures habere Curtes, atque Caſtella, quam dies ſint, qui numerantur in anno. Hinc Presbyterum quemdam, religioſum videlicet, & honeſtum, virum ſpiritualem ſibi fecerat patrem, a quo & poenitentiam ex more percipiebat. De quo Presbytero alius Presbyter, Rainerius nomine, hanc viſionem vidit, quod non parva vox ſonuit, quae illum adſcendere inclamavit. Petre, inquit Presbyter, ſic enim, ſi rite teneo, vocabatur, adſcende huc. Haec autem vox tam magna fuiſſe dicitur, ut ad eius vehementiam nonnulli de ſomno fuerint excitati. Ad huius vocis imperium Presbyter adſcendit in quoddam arduae celſitudinis promontorium. Is autem, qui vocaverat, ſanctus Benedictus eſſe videbatur. Poſt huius autem montis adſcenſum illico Presbyter toto corpore ſeſe comperit eſſe leproſum, moxque prorumpens. Heu, heu, inquit, cur huius peſtilentiae plaga me perdidit? Cui Beatus Benedictus, Diplois, ait, quam ſuſcepiſti de eleemoſyna Comitis Hildebrandi* (*nam idem Hildebrandus tunc nuper obierat*) *haec tibi verſa eſt in lepram. Quamobrem redde tranſitoriam veſtem, ſi vis perpetuae leprae vitare voraginem. Haec enim odibilis, ac pernicioſa veſtis, tibi quidem ut conſpicis nocuit; illi vero nihil omnino profecit. Ut quid ergo pravorum quorumlibet hominum munera quaerimus, quum eorum quaevit ablutio, & illorum nequeat abolere contagia, & nobis vertatur in lepram? Sed, ut totius viſionis ſeriem proſequamur, continuo beatus Benedictus eum de monte depoſuit, & ad ſubiectae convallis inferiora deduxit. Interea videt Presbyter horrendum quemdam fluvium, tetrum, piceum, atque ſulphureum, iuxta quem, duce beato viro, dum pergeret, vox de flumine ſonuit, eumque vocavit. Quumque protinus ipſe ſubſiſteret, & quis eum vocavit, inquiſiſſet; Ego, inquit, ſum infeliciſſimus ille Comes Hildebrandus, cui poenitentiam licet infructuoſam imponere conſueveras. Cui Presbyter ait: Et quomodo tu Comes Hildebrandus es, quum ſis tam obeſi & mutilati corporis, ut non humanam ſpeciem, ſed Taxi potius habere videaris. Cui Comes, Tot, inquit, ſuppliciis atteror, tot novis & exquiſitis quotidie poenis adfligor, ut non mirum ſit, quod corporis mei forma decreat, ſed quod aliquatenus vel eſſentia ipſa ſubſiſtat. Tantae ſcili et crudelitatis fui, dum in corpore vixi, ut Sanctis omnibus odio haberer, & ita me iuſta eorum ſeveritas unanimiter deſpicit, quod nullus illorum adhuc pro me apud divinam clementiam interceſſit. Videbantur autem in praefato fluvio innumerabiles volucres, quaſi columbae, varia pennarum diverſitate conſperſae, ut hinc albi, illinc nigri, diſcolor ſpecies videretur, omneſque velut moeſtae nimis, atque lugubres, quaſi prae dolore roſtra retorquebant ad pennulas. Inquiſitus itaque Comes, qui illae volucres eſſent, reſpondit: Illae ſunt, inquit, animae diverſis in hoc gurgite purgatoriis deputatae, quae videlicet, ſicut non ex toto ſunt albae, ſed interfuſa ſparſim nigredine variatae, ſic & ex parte iam purificatae, & ex parte ſunt adhuc peccatis obnoxiae. Nam quanto ſpatioſior albedo cernitur in varietate plumarum, tanto maior intelligitur facta abolitio peccatorum: in quantum vero nigredo remanſiſſe conſpicitur, in tantum adhuc peccatorum maculis adſperguntur. Sed poſt multa Presbyter inde procedens, adſpicit Lotharium Comitem, qui iam ante non multum tempus obierat. Hic itaque pube tenus adhuc continebatur in gurgite, fere medius eminebat. Quumque Presbyter eum, qualiter erga ſe ageretur, inquireret, reſpondit, totum ſe ſulphureis undis primo fuiſſe ſub-*

ſubmerſum, ſed iam paulatim adleviari, at de die in diem me teſtere grave ſupplicium. Sed precor, ait, dic domui meae, ut reddant poſſeſſionem Beatae Mariae, quam abſtuli, ſi forte merear ab his, in quibus teneor, poenis abſolvi. De qua tamen Eccleſia Beatae Mariae loqueretur, Presbyter non adgnovit, & viventibus ſpecialiter deſignare non potuit. Praeterea Presbytee in anteriora tendens, vidit domum nimis horrendam atque terribilem, pluresque miniſtros eiuſdem domus aeque feroces, torvo, ac viſu ipſo formidabiles, qui mirum hinc inde cum magna frequentia diſcurrentes anxiabantur, anhelabant, & neſcio quid magnum, velut egregium praeſtolantes hoſpitem, praeparabant. Cumque praefatus Presbyter, quid hoc eſſet ſtupefactus inquireret, reſponſum eſt, eos quarta feria proxima venturo Comitem exſpectare Guidonem, Sicut enim copioſi deliciarum ſumtus venturis praeparantur hoſpitibus; ita maligni ſpiritus miſero homini non alias, quam poenarum, ac tormentorum, epulas providebant. Presbyter itaque Rainerius poſt hanc viſionem evigilavit, quod viderat recitavit. Comes quarta feria, ſicut praedictum eſt, obiit. Hactenus *Petrus Damiani*, Comes *Guido* mortuus eſt ante annum MXLIII, quare oportet, ut haec viſio ante hunc ipſum annum contigerit: ſi tamen *Guido* ille Comes, *Tegrimi* Senioris filius eſt, ut videtur. Sed iam ad privilegium *Alexandri II*, deveniamus.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Petro Abbati ſuiſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quum ſedis Apoſtolicae, cui praeſedimus indigni, ſollicitudo depoſcat, ut ad bonum Eccleſiarum providentia curae noſtrae diſcurrat, incongruum nobis viſum eſt, partim Nos illis impendere, quae tantum ad Monaſticae Religionis ſtudia videntur attendere. Hac ergo cauſa, tum etiam Reverentiſſimi, atque Sanctiſſimi Epiſcopi Petri Damiani Hoſtienſis, & Cardinalis noſtri, interventu, ac dilectione plurima; precibus quoque Petri Florentini Reverentiſſimi Abbatis, ſuorumque confratrum, ſic auret, animumque deflectimus, ut praecepti noſtri vigore omnium poſſeſſivam iura ipſius Monaſterii dominio confirmaremus. Auctoritate igitur Apoſtolica noſtra ſtatuit infirmitas, ut praedictum Monaſterium S. Mariae Florentinae Civitatis ſecure, & quiete habeat, firmiterque teneat, quicquid antiquitus habuit tenuitque, vel iuſte illi competunt, vel in poſterum eſt habiturum. Caſtrum ſcilicet de Vielo cum curte, & Eccleſia, & omnibus poſſeſſionibus ad eum pertinentibus, Caſtrum de Signa, & tertiam partem Caſtri de Cramulo cum Eccleſia, & pertinentiis eorum. Curtem de Greve cum Eccleſia S. Martini, ceteriſque poſſeſſionibus ſuis. Eccleſiam S. Bartholomaei cum curte, & terram Benzonis, & Azzae uxoris eius, de Radda, Inſuper & terram, & curtem eiuſdem de Peroio (f. Petroio), *ſeu in quibuſcunque locis cum omnibus pertinentibus poſſeſſionibus, ac pertinentiis ſuis. Caſtrum Radda cum curte, & Eccleſia, ceteriſque poſſeſſionibus ad eam pertinentibus. Caſtri de Tignanu tertiam partem cum Eccleſiis, & pertinentibus, ſeu pertinentiis ſuis . . . . Monaſterii pertinentem. Eccleſiam S. Nicolai in Campo Clarenti cum curte, domnicatis, proprietatibus, & omnibus adiacentiis eidem pertinentibus. Caſtrum de Colle Montis cum curte de Foſi, & omnibus pertinentibus, & pertinentiis ſibi competentibus. Curtem Azzerini cum proprietatibus, ceteriſque poſſeſſionibus ſuis. Caſtrum Bibianum cum curte, & Eccleſiis, & proprietatibus ad eam pertinentibus. Eccleſiam S. Martini in loco Confinenti cum proprietatibus ſuis. Eccleſiam S. Martini infra Civitatem, quae eſt iuxta praelibatum Monaſterium, tam omnibus terris, caſis, domnicatis, proprietatibus, & pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Martini in Menſula cum omnibus terris, & pertinentiis eidem competentibus. Curtem Montis Domini cum omnibus proprietatibus, & poſſeſſionibus ad eam pertinentibus. Curtem de Mandria cum proprietatibus, omnibuſque adventitiis ſuis. Terram Ioannis, filii Teudi, cum caſis, & domnicatis, ceteriſque poſſeſſionibus, & proprietatibus, ſicut per chartulam offerſionis, & donationis eiuſdem Ioannis filius, & Maria mater eius, Monaſterio obtulerunt. Eccleſiam S. Laurentii in Signa, quae libellario nomine ab Epiſcopatu eſt acquiſita. Eccleſiam S. Proculi cum terris ſuis, & domibus circa ſe. Terram quoque, & ſterpetum in Padio Rivifrigidi, quae & Circia dicitur. Decimam de Curte Vielo, quam ab Epiſcopatu per libellum tenet. Decimam, quam Guido Vulterranenſis Epiſcopus per chartulam offerſionis Monaſterio obtulit. Decimationem terrae, quae Mitina dicitur, & decimationem Curtis Cerrani. Praeter haec omnia interveniente Petro Epiſcopo, & Cardinali noſtro, & Petro praefati Monaſterii Venerabili Abbate cum omnibus Confratribus ſuis, adiudicamus, & confirmamus quaecunque Hoſpitali praelibati Monaſterii extra, & iuxta portam poſito, quod ipſe Petrus Venerabilis Abbas, vel eius praedeceſſores ad uſum pauperum, & peregrinorum, per chartulam donationis cum ſuis fratribus contulerint, ſcilicet, decimationem de Vielo, & de Greve, de Signa, de Paludr nova, & vetere, ceteraque omnia, quae in chartula donationis ſcripta ſunt; & quaecunque largitione Fidelium imperpetuum eſt habitura. Poteſtatem etiam quoſcumque mortuos recipiendi Monaſterio eidem concedimus, ac ſepeliendi. Si quidem Epiſcopum Florentinae Civitatis Romana Eccleſia Catholicum habuerit, quamlibet conſecrationem ab eo recipiat; quod ſi ſubſpectus Eccleſiae Romanae fuerit, licentiam petendi quemcunque meliorem habeat. Haec omnia ita confirmamus, ita ſtatuimus, ita obſervari praecipimus, ut nullus Rex, Dux, Marchio, Comes,*

Vi-

Vicecomes, Caſtaldie, nullus Epiſcopus, nullus Dominus, nulla omnino magna, parvaque perſona, cum dignitate, vel privata, huius noſtri Privilegii praecepta violare praeſumat; ſed praefatus Venerabilis Abbas, & omnes ſucceſſores in perpetuum, omnium ſupra nominatorum iura quiete, & ſecure poſſideant, teneant rationabiliter, regulariter diſponant, nec umquam ab eorum dominio recedant, ſed omnium hominum ſublata perturbatione firma ſemper permaneant. Haec ſtatuta noſtri Privilegii Apoſtolica auctoritate confirmavi. Si quis auſu temerario violaverit, ex parte Domini Omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti excommunicationis, & perpetui anathematis non dubitet ſe uſque ad emendationem vinculis innodandum. Quiſquis vero horum omnium, quae ſupra ſtatuimus, obſervator extiterit, benedictio Dei omnipotentis, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, ſuper eum velut uberrimus imber caelitus influat, & hereditatem caeleſtis gloriae perpetuo iure poſſideat.

Gregorius VII. haec Canonicis Florentinis reſcribit apud *Vghellum*.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Martino S. Florentinae Eccleſiae Praepoſito, aliiſque confratribus canonicis, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Si iuſtis ſervorum Dei petitionibus ſatisfecerimus, proculdubio Apoſtolica praecepta ſervamus. Quapropter interveniente confratre noſtro Raynerio, Epiſcopo veſtro, confirmamus, atque corroboramus tibi, tuiſque ſucceſſoribus, quidquid in pagina conceſſionis, & confirmationis, quam veſter tunc vobis Gerardus, tunc Epiſcopus, poſtea Romanae Sedis Pontifex, reſcriptum eſſe conſtat, vel Canonicae. Quam ſcilicet Canonicam per eamdem paginam ipſe veſter Epiſcopus ſanctiſſimi praedeceſſoris mei Leonis Papae, ſuorumque ſucceſſorum, auctoritati tuendam, & defendendam commiſit, atque ſuppoſuit, ut quieti, & ſecuri ab omni laeſione permanere valeatis. Deſiderio itaque, ac petitioni tuae, ut diximus, inclinati, te Praepoſitum, atque ſucceſſores, canonicam vitam ducturos ſub noſtrae Apoſtolicae defenſionis munimine ſuſcipimus; & bona omnia, quae veſtra & habet, & habitura eſt, & ſibi pertinent, Canonica, videlicet curtes, terras, & iuxta Florentinam urbem Pratum regis, Campum regis totum, cum manſis, & territoriis omnibus, quae in Florentina curte habet, & retinet, vel ſibi pertinent, praedicta veſtra Canonica; curtem ſancti Andreae cum omnibus ſibi pertinentibus, curtem de Quinto, curtem de Cintorie cum omnibus ſuis pertinentiis, & illam partem, quam Petrus Primicerius contra canonica inſtituta uſurpare viſus eſt; Plebem de Exinea cum curte, & manſis, & omnibus territoriis, & decimationibus, quaecumque ad eandem Plebem, vel curtem, pertinere videntur. Inſuper totum, quod Theuzo filius Lepizi pro ſalute animae ſuae in Eccleſia Sancti Ioannis contulit, vel in eadem Canonica; terram ſancti Proculi in praedicta Plebe, curtem de Laco, quae eſt infra Plebem ſancti Petri ſitam Valia, cum omnibus adiacentiis, & pertinentiis ſuis; Campum nihilominus Randi; ſimiliter Eccleſiam ſancti Petri, quae dicitur Cattuari, cum ſuis pertinentiis, quam Gerardus venerabilis Epiſcopus Florentinae Eccleſiae praelibatae contulit Canonicae. Necnon ubicumque aliquid habere, vel tenere, aut ſibi pertinere videtur, ipſa veſtra Canonica: & quicquid Gerardus Archipresbyter pro beneficio ab ipſa Florentina Eccleſia tenuit, tam in decimationibus, quam quae in manſis, & in praediis, necnon & quaecunque Stephanus Abbas ex beneficio tenuit. Similiter & quaecumque Primicerii beneficia fuere, atque Plebem ſancti Hippolyti ſitam Elsae: itemque campum & hortum, qui eſt iuxta Eccleſiam ſanctae Reparatae, ſeu etiam curtes, & Eccleſias, atque caſtellum in territorio Plebium ſancti Ioannis Majoris, & ſancti Laurentii, & ſancti Caſſiani, a finibus iugi Alpium Muſcellenſium uſque in fluvium Sevae, quae Hieremias filius Ildeprandi pro ſua, filiique ſui anima, per obertulam offerſionis praelibatae contulit Canonicae: curtes, & caſas, curtes, & damnicata, & Eccleſiam ſancti Martini cum omnibus ſibi pertinentibus rebus in villa de Bagnolo, quae ſcitur eſſe infra Plebem ſanctae Mariae de Pinita; quae dedere homines de Rafina in praedicta Canonica. Eccleſiam Sancti Ambroſii cum ſuis pertinentiis, Eccleſiam ſanctae Mariae novellae cum rebus ſuis, Caſtrum de Scharabonl, manſum unum in Conciano, & quicquid in praedicta Canonica dedit Imelda in civitate Faeſulana intus, & extra; curtem de Petramala cum omnibus ſibi pertinentibus rebus, & terram, quam dedit Thetberga uxor Rodulphi; & praeterea, ſicut ſupra diximus, quaecumque veſtra Canonica iuſte nunc habeat, aut in poſterum Domino annuente habere contigerit, in quibuſlibet rebus mobilibus, vel immobilibus, ſive ab eiuſdem civitatis Epiſcopo datis, ſive ab aliis hominibus publicis, vel privatis, tibi, tuiſque ſucceſſoribus confirmamus, & ſtabilimus in perpetuum. Haec igitur omnia, quae huius praecepti decretique noſtri pagina continet, tam tibi, quam cunctis, qui in eo, quo es, ordine, locoque ſucceſſerint, vel eis, quorum intereſſe potuerit, Apoſtolica auctoritate in perpetuum ſervanda decernimus. Si quis vero Regum, Sacerdotum, Clericorum, Iudicum, ac ſecularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtrae paginam agnoſcens, contra eam temerario auſu venire tentaverit, poteſtatis,

ho-

honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. Et niſi ea, quae ab illo ſunt male ablata, reſtituerit, vel digna poenitentia illicite acta defleverit, a ſacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in aeterno examine diſtrictae ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant: & apud diſtrictum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Signum Gregorii Papae Septimi. Miſerationes tuae, Domine, ſuper omnia opera tua.

Datum Florentiae V. Kal. Ianuarii per manus Petri ſanctae Romanae Eccleſiae Presbyteri Cardinalis, ac Bibliothecarii, anno IV, Pontificatus domini Gregorii VII. Papae, Anno videlicet Dominicae Incarnationis milleſimo ſeptuageſimo ſexto, indictione XIV.

Imelda, quae in hoc *Gregorii VII.* Privilegio memoratur, videtur eſſe uxor *Guidonis* Comitis, *Tegrimi* Senioris filii, de qua agit *Ammiratus* in *Comitum Guidonum Hiſtoria*. Hinc patet anno MLXXVI. *Gregorium VII.* Florentiae fuiſſe, ubi alia quoque Diplomata dedit, ut apud *Ughellium* in *Piſanis Epiſcopis*, & apud *Labbeum Tom. VII. Conciliorum*, videre eſt. *Paſchalis II.* pariter in ſua Bulla edita anno MCVIII. Eiuſdem mentionem facit, apud *Puccinellium pag.* 257.

Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Ioanni Abbati Florentini Monaſterii, quod ſanctae Mariae dicitur, eiuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. Piae poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, quatenus & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Quia igitur dilectio tua ad Sedis Apoſtolicae portum confugiens, eius tuitionem devotione debita requiſivit; Nos ſupplicationi tuae clementer annuimus, & B. Mariae Monaſterium Florentiae ſitum, cui Deo auctore praeſides, ſub tutela Apoſtolicae Sedis ſuſcipimus. Per praeſentis ergo Privilegii paginam eidem Monaſterio confirmamus quaecunque bona, quaecunque praedia, iuſtis fidelium donationibus, & poſſeſſione legitima, ſeu alia rationabili adquiſitione in praeſenti pertinere noſcuntur, Videlicet Caſtrum Viclum cum curte, & Eccleſiis, & omnibus pertinentiis earum. Caſtrum de Signa, & tertiam partem Caſtri de Grumulo cum Eccleſiis, & pertinentiis earum. Curtem de Greve cum Eccleſia S. Martini, ceteriſque poſſeſſionibus ſuis. Eccleſiam S. Bartholomaei cum curte, & terra Benzonis, & Azae uxoris eius, de Radda. Inſuper & terras eiuſdem de Petroio, ſeu in quibuſcunque locis, cum omnibus pertinentiis ſuis. Caſtrum Radda cum curte, & Eccleſiis & omnibus pertinentibus. Caſtri de Tignano tertiam partem cum Eccleſiis, & pertinentiis. Eccleſiam S. Nicolai in Campo Clarentis cum curte, & proprietatibus, & adiacentiis. Caſtrum de Collemontis cum curte, & omnibus pertinentiis. Curtem Caccerini cum omnibus ſuis poſſeſſionibus. Caſtrum Bibianum cum Curte, & Eccleſiis, & omnibus ad eam pertinentibus. Eccleſiam S. Martini in loco Confluenti cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Martini, quae eſt infra Civitatem iuxta praelibatum Monaſterium cum caſis, terris, & omnibus pertinentiis ſuis. Curtem Montis Domini cum omnibus ad eam pertinentibus. Curtem de Mandria cum pertinentiis ſuis. Terram Ioannis filii Teudi cum caſis, & reliquis poſſeſſionibus, ſicut Maria, & Donatus filius Monaſterio contulerunt. Caſas, & terras Ioannis filii Dogae. Eccleſiam S. Proculi cum terris, & domibus circa ſe, Terram quoque in Podio Rivifrigidi, & quicquid Bonifacius Benedicti frater eidem Monaſterio contulit. Caſas, & terras Ioannis filii Dogae, qui Eccleſiam S. Proculi obtulit. Praeterea quaecunque hodie Pontificum conceſſione, Principum liberalitate, vel oblatione fidelium, vel aliis iuſtis modis, idem Coenobium poſſidet, ſive in futurum iuſte, ac canonice poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus ac illibata permaneant: laborum quoque veſtrorum decimas praeter quorumlibet contradictionem tam vobis, quam ſucceſſoribus veſtris in Monaſtica Religione permanentibus habendas concedimus. Conſecrationes Altarium, ſive Baſilicarum, Ordinationes Monachorum, ſeu Clericorum Monaſterio pertinentium, a Florentino accipietis Epiſcopo, ſiquidem gratiam, & communionem Apoſtolicae Sedis habuerit, & ſi ea gratis, & ſine pravitatis moleſtia, voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum, quem malueritis, adire Antiſtitem, & ab eo Conſecrationem, & Sacramenta ſuſcipere, qui Apoſtolicae Sedis fultus auctoritate, quae poſtulatis indulgeat. Porro Epiſcoporum, ſeu Epiſcopalium Miniſtrorum, actiones omnes ab Eccleſiis, ſive Clericis eiuſdem Monaſterii removemus. Sepulturam quoque eiuſdem loci omnino liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui illic ſepeliri deliberaverint, devotioni, & extremae voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Si qua ergo in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui di-

dignitate careat, reumque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Paſchalis Catholicae Eccleſiae Epiſcopus.

Datum Florentiae per manum Iohannis S. R. E. D. Card. & Bibliothecarii VIII. Kal. Octob. Pontificatus Domini Paſchalis II. PP. VIIII.

Hinc conſtat *Paſchalem* quoque II. Florentiae anno MCVIII. fuiſſe. *Bonifacius* ille, cuius mentio eſt in hoc Privilegio, fuit frater *Benedicti*, Abbatis Monaſterii ſanctae *Mariae*, ut patet ex Diplomate *Alexandri III.* mox in medium adducendo *pag. III. Plac. Puccinellius* in *Chronico Abbatiae Florentinae pag.* 15. cenſet hunc *Bonifacium*, eſſe Marchionem illum Tuſciae inclitum, *Mathildae* Comitiſſae patrem; & *Benedictum* eius fratrem, Abbatem III. fuiſſe huius Monaſterii, *Petri* huius nominis I, Abbatis ſucceſſorem. Mirum tamen ſine dignitatis indicio memorari. Anno MCXLI. memoratur Plebes Sancti *Ioannis* Ximeae in Bulla *Innocentii II.* apud *Vghellium*.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Gregorio Abbati ſancti Bartholomaei, eiuſque fratribus tam praeſentibus, quam futuris, regulariter conſtitutis in perpetuum. Deſiderium, quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & beati Bartholomaei Apoſtoli monaſterium, quod iuxta murum Feſulanae civitatis ſitum eſt, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quaecumque bona idem Monaſterium in praeſentiarum iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitate Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu iuſtis aliis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Monaſterium ſancti Salvatoris de Alena cum Eccleſia ſancti Potiti; Eccleſiam ſancti Martini in Fugnano; in Campo Novoli Eccleſiam ſancti Martini cum decimis, & omnibus ſuis pertinentiis, & adiacentiis; & quidquid in Bononienſi Epiſcopatu praefatum monaſterium habere noſcitur; in Capraria medietatem Eccleſiae ſanctae Chriſtinae, in Ripula Eccleſiam ſancti Salvatoris; Eccleſiam ſancti Michaelis de Marene; in Ripalta Eccleſiam ſancti Andreae; Eccleſiae ſancti Donati de Frozano; in Biviliano medietatem Eccleſiae ſanctae Mariae; curtem de ſancto Dominico cum omnibus decimationibus ſuis; curtem de Papiano cum pertinentiis ſuis; & quicquid in Plebe ſancti Donati de Caleazano poſſidere dignoſcitur cum decimis, & ſuis pertinentiis, ſive in Plebe ſancti Stephani de Campi, ſeu in Plebe ſancti Martini ſito Brozzi, vel etiam in Plebe ſancti Iuliani in Septimo, aut infra Plebem ſancti Ioannis de Signa, cum decimis, & omnibus earum pertinentiis. Villas quoque & alias poſſeſſiones, ſicut in privilegio, & donatione bonae memoriae Iacobi Epiſcopi Faeſulani nominatim vobis conceſſae ſunt. Prohibemus etiam, & Apoſtolica auctoritate interdicimus, ne alicui omnino liceat idem Monaſterium in alium ordinem transmutare, vel Epiſcopalem ſedem ibi transferre abſque Romani Pontificis auctoritate. Obeunte te vero nunc eiuſdem loci Abbate, nullus ibi qualibet ſubiectionis aſtutia, vel violentia praeponatur, niſi quem fratres ipſius loci communi aſſenſu, vel pars ſanioris conſilii, ſub Dei timore, & beati Benedicti regula canonice providerint eligendum. Qui a Faeſulano Epiſcopo, ſi Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Sedis Apoſtolicae habuerit, eamque gratis, & abſque aliqua pravitate exhibere voluerit, benedictionem ſuſcipiat. Alioquin liceat ei quemcumque maluerit adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quae poſtulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extremae voluntati, qui ſe illic ſepelire deliberaverint, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſtitia Matris Eccleſiae. Monaſterio quoque ſancti Salvatoris de Alena, quod ſub eiuſdem ſancti Bartholomaei Monaſterio eſſe cognoſcitur, liberam ſepulturam concedimus, ſicut etiam hactenus habuiſſe dignoſcitur; laborum quoque veſtrorum decimas tam vobis, quam veſtro Monaſterio ſancti Salvatoris, in uſus pauperum habendas largimur. Prohibemus inſuper, ut nulli omnino hominum fas ſit eidem Monaſterio, ſive ſancti Salvatoris Monaſterio, divinum Officium interdicere, praeter Romanum Pontificem, aut Legatum ipſius; vel indebitas exactiones imponere, ſeu aliquibus iniuſtis vexationibus auſu temerario fatigare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, &c. ſi qua igitur, &c. cunctis autem, &c. Amen.

Ego Innocentius Catholicae Eccleſiae Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Albericus Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego

Digitized by Google

Ego Stephanus Praeneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Gerardus Presbyter Cardinalis tituli ſanctae Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.

Ego Martinus Presbyter Card. tit. ſancti Stephani in Coelio monte ſubſcripſi.

Ego Manfredus Presbyter Card. tit. ſanctae Sabinae ſubſcripſi.

Ego Boetbius Presbyter Card. tit. ſancti Clementis ſubſcripſi.

Ego Guido Presb. Card. ſancti Laurentii tit. Damaſi ſubſcripſi.

Ego Gregorius Diaconus Card. ſanctorum Sergii, & Bacchi ſubſcripſi.

Ego Octavianus Diac. Card. tit. ſancti Nicolai in Carcere ſubſcripſi.

Ego Guido Diac. Card. ſancti Apollinaris ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Baronis Capellani, & ſcriptoris X. Kal. Octobr. Indict. V. Incarnationis Dominicae anno MCXLI. Pontif. vero D. Innocentii II. anno duodecimo.

Hoc Privilegium conceſſum eſt Monaſterio S. *Bartholomaei* ad montis Faeſulani radices ſito Florentia MM. P. ad Septemtriones diſtanti, quod in antiquis Monaſterii S. *Bartholomaei* Boniſolarii chartis reperitur inſignitum etiam titulo SS. *Romuli*, & *Bartholomaei*. In hoc Monaſterio habitant modo Canonici Regulares Lateranenſes. Eccleſia huius Monaſterii olim Cathedralis Faeſulana erat; ſed anno MXXVIII. *Iacobus* Epiſcopus Faeſulanus, alia Eccleſia Cathedrali in ipſa urbe Faeſulana extructa, hanc Eccleſiam in Monaſterium inſtituit, ut conſtat ex eius charta apud *Vghellium in Epiſcopis Faeſulanis*; & apud *Mannium Tom. IV. Sigillorum &c.* Vltimus Abbas Monachorum huius Monaſterii *Vgo* fuit, qui B. *Gometis* Abbatis S. *Mariae* ſuaſu, dignitatem illam Pontifici Maximo renunciavit, & Coenobium iam Monachis deſtitutum reliquit, certo annuo reditu ſibi reſervato. Tunc in hoc Coenobium Canonici Regulares Freſonariae ex urbe Luca evocati ſunt, anno circiter MCCCCXL. ut apud *Puccinellium* in *Vita B. Gometis pag.* 31. videre eſt. Tunc quoque *Coſmus Medices* Eccleſiam & Coenobium, ſuis iam ruinis obrutum & ſepultum, a fundamentis iterum excitavit ſolita ſua munificentia; quam inſtaurationem deſcribit *Albertus Advogadrius* Vercellenſis *Lib. I. De Religione & Magnificentia Coſmi Medicis* editos *Tom. XII. Deliciarum Eruditorum*. *Alexander III.* haec de Exines habet in ſua Conſtitutione data Anagniae anno MCLXXVI. apud *Puccinellium pag.* 15. & 19. & 258.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Bernardo Abbati S. Mariae de Florentia, eiuſque fratribus tam praeſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Cum omnium Eccleſiarum ſit nobis quamquam immeritis cura commiſſa, & de omnibus teneamur generalem ſolicitudinem gerere, illis propenſius adeſſe debemus, quae ſpecialiter iuris B. Petri eſſe noſcuntur. Quapropter, dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium S. Mariae, quod ſpecialiter iuris, & proprietatis Romanae Eccl ſiae noſcitur eſſe, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus; ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quaecunque bona, idem Monaſterium in praeſentiarum iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis praeſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum in quo Monaſterium ipſum ſitum eſt cum pertinentiis ſuis. Caſtrum de Signa, & tertium partem Caſtri de Grumulo cum Eccleſiis, & pertinentiis earum. Curtem de Greve cum Eccleſia S. Martini, ceteriſque poſſeſſionibus ſuis. Eccleſiam S. Bartholomaei cum curte, & terra Beazonis, & Azae uxoris eius de Radda. Inſuper & terram eiuſdem de Petroio; ſive in quibuſcunque locis, cum omnibus pertinentiis ſuis. Caſtrum de Radda cum curte, & Eccleſiis, & omnibus ad eam pertinentibus. Caſtri de Tignano tertiam partem cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Nicolai in Campo Clarentis cum curte, & proprietatibus, & adiacentiis. Caſtrum de Colle Montis cum curte, & Eccleſiis, & omnibus pertinentiis ſuis. Curtem Caccerini cum poſſeſſionibus ſuis. Caſtrum Bibianum cum curte, & Eccleſiis, omnibuſque ad eis pertinentibus. Eccleſiam S. Martini in loco Canſiurnti cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Martini, quae eſt infra Civitatem iuxta praelibatum Monaſterium cum caſis, terris, & omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Martini in Menſula cum omnibus pertinentiis ſuis. Curtem Montis Domini cum omnibus ad eam pertinentibus. Curtem de Mandica cum pertinentiis ſuis. Terram Iohannis filii Tradi cum caſis, & reliquis poſſeſſionibus, ſicut Maria, & Donatus filius modo contulerunt. Caſas, & terras Iohannis filii Corne (forte legendum Dogae, ut ſuperius *pag.* 109.) *Eccleſiam S. Procali cum terris, & domibus circa ſe. Caſtrum Vicli cum curte, Eccleſiis, & omnibus pertinentiis ſuis. Praeterea quicquid de donatione Bonifacii, fratris Benedicti quondam Abbatis veſtri, legitime poſſidetis, & omnes decimas de Viclo, ſicut eas de conceſſione venerandi fratris noſtri Florentini Epiſcopi; & decimam de allodio veſtro de curte de Caſalia, de Foſci, & de Rocchetta, ſicut decimam ipſam de conceſſione Guidonis quondam Vulterrani Epiſcopi canoni-*

vice poſſidere noſcimini; vobis, & Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus. Nihilominus, & liberam inſtitutionem perſonarum in Eccleſiis veſtris, ſicut eam prae deceſſores veſtri, & vos ipſi a XXX. retro annis inconcuſſe habuiſſe noſcimini, vobis duximus auctoritate Apoſtolica confirmandam. Prohibemus inſuper, ut nullus Epiſcopus, vel Miniſtralis eius, Eccleſias veſtras, vel earum Clericos, indebitis exactionibus, ſeu moleſtiis audeat fatigare, aut in vos excommunicationis, vel in vos ſeu Monaſterium veſtrum interdicti ſententiam ſine mandato Romani Pontificis, vel Legati ab eius Latere deſtinati, ferre praeſumat. Sane novalium veſtrorum, quae propriis manibus, aut ſumtibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum aliquas decimas, vel primitias a vobis, vel a Monaſterio veſtro nullus praeſumat exigere, Chriſma vero, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationem Monachorum, vel Clericorum veſtrorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, a Florentino recipietis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicae Sedis habuerit; & gratis, & abſque pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin quemcumque malueritis adeatis Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, vobis, quod poſtulatis, indulgeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extremae voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati ſint, vel interdicti, nullus obſiſtat; ſalva tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, de quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integre conſerventur eorum, quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Apoſtolicae Sedis auctoritate. Si quis igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſaecularisve perſona hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemtoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Alexander Catholicae Eccleſiae Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Hubaldus Hoſtienſ. Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Bernardus Portuenſis, & S. Ruffinae Epiſcopus &c.

Ego Io. Presbyter Card. SS. Io. & Pauli &c.

Ego Albertus Presbyter Card. S. Laurentii in Lucina &c.

Ego Guidus Presbyter Card. Eccleſiae S. Petri ad Vincula &c.

Ego Boſo Presbyter Card. S. Pudentianae tit. S. Paſtoris &c.

Ego Io. Presbyter Cardinalis tituli S. Marci &c.

Ego Theodinus Presbyter Card. S. Vitalis tit. Veſtinae &c.

Ego Manfredus Presbyter Card. tit. S. Ceciliae &c.

Ego Petrus Presbyter Card. tit. S. Sabinae &c.

Ego Io. Diaconus Card. S. Mariae in Coſmedin &c.

Ego Cynthius Diaconus Cardinalis S. Adriani &c.

Ego Hugo Diaconus Cardinalis S. Euſtachii iuxta Templum Agrippae &c.

Ego Laborans Diaconus Card. S. Mariae in Portico &c.

Ego Rainerius S. Georgii ad velum auri Diac. Card. &c.

Datum Anagniae per manus Gratiani S. R. E. Subdiaconi, & Notarii II. Kal. Madii Indictione IX. Incarnationis Dominicae MCLXXVI. Pontificatus vero Domini Alexandri Papae Tertii XVII.

Obſervandum in hac *Alexandri III.* Bulla eſt, indicari in ea, quae iam a *Iulio* Epiſcopo Florentino donata fuiſſe Monaſterio Sanctae *Mariae*, qui quidem Epiſcopus ab anno MCLVIII. ad annum MCLXXXI. Florentinam rexit Eccleſiam. *Guido* autem III., ut videtur, Volaterranus Epiſcopus in Bulla pariter memoratus ſuam Eccleſiam regebat anno MCXLIV. At in ſubſcriptionibus Cardinalis quoque *Laborans* a Ponte Ormae occurrit, de quo vario differui in meo *Hodueporico pag.* 10. & de quo plura apud *Baronium*, *Ciacconium*, *Oldoinum*, *Ondinum*, *Poſſevinum*, *Labbeum*, *Ughellium*, aliosque. Corrigendus eſt in meo *Hodoeporico* annus, quo *Laborans* Cardinalis renunciatus eſt; nam ex hac *Alexandri III.* Bulla conſtat anno iam MLXXVI. *Laborantem* Cardinalem fuiſſe; non anno igitur MLXXIX. Cardinalis creatus eſt, ut perperam in *Hodoeporico* ſcripſi. Immo *Alfonſus Ciacconius* creationem *Laborantis* Diaconi Cardinalis anno MCLXXIII. & menſe Septembri, adſignat. Falſus autem fui a creatione *Laborantis* in Presbyterum Cardinalem S. *Mariae Transtiberim tit. Calliſti*, quae contigit anno MCLXXIX. Ille autem *Hugo* Diaconus Cardinalis S. *Euſtachii*, qui pariter Bullae ſubſcribitur, alius Florentinus Cardinalis eſt, ex familia a *Ripa Caſoli*, ſeu *Ricaſoli*, qui ab eodem *Alexandro III.* electus eſt Cardinalis anno MCLXIII. & qui Vene-

nectis eum *Alexandro III.* Papa anno MCLXXVI. profeſſus rebus inibi ab eodem Pontifice geſtis interfuit; & tamdem Romae mortuus in Eccleſia S. *Mariae* de Populo ſepultus eſt, ut *Ciacconius* ſcribit, incerto mortis anno; annus tamen emortualis Cardinalis *Laborantis* MCLXXXXI, ſub *Clemente III.* Pont. Maximo traditur. Hic idem vero *Clemens III.* ita de Eximea loquitur, apud *Puccinellium pag.* 260.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Bernardo Abbati S. Mariae de Florentia, einſque fratribus, tam praeſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Cum omnium Eccleſiarum ſit nobis quanquam immeritis cura commiſſa, & de omnibus teneamur generalem ſolicitudinem gerere, illis propenſius adeſſe debemus, quae ſpecialiter iuris B. Petri eſſe noſcuntur. Ea propter, dilecti filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & praefatum Monaſterium S. Mariae de Florentia, quod ſpecialiter iuris, & proprietatis Romanae Eccleſiae eſſe dignoſcitur, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ad exemplar felicis recordationis Alexandri Papae praedeceſſoris noſtri, ſub B. Petri, & noſtri protectione ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti Privilegio communimus. In primis ſi quidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati Benedicti regulam in eodem Monaſterio noſcitis inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Praeterea quaſcunque poſſeſſiones, quaecunque bona, idem Monaſterium in praeſentiarum iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum &c. ſequitur deinceps ut in praecedenti *Alexandri III.* Privilegio.

Ego Clemens Catholicae Eccleſiae Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Theobaldus Hoſtienſis, & Velitrenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Io. Presbyter Cardinalis tit. S. Marci &c.

Ego Laborans Presb. Card. S. Mariae Transtiberim tit. S. Calliſti &c.

Ego . . . .

Ego Melior Presb. Card. SS. Io. & Pauli tit. Pamachii &c.

Ego Hyacinthus Diac. Card. S. Mariae in Coſmedin &c.

Ego Octavianus SS. Sergii, & Bacchi Diac. Card. &c.

Ego Goffredus S. Mariae in via Lata Diac. Card. &c.

Ego Rodulphus S. Georgii ad Velum Aureum Diac. Card. &c.

Datum Laterani per manum Moyſi Lateranenſis Canonici Vice agentis Cancellarii III. Idus Februarii Indictione VI. Incarnationis Dominicae anno MCLXXXVIII. Pontificatus vero Domini Clementis Papae III. anno primo.

Quando autem video Eximeam memoratam in charta anno MCCIX. exarata, quam invenio apud *Puccinellium* in *Chronico Abbatiae Florentinae*, ubi de *Mattheo I.* Abbate agit, eam hic exhibere iubet, cum ceteris, quae de Abbate ille habet, quaeque ſunt inſequentia:

Ad Ilderame ſucceſſe Matteo, trovandoſi il ſuo nome nella vendita della piazza del Monaſtero, contiguo alla ſtrada, dove era già la Vigna. *In Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Anno Dominicae Incarnationis MCCXVIII. Kal. Aprilis. Manifeſtus ſum Ego Matthaeus Dei gratia Eccleſiae S. Mariae de Florentia Abbas.* Ad iſtanza di Giovanni da Velletri Veſcovo Fiorentino, e di tutta la Nobiltà, aggrandì il picciolo oratorio della Vigna, e clauſura del Monaſtero ad onore de' SS. Apoſtoli Simone, e Giuda, ereggendolo in Chieſa Parrocchiale, riſerbandoſela manuale, il quale Veſcovo l' anno MCCXI. rinnovò al noſtro Monaſtero la donazione di S. Procolo, riducendo il cenſo a cinque denari d' argento da pagarſi alli XV. del meſe d' Aprile. La primaria pietra della detta Chieſa, ... fu meſſa l' anno MCCIX. da D. Gerardo Monaco, e Cellerario del noſtro Monaſtero.

In Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Anno Dominicae Incarnationis MCCIX. Nonas Iulii, Indictione XII. Ego Dominus Gerardus Monachus, & Camerarius Eccleſiae, & Monaſterii Sanctae Mariae de Florentia, vice, & nomine praefatae Eccleſiae, & Monaſterii, poſui primarium lapidem propriis manibus in fundamenta Eccleſiae SS. Simonis, & Iudae, poſitae, & fundatae, & conſtructae in territorio, & ſolo dictae Abbatiae, quod olim fuit Vinea dicti Monaſterii; & hoc feci ad retinendam poſſeſſionem ipſius Eccleſiae, & ad cognoſcendum, quod in dicto terreno Abbatiae praenominata Eccleſia SS. Simonis, & Iudae fundata, & beneficata ſit. Et quod dicta Abbatia ſit patrona ipſius Eccleſiae, & ut omnibus in poſterum ſit manifeſtum, dictam Eccleſiam eſſe dictae Abbatiae in perpetuum. Et hoc feci ad reverentiam Domini Papae Innocentii III. ſuorumque ſucceſſorum in Sancta Romana Eccleſia Catholica exſiſtentium. His omnibus interfuerunt Rainerius, & Valentinus, & Bernardus, & Placitus, Petrus, & Clericus, & Iacobus, Monachi dicti Monaſterii, & Presbyter Bartholomaeus ſimiliter Monachus eiuſdem Monaſterii, qui tunc temporis Cuſtos, & Rector erat in eadem Eccleſia inſtitutus pro Abbatia praedicta. Et ad haec omnia praedicta rogati fuerunt teſtes Albertus Magiſter, & Spinellius Malaſpinae, & Goverottus filius Spinae a Campoſalvi, & Vrada filius . . . . . Ardimannus Colombelli, & Licaritus fil. Vgolini de Signa, & Accae pergamenarii, & Ricocius Scribelli.

Ego Valentinus Monachus, & Levita interfui, & ſubſcripſi &c.

 Ego

Ego Ubaldus Monachus, & Sacerdos interfui, & ſubſcripſi &c.

Ego Clericus Monachus, & Levita interfui, & ſubſcripſi &c.

Ego Iacobus Monachus interfui, & ſubſcripſi &c.

Ego Gerardus Monachus, & Sacerdos, & tunc eiuſdem Monaſterii Camerarius, auctoritate totius Capituli primarium lapidem poſui, ideoque &c. &c. &c.

Ego Guglielmus Monachus, & Levita conſenſi, & interfui.

Ego Bernardus Monachus, & Sacerdos conſenſi, interfui, & ſubſcripſi.

Honorius III. cuius Pontificatus ab anno MCCXVII. ad annum MCCXXVII. perduravit, in Epiſtola, quae inserta eſt in *Gregorii IX. Decretalibus Cap. XXI. De Iudiciis,* haec de Exineo habet:

Epiſcopo, & Magiſtris T. & B. Praten. Bononiae commorantibus.

Significaverunt nobis olim Abbas & Conventus ſanctae Mariae de Florentia, quod Florentina Poteſtas pro eis contra communitatem Caſtri de Signa, ſuper poſſeſſione, vel quaſi, iuris ibidem eligendi Rectorem (quod ad ſe pertinere dicebant) diffinitivam ſententiam promulgavit. Sed poſtmodum Abbatem & Conventum praefatos ipſa Poteſtas coegit, Communitati praedictae ſuper proprietate, vel quaſi, memorati iuris, in ſeculari iudicio reſpondere. Unde vobis iniunximus, ut, ſi ita eſſet, cogeretis Communitatem eandem, electum ab eiſdem Monachis in Rectorem admittere, auditurí poſtea quae partes ſuper proprietate, vel quaſi, dicti iuris ducerent proponenda. & infra. *Verum pars altera inter alia excipiendo propoſuit; & ſe tunc coram vobis reſpondere de iure non teneri, cum tempus propter vindemias exſiſteret feriatum, reſpondente Syndico Monaſterii hoc malitioſe proponi, ut videlicet cauſa protracta, tempus regiminis electi praedicti inutiliter elaberetur.* & infra. *Mandamus, quatenus, hoc non obſtante, in negotio ratione praevia procedatis.*

Gregorius IX. haec ſcribit, apud *Puccinellium pag.* 261.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei: Dilectis filiis Bartholomaeo Abbati S. Mariae de Florentia, eiuſque fratribus tam praeſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Cum omnium Eccleſiarum ſit nobis quamquam immeritis cura commiſſa, & de omnibus teneamur generalem ſollicitudinem gerere, illis propenſius adeſſe debemus, quae ſpecialiter iuris B. Petri eſſe noſcuntur. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & praefatum Monaſterium ſanctae Mariae de Florentia, quod ſpecialiter iuris, & proprietatis Romanae Eccleſiae noſcitur eſſe, ad exemplar felicis recordationis Alexandri Papae praedeceſſoris noſtri ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus; ſtatuentes, (& reliqua de verbo ad verbum, prout continentur in praeallegato *Alexandri III.* Privilegio) *Inſuper prohibemus, ut nulli Fratrum veſtrorum, poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit, ſine Abbatis ſui licentia, niſi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco diſcedere, diſcedentes vero abſque communi licentiarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos liberos, & abſolutos e ſaeculo fugientes ad converſionem recipere, ac eos abſque contradictione aliqua retinere. Cum autem generale Interdictum terrae fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, expulſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare.* (Chriſma vero, ut ſupra in Privilegio *Alexandri III.*) *Ibi mortuorum Corpora aſſumantur: obeunte vero te nunc eiuſdem loci Abbate, vel tuorum aliquo ſucceſſorum, nullus ibi aliqua ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia, praeponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum . . . . maioris, & ſanioris conſilii ſecundum Deum, & Benedicti Regulam providerint eligendum.* Cetera ut ſupra in Privilegio *Alexandri III.*

Ego Gregorius Catholicae Eccleſiae Epiſcopus &c.

Ego Pelagius Albanus Epiſcopus &c.

Ego Thomas tit. S. Sabinae Presbyter Cardinalis &c.

Ego Bartholomaeus S. Pudentianae Presbyter Card. tit. S. Paſtoris &c.

Ego Sigeualdus tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. &c.

Ego Rainerius S. Mariae in Coſmedin Diac. Cardinalis &c.

Ego Petrus S. Georgii ad Velum Aureum Diac. Card. &c.

Ego Rainaldus S. Euſtachii Diac. Cardinalis &c.

Ego Otto S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Cardinalis &c.

Datum Peruſii per manus Martini S. R. E. Vicecancellarii IV. Kal. Februarii Indict. II. Dominicae Incarnationis anno MCCXXIX. Pontificatus vero D. Gregorii Papae Noni anno II.

Ardingus autem Epiſcopus Florentinus inſequentia ſuo Privilegio confirmat apud *Ughellium*.

Nos Ardingus, benignitate divina, Florentinus Epiſcopus. Attendentes devotionem veſtram dilecti fratres Canonici, Praepoſitus,

&

& Capitulum Florentinum, & cupientes vobis, & Eccleſiae veſtrae, tanquam membris noſtris principalibus, ſemper gratum, ſicut & convenit, exhibere, ut per hoc vos ad noſtri devotionem fortius attendatis, conceſſionem Eccleſiae veſtrae factam in temporalibus, & etiam in decimationibus, olim a bonae memoriae Rambaldo praedeceſſore noſtro quomdam Epiſcopo Florentino, de Plebe, ac de Plebeo de Signia, vobis, & eidem Canonicae veſtrae gratuito confirmamus, adiicentes vobis, & veſtris ſucceſſoribus in perpetuum de noſtra gratia ſpeciali, ut in eadem Plebe, ſeu Cura, ſpiritualia de cetero ſolummodo habeatis in inſtitutionem, & deſtitutionem, tam in Plebano, quam in Canonicis praeſentibus, & futuris, confirmationem, reformationem, inquiſitionem, excommunicationem, & abſolutionem, ſuper praedictis omnibus, & ſingulis confirmatis, & conceſſis ex praedicta occaſione. Cetera autem ſpiritualia omnia nobis reſervamus, & ut poſſimus ibidem corrigere, & reformare, ſi vos admonitione praemiſſa fueritis negligentes, ſalvis ſemper in omnibus Apoſtolicae Sedis reverentia, & honore. Acta fuit haec confirmatio, additio, & conceſſio, a dicto Domino Epiſcopo, ſecundum quod ſuperius continetur, praeſentibus D. Canonicae Praepoſito, & D. Opizonio Pagano, Bernardo Plebano, & Vgolino Canonico Florentino, qui praedicta omnia, ſicut ſuperius ſunt confirmata, & conceſſa per dictum Dominum Epiſcopum . . . . & etiam reſervata, quae reſervata ſunt, eſſe voluerunt, & approbaverunt libenter, & eorum ſervare voluntatem . . . . . Anno ab Incarnatione Domini MCCXXXIV. II. Februarii, Indictione octava, in praeſentia Rab. Caroli de ſancto Lazaro, & praedicti Ildeprandi Canonici S. Iacobi de ultra Arnum, & Laurentii Canonici ſancti Ioannis maioris, teſtium ad praedicta omnia rogatorum; &c. Item poſt, eodem anno V. nonas Martii, Indictione eadem, acta eodem loco praeſentibus teſtibus Presbytero Bencivenne de ſancto Stephano, Presbytero Ventura de Campi, & Corteſio Canonico ſancti Ioannis maioris: dominus Magnaius Archidiaconus, & dominus Orlandus Canonicus Florentinus, haec omnia, & ſingula voluerunt, & approbaverunt, ſicut alii Canonici ſupradicti, ſeu omnia, quae ſuperius ſcripta ſunt, & eis omnibus conſenſerunt.

Ego Ardinghus Epiſcopus Florentinus huic conceſſioni interſui, & ſubſcripſi &c. eidem a me factae &c.

Ego Iacobus Imperiali auctoritate Iudex, & Notarius publicus praedictis omnibus, dum agerentur, rogatus interfui, & ea de mandato praedicti D. Epiſcopi, & Praepoſiti, atque Canonicae Florentinae, publice ſcripſi.

Haec, ut videtur, charta mutila, & imperfecta, ab *Vghellio* producta eſt, *Rambaldus* Epiſcopus, qui hic memoratur, eſt ille, cuius donationem Plebis Exineae ſuperius *pag.* 85. protulimus. Exineae autem mentio occurrit etiam in ſequenti *Gregorii IX.* Epiſtola apud *Puccinellium pag.* 262.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monaſterii S. Mariae Florentinae ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ea, quae iudicio, vel concordia, comitantur, firma debent, & illibata perſiſtere, &, ne in recidivae contentionis ſcrupulum relabantur, Apoſtolico convenit praeſidio communiri. Sane cum alias inter vos ex parte una, & Capitulum & Clerum Florentinum ex altera, ſuper procurationibus Legatorum, & Nuntiorum, Apoſtolicae Sedis, coram Iohanne Priore S. Galgani, & . . . . de Spongia Abbatibus, auctoritate noſtra quaeſtio verteretur, iidem Abbates ſuper iis, de conſenſu venerabilis fratris noſtri Ardinghi Epiſcopi Florentini, & aliorum Praelatorum, & Abbatum, Civitatis Florentiae, & eiuſdem, ac Faeſulanae Dioeceſis, quoddam tradidere ſtatutum, prout in Inſtrumento exinde confecto, inferius adnotato, plenius continetur. Cumque dicti Clerus, & Capitulum, ſe ex eodem ſtatuto gravari ad Sedem Apoſtolicam adpellaſſent, propterea hoc ipſi, ac ſui Procuratores, licet Procurator dictorum Cleri, & Capituli mandatum tantum haberet ad agendum, de mandato noſtro, coram dilecto filio noſtro Odone S. Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali, ſuper hoc a nobis partibus Auditore conceſſo, duxerunt amicabiliter componendum, quod de tradita ſit ſuper hoc a nobis ſpeciali, & plenaria poteſtate ſtatutum praedictum, circa procurationes ſtatutas, iuxta compoſitionem ipſam inter Procuratores iam dictos initam; quatenus ad partes, inter quas conventum extitit coram eo, ſalva diſpoſitione Legatorum Sedis Apoſtolicae temperavit, ſicut in libris Cardinalis ipſius plenius continetur. Veſtris igitur precibus inclinati, quod ab eodem Cardinale ſuper hoc factum eſt, ratum habentes, illud auctoritate Apoſtolica confirmamus, & praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem huiuſmodi rei evidentiam, tenorem litterarum ipſarum praeſentibus fecimus adnotari, qui talis eſt . . . . . ex parte Abbatis, & Conventus S. Mariae Florentinae, olim D. PP. conqueſtione porrecta, quod Legati, & Nuncii Sedis Apoſtolicae per Florentiam tranſitum facientes, prima die ab Ardingho Epiſcopo, & Clerico Abbate S. Miniatis Florentinae, & ſequenti a ſolo Monaſterio procurarentur praedicto; & recedentibus illis interdum poſt biduum, & aliis ſuccedentibus, cum debuiſſet a ce-

ceteris Eccleſiis procuratio exhiberi, ad ulteriorea ordine debito non fiebat progreſſus, ſed regreſſus potius gradu retrogrado ad priores. Sicque dicti Abbates, & Conventus toties gravabantur abſque ſocio in ſecunda, cui, ob repetitionem principii, tertia regulariter minime ſuccedebat, quod ulterius non poterant ſine gravi diſcrimine ſuſtinere . . . . . S. Galgani S. Salvatoris de Spongia Abbatibus, & Priori S. Galgani Vulterranenſis Dioeceſis, idem Dominus ſuis dedit litteris in mandatis, ut circumſpectione provida, penſatis Eccleſiarum facultatibus ſingularum, tam quae conſueverunt, quam quae poterant, & debebant huiuſmodi onera ſuſtinere, auctoritate ſua ſtatuerent, ut vel ipſarum quaelibet contribueret pro portione congrua, poſt Epiſcopum, iuxta vires pro huiuſmodi procurationibus exhibendis, deputatis ad hoc viris prudentibus, qui, quum opus eſſet, haec colligerent fideliter, & miniſtrarent Apoſtolicae Sedis Nuntiis, & Legatis; aut illarum quaelibet in ordine vicis ſuae impleret poſt Epiſcopum, iuxta morem, huiuſmodi miniſterium caritatis, & nec ulterius ad primas recurreret, donec percurreret ſingulas talis exhibitio famulatus; facientes, quod ſtatuerent, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Praedictis vero executoribus volentibus in negotio ipſo procedere, Capitulum, & Clerus Civitatis eiuſdem, propoſitis quibuſdam exceptionibus, quae ſatis frivolae videbantur, fruſtratorie ad Sedem Apoſtolicam appellarunt; eumque, Procuratoribus utriuſque partis propter hoc apud Sedem Apoſtolicam conſtitutis, nobis idem negotium fuiſſet a Domino PP. commiſſum, tandem per nos ſuper his, quae ab illis fuerant propoſita, coram nobis plenius informatus eiſdem executoribus praecipiendo mandavit, ut appellatione praedicta, & aliis frivolis exceptionibus, nequaquam obſtantibus, in executione dicti negotii iuxta priorum continentiam litterarum, omni appellatione poſtpoſita, procedere procurarent, praefato quoque Priore committente Abbati ſuo exercere totaliter vires ſuas, praefati Abbates ad Civitatem eamdem perſonaliter accedentes, Rectoribus, & Capitulis Eccleſiarum pluries, & peremptorie ad haec citatis, & quibuſdam ex eis contemnentibus comparere, habito diligenti tractatu, & conſilio ſapientium, de conſenſu dicti Epiſcopi, & plurimorum Abbatum, & aliorum Praelatorum, ſuper praemiſſis ſtatutum huiuſmodi ediderunt.

In nomine Domini Amen. Scripſit Dominus PP. nobis P. S. Galgani, & S. Salvatoris de Spongia Abbatibus, & Priori S. Galgani, ſub hac forma

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Iohanni Priori S. Galgani, & . . . . . S. Salvatoris de Spongia Abbatibus, & . . . . . . Priori S. Galgani Vulterraneae Dioeceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exhibita nobis dilectorum filiorum Bartholomaei Abbatis, & Conventus Monaſterii S. Mariae de Florentia, querimonia continebat, Quod cum Legati, vel Nuntii Sedis Apoſtolicae tranſitum exinde faciunt, primo die a Venerabili Fratre noſtro Ardingho Epiſcopo, & Clerico Abbate S. Miniatis Florentiae, ac ſequenti a ſolo dicto Monaſterio procurationes accipiunt; quodque recedentibus illis inter ſuos poſt biduum, & aliis ſuccedentibus, cum deberet a ceteris Eccleſiis procuratio exhiberi, nequaquam ad ulteriores ordine debito fit progreſſus, ſed regreſſus potius gradu retrogrado ad priores, Sic toties dicti Abbates, & Conventus gravantur abſque ſocio in ſecunda, cui ob repetitionem principii tertia regulariter non ſuccedit, quod non poſſunt amplius abſque gravi diſcrimine ſuſtinere. Quare humiliter petierunt ſibi ſuper hoc de benignitate Sedis Apoſtolicae miſericorditer provideri, Quia vero per partes onera diviſa levius ſupportantur, prudentiae veſtrae praeſentium auctoritate mandamus, quatenus provida circumſpectione penſatis Eccleſiarum facultatibus ſingularum, tam quae conſueverunt, quam quae debent, & poſſunt huiuſmodi onera ſuſtinere auctoritate Apoſtolica ſtatuatis, ut vel harum quaelibet pro portione congrua contribuat, poſt Epiſcopum, iuxta vires, pro huiuſmodi procurationibus exhibendis, deputatis ad hoc viris prudentibus, & diſcretis, qui, cum opus fuerit, haec colligant fideliter, & miniſtrent Apoſtolicae Sedis Nuntiis, & Legatis; aut illarum quaelibet in ordine vicis ſuae poſt Epiſcopum impleat iuxta morem huiuſmodi miniſterium caritatis, & ne tribulatio ſit quibuſdam, aliis vero remiſſio, ad primas ulterius non recurrat, donec percurrat ſingulas talis exhibitio famulatus, ſalva ſemper auctoritate Sedis Apoſtolicae Legatorum. Quod autem iis duxeritis ſtatuendum, faciatis per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita firmiter obſervari. Quod ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, duo . . . . nihilominus exſequantur.

Datum Anagniae IV. Kal. Decemb. Pontificatus noſtri anno VI.

Volentibus igitur nobis ſecundum tenorem literarum Domini Papae procedere in praedictis, quidam, nomine Cleri, & Capituli Florentini, ... non cauſa ponentes, ut cauſa pro ſuae voluntatis arbitrio, ... Sedem Apoſtolicam appellarunt. Ob reverentiam igitur Domini Papae, tunc duximus deſiſtendum, donec idem nobis ſcripſit iterum in haec verba.

Gregorius Epiſcopes ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Iohanni Priori S. Galgani, & . . . . . S. Salvatoris de Spongia Abbatibus, & . . . . . Priori S. Galgant Vulter-

Digitized by Google

terranenſis Dioeceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Memoimus nos vobis ad petitionem dilectorum filiorum, Bartholomaei Abbatis, & Conventus Monaſterii S. Mariae, Civitatis Florentiae, ſuper ſtatuendo qualiter Legati, & Nuntii, Sedis Apoſtolicae a venerabili fratre noſtro Epiſcopo, & Clerico Abbate S. Miniati Florentini, nec non & ab ipſo Monaſterio, ac ceteris Eccleſiis, procurationes acciperе deberent, certas noſtras litteras direxiſſe; ſed tandem, ut ex dictorum Abbatis, & Conventus relatione didicimus, vobis procedere in negotio ipſo volentibus Capitulum, & Clericos Civitatis eiuſdem ſtatuto huiuſmodi reſiſtentes repagulum oppoſuerunt propoſito, quod Apoſtolici reſcripti copiam eis concedere negabatis, qui ſibi dicimini liberaliter obtuliſſe, parati ſi quid gravamen eis per vos illatum exſiſteret revocare; quare fruſtratorie ad noſtram audientiam appellarunt. Procuratoribus quidem ipſorum, & eorumdem Abbatis, & Conventus, propter hoc apud Sedem Apoſtolicam conſtitutis, dilectum filium noſtrum O. S. Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali conceſſimus auditorem, per quem ſuper iis, quae ab illis coram eo fuere propoſita, plenius informati, quia directam vobis ab Apoſtolica Sede mandatum appellatione huiuſmodi nolumus impediri, Discretioni veſtrae per Apoſtolica ſcripta praecipiendo mandamus, quatenus appellatione praefata, ſive aliis exceptionibus frivolis, nequaquam obſtantibus, in praedicti executione negotii, iuxta priorum litterarum continentiam, omni exceptione poſtpoſita, procedatis. Salva ſemper in omnibus auctoritate Sedis Apoſtolicae Legatorum.

Datum Anagniae XVI. Octobris Pontificatus noſtri an. VII.

Quare nos Abbates praedicti, citatis Clero & Capitulo Florentino, & aliis, peremptorie, ut ſufficienter venirent, & ſe praeſentarent coram nobis, ita quod poſſimus procedere in negotio nobis commiſſo, iuxta tenorem utriuſque reſcripti, perſonaliter acceſſimus Florentiam, habita & ſubdelegatione praefati Prioris, qui mihi Abbati S. Galgani praedicto commiſit plenarie vices ſuas in hunc modum.

In nomine Domini Amen, Anno MCCXXXIII. Indictione VI, primo die Kal. Novembris. Ex hoc publico Inſtrumento apparet, quod F. Iohannes Prior S. Galgani Volterran. Dioeceſis, cum non poſſit intereſſe cum compatribus ſibi eiuſdem loci, & de Spongia Abbatibus, enormi infirmitate detentus, commiſit vices ſuas in totum Abbati loci ſupradicti Culleae ſuo ſuper ordinatione auctoritate Papae facienda, qualiter ab Epiſcopo, & Abbate Florentino, & a ceteris Eccleſiis, tam ab eis, quam ab illis, quae poſſunt, & debent, procurentur Apoſtolicae Sedis Nuntii, & Legati, exinde tranſitum facientes.

Actum apud S. Galganum ſub Porticu Domus Infirmitorii eiuſdem Monaſterii S. Galgani coram Matthaeo Notario, nepote Plebani de Monte, Iohanne de Selvoli, Berzeccalle, teſtibus. Ego quidem Albertus auctoritate Sacrae Imperii Aulae publicus Notarius, ut ſupra legitur, ſcripſi rogatus.

Cumque Conventus S. Pauli, & Monaſterium S. Michaelis Berteldis Florentini, Priores, omnine Cleri, & Capituli praedictorum non ſe conſpectui praeſentaſſent; tandem praedictorum habita copia reſcriptorum ad declinandam iuriſdictionem noſtram, immo impediendam, varias exceptiones frivolas allegarunt, ſuper hoc fruſtratorie appellando, quamvis totae ab univerſitate procurationes datae fuerint; ſed non ab eis, qui Syndici a minori parte univerſitatis fuerant ordinati, praeter aſſenſum Clericorum, & Capitulorum, quibus Priores Florentinae Civitatis praeeſſe noſcuntur. Quidam etiam Praelati Dioeceſis Faeſulanae ad impediendum noſtrum proceſſum quaſdam exceptiones oppoſuerunt frivolas, appellando; quamvis nec ipſi, nec Clerici memorati, aliquid duxerint proponendum adverſus ea, quae contingunt negotium Papale. Habito igitur diligenti tractatu, & conſilio ſapientum, ſuper iis, quae propoſita fuerunt coram nobis, & quae ſtatuenda forent requiſitis, & peremptorie citatis, tam Eccleſiarum Rectoribus, quam Capitulis earumdem; & ipſis parere contemnentibus, immo potius reſiſtentibus, ſe pertinaciter opponendo, de aſſenſu venerabilis Patris, Epiſcopi Florentini, & plurimorum Abbatum, & aliorum, abſentibus quibuſdam per contumaciam, quorum abſentis divina praeſentia repleatur, qua fungimur auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, ut de cetero procurationes exhibeant ſucceſſive Apoſtolicae Sedis Legatis, & Nontiis, per Florentiam tranſitum facientibus, ordine infraſcripto: ita quod, recedentibus praedictis Legatis, vel Nuntiis, ad priores recurſum ſuccedentibus aliis nullatenus habeat, donec percurrat ſingulos talis exhibitio ſimulacus; ſalva ſemper auctoritate Sedis Apoſtolicae Legatorum, iuxta tenorem mandati Domini Papae.

Primo igitur loco Dominus Epiſcopus Florentinus cum Abbate S. Miniati unam integram procurationem perſolvat. II. Abbatia Florentina. III. Abbatia de Septimo. IV. Abbatia de Rivolis cum Abbatia de Candiculis. V. Abbatia S. Salvii. VI. Abbatia de Camaldulis. VII. Eccleſia S. Felicis in Piazza, cum Eccleſia S. Petri de Monticellis. VIII. Abbatia de Diſcalzis, ſive de Fabroro, cum Monaſterio de Mantignano. IX. Eccleſia S. Creſci de Campis pro medietate, & Eccleſia S. Petri de Lecure, & Monaſterium S. Marci pro alia

Digitized by Google

alis medietate, X. Abbatia de Faeſulis, cum Abbatia S. Gaudentii in pede Alpis. XI. XII, XIII. & XIV, loco Eccleſia S. Iohannis ſine Canonica maiori. XV. Canonica S. Reparatae Florentinae. XVI. Canonica Faeſulana. XVII, Monaſterium de Paſſignano. XVIII. Monaſterium Montis Scalari, XIX. Monaſterium de Cultibuoni. XX. Monaſterium de Monte Murlo. XXI. Monaſterium Bonifolentii cum Eccleſia S. Domnini. XXII. Monaſterium de Razolo. XXIII. Monaſterium de Muſcheto. XXIV. Monaſterium de Luco. XXV. Monaſterium Vallis Vmbroſae. XXVI. Monaſterium S. Ilarii. XXVII. Monaſterium de Roſano, XXVIII. Monaſterium S. Mariae in Marcmma cum Monaſterio de Sallaſoni, XXIX. Monaſterium de Sena cum Monaſterio de Caſtro, XXX. Monaſterium de Pratovecchio, XXXI, Monaſterium de Puppiena cum Canonica S. Margaritae de Toſina. Vt autem quae ſtatuta ſunt ſecundum praeſcriptum modum, & ordinem firmius obſerventur, ex auctoritate Domini Papae, qua fungimur, in tranſgreſſores, & rebelles excommunicationis ſententiam promulgamus.

Acta ſunt haec, & praedictae inſtitutiones, & procurationes lectae fuerunt, & publicatae, & recitatae per praedictos Abbates publice, & ſolemniter in Palatio Domini Epiſcopi Florentini, praeſente ipſo Domino Ardingo Epiſcopo Florentino, Anno Domini MCCXXXIII. VII. Kal. Decembris, Indictione VII. praeſentibuſque ad haec Domino Valentino Abbate S. Salvii, Domino Priore de Camaldulis, Domino Bartholomaeo Abbate Monaſterii S. Mariae de Florentia, Domino Clerico Abbate S. Miniatis Florentiae, praeſentibuſque teſtibus F. Alberto Monacho S. Galgani, & F. Iohanne Monacho de Spunge, & Presbytero Iacobo S. Lazari, Presbytero Talento de Faenilia, Presbytero Vgone Plebano de Docendonia, Guglielmo, Macclo, Iacobo. & Benedicto, de Abbatia Florentina, Traino quondam Aldobrandini Guidazzi, Petro quondam Bonci, & Iannetto Curriere, & aliis pluribus Clericis, & Laicis.

Ego Iacobus Imperiali auctoritate ordinarius Iudex, publicuſque Notarius, praedictis omnibus a dictis Dominis Abbatibus ſolemniter actis rogatus interfui, & ideo ſubſcripſi.

Ego Bonaredita Ildebrandini Domini Friderici Dei gratia Romanorum Imperatoris ordinarius Iudex, & Notarius publicus, praedictis dum agerentur rogatus interfui, & ea etiam me adſtante publice ſcripſi de mandato praedictorum Abbatum fideliter, & publicavi, ideoque ſubſcripſi.

Verum, cum dicti Capitulum, & Clerus coram iiſdem executoribus reclamarent, & ex parte ipſorum Albertinus Prior S. Domnini, & ex parte Monaſterii S. Mariae Florentinae Benedictus Monachus eiuſdem loci, & propter hoc Procuratores ad curiam acceſſiſſent, & idem negotium nobis fuiſſet iterato commiſſum, nos eiſdem, & praedictis partibus terminum dedimus peremptorium ex Domini Papae ſpeciali mandato, ut infra certum terminum amicabiliter concordarent. Alioquin Procuratores ad curiam deſtinarent, cum ſufficienti mandato ad faciendum, & recipiendum quod ſuper hoc de plenitudine poteſtatis duceremus ſtatuendum. Licet autem ibi partes in modum aliquem nequiverint convenire; dicti tamen Procuratores ad curiam redeuntes in talem concordiam conſenſerunt, ut ſcilicet Capitulo iungantur Plebes de Signa cum Plebeio ſuo; & quatuor procurationes impoſitae Clero Florentino redigantur in duas, humiliter ſupplicantes, ut Dominus Papa dignaretur eamdem concordiam approbare, non obſtante, quod dictorum Cleri, & Capituli Procurator non ad componendam, ſed ad proſequendam cauſam, fuerat deſtinatus. Nos autem conſiderantes diligenter proceſſum praefatorum Abbatum, & moderamen, in quod & ipſi, & Procuratores conſentiebant praedicti, de tradita nobis per hoc a Domino Papa ſpeciali, & plenaria poteſtate, ordinationem, ſeu ſtatutum praedictorum Delegatorum circa procurationes praedictas, prout inter dictos agitur, duximus temperandum, ſalva diſpoſitione Sedis Apoſtolicae Legatorum; praecipientes diſtricte per ipſos Procuratores partibus antedictis, ut deinceps inviolabiliter ſtatutum temperatum obſervent. Ceterum, cum ſicut continetur in Inſtrumento praeſcripto, dicti Abbates praefato Monaſterio de Roſano procurationem integram duxerint imponendam, nos ipſi Monaſterio de gratia ſpeciali ne ad exhibendam niſi tertiam tantum partem procurationis ipſius de cetero teneatur, auctoritate praeſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumpſerit, Indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum.

Datum Peruſii XII. Kal. Novembris, Pontificatus noſtri Anno VIII.

Quum pluries in hiſce Inſtrumentis *Bartholamei* Abbatis Florentini mentio occurrat, lubet heic exhibere, quae de hoc Abbate *Plac. Puccinellius* memoriae prodidit. Seribit igitur in *Chronico Abbatiae Florentinae pag.* 20.

Bartolomeo, Primo di queſto nome, lo troviamo regiſtrato dal medemo Abbate Caietani l'

anno MCCXIV. dando facoltà a Ser Cambio Rettore della Chieſa di S. Proculo ſervirſi della muraglia dello Spedale per accomodare quella Chieſa. Si vede ancora, che partitoſi dalla Rettoria de' SS. Apoſtoli Simone, e Giuda, egli ſteſſo aggrandì, e riedificò la detta Chieſa l' anno MCCXVI. ponendovi la prima Pietra fundamentale nel territorio appunto già venduto dal Monaſtero a Guido Pruni, e Renuccio Galigari, e Gerardino ſuo figliuolo, ricomprando da eſſi il medemo terreno per tale effetto, e ne inveſtì per Rettore Ridolfo Fiorentino, Canonico di S. Apollinare, l'anno MCCXXXVII. Fu molto cauto ſervendoſi della Prudenza, come armatura. *Prudentia*, diſſe un Dotto, *eſt armatura, qua quis induitur minime laedi poteſt.* Con queſta armatura rintuzzò l' orgoglio de' paeſani del Caſtello di Signa, li quali haveano tentato ſottrarſi dall' ubbedienza de' Monaci, con volerſi eleggere il Rettore, come appare da una Decretale d' Onorio III. Sforzò le famiglie de' Pazzi della Valle d' Arno, Feudatarie del Monaſtero per li Caſtelli d' Oſtina, e di Luco, a pagare non ſolo l' annuo tributo, e penſione, ma ancora eſattamente li decorſi. Si portò a viſitare in Perugia il B. Gregorio IX. dal quale gli furono confermate le Bolle d' Aleſſandro III. e di Clemente III. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Bartholomaeo Abbati S. Mariae de Florentia, eiuſdem Fratribus &c. Sub datum Peruſii An. MCCXVIII.* come al n. 60. Ricorſe ancora al medeſimo Pontefice l'anno MCCXXXIII. in cauſa dell' aggravio per il paſſaggio, e alloggio de' Nunzi, e Legati Apoſtolici, in che furono delegati l' Abbate di S. Salvadore di Spugna, & il Priore di S. Galgano della Diocesi di Vulterra, come dalla Scrittura ſegnata num. 61. Operò ancora, che gli abitatori del Caſtello di Montebonello ſi portaſſero nel noſtro Monaſtero l'anno ſuddetto MCCXXXIII, ove reſero omaggio ad Ildebrando Veſcovo di Fieſole lor Signore, con giurargli fedeltà. Si affaticò ad iſtanza del Veſcovo Ardingo, e della Repubblica Fiorentina, per riformare li Monaci Neri di Settimo, ma in vano; che perciò la detta Repubblica v'introduſſe li Monaci di S. Galgano di Siena l' anno MCCXXXVI. dell' Ordine Ciſtercienſe, Fu intimo di Rubaconte Mandelli Milaneſe, Poteſtà di Fiorenza, il quale fe fabbricare un ponte ſopra del Fiume Arno, e con molta ſolennità vi poſe colle proprie mani la prima pietra, ed è detto il Ponte di Rubaconte.

Nella facciata della Chieſa de' SS. Apoſtoli Simone, e Giuda ſi legge la preſente memoria, ſtata molto tempo naſcoſta ſotto terra, e ritrovata l' anno MDCXXVIII. da' Monaci fu fatta adattare contiguo alla Porta per di fuori.

Currebant Chriſti tunc anni temporis iſti
Mil-
Mille dugenteni, poſt tres quater indeque deni,
Cum ſacra Sanctorum Simonis Iudeque tuorum,
Fit domus iſta, Deus, Abbas quem Bartholomeus,
Ex Abbatia titulat quam S. Maria,
De Florentina pre qualibet urbe Latina,
Conſtruxit, primum lapidem dum fixit in imum,
Et quia terrena fundavit non aliena,
Set propria, turbis ſicut patet iſtius urbis,
Eſt hinc iure bonus Dominus, veruſque Patronus,

In Dei nomine Amen. Dominicae Incar. An. eiuſdem MCCXVIII. V. Idus Iunii, Indict. I. Pateat manifeſte, quod D. Bartholomaeus Abbas Monaſterii S. Mariae de Florentia, vice, & nomine totius Monaſterii, ad honorem Dei, & omnium Sanctorum, & Sedis Apoſtolicae, & Domini Epiſcopi, & dictorum Praelatorum, & Fratrum, & Monachorum ſuorum, & Parochianorum Eccleſiae novellae SS. Simonis, & Iudae, poſuit, & in fundamento locavit propriis manibus ſuis primarium lapidem angularem in fundamento praedictae Eccleſiae novellae SS. Simonis, & Iudae, poſitae, & fundatae, & de novo aedificatae in terreno iam dicti Monaſterii, & Abbatiae, quod olim fuit Domini Guidi Bruni, & Domini Renucii Galigari, & Gherardini eius filii, ab eis empto pro ſe Perilaſium, ad retinendam poſſeſſionem ipſius Eccleſiae, & ad cognoſcendum, quod in terreno dicti Monaſterii ſit dicta Eccleſia aedificata, & fundata, & quod Abbas dicti Monaſterii ſit Patronus dictae Eccleſiae, & ſit omni tempore, & in aeternum. & ad perpetuam rei memoriam, reſervando eam ſibi pro ſua Eccleſia manuali, cum omni iure ſuo, & actione, & pertinentiis ſuis. Fines Eccleſiae, ſicut a primo concurrit via publica, quae dicitur Torcicoda; a ſecundo eſt fluvius Schiatto; a tertio murus Civitatis; a quarto eſt Reſalitis, & fratres, & plurimi Parrochiales ipſius Eccleſiae.

Acta ſunt haec feliciter in dicta terra. & Eccleſia, praeſentibus Presbytero Rodulpho Rectore ipſius Eccleſiae pro dicto Monaſterio, & D. Benedicto, & Palmerio, Dionisio, & Bandino Monachis, & Fratribus dicti Monaſterii; & praeſentibus teſtibus ad haec congregatis, Magiſtro Guidone, & multis aliis . . . .

Ego Bonaredita Ildebrandi, Domini Friderici Imperatoris Ordinarius Iudex, & Notarius, praedictis dum agerentur, rogatus interfui, & ea omnia a me acta publice ſcripſi fideliter, & in publicam formam redegi, & publicavi, ideoque rogatus &c.

Hactenus *Puccinellius*.

An-

Anno MCCLIII, Rognoſus Plebanus eſt Eccleſiae S. *Ioannis* Exineae, ut conſtat ex charta Archivi Ciſtercienſium Florentiae, notata G. *pag.* 147. in Breviario, Vſque ad hunc annum Exinea a Conſulibus duobus recta fuiſſe traditur a *Gamorrinia Vol, V. Hiſtor, Genealog,* Anno MCCLXXIX. memoratur Eccleſia Curata Sanctae *Mariae* Exineae in charta praedicti Archivi G. 121. Et *Renaldus Iacobi* de Signa Notarius ſuperius *pag,* 79. Exineam per haec tempora illuſtravit Frater *Morandus* Dominicanus, Papae Poenitentiarius, ac deinde Epiſcopus Callenſis ac Fanenſis, cuius vitam ſcripſit Frater . . . . *Sandeinius*, eruditus & diſertus Dominicanus Florentinus, qui omnium Dominicanorum, qui in Coenobio S. *Mariae* Novellae Florentino ſanctimonia claruerunt, vitas luculentiſſime concinnavit, Eam, qualem mecum perhumaniter communicavit, heic exhibeo,

Vita di Fra Morando di Firenze
Veſcovo di Fano,

Chi averebbe creduto, che il Caſtello di Signa aveſſe dovuto dare un uomo di sì grande apertura di mente, e di così gran zelo, come fu Fra Morando, *prima ſemplice Frate, poi Penitenziera, e in ultimo Veſcovo de i più rinomati, che aveſſe l' Italia in quegli anni, ne' quali il Monachiſmo aveva la gloria unica di ſapere applicarſi, a preſedere alla Chieſa? E pure* S. Domenico, *che l' aveva veduto da piccolo Novizio d' un indole aſſai attiva, e per le coſe eſteriori molto diſpoſto, prima di partirſene da queſta vita gli imprimò uno ſpirito molto ſuperiore a quello dell' efettività, che aveva, eſſendo riuſcito in molte coſe, e ſpezialmente nel convertire anime a Dio, non diſſimile dal ſuo, L' Iſtoria non ci dice altro, che dopo d' eſſere ſtato veſtito dell' abito per mano del B. Fra* Giovanni *di Salerno in S.* Paolo „ fuit magnus Clericus „ *la qual denominazione fraterna, che il B. Priore ne vestì, non trovandoſi dato ſe non a lui, dimoſtra, che là dove gli altri inclinavano, egli era fatto a poſta per le coſe Eccleſiaſtiche. Eſſendoche il noſtro Ordine così in Francia, come in Italia, aveſſe avuto tutto il principio da una ſucceſſione di Santi Preti uniti inſieme, il P. S.* Domenico *nel fondarlo non diſtruſſe ciò, che v' era nella Chieſa d' ammirabile, ma v' aggiunſe ciò, che v' era nel Monachiſmo d' auſtero, per fare un compoſto di ſpiriti ſequeſtrati del mondo, ma però all' iſteſſo giovevoli. Per ciò Fra* Morando, *avendo accoppiata a quella prima veemenza di rigore, che l' Ordine portava ſeco, l' abilità di primo Predicatore, di primo Penitenziere, e d' uno de' primi Teologi del ſuo ſecolo, ſi meritò quel titolo di* „ magnus Clericus „ *per tanti capi, come queſti ſono non così facili a ritrovarſi ne-*

negli altri. Egli fatta la ſua Profeſſione ſi poſe a ſtudiare co' ſuoi coequali d' età le ſcienze, e ſingolarmente la Teologia, e vi fece tal profitto, che appena fatto Sacerdote, fu in tempo del B. Fra Boninſegna *fatto Lettore del Convento ſteſſo; e quantunque non duraſſe in ſimile impiego, eſſendogli convenuto per le neceſſità, che erano nella Città, darſi tutto al predicare, dopo qualche anno, quando meno ſe lo penſava, fu da Papa* Innocenzio IV. *atto ſuo Penitenziero in Roma; onde biſognò che laſciaſſe il proprio Convento, e che ſi portaſſe alla Curia con ſua ripugnanza, ma però con queſto ſuo unico contento d' andare a ſervire la Santa Chieſa in un officio, in cui era morto pochi anni avanti il B. Fra* Chiaro *da Seſto, ſuo gran maeſtro, e però con ſicurezza di non errare, quando aveſſe ſeguitati i ſuoi paſſi. Da queſt' elezione di Fra* Morando *fatta dal Pontefice per un offizio di così grande importanza, io deduco, che la Penitenzieria andò nel primo ſecolo dell' Ordine, quaſi per ſucceſſione ne' Frati del Convento; poichè avendovi il B. Fra* Chiaro *faticato moltiſſimo, non trovo per adeſſo Frati d' altri Conventi della Provincia, che gli ſuccedeſſero nella detta carica, tolto S.* Raimondo, *che era Spagnuolo, e un altro foreſtiero, che vi ſtettero avanti a lui. Però biſogna dire, che Fra* Morando *foſſe Frate non ſolo d' una gran letteratura, ma anco d' una eſemplarità diſtintiſſima, eſſendo ſtato dal Maeſtro Generale di tutto l' Ordine propoſto a proſeguire ciò, che il B. Fra* Chiaro *aveva cominciato. Io ſo, che l' uffizio di Penitenziero, che i Frati noſtri v' eſercitarono, non era il ſupremo, per eſſere ſempre ſtato uno de' Cardinali, che v' aveva la prima incumbenza; ma queſto è certo, che dopo la di lui perſona il Frate era l' unico, che aveſſe delegata la poteſtà, e a cui tutti gli altri Penitenzieri inferiori erano ſubordinati; onde l' eſſere elevato Fra* Morando *a un poſto di tanta gran premura, fa molto a chi ben conſidera di che tempra di ſpirito erano ſtati i due ſuoi anteceſſori, Deduco anche da queſto eſſer loro ſucceduto, che egli foſſe come loro molto verſato nello ſtudio de' Canoni, benchè l' Iſtoria non ne faccia menzione; poichè eſſendo quelli, che davano tutta l' introduzione per queſta carica, ſe ancor egli non vi foſſe ſtato pienamente verſato, non vi ſarebbe per certo arrivato. Stette egli dunque per molti anni in quell' uffizio, e riſedendo per lo più la Corte preſſo al Convento di S.* Sabina, *egli giuſto, come era ſeguito al B. Fra* Chiaro, *ebbe la ſorte di non diſcoſtarſi mai da' ſuoi Frati in tutto il tempo, che ſtette in Roma, che fu coſa di gran convenienza all' Ordine, e alla di lui anima di gran profitto. E ben vero che dopo una mano d' anni, ne' quali aveva lavorato aſſai in quel gran miniſtero, gli convenne del tutto laſciare la comunicazione del Chioſtro, alla quale aveva ſempre inclinato, anche quando da più*

gio-

giovane era in offizio di Predicatore, e portoſſi dove non averebbe voluto: poichè nell' anno MCC-LIX. eſſendo vacata la Chieſa di Cagli nell' Umbria, per la morte d' un buon Monaco, che l' aveva retta fino allora, Aleſſandro IV. l' eleſſe per Veſcovo della medeſima; ed eſſendo ſtato coſtretto ad ubbidirgli, dopo d' eſſere ſtato conſacrato andò al poſſeſſo di quel Veſcovado, in tempo il più infelice, che gli poteſſe giammai toccare, mentre eſſendo quella una Città già dipendente dalla Chieſa, appena arrivatovi, la parte Ghibellina cominciò a farvi delle alienazioni ſegrete, e a molto pregiudicargli; onde quei Cittadini divenuti furono cauſa al Veſcovo di molte, e continuate tribolazioni. In tutto il Pontificato d' Aleſſandro, e in parte di quello d' Urbano, non potè nulla concludervi, ſe non meritarvi aſſaiſſimo, e ſoffrirvi molto; imperocchè, nè le ſue preghiere, nè le ſue perſuaſive, nè le ſue diſpoſizioni, per tenerli coſtanti ſotto la Chieſa, furono mai volute ricevere; anzi venuta a Cagli congiuntura d' avere alla lor contumacia l' aſſiſtenza d' un tal Manfredi da Taranto, famoſiſſimo Ghibellino, e inimico giurato del Papa, ribellatiſi all' improvviſo dalla Sede Apoſtolica, cacciarono via dalla Città tutti i Guelfi, che ne ſoſtenevano le parti, e aderendo del tutto a Manfredi reſero il loro male inſanabile, di modo che il Veſcovo vedendo di non eſſer più ſentito, diede parte ſincera a Roma fin dove era arrivata la piaga; onde Urbano mandò l' interdetto ſopra alla Città, e gli concitò contro l' armi degli Eugubini ſtati fin' allora fedeliſſimi loro; ma l' uno, e l' altre, per quanto opprimeſſero, non rimoſſero punto quei popoli dalle loro riſoluzioni. Il buon Veſcovo adunque vedendo rieſcir tutto in diſutile, di nuovo fece intendere al Pontefice qual foſſe il vero ſtato della Città; imperocchè Urbano, col conſenſo de' Cardinali, in pena della di lei ribellione, privò quella Città, e Dioceſi, del titolo di Veſcovado, annullando tutti i privilegi, che aveva di Città, e di Sede Epiſcopale, e le fulminò contro tutte le cenſure, che vi andavano per conſeguenza; onde il Veſcovo Fra Morando, dopo che tutto fu pubblicato, partito di repente di Cagli, e andato a Gubbio in Convento, vi ſi fermò del tutto fuori della ſua antica Dioceſi, con intenzione di mai più porvi piede. Ciò ſuccedette nell' anno MCC-LXIV. della noſtra ſalute, cinque anni dopo, ch' egli ne aveva preſo il ſuo troppo gravoſo poſſeſſo. Trovandoſi dunque Veſcovo ſenza Veſcovado, per quanto poteſſe, mai volle partire da Gubbio per eſſere viciniſſimo a quei popoli, i quali ancorchè non più ſuoi, non poteva far di meno di non amare. Per queſto li teneva ſempre raccomandati al Signore, e con cautele ſegrete cercava di far loro conoſcere il vero; non eſſendogli mancati molti, che confidavano molto in lui, e che non potevano patire punto l' eſſerne cotanto privi: onde con queſta pratica continua appoco appoco aprì la ſtrada a qualche deliberazione di pentimento negli animi più avverſi e contrari alla Chieſa: poichè ravvedutiſi degli ſcandali, andatiſi a umiliare a' piedi del Papa, ottennero l' aſſoluzione delle lor colpe, e dopo qualche anno non mancando il Veſcovo d' intercedere a lor favore, con nuovo Breve Apoſtolico fu loro reſtituita la dignità Epiſcopale, e Fra Morando ritornò alla direzione della ſua greggia, che cominciò a eſſere un altra dopo che egli vi fu ritornato. Cominciò egli, non avendo più oſtacoli alla buona volontà, che aveva avuta verſo di lei, a farvi le parti di vero Paſtore, ſpezialmente colla ſolita efficacia delle ſue prediche, che furono pur troppo neceſſarie, ſebbene in tempo di calma, a rimettere in piedi tutto quel Clero, tutto quel Popolo, tutta quella Dioceſi. Vi durò più anni al governo di quei popoli, e v' averebbe durato anco di più, per l' amor ſommo, che ad eſſi portava, ſe il Pontefice Gregorio X. eſſendo vacata la Chieſa di Fano, non l' aveſſe obbligato a traſferirſi dal ſuo a quel Veſcovado. Andò egli dunque alla ſeconda, come aveva fatto già alla prima ſua Chieſa per pura obbedienza, e benchè poco vi ſopravviveſſe, vi laſciò tutta volta non poche memorie del ſuo ſapere, e della gran dipendenza dalla Sede Apoſtolica. Morì quivi l' anno MCCLXXVI. ſenz' alcun rimorſo, che gli foſſe mai ſervito il Veſcovado di divertimento, e la lontananza dalla Religione d' alcun motivo di rilaſſamento. Egli intervenne a tutti i Concili, che furono fatti in Italia, e in Francia, nel tempo del ſuo Veſcovado. Per tanta utilità dunque, che recò al Clero, dopo che tanta ne aveva recata al Chioſtro ſenza aver mai preſo un minimo ripoſo per ſe medeſimo; meritamente dagli antichi gli fu dato il titolo di „ Magnus Clericus „ che non ſi legge ſe non di lui.

Mentre era Frate in S. Maria Novella da giovane nel MCCXLIV. faticò molto contro gli Eretici, Hactenus *Sandrinius*. De hoc autem Epiſcopo conſulendus *Ferdin. Ughellius* in *Epiſcopis Callenſibus*, & *Fanenſibus*. Sunt qui putent hunc *Morandum* Epiſcopum ex ea familia fuiſſe, quae Florentiae *Mora Ubaldina* dicitur, & ab Exinea originem trahit.

Anno MCCXVII. Id. Septembris, *Battallio*, filius *Vallientis de Moritis* a Gangalando, vendit *Ioanni*, *Cotennae F.* ab Exinea, duas portiones pro indiviſo unius Caſſis poſiti in flumine Arno, ſupra Portum Metatorum, quae portiones ad dictum *Battallionem*, & *Concellarium* atque *Aſtrefaldum* eius filios, ſpectabant. Actum apud Portum Metatorum infra Pontem Exineae, teſtibus *Gualtevillano Ughetti* de Barbarino, *Bartalotto Guarnacci*, & *Corrado*, & *Fil. Giannelli* a Laſtra. Exemplavit *Francinettus* Iudex & Notarius ex Imbreviaturis Ser *Rainerii* Iudicis, patris ſui iam vita functi; & recognoverunt Ser *Giunt Ugolini*, Ser *Schiatta Arrighi*, & Ser *Diotiſece Chiariti*, tres Notarii a Gangalando...

galando. Charta exſiſtit in Archivo Ciſtercienſium Florentiae, notata F. 137. Anno MCCLII. Id. Aprilis, *Guidattus* & *Saloman*, filii *Ricchi Papironi*, & *Bonincontrus* qu. *Aafrioani* a Gangolando, vendunt D. *Iacobo* Abbati Monaſterii S. *Salvatoris* Septimi, quartam partem pro indiviſo unius Portus & ſepis, poſiti infra Pontem Exineae, in Populo S. *Martini* ad Gangalandum, & in flumine Arno, pro pretio librarum XV. bon. denar. Piſanorum, quae membrana extat in eodem Archivo notata C. 122. Anno MCCLXII. Guelphi Florentini, aliique Tuſci, exſules, Luca profecti Exineam ceperunt, ut tradit *Io. Villanius* Lib. VI. Cap. LXXXVI. Anno MCCLXXXIX. *Freſcus Lamberti* F. *Freſcobaldius* obtulit Monaſterio S. *Salvatoris* Septimi ius, quod in flumine Arni habebat, ab oſtiis Vmbronis uſque ad Pontem Exineae per mille brachiorum tractum verſus Florentiam, ut apud *Mannium Commentar. in Boccaccium pag.* 669. videre eſt. Anno MCCIIC. in Charta Archivi Capituli Florentini habetur, quod *Ghinus Bichi*, a Populo Sancti *Nicolai* in Caſtello, & *Paganus Banaccurſi*, e Populo S. *Laurentii* de Signa, promittunt ſolutionem pro affictu bonorum Capituli Florentini, Indictione XII. die ultimo Ianuarii, teſtibus Domino *Miano* Plebano Plebis de Ripolis, & *Daneſe Vgolini* de Carraria &c. Bona ſunt petium terrae cum domo terrena in Populo dictae Plebis, loco dicto Donicato, cui a ſecundo filii *Rinerii Figlioli*, & filii Ser *Parigli*, & *Dinghi Banaccorſi*, & *Ghini Benintendi*; a tertio *Manetti Iacopini* & Ser *Bonaiuti Banaccorſi*, & *Corſi Fabardini*. Item petium terrae, loco dicto *La Rocca*, cui a ſecundo *Bernardi Mazzinghi*, a tertio *Renzi* Pictoris, vocati *Pindigrano*, a quarto *Guiducci Ardovini*. Item petium terrae, loco dicto *Al Coioſo*, cui a tertio *Nardi Bruni Bonvillani*; a quarto *Neri Brunetti*, & a quarto *Durci Ser Rinucii* &c. Anno MCCIC. memoratur Eccleſia S. *Laurentii* Exineae in Charta Archivi Ciſtercienſium ſignata G. 119. Anno MCCCVI, *Riccius Salimbenis* de Signo Notarius, ſeu Tabellio, occurrit ſuperius *pag.* 55. Anno MCCCVII. die IX. Novembris, quidquid aliter putet *Silvanus Razzius*, *Ioanna* Virgo, ruſticis parentibus Exineae orta, vitae ſanctimonia, & miraculis clara, naturae conceſſit. Huius ſanctae Virginis Vita antiquitus Latine ſcripta fuit, & anno MCCCCXLI. ex vetuſtiori Codice tranſcripta ab *Antonio Puccii* F. Canonico Cortonenſi, & Capellano Plebis SS. *Ioannis* & *Laurentii* Exineae; quae quidem olim apud *Leonardum Goudium*, Canonicum Florentinum, adſervabatur, & commodata fuit *Silvano Razzio*, ut ipſe ſcribit in huius Virginis Vita, inter *Vitas Sanctorum*, & *Beatorum Tuſciae*. Hanc nondum obtinere potui; ſed aliam Vitam Italicis verſibus a *Iuliano Dato* Florentino, Epiſcopo Sancti Leonis, anno MDXXII. compoſitam mecum communicavit V. Cl. *Ant. Mar. Biſcionius*, cuius titulus ita habet: *Vita e Miracoli della glorioſa Vergine Beata Giovanna da Signa, Eremita del Caſtello di Signa in Toſcana, raccolta in verſi Toſcani per Monſignore Giuliano de' Dati al preſente Veſcovo di S. Leone, e Decano de' Penitenzieri di Roma*. Poſt titulum octonarium carmen ſequitur ab incerto ſcriptum; & ſtatim Vita ſuccedit, quae CCCXXV. octonariis comprehenditur. *Ioannae* mors narratur octonario CCXC.

Nell' anno mille, e poi trecento ſette,
Il ſuo ſpirito rende al Creatore
In nell' abitazion, che Dio le dette,
Il giorno appunto di San Salvadore,
E mai di far miracoli reſtette,
Ma ſempre ha frequentato a tutte l'ore
In vita, e in morte: ognuno ſtimi, e penſi,
I miracoli ſua eſſer immenſi.

Epilogus eius geſtorum, & miraculorum, habetur octonariis CCC. CCCI. CCCII.

Io vo far fine, o diſcreto auditore,
Che ſe io valeſſi il tutto qui trattare
Di queſta Santa, e ſua laude, e onore,
L' ingegno, e 'l tempo, non potrà baſtare.
Di ſua natività tutt' il tenore,
E dove penitenza volſe fare,
Suo abito, ſua vita, e ſua miracoli,
T' ho ſcritto in parte, e ſuoi ſanti abitacoli.

Come riſuſcitò quel fanciullino,
E come fe intiera la ſtiacciata,
Come rialluminò quel paſſerino,
E di peſte ſanò tanta brigata,
De gli altri ciechi ancor mutò il deſtino,
E liberò quella donna impazzata;
E dalle forche Fanſo d' Artimino
Liberò, preſo nel Piſan cammino.

Due, che s' avean i piedi a tagliare,
E quella, a cui il naſo fu levato,
Che glie ne fece intiero rappiccare,
E quel terreno, che le fu levato,
Che non ſi è mai potuto lavorare,
Sicchè s' è ſempremai ſodo reſtato,
Se vuoi vedere la ſtoria tutta intera,
Va, vedi nel ſuo tempio quanto c'era.

Annus, quo *Iulianus* hanc Vitam ſcripſit ſignatur octonario CCIIIC.

Sol un moderno te ne vo contare:
Doppo morte del Decimo Leone
Glorioſo Paſtore, e ſingolare,
Di ſangue, e di virtù primo campione,
Quando il Seſto Adrian venne a regnare,
Morivi in Roma allor molte perſone
Nel mille ventidue, e cinquecento,
Di peſte, e anco altrove, com' io ſento.

& octonario CCCXXIII.

Quel San Franceſco di Paola detto,
Che il decimo Leon canonizzò,
Che dodici anni innanzi, come ho detto,
Di queſta vita in Eremia trapaſſò,

E lo ſpirito ſanto, e benedetto,
Di Giovanna Beata in Ciel montò.
Son dugent' anni con quindici appreſſo,
Sempre ſegni facendo inſino adeſſo.

In fine addita ſunt duo octonaria Epigrammata in B. Ioannae laudem; & Ode, quam heic proferre lubet, quod brevis ſit, & praecipua eius miracula recenſeat:

Ave Virgo glorioſa,
O Giovanna da Dio benigna,
Che del bel Caſtel di Signa
Fuſti eletta Virgo e Spoſa.
Tu beata eſſendo in terra
Con la tua ſanta orazione
Gli animali, e le perſone,
Tu ſalvaſti dalla guerra:
Or che il Ciel tua alma ſerra
Per noi prega grazioſa.
Tu il fanciul reſuſcitaſti
Alla balia, che affogato
Se l' avea trovato allato;
Nelle braccia la pigliaſti:
Come pel bambin oregaſti,
Prega Dio: che ti dia poſa.
Tu rendeſti alluminato
Il poſſerino a quel da Signa,
Come Vergine benigna;
Lui cred a faſſi ſcambiato.
Or che ſei nel Ciel beata
Fa noſtr' alma luminoſa.
Tu al Padre, che tagliare
Volea il piede al ſuo figliuolo,
Glie'l faceſti a Dio ſanare.
Così vogli ancor pregare
Per noi Dio, fiorente roſa.
Tu faceſti la fanciulla
Ritornare intera, e ſana,
Che un pezzo con ſua mano
La padrona t' avea data.
Poi che ſei nel Ciel beata
Paſci noi, o prezioſa.
Tu ſalvaſti dalla guerra
Di quel Duca di Milano,
Che coperto avea il tuo piano
Di ſoldati, e la tua terra,
Or che Dio tua alma ſerra
Fa per noi ancor tal coſa.
Tu di Signa il ſuo Rettore
Meſſer Franceſco de' Fagiuoli
Da mortali, e aſpri duoli
Liberaſti con amore;
Or che puoi col Redentore
Metti noi ancor in poſa.
Tu paſſaſti eſſendo groſſo
Il fiume Arno in ſul mantello
Per virtù del puro Agnello;
Tieni a noi tue mani addoſſo.
Se pregar per ciò ti poſſo
Fa noſtr' alma luminoſa.

Tu

Tu faceſti ancor ſonare
Le campane tutte a morto,
Gangalandi, Signa, e 'l Porto,
Tu faceſti ſtupefare;
Non vedendo altur toccare
Le lor funi, o altra coſa.

Iulianus Datus illius Vitae auctor creatus eſt Epiſcopus Sancti Leonis, anno MDXVIII. diem autem ſupremum obiit anno MDXXIV. ut apud *Vghellium* videre eſt. Huius Virginis ſanctae Vitam nuper ſcripſit etiam *Fidelis Soldanius* Monachus Vallumbroſanus; eamque promittit pariter *Ioſeph. Maria Brocchius* in ſecundo Volumine *Vitarum Sanctorum & Beatorum Dioeceſis Florentinae*, quod brevi editurus eſt. Loco opportuniori ipſe quoque in hoc opere eam exhibebo. Anno MCCCXIII. Quum Henricus VII. Imperator in Podio Bonitii eſſet, ſententiam tulit in Florentinos, aliotque Etruriae populos, qui contra eum ſteterant; in qua Florentinos contumaces longa recenſione enumerat, & inter eos ſunt quidam de Signa. Eam ſententiam cum alia adverſus Florentinos lata Genuae anno MCCCXI. ipſe edidi ad *Partem III. Hiſtoriae Siculae Laur. Bonincontri in Deliciis Eruditorum*; atque heic iterum proferre e re noſtra eſſe arbitror.

In aeterni Dei nomine. Amen. Henricus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Ad certitudinem praeſentium, ac memoriam futurorum, ut confundantur ſuperbe agentes, & iniqui conturbentur & erubeſcant, dum praeponderantis eorum peccata, quibus iram meruerunt, appenſa in ſtatera iuſtitiae, ipſos trahunt in maledictionis profundum, & facti ſunt gentibus in deriſum. Sicut cera fluit a facie ignis, ſic pereant peccatores pertinaces in malo; exſultent iuſti in conſpectu Dei, & in laetitiis delectentur, habentibus, virtute praemium, & culpa ſupplicium, tranſiens poſteris in exemplum; ex ore ſedentis in throno iuſto iudicio procedente. Sane dum conatus nefandos, & opera deteſtanda, Communium, & Vniverſitatum civitatum Piſtorii, Vulterrarum, Groſſeti, Cluſii, necnon & caſtrorum Prati, Sancti Miniatis, Sancti Geminiani, Collis Vallis Elſae, Montis Politiani, & Caſtri Plebis, nec non & infra ſcriptarum ſingularium perſonarum, quarum aliquae de civitatibus, & caſtris praedictis, aliae vero de Florentia, Luca, Piſis, Senis, Eugubio, Monte Imperiali, qui olim Podium Bonizi dicebatur, & aliis terris & locis exſiſtunt, & inferius ſuo ordine deſcribuntur, rebellium Caeſareae Maieſtatis diligenter attendimus; venit pariter in lucem, quod ipſi, qui ex Imperialium liberalitatum & honorum adipe impinguati, & dilatati, exſiſtunt, antiquorum beneficiorum, quae praemio eorum ab Imperio receviſſe noſcuntur, immemores, & obtuſo gratitudinis intellectu, facti degeneres, & in

re-

Digitized by Google

reprobum ſenſum elati, contra Imperatoriam Maieſtatem eorum Dominam, & Magiſtram, ipſorum & aliorum fidelium quietem & commoda procurantem, quam eum omni ſubiectione revereri, cuique humiliato ſpiritu obedire tenentur, erigentes ſuperbiae cornua, & ſe in aliorum luveam demergentes, Maieſtatem ipſam, poſtquam provinciae Tuſciae fines intravimus, contumeliis & iniuriis provocarunt, & provocare continuatione temeraria, & temeritate praeſumtuoſa non ceſſarunt poſtmodum, neque ceſſant, tanquam qui videntur elegiſſe pro gloria confuſionis obprobrium, & irreparabile ruinae periculum pro tutela. Nam licet nos, antequam pro Imperialis diadematis ſuſceptione proficiſceremur ad Vrbem, Communia & Vniverſitates easdem ſingulariter & legitime requiri fecerimus & moneri, ut coram nobis per ſuos Syndicos ſufficientes comparere curarent, praeſtituri nobis, ut tenebantur & tenentur, debitae fidelitatis iuramentum, & noſtris mandatis, & beneplacitis pariturі; tamen ipſa Communia, & Vniverſitates a ſemitis mandatorum Domini aberrantes, & obturantes more aſpidis aures ſuas, dictos Syndicos ad praeſentiam noſtram mittere, dictumque iuramentum praeſtare contumaciter obmiſerunt; & nihilominus eadem Communia & Vniverſitates, & nonnullae de infraſcriptis privatis perſonis, ſicut ad noſtrum auditum publica fama deduxit, & fide dignorum teſtimonia, & rei experientia oculate probarunt, noſque quotidie clarius experimur, una cum Florentinis, Lucanis, & Senenſibus, Imperii hoſtibus, & Reipublicae turbatoribus manifeſtis, facta cum eis coniuratione in praedictae Maieſtatis offenſionem, Romanae advenientе noſtrae Imperialis coronationis tempore, ad exercendam prius excogitatam malitiam, videlicet, ſi poſſent, coronationis ſolemnia perturbare; & ipſorum iniquitate nequeunte ibi per Dei gratiam praevalere, nobisque poſtmodum contra Florentinos & alios hoſtes praefatos noſtra ſigna felicia dirigentibus Florentiam, ut pro poſſe ſuo Florentinos diutius in rebellione foverent, gentes armatas ſuae miniſtras nequitiae tranſmiſiſſe, ac aliqui de ipſis perſonis ſingularibus perſonaliter acceſſiſſe noſcuntur, & ipſorum quidam per ſe, quidam per alios, primo in Vrbe vias publicas & loca, per quae ad reverendam Baſilicam Principis Apoſtolorum de dicta Vrbe, non ſolum nobis, ſed etiam omnibus religionem forſan profitentibus Chriſtianam, munire, ac nobis & ipſis gentibus noſtris ad dictam Baſilicam, ne ibi dicta coronatio celebrari poſſet, aditum totis prohibere viribus praeſumſerunt: et tam in Vrbe ipſa, partibuſque vicinis, quam poſtmodum in Tuſcia, ſimul cum aliis hoſtibus noſtris praedictis, & ſine ipſis, inſidias poſuerunt, obſtacula paraverunt, ſpoliationes violentias incendia homicidia & alios enormes exceſſus in noſtrae Maieſtatis offenſam, Reipublicae perturbationem, ac pacis & tranquillitatis dictae provinciae impedimentum nequiter perpetrarunt; infraſcriptaeque perſonae ſingulae pro ſua ſingulari iniuſtitia & calliditate civitates caſtra & alia loca dictae provinciae, quae nobis debitam obedientiam denegant, ad rebellionem, & ad praedictos, & alios contra nos committendos exceſſus, pro ſuae malignitatis inſtigatione nequiter concitarunt, ipſaſque civitates caſtra & loca in rebellione tenuerunt & tenent, dando eisdem civitatibus caſtris & locis ad id auxilium conſilium & iuvamen.

Nos autem licet haec adeo notoria eſſent, ut nulla tergiverſatione caelari valerent, & nos, qui legibus ſubiecti non ſumus, contra Communia & Vniverſitates praedictas & ipſas ſingulares perſonas, poſſemus ipſis inrequiſitis procedere, tamen ex Auguſta Clementia, quae libentius emendat in ſubditos peccata, quam puniat; nec exſerit ferrum praeciſionis in morbos, quos ſanare poteſt mulcentis lenitas medicinae; ut experiremur utrum aliquis obedientiae ſpiritus remanſiſſet in eis, volentes ſuper his ex officio inquirі facere contra eos, Communia, Vniverſitates, & ſingulares perſonas praefatas, ſingulariter & legitime citari fecimus, ut coram nobis ad ſuam, ſi poſſent, innocentiam oſtendendam comparere curarent, alioquin ſuper his etiam ad ſententiam, non obſtante ipſorum, & cuiuslibet eorum abſentia, procedere curaremus. Verum eadem Communia, & Vniverſitates, & ſingulares perſonae, in malitia & contumacia obſtinatae, nec ipſi nec ipſorum aliquis in terminis ad hoc eis praefixis, vel quivis eorum, etiam poſt ipſos terminos exſpectati, comparere coram nobis aliquatenus curaverunt; propter quod eos ipſos contumaces eſſe reputamus, ac ſuper his pronunciamus fore, non obſtante ipſorum contumacia, procedendum. In ipſorum igitur abſentia, quam Dei replet praeſentia, receptis, & examinatis teſtibus ſupradictis, & eorum dictis in ſcriptis redactis, & per peritos noſtri Palatii ſolemniter publicatis, & cum diligentia recenſitis, factaque nobis de ipſis per eosdem peritos relatione fideli; & ſuper his omnibus Procerum, Principum, & aliorum Baronum noſtrorum, communicato conſilio, poſtquam apud eos nec requiſitiones, nec monita, nec manſuetudo, nec benignitas, proficere poſſunt, ut eorum temeritas elidatur, Chriſti nomine invocato in praeſentia dictorum noſtrorum Procerum, Principum, & Baronum, & populi multitudinis copioſae, in his ſcriptis ſententiamus decernimus & pronunciamus; Quod muri, murorum turres, & portae Civitatum praedictarum, Piſtorii, Vulterrarum, Groſſeti, Cluſii, ac etiam praedictorum caſtrorum Prati, Sancti Miniatis, Sancti Geminiani, Collis Vallis Elſae, Montis Politiani, & Caſtri Plebis,

bis, ſumtibus & expenſis hominum Civitatum, & Caſtrorum praedictorum totaliter diruantur, & funditus deſtruantur; eisdem ſumtibus & expenſis omnia foſſata, & valla in ambitu ipſarum Civitatum, & Caſtrorum facta explanentur, & devaſtentur; & dictorum murorum, & vallorum, & foſſatorum, ſolum aratrum patiatur; & tanquam muri, foſſata, & valla praedicta, reficiantur abſque Caeſareae Celſitudinis licentia ſpeciali. Eadem etiam Communia & Vniverſitates earumdem Civitatem, Piſtorii, Vulterrarum, Groſſeti, Cluſii, Caſtrorum Prati, Sancti Geminiani, Collis Vallis Elſae, Montis Politiani, & Caſtri Plebis, omnibus privilegiis, libertatibus, & immunitatibus, a nobis, vel praedeceſſoribus nuſtris Imperatoribus, vel Regibus Romanorum, vel eorum Vicariis conceſſis eisdem, nec non & ſtatutis, conſuetudinibus, quocumque iure vel titulu eis competant, vel ſint quaeſita, mero & mixto imperio, ſi quod hactenus conſueverunt exercere, vel facere exerceri, & omni iurisdictione iu Civitatibus, & Caſtris praedictis & quolibet, ax eis, & earum ac eorum burgis, nec nun & quibuſcumque aliis caſtris, & villis perpetuó privamus, iuſtitia ſuadente. Ac etiam omnia pedagia, telonea, gabellas, raditus, proventus, & cetera bona mobilia, immobilia, quae ipſa Communia, & Vniverſitates, & quodlibet, & quaelibet ex eis, habent tanent vel poſſident, vel quae ipſa, ſeu alii eorum vel earum nomine nercipere vel habere conſueverunt temporibus retroactis, nec uon & caſtra, burgos, & villas, munitiones, fortelitias, reditus, & proventus, & quaecumque alia bona, quae Communia, & Vniverſitates praedictae & quodlibet, ſeu quaelibet ex eis, intus & extra Civitates & Caſtra Ipſa, habent vel poſſident, aut quaſi, cum Ipſorum iuribus iuriſdictiunibus mero & mixto Imperlo nobis & noſtrae Camerae confiſcamua. Et nihilo minus Communia, Vniverſitates Civitatis Piſtorii in mille libris auri; Vulterrarum in ſexcentis libris auri; Groſſetl, Cluſii, Pratl, Sancti Miniatis, Sancti Geminiani, Collis Vallis Elſae, Montis Politiani, & Caſtri Plebis, & cuiusliber eorumdem, In quingentis libris auri puri dictae noſtrae Camerae applicandis, perſolvendis condemnamus. Et ſingulariter in his ſcriptis & omnes & ſingulos infraſcriptos de Civitatibus, & Caſtris praedictis & infraſcriptis terris & locis, ut Infra per ordinem adponuntur, & qui ſinguli pro poſſe ſuo fautores exſiſtunt, & auctores rebellionum, & exceſſuum praedictorum, fuiſſe & eſſe noſcuntur, aliis noſtris hoſtibus adſiſtendo continue, ut ſuperius continetor, tamquam rebelles, & proditores Imperii & leſae Maleſtatis crimine reos de toto Romano Imperio exbannimus & diffidamus, & eorum omnium & ſingulorum bona omnia mobilia, & immobilia, iura, & actiones in quibuſcumque rebus, & ubicumque in Imperiu competant, noſtrae Camerae advocamus, & confiſcamus, privantes eos omnes, & ſingulos omni hunore & dignitate, immunitatibus, & privilegiis, franchiſiis, & libertatibus, a nobis vel praedeceſſoribus Imperatoribus, vel Regibus Romanorum, & a quibuſcumque Principibus, Nobilibus, & perſonis aliiseis conceſſis, ſeu quocumque titulo adquiſitis, & eos, & qoemlibet eorum, perpetua damnamus infamia, ita quod ſint inteſtabiles, & ad nullum actum legitimum de cetero admittantur; & ſi quo tempore aliquis ipſorum in Imperii fortism devenerit ſibi extremum ſutcis ſupplicium inferstur. Dictarum quoque Civitatum & Caſtrorum, & cuiuslibet ipſorum & locorum, quae ſub earum, & eurum diſtrictu hactenus exſtiterunt, omnes, & ſingulos peritos iudicandi, & adſidendi; advocatos advocandi; & tabelliunes tabelliunatos officio privamua, & perpetuae volumus infamiae ſubiacere. Poteſtates, & Iudices, ac Notarios, qui praedictae rebellionis tempore, vel in futurum de praedictis offenſis obnoxii fuerint, & quivis ipſorum, abſque noſtra vel ſucceſſurum nuſtrorum licentia ad regimeo dictarum Civitatom, & Caſtrorum, vel alicuius earum aut eorum exercendum acceſſerint, omni aſſiſtendi, & iudicandi, & Notariatus, & cuiuslibet magiſtratus officio, dignitate, & auctoritate, omnibusque privilegiis, immunitatibus, honoribus, & iuribus, eis a nobis vel praedeceſſoribus nuſtris conceſſis, vel alio modo quaeſitis, omnes privamus, & tamqoam rebelles Imperii exbannimus & diffidamus, ut a cunctis noſtris, & Imperii, fidelibus impune perſonaliter, & realiter offendantur. Praeterea mandamus, quod nullus Princeps, vel alius Nobilis, ſeu quaecumque perſona, etiam cuiuſcumque ſtatus ſeu conditionis exſiſtat, nullaque Civitas, Caſtrum, vel Villa, ſeu quaecumque Vniverſitas deinceps, dictis Communibus, vel Vniverſitatibus, Piſtorii, Vulterrarum, Groſſeti, Cluſii, Pratl, Sancti Miniatis, Sancti Geminiani, Collis Vallis Elſae, Montis Politiani, & Caſtri Plabis, ac dictis ſingularibus perſonis per nos, ut patet ſuperius, comdemnatis & diffidatis, vel alicui eorum ſeu earum praeſtet in aliquo auxilium, conſilium, vel favorem; nec perſonas ipſas, vel aliquam earum, poſt unius menſis ſpatium ab hodie computando quoquo modo receptet, ſub poena quinquaginta librarum auri pro qualibet Civitate, Principe, vel alio Nobili; & viginti libris auri pro quolibet Caſtro, & decem libris auri pro qualibet perſona privata, quoties contra factum fuerit, & plus & minus ad noſtrum arbitrium noſtrae Camerae perſolvendis, decernentes quod unicuique impune liceat ſupradictas perſunas per nos taliter comdemnatas, & earum ſingulas, nec non incolas & habitatores Civitatum & Caſtro-

ſtrorum ſuperius condemnatorum, & Terrarum, quae olim de diſtrictibus fuerint ipſorum, perſonaliter & realiter capere, & tradere noſtrae Curiae de bonis ipſorum, quae ceperit, duas partes adſignando, & ſibi tertiam retinendo; inhibentes expreſſe, ut ſaepe dictorum Communium, vel Vniverſitatum, ſeu ipſarum ſingularium perſonarum, vel alicuius ipſarum, debitores de debitis, in quibus tenentur eisdem, ipſis nullatenus ſatisfaciant, nec praeſumant quomodolibet reſpondere, alioquin tantumdem noſtrae Camerae perſolvant, & ad id ſine ſtrepitu vel figura iudicii compellantur. Ab huiuſmodi tamen ſententiis, condemnationibus, diſfidamentis, & bannimentis, & aliis omnibus, & ſingulis, proceſſibus ſupradictis, omnes illos, qui ſunt de noſtra familia, & qui ab eisdem Communibus, vel Vniverſitatibus exulant quacumque ratione vel cauſſa, qui caſtra noſtra ſequuntur, & qui venerint, vel infra quindecim dies futuros ab hodie computandus accedent, videlicet, poſt, & non ante, quam acceſſerint ad mandata noſtra, volumus & declaramus cum eorum familiis & bonis exceptos & exemtos eſſe, ac ſub noſtrae protectionis clipeo permanere; quos omnes & ſingulos cum eorum familiis & bonis contra praemiſſa ſub protectione noſtra, & Imperii, reſervamus; has noſtras ſententias, & alia omnia ſupradicta, ex certa ſcientia robur firmitatis perpetuae obtinere volentes, & ſupplentes omnem defectum, ſiquis forſan eſt habitus in proceſſibus ob aliquam iuris ſolemnitatem omiſſam de Imperialis plenitudine poteſtatis, aliqua lege conſuetudine vel diſſuetudine non obſtantibus, quas haberi volumus pro expreſſis.

Nomina verò illorum qui de praedictis publice inculpantur, & contra quos proceſſum eſt, & reperti ſunt culpabiles de praedictis, ſunt infraſcripti. In primo de Civitate Florentiae.

SEXTV VLTRARNI.

Lupus)
Gualterottus) quondam Iacobi de Bardis de Florentia.
Ioannes, &)
Gualterius)
Anaſtaſius de Bardis.
Simon quondam Geri de Bardis.
Cete, &) Iuliani de Florentia.
Teruccius)
Bartholomaeus quondam Rede.
Richardus)
Tomaſus) Omnes Nepi de Bardis de Florentia.
Ciampus, &)
Nepus quondam)
Bandellinus Ioannis Bonguidae.
Coltus Bonguidae.
Gerardinus filius Colti.
Maſinus quondam Simonis Iacobi.
Mazzinus dell' Acerata.
Nerius)
Gurius, &) quondam Simonis Iacobi.
Nellus)
Franciſcus, &) quondam Iannucci de Bardis
Bertinus) de Florentia.
Lapuccinus Guernieri, &) de Bardis.
Bandinelius Iannucci)
Iohannes Pius de Roſſis.
Bandinus Liſcii.
Stoldus, &) eius filii.
Biancus)
Stoldus quondam Coppi Stoldi.
Guccius quondam Tinghi Bondini.
Manfredus Stoldi.
Berlingherius quondam Albizi Baldeſis.
Tinghius eius frater.
Guidus quondam Gerardi Della Fede.
Pela, &) Mazini.
Bandinus)
Porcharius, &) Del Roſſo.
Iacobus)
Tribaldus de Roſſis.
Guido Rigorelli.
Silveſter, &) eius filii
Bartholus)
Torellinus, &) De Fornariis
Binguccius)
Squaſſa Lapi Del Boccuccia.
Barone de Roſſis.
Niccholuccius de Belfredellis.
Aglinus Gionae de Aliumis.
Banchus de Allionis.
Cianinus)
Ciandinus) De Aglianis.
Vannes, &)
Bantheronus)
Coppus Cotennae.
Lapus eius frater.
Noſſus Guidi.
Tegghia, &)
Gerius de) Freſcobaldis de Florentia.
Guido Puniccia)
Cione Benintendi.
Meccus, &) Belliotti de Florentia.
Cennes)
Saſſionus Saſſini.
Nerius Corſini.
Iuſtus Bencii.
Iacobus de Certaldo. dictus Iudex.
Becchus, &) quondam Cecchi de
More) Quarata, &
Simon eius filius.
Loctaco de Quarata.
Rinuccius, &) Fratres de Piano, qui
Vgho) dicuntur Notarii.
Albizinus Vghi.
Peior Bartholi.
Banchus, &) eius fratres.
Lapus)

Fran-

Franciſcus della Scorte,
Goccia de Nerlis,
Nerius de Nerlis,
Baruae Bellagonella.
Manettus eius filius.
Baacherinus Bletuidi.
Gerius eius frater.
Bone, &) quondam Iacobi de
Ticius) Veruzano.
Vanni quondam Chiari da Varazano,
Gerius Bonſi Siguli.
Bindus, &) De Canigianis.
Dacuccius)
Cere de Canigianis.
Huricus quondam Sorelli.
Albizus de Corbinellis, qui dicitur Iudex,
Boninſegna Angeluccii.
Pacinus, &) De Malchiavellis,
Pagince)
Vann de Guicciardinis.
Bencinus Sonnae Benci.
Donatus frater dicti Sonnae,
Feus Gueri,
Pierus Cumpagni.
Guadagnius eius frater.
Lapus Rayneri,
Bindus)
Lottus, &) eius fratres,
Guiduccius)
Vgo Vgolini Benevieni.
Iohannes Lapi Vgolini.
Gottus, &) quondam Raynaldi
Binduccius)
Gaccius de Panzano,
Tuccius Ferrucci.
Taddaeus Rinuccii de Municalis.
Ceppus Magiſtri Lamberti.
Binellus Guicciardi qui dicitur Notarius,
Ioannes Mazza,
Palce, &) quondam Chiavicelle de
Pinus) Tigliamocchis.
Bellincione de Cacciaforis,
Lapaccius Cacciaforis,
Benſus Pegnochia.
Zuccarus de Soderinis.
Guerra de Soderinis.
Corſellus Bonaccurſi.
Silveſter eius filius,

DE SEXTU SANCTI PETRI MAIORIS DE FLORENTIA.

Belliacione de Donatis.
Lore Scolaris.
Donatus Gerii.
Aipardus, &) quondam Taddaei,
Iacobus)
Sinibaldus Simonis.
Americus)
Ioannes, &) quondam Curſi de Donatis.
Thomaſius)
Ma-

Maſus de Donatis,
Vrſus Burichocchi.
Maraccius) quondam Martelli de Donatis de
Donatus, &) Florentia,
Lappus)
Donatus qui dicitur Iudex de Donatis.
Lapus, &) filii Loris Scolaris.
Zuria)
Taddaeus Buoſi de Donatis,
Lapus)
Ioannes) Filii Belliacionis de Donatis de
Scolare, &) Florentia.
Donzellus)
Bindus, &) quondam Pepi de
Albertus) Adimaribus.
Alamannus quondam Boccaccii.
Talanus quondam Boccaccii.
Cantinus, &) quondam Guerrae de Caviccim-
Carolus) lis de Florentia,
Guidus Benſi.
Doſſus, &) quondam Lapi Alamanni.
Paganinus)
Guidus Didazi eorum nepos,
Gerardus Sgronae.
Pepus, &) Boccaccii de Caviccciulis
Talanus) de Florentia.
Ioannes Andreae, &) de Riccis de Flo-
Nerius Chiaza) rentia.
Ruſticus)
Riccardus) Omnes de
Ardingus) Riccis de
Bartolus qui dicitur Iudex, &) Florentia.
Iacobus qui dicitur Iudex)
Ioannes de Giugnis de Florentia.
Falcus, &) quondam Cambi de Giugnis.
Fatius)
Vgolinus, &) quondam Zampae de Giugnis.
Gerius)
Nerius Clerici de Pazzis.
Simon eius filius.
Iachinottus de Pazzis.
Clericus, &) eius filii.
Antonius)
Franciſius quondam Pazini.
Ghigus Iacobini de Pazzis.
Rottinus, &) quondam Iacobini de
Accorri) Pazzis de Florentia.
Lapus, &) quondam Geri
Cambius) Baleſtrerii.
Baldus de Agullione qui dicitur Iudex.
Chele, &) eius nepotes.
Nicolo)
Truſſa de Agullione.
Betto Riſtori.
Arrigus Rocchi qui dicitur Notarius,
Chellus Baldovini qui dicitur Notarius.
Baldovinus eius frater.
Bertus Baldovini pater praedictorum.
Mazzaeus quondam Miglioris Guadagni.
Perozius olim Perozii quondam Guadagni.
Me-

Megliorozus quondam Zati Guadagni.
Lottus Miglioris Paazae.
Bartolus quondam Benedicti.
Ioannes, &) eius fratres.
Nerius)
Gerardus quondam Vberti)
Canciozus quondam Terii)
Simon quondam Guidonis) de Vicedo-
Goccius quondam Cierriti) minis.
Laurentius Bambi Cierriti)
Albizus qui dicitur Notarius)
Lapus Brachi.
Lottus quondam Biadi Aliotti.
Naddus Cedecis de Aliottis.
Paſſa Zati Paſſavantis.
Simon, &) Gatti Paſſavantis.
Zatus)
Bellucius Corbinelli.
Franciſcus, &) eius filius.
Bengus)
Pannocchia Manni Riccomanni.
Lupus Rainaldi, &) Drittafede.
Salvinus Graſſus)
Durante Bonſaatini.
Bindus, &) Drittafede
Druti)
Cionettus Giovenchi de Baſtariis.
Tommaſinus, &) De Baſtariis.
Giacchettus)
Guidus Orlandi Ruſtichelli.
Lapus Davaazati.
Combius Magiſtri Salvi.
Lapus Covoni.
Avetus, &) Vermigli.
Lottus)
Riccus de Albizzis.
Lippaccius, &) Bartoli.
Girardus)
Fantinus, &) Ruſtichi Bonifacii.
Franciſcus)
Aldobrandus, &) Spigliati de Filicaia.
Iacobus quondam)
Naddus, &) quondam Spigliati
Ioannes dictus Notarius) de Filicaia.
Albertus, &) Bandini de Filicaia.
Pierus)

DE SEXTV S. PETRI SCARADII.

Naddus de Filicaia.
Chiaramonteſe)
Maſus eius filius)
Cinus) De Vecelliais.
Dominicus, &)
Biadus)
Ruggerius, &) Benti Medici
Spilla)
Rainaldus, &
Scarpa Scarpae.

Iohannes Alfani)
Beliuttus, &) quondam Forteſis Alfani.
Saadrus)
Landus, &) Beliotti.
Pace)
Tegghia della Vitella.
Cione de Magnale.
Gianotte, &) de Magnale.
Guidus)
Daccius Riſaliti.
Cione del Canella.
Iuannes Ruſtichelli.
Miglinus Magaldi.
Lapus Talenti.
Iaaaottus Bacelli.
Ruſtichus de Sancto Apoſtolo dictus Notarius.
Bellus Cullacci)
Cinus, &) quondam Gerardi Notarius.
Perozzus)
Duccius, &) Magalotti.
Ciones)
Lippus de Manciais.
Lottus, &) Guidonis Malabocche.
Ducciaus)
Nerius Marga de Manciais.
Catellinus)
Calcias, &) de Raffacanit.
Gregorius)
Lappus Zaſſa.
Guccius de Maneriis.
Ceſſus de Maneriis.
Bartolinus Cienni Alberti.
Donatus dell' Antella.
Cenninus Orifex.
Lapus Arnulfi.
Iacobinus Morelli de Tebalducis.
Lupus de Compobieaſſibus.
Bertinus de Rimbertinis.
Gallinus Cionis, &) De Sacchettis.
Vbaldinus Tadicli)
Rodulphus, &) quondam Gerii de
Giambertinus) Cavalcantibus.
Lorenzius Turagli de Vtine.
Mettus Bianchi de Pulcis.
Lanis, & Ghinuccius eius filii.
Lamus)
Fiorenzinus, &) Pucci Gobinelli.
Albicinus)
Cantinus, & Bertuccius Sinibaldi.
Lotterius Vberti.
Bettus,)
Baldus, &) quondam Guelſi de Pulcis.
Pake)
Franciſcus quondam Pucciardi.
Bertus, &) olim Dogii de Pulcis.
Doginus)
Guido Pieri, &) de Pulcis.
Ruggieri)
Banchellus, &) Lamberti dell' Antella.
Iohannes)

Io- Lom-

Lambertus Maſii de Antella.
Guidus Betti del Bene Populi Sanct. Romuli.

DE SEXTU BURGI.

Collenzanus Gentilis, &)
Pepus Raynerius, &) omnes de Bon-
Roſſi) delmontibus de
Manante Raynerius Marignani, &) Florentia.
Bindus Scancherini.)
Bondelmonte quondam Benghis, &)
Lottus quondam Bondelmontis)
Monte quondam Gerarducci) omnes de Bon-
Venturella quondam Benghi) delmontibus.
Vannes eius filius, &)
Fantones Giotti)
Bernardus Paccini dicti Giotti,
Franciſcus Cacciae Bonciani.
Bardus quondam Maſii Guernerii.
Caccinus, &) quondam Cienni
Giannotius) Bonciani,
Brandallus quondam Bartoli.
Dardanus, & Leonus, fratres de Acciainolis.
Montemagni, &) quondam Marchi
Acciainolus) de Acciaiuolis.
Tile)
Bindus)
Ugho, &) Oddi de Acciaiuolis.
Pierus)
Lapus Rinovantis.
Tuccius Scambrilla.
Guccius Baris Tomabelli.
Nerius quondam Bellincionis.
Bellincione eius filius.
Ioannes Simonetti.
Azolinus de Buſtichis.
Alexander Fortebraccii.
Andreas de Buſtichis.
Corteccione de Buſtichis.
Bertus, &) quondam Corteccionis
Pace) de Buſtichis.
Banchus Nepi de Buſtichis.
Raynerius de Buſtichis qui dicitur Iudex.
Simon, & Sengna de Arruſſatis.
Gerius)
Guglielminus) quondam Manetti de
Pierus, &) Spinis.
Vannes)
Philippus, &) quondam Ugonis
Spina) Spinae.
Doſſus Lapi Ugonis Spinae.
Simon Gerardi, & Advocatus eius frater.
Vannes, &)
Simon) Roſſi de Gianfigliazzis
Nicolaus Telli de Gianfigliazzis.
Gerius de Gianfigliazzis.
Stoldus, &)
Cantes) de Ardinghellis.
Franciſcus Ubaldini, &)
Lapus Donati) de Ardinghellis.

Ruſſus de Giandonatis.
Scolarus, &)
Uguiccione) quondam Rudolfi.
Malignus, &) de Iamdonatis.
Noſus)
Coppus Stephani.
Pazinus, &)
Peſcinus) quondam Guſci Peſci.
Ceccus, &) quondam Ruſtichi
Bartolus) Armainoli.
Facius de Segna, qui dicitur Iudex
Ioannes, &)
Facius) qui dicuntur Notarii.
Ceccus, &)
Dinus) quondam Corſi Fornarii,
Donatus Tucci Buſi
Vannes Colti.
Medicus Aliotti.
Sagna Filippi.
Bernardus, &) quondam Pacini
Tegghia) Botticini.
Rinuccius quondam Cocchi.
Ioannes, & Tuccius Compagni.
Bartolus, &) quondam Mei
Neroccius) Compagni.
Meglius, &)
Firenze) Fagginoli.
Buonus Callighaius.
Gianni, &)
Maſus) Benci Lanaiuoli

DE SEXTU SANCTI BRANCACII.

Chele Pagnini Bordoni.
Anſelmus Palle.
Duccius Palle.
Vannes Puccii qui fuit de Forlì.
Vannes Marſilii de Vecchiettis.
Cenni Nanni Oricellarii.
Spinellus de Monſciano,
Paganus, &)
Lapus) de Strectiis.
Ubertinus qui dicitur Iudex.
Lapus Lucoli.
Rainerius del Foreſe.
Landus Marini.
Salvinus Albizi Oliandolo.
Gerardus quondam Ugolini Ventrala.
Ugolinus Cardinalis dictus Iudex de Tornaquincis.
Cardinale Girolami.
Lottus Ardinghi.
Attore Belchari.
Magiſter Ioannes Medicus.
Ceſſus Beccanugi.
Bernardus, &)
Ferruccius) da Bordonibus.
Lapus de Mangone.
Baldus Borghi.
Gerius Orlandi.
Mannus Attaviani.

 Acbori

Acbori Beliardi.
Dukinus Aurifex.
Gnatanus de Pilis.
Feus Mini Alberti.
Franciſcus Zucconis.
Cbuccus Miniati.
Cbeccus Corſi Fornarii.
Nerius Vinattieri.
Iobannes Incontri.
Lippozzus Gerardini Gianni.
Bindus dictus Bindaccara.
Bettinus)
Cette, &) quondam Ormanni de Foraboſcbis.
Altieri)
Zuccarius Magiſtri Iulii.
Giannus eius frater.
Maſſius Zuccari.
Lapus Marine.

DE SEXTV PORTAE DOMVS.

Nepus Nepi della Tuſa.
Clericus eius filius.
Gottefredus, &) quondam Roſſi.
Simon)
Gannuccius de Matriola.
Pinus quondam Vannis.
Ioannes Saxus quondam Rainerii.
Roſſellinus quondam Henrici.
Odaldus della Toſa.
Vuglia de Ameriis.
Verius Rondinelli.
Bufficus, &) Conſigli.
Lapuccius)
Falcoccius Rondinelli.
Nicolaus, &) de Cerreto.
Taddaeus)
Donatus, &) Lapi Viviani.
Falcardius.)
Butus, &) Ricbi.
Davancinus)
Bartolinus, &) Lapi de Caliana
Giunta)
Tertius de Bonellis.
Gerius Cardinalis.
Alexius de Crinario.
Amadore Lanniuulus.
Albertus Roſone qui dicitur Iudex.
Gerius Ruſone qui dicitur Notarius.
Bezolinus, &) quondam Fortis
Lapus) Beſoli.
Bindus de Brunelleſcbis.
Martellinus Ricbi.
Bartolus de Aacbionibus.
Stepbanus Toſcanelli.
Cambius Malabocche.
Tuccius Ciapi.
Cambius Cappellanus.
Andreas Spinelli.
Cenninus eius frater.

Lippus Bongie.
Lapus, &) de Medicis.
Ardingbus)
Bone Benſi qui dicitur Notarius.
Iacobus de Marignollis.
Bancus, &) Falcbi Bonaccorſi.
Caſſinus)
Dominicus Bencivienis.
Prateſe Beccarius.
Neruccius, &) Bendi del Nero,
Gieri) de Ambroſiis.
Scolaius de Iandonatis.
Orſucbius Tebaldi de Iandonatis.
Iacobus Magnoli.
Iannoctius Pucci Magnoli.
Donatus, & Lapus Benci de Magnolis.

DE SEXTV PORTAE SANCTI PETRI.

Durante Vinatterius.
Tomaſius)
Henrigaccius) filii Aglionis de
Vgoluttus, &) Aglis.
Maruccius)
Nerius, &) Cbinucci Bonſan-
Ventinus) tini.
Ciones Salimbeni.
Gbigus)
Lapus, &) Ruggerii Campanarii.
Franciſcus)
Lapus,) Bonſantini.
Durante)
Corbizus Mazocbi.
Bertius Arrigbi.
Durancozius Bonſantini.

Nomine vero Comitetinorum Florentinorum, qui de prædictis publice inculpantur & diſſamantur, contra quos iam proceſſum eſt, ſunt iſta infraſcripti.

Baldus, &) Fini.
Ranierius)
Scbiattinus) De Bonzzis de Figbine
Tile, &) Vallis Arni Superio-
Scalza) ris.
Braccius Gentilis de Palmeriis.
Paulus Arrigbi qui dicitur Iudex.
Mazola Vice)
Lappus Citti)
Buſaza Cittadini)
Maza Cituzi) Qui omnes
Bonacelius, & Monis) ſunt de Co-
Tonus Landi) ſcia Vallis
Angelus Bocchineri) Arni ſupe-
Magna Giuncbi) rioris.
Geſcha Decbi)
Duti))
Giaſſa, &) Vito)
Romanus))

Lip- *loan-*

Ioannes Sartoris qui dicitur Notarius,)
Vannes vocatus Aſtanticus)
Tonus Landi)
Nicola de Franceſis.
Franciſcus Arrighi de Minettis de Figbine.
Mazzuolus de Franceſis.
Ioannes Neapoleonis de Minettis de Figbine.
Bindus)
Panziera, &) *Vgi de Ricaſoli*.
Bindaccius)
Faggiolus)
Bertus, &) *Vgonis de Cachiano*.
Zeppa)
Roſſus de Viella de Chianti.
Pannocchinus Ruggerii) *De Broglie*.
Iacobus Alberti)
Vgolinus de Vertine.
Nuccius)
Lapus) *filii Tolli de*
Alexander, &) *Vzano*.
Guccius)
Guccius)
Tolus, &) *Rainaldi de Panzano*.
Bindaccius)
Bindus)
Ciampoli, &) *eius filius de Panzano*.
Fredi)
Vannes)
Tinghinus, &) *Balduvinetti de Gerardinis*.
Bettus)
Bettus)
Duccius) *Lotteringhi de Gerardinis*
Maſſus, &) *de Monte Corbolini*.
Naldus)
Vannes) *quondam Bernardini de Ge-*
Naldus, &) *rardinis de Monte Corbo-*
Gerardus) *lini*.
Bernardus, &) *quondam Bernardi*
Manfredi) *Orlandi*
Guidus Impiccia)
Niccoluccius, &) *eius filii*)
Fanuchius)) *omnes de Squar-*
Gualterii, &) *filii Berna-*) *cialupis de Mon-*
Tanus, &) *di praedi-*) *tenauo*.
Armaleus) *cti*.)
Serfinus Lupi Squarcialupi.
Monaldus Squarcialupi.
Ciampus eius filius.
Gerardus Ruggerii della Fiorina.
Tone Riccardi.
Guarnerius Vangi, &) *de Ciparello*.
Vangus Righetti)
Bruccius quondam Bonninſegne de Adora.
Quercius)
Fede, &) *eius filii*.
Segna, &)
Orlandus)
Berrardus de Monte Rinaldi.
Bindus Tegghie.
Folcus eius filius.
Maſſus, &) *etiam eius filii*.
Tegghia)
Guccius, &) *quondam Thebaldi dicti*
Trebaldus dictus Panziera) *Fuche de MonteRanaldi*,
Luca, &) *Tabaldi de Stinchis*.
Maſus)
Scolaius de Gangalandis.
Bernarduccius)
Sangallus)
Cignus Marucci) *de Signa*.
Facius Garulla, &)
Bertaldus.)
Robba de Rinaldis.
Bernardus)
Guiduccius, &) *eius filii*.
Iacobus)
Vnitollus, &) *quondam Gualterii*.
Bindaccius)
Guccius) *quondam Rainaldi omnes de Ri-*
Gualterius, &) *naldis de Segna Comitatus*, &
Franciſcus) *Cives Florentini*.

Data, lata, & pronunciata fuit dicta Sententia per dictum Dominum Imperatorem pro tribunali ſedentem; & lecta, & publicata mandato, & in praeſentia ipſius Domini Imperatoris, per Paulum Ranuccii de Monte Imperiali Notarium, & eius Officialem, & in praeſentia mei Leopardi Frenetti de Piſis Notarii Camerae Imperialis; & Magiſtri Ioannis de Vrbino Notarii ipſius Domini Imperatoris, quibus & inſuper Notariis ſupradictis idem Dominus Imperator praecepit, quod de praedictis omnibus, & ſingulis fiant & dentur, & faciamus & demus publica Inſtrumenta. In Caſtris apud Montem Imperialem praedictum Florentinae dioeceſis ſuper Florentiam. Et haec omnia ibidem acta fuerunt, & convocata ibi ad audiendum dictam Sententiam legi Imperiali mandato, multitudine copioſa tam Nobilium, quam Popularium de partibus ultramontanis, & Italiae, ac etiam aliunde, praeſentibus magnificis, & potentibus viris, & dominis, Amideo Comite Sabaudiae, Ioanne Comite Foreſii, Manfredo de Claramonte Comite Mohac, Henrico de Flandria Mariſcalco dicti Domini Imperatoris, Tancredo Comite de Mutigliona, Federico Comite Montis Feltri, Conte Comite de Ileio, Spinetta Marchione Malaſpine, & dominis Aegidio Theſaurario Domini Imperatoris, Franciſco Tani de Vbaldinis, Nicolao de Zaoro de Ianua, Baldinaccio de Adimaribus de Florentia, Baſcheria de Toſingis de Florentia, Alexandro de Oiſt, Simone Filippi de Piſtorio, Nicolao de Bonſignoribus de Senis, Ioanne Zeno de Piſis, Theobaldo de Belloviſo, Baldovino de Monte Cornero, Raniero de Caſulis, Giano de Cerchis de Florentia, Paulonio de Faggiuola, & Raniero Iannis Comite de Donoratico, & quamplurimis aliis fide dignis testibus

Maſſ-

ad haec rogatis, & vocatis. Dominicae Nativitatis anno milleſimo trecenteſimo tertio decimo, Indictione XI. die XXIII. menſis Februarii; ac Regni ipſius Domini Imperatoris anno quinto, Imperii vero primo.

Ego Rainerius filius quondam Leopardi Frenetti Notarii, & Piſanus Civis, Imperatoria Maieſtate Iudex Ordinarius, atque Notarius publicus, praedicta omnia, ut in actis ſuprascripti Leopardi olim patris mei tunc temporis ut ſupra Notarii Camerae ſupradicti Domini Imperatoris inveni, ita ſcripſi & publicavi; ac meum nomen, & ſignum appoſui: & haec eſt ſubſcriptio ipſius Rainerii Notarii, &c.

Caſtrum Carze cum podio, apenditiis, territorio, curte, hominibus, perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eius territorii.

Caſtrum Montis Aſinarii cum podio, & eius apenditiis, territorio, curte, hominibus, perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eius territorii.

Silvam ſitam in Curio Biviglianí, Plebatus Sancte Felicitatis, cum aliis iuribus, que habet Epiſcopatus Florentinus in dicta Terra Bivigliani, & eius apenditiis, territorio, curte, hominibus, perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, paſcuis, pratis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eius territorii.

Caſtellare Voglie cum podio, & cum Valle de Monte alto, & Carmignano, & eius apenditiis, territorio, curte, hominibus, perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eius territorii.

Homaggium, vaſſallagium, & fidelitates, atque dominium ſuper fideles, vaſſallos, homines, & perſonas de Terris Populi Plebis S. Ioannis in Petrorio, & Plebis S. Petri in Sieve, & Populi S. Iuſti in Fortuni cum terris, domibus, familiis, & bonis, que in dictis locis habent, & que tenent a dicto Epiſcopatu.

Homagium, vaſſallagium, & fidelitates, & ſervitia, & honorificentias, & obſequia, que preſtare conſueti ſunt, & debent Nobiles de Barberino de Mucello D. Epiſcopis Florentinis, qui pro tempore fuerunt, & fuerint, maxime ratione dicte Terre de Barberino, cum aliis terris, iuribus, iuriſdictionibus, & bonis, que tenent ipſi, & tenuerunt eorum maiores a d. Epiſcopatu.

Caſtrum Montis Buiani cum palatio, patronatu, & collatione Ecclesie Sancte Marie, que eſt ſuper ipſo Caſtro cum villa de Piemonte, & patronatu, & collatione plebis Sancte Reparate de Piemonte, cum villa de Citorniano, & patronatu, & collatione Ecclesie Sancti Martini dicte ville cum eorum, & cuiuſcumque ipſorum podiis, apenditiis, territorio, curte, hominibus, perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & locorum & eorum, & cuiuſcumque eorum territorii.

Caſtrum Cerſine cum iuribus expreſſis in privilegio, & cum podio, & eius apenditiis, territorio, curte, hominibus perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eius territorii.

Caſtellare de Sexto cum podio, & toto eius Plebatu cum eius apenditiis, territorio, curte, hominibus, perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, paſcuis, pratis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eius territorii.

Homagium, vaſſallagium, fidelitates, atque dominium ſuper fideles, vaſſallos, homines, & perſonas de terris Vallis Marine, & Padulis, & Gratiani ſeu Manerini cum rivo, piſchario, & molendino, & terris, que, & quas habet Epiſcopatus Florentinus in terra de Padule, cum terris, domibus, familiis, & bonis, que in dictis locis habent, & que tenent a dicto Epiſcopatu.

Caſtrum Capallis, cum domibus, palatio, & antiquo patronatu, & collatione Ecclesie, que eſt ibi cum muris, foveis, molendinis, aqueductibus, piſcariis, flumine Biſentii, cum eis adpenditiis, territorio, curte, hominibus, perſonis, vaſſallis, fidelibus, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eius territorii.

Homagium, vaſſallagium, fidelitates, atque dominium ſuper vaſſallos, fideles, homines, & perſo-

ſonas de terra de Campi cum terris, domibus, familiis, & bonis, que in dictis locis habent, & que tenent ab Epiſcopatu Florentino.

Homagium, vaſſallagium, fidelitates, atque dominium ſupr fideles, vaſſallos, homines, & perſonas de Colianla, & Monte Rappoli, cum eorum territoriis, domibus, & familiis, & bonis, que in in dictis locis habent, atque tenent a d. Epiſcopatu Florentino.

Caſtrum Florentinum tum podio, & domibus exſiſtentibus ſuper d. podio cum apenditiis Burgis, & Subburgis, Mercatali, & Mercato, ſervitiis, cenſibus, renovationibus livellariis, penſionibus debitis, & debendis ex domibus, & ſpatiis conſtitutis ſuper d. lotis, & tum eius territorio, curte, hominibus, perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis d. Caſtri, & eius territorii: & cum ſervitiis, fidelitatibus, homagio, & vaſſallagio, debitis a Nobilibus de Colle Pucci, & iuribus, & bonis, que ipſi Nobiles tenent ab Epiſcopatu Florentino.

Homagium, vaſſallagium, & fidelitates, atque dominium ſuper fideles, vaſſallos, homines, & perſonas de Terra Catignani, & Linari diſtrictus Florentie tum poderi, quod eſt in territorio de Linari, & cum domo Epiſcopatus, que eſt in Caſſero d. Terre, & cum terris, domibus, familiis, & bonis, que in dictis locis habent, & que tenent a dicto Epiſcopatu.

Cenſum antiquiſſimum, quem Epiſcopatus predictus debet habere a Communi de Podio Bonitii, & iura, que habet Epiſcopatus in proprietate d. Terre de Podio Bonitii, & eius Curie, & in perſonis d. terre.

Homagium, vaſſallagium, fidelitates, atque dominium ſuper vaſſallos, fideles, homines, & perſonas de Terra Cinciani Communis Podii Bonitii, cum terris, domibus, familiis, & bonis, que in dictis locis habent, & que tenent a dicto Epiſcopato.

Homagium, vaſſallagium, & fidelitates, atque dominium ſuper fideles, vaſſallos, homines, & perſonas de Populo, & Plebatu S. Petri in Boſſole: & Cenſum debitum a Plebe S. Petri in Boſſole cum terris, domibus, familiis, & bonis, que in dictis locis habent, & que tenent a d. Epiſcopato.

Caſtrum Fabrite tum palatio, & domibus, podio, patronatu, & collatione Eccleſie Sancti Andree, que eſt ſuper podio d. Caſtri tum eius apenditiis, territorio, curte, hominibus, perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eorum territorii.

Caſtrum Montis Campoleſis cum podio, terris, & Populo Sancte Lucie de Liguano, S. Martini de Coſſaris, S. Andree de Nuovole, S. Gaudentii, S. Bartholi de Ripole Epiſcopi, & Plebis S. Stefani de Campoli, & patronatu, & collatione d. Plebis, cum podio, apenditiis eius. & cum territorio, curte, hominibus perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eius territorii.

Caſtrum Montis Acuti Plebatus Campoli cum podio, & apenditiis eius, territorio, curte, hominibus, perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eius territorii.

Caſtellare de Decimo tum patronatu, & collatione Plebis de Decimo tum tota terra S. Caſſiani, & circumſtantibus Villis, & cum eorum apenditiis, territorio, curte, hominibus, perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, paſcuis, pratis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eius territorii.

Caſtrum S. Martini Epiſcopi, quod alio nomine adpellatur Caſtrum S. Martini ad Argianum cum domibus, muris, reſediis, plateis, foveis, & cum podio, & eius apenditiis, territorio, curte, hominibus, perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eius territorii.

Caſtrum Petrioli Plebatus Decimi, cum podio, & Villa del Cigliano, & S. Bartholi de Faltignano, & cum eorum apenditiis, territorio, curte, hominibus, perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eius territorii.

Caſtrum Torniani, tum podio, & eius apenditiis, territorio, curte, hominibus, perſonis, fidelibus, vaſſallis, fluminibus, aquis, ripis, iuriſdictionibus, ſilvis, pratis, paſcuis, poſſeſſionibus, & pertinentiis dicti Caſtri, & eius territorii.

Homagium, vaſſallagium, fidelitates, atque dominium ſuper fideles, vaſſallos, homines, & perſonas de terris Montis Buoni, Pazzolatici, & Giogolis, tum eorum terris, domibus, familiis, & bonis, que in dictis locis habent, & que tenent a dicto Epiſcopatu.

Sed, ut tandem, poſt haec diverticula, ad noſtrum *Montem acutum* redeamus; ille quidem eſt, qui in Alpibus Vitiliani exſiſtit: adeoque non idem eſſe poteſt, qui in Diplomate *Othonis* Imperatoris, anno MII. dato, apud *Puccinellium* memoratur, atque deſcribitur; contra quam ſuperius opinatus fueram: nam hic *Mons acutus* ab *Othone* memoratus eſſe videtur ille, qui in agro Arretino eſt, & cuius ſuperius ex *Buralio* meminimus. Noſtri autem *Montis acuti* non infrequens mentio in

in antiquis monumentis: nam de illo, praeter ea, quae commemorata ſunt ſuperius *pag.* 28. 30. 31. 43. 44. mentio habetur in vetuſtis Privilegiis Eccleſiae Florentinae, ut ex ſubiecta eorumdem recenſione, quam ex Regeſto Epiſcopatus Florentini heic deſcribimus, exſtat.

Qualiter clare memorie Dominus Ludovicus Romanorum Imperator Auguſtus per ſuum privilegium contulit Epiſcopo Andree Florentino, & ſuis ſubceſſoribus in perpetuum, omnes res pertinentes domui Sancti Ioannis, & ſervos, & liberos, reſidentes in terra Sancti Ioannis, & omnes homines commendatos in Eccleſia Sancti Ioannis, & ab eis ſanxit nullum tributum perſolvi, niſi domui Sancti Ioannis, Habemus privilegium ipſum Sigillo dicti Imperatoris ſigillatum. Anno regni huius vigeſimo quinto.

Qualiter Imperator Lotterius tertius per ſuum privilegium confirmavit Epiſcopatui Florentino Caſtrum Montis Iovis, Caſtrum Montis Buiani, Caſtrum de Monte Acuto, Caſtrum de Montazzi anno Imperii eius milleſimo centeſimo trigeſimo tertio, Imperii dicti Domini Lotterii primo.

Qualiter Ingbilbertus Marchio Tuſcie confirmavit Epiſcopatui Florentino ſupradicta quatuor Caſtra, que ſupradictus Imperator Lotterius confirmaverat dicto Epiſcopatui per ſuum privilegium ſuo ſigillatum, & ſcriptum ſub milleſimo centeſimo trigeſimo quinto, undecima Kalendas Februarii.

Qualiter bone memorie Petrus Florentinus Epiſcopus dedicavit Monaſterium Sancti Petri Maioris ad uſum monialium, & aliqua predia dicto Monaſterio tradita confirmavit. Habemus privilegium dicti Epiſcopi cum eius ſubſcriptione, & Canonicorum Florentinorum.

Qualiter celſiſſime recordationis Dominus Carolus Magnus rex Francorum, & Romanorum Imperator Auguſtus, contulit Epiſcopatui Florentino fiſcum publicum de Quaracchi, ſicut in ſuo privilegio continetur, ſub octingenteſimo octuageſimo.

Qualiter Ildericus Marchio Tuſcie ſecutus veſtigia tertii Octonis, & tertii Lotterii Imperatorum, & Curradi Marchionis anteceſſoris ſui, confirmavit Epiſcopatui Florentino Caſtrum de Monte Iovis, Caſtrum de Monte Buiano Caſtrum de Monte Aczii, Caſtrum de Monte Acuto, Podium Loncaſtri. Item Albergaria Marchionibus debita in Plebatibus Sancti Petri in Piſſide, Sancti Stephani de Campuoli, & de Decimo, de cuius Privilegio patet eius Sigillo ſigillato ſcripto per Galitium Notarium ſub milleſimo centeſimo trigeſimo nono, octava Indictione Auguſti.

Qualiter Imperator Otto contulit Epiſcopatui Florentino quaſdam turres in Civitate Lucana per ſuum privilegium ſua bulla bullatum ſub noningeſimo nonageſimo nono, Indictione undecima.

Qualiter Imperator Otto donavit Epiſcopatui Florentino Monaſterium Sancti Andree de Florentia cum omnibus bonis ſuis, Anno Domini noningeſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

Qualiter idem Imperator Otto donavit Epiſcopatui Florentino Planum Maiorem prope Sevem, qui erat iuris Imperialis, per ſuum privilegium, ſub anno noningeſimo ſeptuageſimo octavo, cuius privilegii habemus exemplum cum plurium ſubſcriptione Notariorum dicto ſigno ſignatum.

Qualiter bone memorie Gottifredus Epiſcopus Florentinus ſub ſua, & ſucceſſorum ſuorum, & Epiſcopatus Florentini, protectione ſuſcepit hoſpitale Calzainoli, a Ioanne Calzainolo fundatore ipſius hoſpitalis. Habemus privilegium dicti Epiſcopi.

Qualiter felicis recordationis Andrianus Papa quartus per ſpetiale Sedis Apoſtolice privilegium confirmavit Epiſcopatui Florentino Plebem Marturenſem cum omni iure ſuo Parochiali, & Eccleſias Burgi eius, & commiſit Epiſcopis Florentinis, & eorum poteſtati Monaſterium de Ripoli, ſub milleſimo centeſimo quinquageſimo Sexto XV. Kalendas Maii.

Qualiter Papa Innocentius tertius in ſua, & Apoſtolice Sedis protectione ſuſcepit Epiſcopatum Florentinum cum omnibus bonis, & iuribus ſuis, que propriis duxit exprimenda vocabulis, ſub anno Domini milleſimo ducenteſimo nono X. Kalendas Iulii.

Qualiter Lucius Papa tertius per ſuum privilegium confirmavit Epiſcopis Florentinis Marturenſem Plebem, & eius Parochiam, & irritavit quidquid Senenſis Epiſcopus optinuerat a Sede Apoſtolica in detrimentum Epiſcopatus Florentini de Eccleſia, & Plebe predictis, ſub milleſimo centeſimo octuageſimo ſecundo. IIII. Kalendas Ianuarii.

Qualiter Anaſtaſius Papa quartus confirmavit Epiſcopatui Florentino omnia bona, iura, & iuriſdictiones eius, per ſuum privilegium, ſub milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio, XVII. Kalendas Aprilis.

Qualiter Innocentius Papa Secundus confirmavit Epiſcopatui Elororentino omnia iura, & bona ſua, & iuriſdictiones ſub milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo, III. Kalendas Maii.

Qualiter Adrianus Papa quartus revocavit conceſſionem, quam fecerat Epiſcopatui Senenſi in Monte Bonitii in preiudicium Epiſcopatus Florentini, ſub milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto, tertio nonas Decembris.

Qualiter Innocentius Papa tertius viſis, & intellectis iuribus in cauſa vertenti inter Epiſcopatum Florentinom ex una parte, & Epiſcopatum Senenſem ex alia, de Eccleſia, & iure Parochiali dicti Montis Bonitii, pronuntiavit in favorem Epiſcopi Florentini ſuper facto Parochie, ſub anno ſui Pontificatus duodecimo, decimaquarta Kalendas Iulii.

Qualiter Innocentius Papa quartus indulſit

 per

Digitized by Google

per ſuum privilegium Epiſcopo Florentino, quod non poſſit excommunicari per aliquem Delegatum, Subdelegatum, Executorem, ſeu Conſervatorem a Sede Apoſtolica deputatum, nec ſuſpendi, neque interdici, abſque mandato Sedis ipſius faciente de indulto huiuſmodi mentionem, cum quo privilegio eſt executoria ſuper ipſo Indulto.

Qualiter Innocentius Papa tertius per ſuum privilegium confirmavit Epiſcopatui Florentino iura ſua, ſub anno milleſimo ducenteſimo octavo, duodecima Kalendas Iulii.

Qualiter Innocentius Papa ſecundus confirmavit commutationem, quam fecit dictus Epiſcopus Florentinus cum Abbate de Loncaſtro, ſub anno Domini milleſimo centeſimo trigeſimo primo, Nonis Februarii.

Qualiter Andrianus Papa quartus confirmavit Epiſcopatui Florentino Eccleſias, bona, & iura ſua, ſub milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto, tertio nonas Decembris.

Huius Montis acuti quoque mentionem facit *Borghinius* ſuperius laudatus, ubi de Eccleſia, & Epiſcopis Florentinis, & de *Ioanne* Epiſcopo agit; qui quum ibidem alios contractus ab Epiſcopo *Ioanne* factos memoret, omnes heic ex eo congerere fert animus, olim mihi multum profuturos. Eius verba ſunt quae ſequuntur.

E perciò deſiderando (*i Fiorentini*) di non avere tanto a vicino i Conti Guidi, come egli avevano a Monte di Croce, fin l'anno 1154. ſpianarono per forza d' arme il Caſtello, onde naſcevano molte violenze, e diſturbo a tutto il paeſe intorno, laſciando nondimeno loro libero il frutto, e dominio de' beni: ma finalmente imparato per pruova quel, che aveva potuto operare queſta vicinanza nello ſpazio di 70. anni nelle conteſe, e motivi di Barbaroſſa, e di Enrico, e veggendo coronato il ſecondo Federigo, e per alcuni ſegni indovinando, che non ſarebbe, come e' non fu migliore in queſta parte, o più quieto del padre, e dell' avo; il che toccò poi loro pur troppo a provare: guidarono la coſa in modo, che l' anno 1226. i Conti ebbono per bene di vendere quel, che aveano in que' luoghi, che era oltre a Monte di Croce, Monte Ritondo, e Galiga, & il Comune allura fece artatamente comperare al Veſcovo; e per condurre tutto più agevolmente, l' accomodò di danari, o veramente gliene donò parte, ſecondo che ſi trova in una Riformagione ſotto 26. d' Ottobre 1227. poco dopo la ſopraddetta vendita, e le parole ſono, quel ch' elle s' importino, che ſi debba fare aioto al Veſcovo di danari per la compera fatta da lui di Monte di Croce &c. Or venendo a toccare più ordinatamente l' azioni, o più preſto parte, di queſto Giovanni; Dico che come egli ebbe meſſo mano a riordinare la ſua Dioceſi, e volere riconoſcere così nello ſpirituale, come nel temporale, quel che aſpettava alla cura ſua: per caſo ne' ſuoi primi anni ſucceſſe la morte dell' Abate di S. Miniato, il quale era, come ſi diſſe al ſuo luogo, di fondazione, e dotazione del Veſcovado, e ſi era riſerbato il padronato, e ſuprema maggioranza nella ordinazione, e diſpoſizione di eſſo Monaſtero. E qui per maggior dichiarazione di queſta propria maggioranza, ſe ben diſopra ſe n' è appieno arrecata l' origine, aggiugnerò pure da che l' occaſione ſi porge, che nell' entrate ſolenni, delle quali alcune ve ne ſono regiſtrate, poiche il Veſcovo avea preſo il poſſeſſo della Sedia ſua nella Cattedrale, e cantata la prima meſſa in S. Giovanni, come già ſi è detto, ſuo titolo, e il primo viaggio, e la prima impreſa, era la viſita, e ricognizione di S. Miniato; e vi è aggiunto ſegnalatamente farſi queſto ſecondo l' antico, e ordinario coſtume. E per altre ſcritture, e a molti ſegni ſi vede, che ſpeſſo, e come lor coſa, lo frequentavano, il che fece col tempo venir voglia a M. Agnolo de Ricaſoli nel ſuo Veſcovado di murarvi accanto per maggior ſua comodità, e degli altri, un magnifico, e ſecondo quei tempi agiato Palazzo, che ancor con l' arme di quella famiglia vi ſi vede, che fu poi donato a quel Monaſterio. Eſſendo adunque mancato l' Abate, perchè i Monaci n' avean da lor chiamato un' altro gli ſcomunicò, e coſtrinſe a pigliar quello, che volle lor dare, come era di ragione, e come i ſuoi anteceſſori aveano fatto, & il medeſimo avvenne di altre Chieſe, e religioſi di ſua iuridizione, da lui ſecondo gl' ordini eccleſiaſtici, e ſuoi proprii privilegii, informati; fra' quali ſono nominati particolarmente le Donne di S. Martino la Melſola, che era in que' tempi Monaſterio, & oggi è ſemplice Chieſa; e quelle ancora di Monſignano tutte fuor della Città, & alcuni dentro, e tante altre Chieſe, che ſaria troppo lungo a dire. Fu notabile la conteſa col Veſcovo di Siena per la Pieve di S. Agneſa di Poggibonzi, che era ſtata lunga, e per poco continua, e faſtidioſa lite, ma finalmente n' ottenne da Innocenzo terzo l' ultima ſentenza in favore l' anno 1209. E quanto a' ſecolari; conſiderando che molti per l' occaſione delle lunghe ſciſme, e col favore Imperiale, s' erano appoco appoco dimenticati, o maliziosamente ſottratti dalla ſolita obbedienza, e ſi ritiravano di volerlo, come e' dovevano, riconoſcere per Paſtore, e padrone inſieme, & avendoſi creati alcuni di loro di propria autorità Conſoli, & altri loro Rettori, & Ufiziali, come particolarmente que' del Borgo a S. Lorenzo aveano fatto appunto nel ſuo principio, queſti diſpoſe dell' uffizio; e quegli ſcomunicò, finche gli riduſſe a gli antichi termini, e diede a tutti finalmente que' gover-

na-

natori, che gli patveto ſecondo la qualità de' luoghi, e i biſogni degli uomini, opportuni, e egli primo, per miu avviſo, introdoſte l' uſo delle Podeſtà, ne' luoghi della ſua iuriſdizione: il quale fu poi da' ſeguenti Veſcovi frequentemente, e magnificamente, uſato. E me lo fa credere, non tantu che non ſe ne vede menzione innanzi a lui, & al ſuo tempo, e dopo, molto ſpeſſa; quanto che genetalmente fu qua da noi intotnu a queſti tempi, come io poco fa dicea, queſto nuovo uſizio introdotto; del quale ſe alcuna coſa ci ſarà degna di conſiderazione pel Veſcovado, ſi ſerba al ſuo luogo. Voltoſſi poi a gli oomini di Querceto ſotto Montemorello: e petchè, come ſi può dall' effetto credere, erano ricorſi ſotto lo ſcudo dell' autorità publica, non fuggì in queſto il Veſcovo il giudizio de' Conſoli della Città, che eta allora il primo Magiſtrato; nè di vero gli biſognava temete, perchè gli coſtrinſero ſobito a riconoſeerſi per ſuol Fedeli quelli, che erano, e rendergli la debita obbedienza; e ſpezzati i primi riſcontri, ſi andarono molto le coſe per innanzi agevolando; e gli rioſcì con minor fatica di ridurre di mano in mano or queſti or quelli al ſegno: come particolarmente ſi vede degli huomini di Monte Boiano, che ſi riconobbono per Coloni, e Fedeli l'anno 1213. Io potrei dire il medeſimo di Caſtelnuovo, Cilicciavole, San Piero in Boſſolo, S. Caſciano a Decimo, Caſtel Fiorentino, S. Creſoi a Valcava, di Vaglia, Vico di Mugello, e molte altre Caſtella, e Comonità, pel ſuo Veſcovado ſparſe, delle quali ſarebbe opera di poco ſtutto, ritrarre quì ogni particolare, e quelle poche poſſon baſtare per eſempio di tutte l' altre. Ma queſto non è da laſciare, che e' piacì ancora con famiglie nobiliſſime, e che erano allora de' primi guidatori della Città, come de' Boondelmonti ſpecialmente, con Sinibaldo, Gentile, Rinieri, e Bernardo, figliuoli, dice, di Scolari da Montebuono, che agevolmente poſſono eſſere di quel lato, che poi ſi diſſero gli Scolati: e ciò avvenne innanzi poco alle fortone di quella caſa l' aono 1212. e fu per cagione di alcuni vaſſalli, e fedeli del Veſcovado, che coloro aveano per ſuoi; contro a' quali ottenne il Veſcovo, e ſi vede che poi l' anno 1214. e' divide terre con Boondelmonte, e Gherardo di Teghiaio, per levare, credo, nel tempo a venire occaſione di nuove liti. Veggonſi le ragioni del Veſcovado ſopra Montebuoni molti, e molt' anni innanzi, perche fin l' anno 1092. un Rinieri d' un altro Rinieri, rimette nelle mani del Veſcovo il Caſtello, e poggio tutto di Montebooni, e lo riconoſce dal Veſcovado, e fa certo giuramento di fedeltà, & un Orlandino di Vbaldino con Orlandino novello ſuo figliuolo, o di queſta medeſima famiglia, o pur d' altra che ſieno; che agevolmente ſi potrebbon credere per riſcontro d' altre ſcritture de' nobili di Barberino di Mugello: promettono l' anno 1184. di non alienare in modo alcono le terre, e ſelve di Treggiaia nella Corte di Montebuoni, che riconoſcevano in Feodo dal Veſcovado. Ma che anche dopo queſta lite del Veſcovo Giovanni, reſtaſſe fra loro alcun legame, & obbligo, non ſi può dubitare, veggendoſi al tempo del ſuo ſucceſſore Ardingo l' anno 1231. che M. Rinieri detto Zingano, e M. Teghiaio di Buondelmonte, & inſieme M. Buondelmonte, e M. Gentile di Vgoccione, & il ſoprannominato Rinieri di Seulaio, & altri di queſta Famiglia giurano certa fedeltà al Veſcovo, e 20. anni appreſſo M. Buondelmonte, Vguccione di Rinieri Scolari, ed altri, fanno il medeſimo. Conteſe ancora per la recuperazionn di alcone ragioni ſopra il Caſtellu di Cercina, o come ſi chiama in quelle carte di Cerſina, & alcuna fiata Cerſino, come io penſo, con la Famiglia da Caſtiglione, o de' Figli Tieri, e fu commeſſa la cauſa dal Papa a certi Canonici, che la decideſſero, che avervi ragioni, e molto vecchie, il Veſcovado, ſi moſtra, che l' anno 1072. Rolando di Federigo, & Ariotto di Sichelmo, chiamati in quella ſcrittura nobili, rinunziano in mano del Veſcovo quantunque ragioni egli aveſſero in qoel Caſtello. Ma la prima donazione, e oblazione fatta di queſto, e d' altri beni aſſai al Veſcovado, fu d' un Guidalberto di Cariſendo, fin ſotto l' Imperio di Berengario, cioè negli anni della ſalute 600. o quello intorno. E Cardinale di Iacopo Tutnaquinci vien l' anno 1217. a giurarſi per fedele, e così altri molti, con le quali Famiglie, & altri di queſta taglia, non ſarebbe per avventura ſtato molto ſicuro ne' paſſati tempi, volere urtare. Svegliò queſto ardimento del noſtro Veſcovo gli animi d' altri Religioſi a ricercare anch' eſſi ſimili loro antiche ragioni da diverſi occopate, e diedero inſieme ſperanza d' ottener i ſooi proſperi ſucceſſi, onde come ſi vede in una Decretale di Onorio III. la Badia di Fiorenza in qoeſto tempo coſtrinſe gli oomini del Caſtello di Signa a pigliar il Rettore da lei, il quale nella ſua prima fondazion le era dalla Conteſſa Vguilla madre del grand' Vgo, Duca e Marcheſe di Toſcana, ſtato donato, l' anno di N. S. 982. E pochi anni appreſſo, come ſi cava di ſoe private ſcritture, convenne alle civili i Cavalcanti, & i Pazzi detti di Valdarno, ſopra il Caſtello di Oſtina, e di Luco, e gli coſtrinſe e riconoſcere da ſe le dette Caſtella, e pagarne i cenſi annualmente correnti, & inſieme ſodisfare de' corſi. Queſto Caſtello di Luco era antico dono del medeſimo grand' Vgo, fin l' anno 995. Ed egli molto dotò, & aggrandì queſto Monaſterio, e tanto, che, come altrove ſi è detto,

ue

ne è egli tenuto il fondatore, quantunque veramente fuſſe opera della madre. Ma oggi appena ſi ſaprebbe dove fuſſe ſtatu, ſe non che un rivo, che ſotto vi correva, e ritiene il nome di Ri di Luco, fino ad ora ne conſerva la memoria. Ma di maggior momento ſono, e più a queſto noſtro propoſito fanno le compere, che aſſai, & importanti ſi truvano io quel libro; e quaſi tutte da perſone oobili, e delle principali famiglie Fiorentine, quantuaque molte oon ſe ne riconoſcano oggi, per non aver il più delle volte, ſecondo l' uſo di quei tempi, altro contraſſegno, che il ſemplice nome del padre: il qual coſtume fu così io quei tempi frequeote, che ſi può dir miracolo, quando vi ſi trova quel della caſa. Oltreche, ſpeſſo i nomi, che erano allora della famiglia, non ſooo que' medeſimi, che forono poi: e ſpeſſo ancora ſi chiaman più da' looghi, come que' da Padule, de' quali oo Aldobrandino di Drudo vende vaſſalli l' anno 1218. così da Vico, da Barberino, da Montecchio. E di queſti un Tolomino con Prete Alpigiano ſuo fratello vendono l' anno 1206. vaſſalli del Caſtel della Pila, & Ville di Colcelli, e Polcanto. Ma che ci dogliam noi, o dobbiam dolere, che non ſi ricooofcano, o ſien perduti a' tempi noſtri i nomi degli uomini ſpicciolati, o delle famiglie intere: da poi che molto allora buone, & agiate Caſtella non ſi ritrovin più, & oggi vi ſi ſemina, e vi ſi taglia, & appena che ci ſia memoria de' nomi. Ben ne poſſono oltre al tempo, che conſuma ogni coſa, aver dato in gran parte propria occaſione le maladette parti, che cominciando in queſti tempi, lungamente poi afflissero, e finalmente per poco diſertaron la Città noſtra, e buon ſegno ne può eſſere che in queſti contratti ſi treovano fra l' altre queſte famiglie Menamazzi, Ghinazai, Bronci, e Pilaſtri, delle quali oggi non ci è forſe memoria, ſe ben di quegli ultimi oe ſono alcuoi nominati fra' mallevadori Ghibellioi nella pace del Cardinale Latino, e reſta ancora una ſepoltura in Santa Maria Novella. Ma il vederle compreſe, nella legge degli eccettati Ghibellini, e Biaochi, ſubito ci addita la cagione eſpreſſa della rovina loro. Ma di quegli che ſi riconoſcono, ſono aſſai a buonora, cioè l' anno 1207. Ruggieri, & Jacopo d' Vguiccione Giandonati, che venderono al Vaſcovo alcuni ſuoi coloni, & uomini co' riſedii, & ogni lor avere verſo Petriuolo, e nel Piviere di Giogoli (io ſeguirò pure di adoperare le proprie voci di que' contratti, perchè talvolta poſſono importare più, o meno dette a un modo che a un' altro, e quelche le vagliano, o che ne ſappiamo noi, è già detto di ſopra) e da certi da Filicaia comperò oltre ad alcune pezze di terreni, tutte le ragioni, che compeeevano loro, da Rivo Berandi al Caſtellare di Quooa, il che conferma il detto di ſopra, che fuſſe molto a buon ora disfatto il Caſtello, che queſto ci ſignifica la parola ch' egli uſa di Caſtellare. E l' anno 1214. gli veode Bellincione d' Vberto di Bernardo degli Adimari tutte le terre, e poſſeſſioni, e uomini, e coloni attenenti a lui nel Caſtello di Monteacutolo nell' Alpe di Vitigliano. Ma di quei, che non ſi riconoſcono, ſooo Guido Vbertini di Valcava, e Romeo ſuo figliuolo, e Baglione d' Vguccione, che aveano beni, & uomini in quel di San Creſci, & un Drudolo con Gianni del Peſce, il quale poi veggo chiamato M. Gianni, e l' anno 1228. fatto ſpecialmente Cittadino Fiorentino, figliuoli d' Orlandino, dice, de' Rimberti, cha aveano molte coſe di là dall' Alpi in Feudo dal Veſcovado, e i Caſtelli di Lozzole, e di Salecchio. Con queſti, ſecondo me, ſtanno i figliuoli Maghinardi, co' quali conteſe innanzi alla Podeſtà M. Vberto da Mandella l' anno 1220. & uno Vbertino Inghinolfi, ſe così ſi dee leggere, che l' anno 1218. donò al Veſcovo terre, caſe, ragiooi, e vaſſalli a Molezzano, Paglierìccio, Loncaſtro, Palude, & Vezzano; e così Ardiccione, & Vbaldino Vgolini in quello di Monteſieſoli, e nel medeſimo luogo Drudolo, e Buonaccorſo di Picchio con Iacopo lor fratello, nel contratto chiamati Nobili. Avea il Veſcovado molte, o buone ragioni nella Corte, a Caſtello di Vico di Mugello ab antico, che ne fece gran parte vive queſto Veſcovo, e per unire, & accomodare, come io penſo, le ſue coſe inſieme, comperò da Vberto di Rinieri d' Vberto, beni, fedeli, a coloni, che avea nel detto Vico, e ſua Corte. E medeſimamente dal nobil Gherardo di Baglione, e da Orlandino, e Gherardino ſuoi figliuoli, i quali tutti, e altri molti con queſti, vendono a queſto Veſcovo beni, e fedeli, e coloni a gran dovizia. E da queſto ſi può ben conoſcere, ch' egli erano perſone di conto, e di molte facultà: e che fuſſero nobili dal teſtimonio delle ſteſſe carte, le quali il più delle volte gli chiamano con queſto nome. Ma ſarebbe oggi quaſi impoſſibile riconoſcere le Famiglie, e come elle ſi chiamino ora, quando elle ſien pure infino a queſti noſtri tempi durate, che di tutte non ſi dee diſperare, poiche tante altre ne abbiamo ancora di quello ſteſſo ſecolo, ſe nuovi riſcontri non ſi ſcopriſſero, o ſi traeſſe un po di ſpiraglio da' luoghi dove queſte antiche, e gauſſe famiglie aveano lor tenute particolarmente, de' quali ci è pure ancora un poco di lume generale. Ci ſono ſpeſſo nominati i Golfi, o Nolfi, che ſieno de' Nobili di Vico ſopradetto, e l' anno 1222. venderono lor beni, ragioni, uomini, e coloni: nè sò, ſe ſono i medeſimi con uno Vpizzino d' Vghetto de' Golfi da Caſole, come ſi chiama ſpeſſo uno medeſimi-

de-

deſima famiglia, riſpetto alle tenute loro, con diverſi nomi, come veggiamo chiamati alcuni degli Vbaldini della Pila, della Carda, da Senno, dalle Pignuole &c. E ſe anche ſono di quei che talvolta pare, che ſi dicano Sighinolfi, o Fighinolfi: che non è poca fatica a ſapare cavare la vera lezione di quelle ſcritture: e queſti agevolmente ſi putrebbono credere parte, o vogliam dire alcun de' lati di quelle prime famiglie; Figiovanni, e Figbinaldi, che ebbero molto che fare pel Mugello: a dalle quali uſciron poi, come apartamente dice il noſtro Villani, molti legnaggi nobili in Città, e Contado, & in quella parte ſpecialmente; ma queſto è un indovinare, & al noſtro propoſito poco monta. Veggonviſi nominati più volte Rigaletto, Orlandino, a Aghinetto, figliuoli di Piero dal Monte, che pigliano a livello certi terreoi, e di loro ſi può credere eſſar diſceſi quelli, che poi ſi diſſero Lorini, e il Monte è ona villa, o tenuta, che dir ſi debba, ancor oggi poſſeduta da queſta famiglia, e molto vicina a quella di Caſole, della quale ſi è diſopra ragionato. Noo occorrerebbe entrare ora in altro dalla compera fatta da' Conti Guidi, eſſendoſene ragionato di ſopra: ſe non che per levar ogni ſcrupolo, che poteſſe naſcere in leggendo il Villani, quando ſi veniſſe a confrontare con contratti della vendita, che pongono la coſa altramente; cioè che i Cooti venderono a M. Aldubrando di Gherardo detto, che fu per avventura il padre di quel M. Teghiaio tanto nominato, servì in queſto caſo par uom di mazzo, che non ſi trovando, ſecondo che ſi può credare, chi troppo s' aſſicuraſſe di contrattare co' Conti, o come troppo potenti, o come qua' che non reſtava lor beni in ſul Fiorentino, ove in qualunque caſo di moleſtia, poteſſer volgarſi, ſi fidarono della ſicurtà di queſto onorato Cavaliere: il quale nel medeſimo tampo, che compara dai Cooti, allora allora rivande al Veſcovo, e ſi conoſce agevolmenta che a queſto, o ad altro ſimile fine, ci ſi meſcolò la perſona ſua: ma il Villani noo attendando le finzioni, e la apparenze, anzi pur il vero, e ſuſtanzial fatto, come che la coſa fuſſe da loro maneggiata allora, diſſe qoel, che era in affetto ſeguito. Queſto mi fa credere il pochiſſimo tempo, che Meſſer Aldobrando le teona, e come ne parla il Villani: ſe beo veggo che ci potette ancora aver luogo il riſpetto di ſopra accennato, che accortoſi il Cavaliere, che quella compera paſſava con poca ſadiſfazione dell' oniverſale, che non amava, che tali famiglie creſceſſer tanto in potere, come prudente che egli era ſi riſolveſſe per lo meglio a riuſcirſene; ma di coſe private, e di tanto tempo, è troppo malagavola a ritrovare certi particolari, e chiaro è, che quel che ſe ne fuſſe la cagione, così paſsò la biſogna. E fino a tanto ci può per ora baſtare de' fatti di queſto primo Giovanni, il quale, poi che ebbe con gran reputazione 25. anni governata la Chieſa noſtra, e non ſolamente molto da ogni parte accreſciuta, ma laſciata ancora la via aperta, e ſpedita a' ſucceſſuri di bene in meglio avanzarla, ſi riposò nel Signore l' anno 1230. e fu nel Duomo di Santo Giovanni in Sepolcro di Pietra ripoſto, con Epitafio di due verſi Latini aſſai ſemplici, e, conforme al guſto di quella groſſa età, rimati, come ancor vicino alle fonti ſi vede.

Patria Velletrum, ſancti fuit illa Ioannis,
Qui iacet hic Praeſul, cui pax ſit omnibus annis.

Hactenos *Vinc. Borghinius*. Sed & forte hic idem Mons Acutus, quo de agimus, nominatur in Diplomate *Friderici Aenobarbi*, ut ſuperius innuimus, a *Soldanio* in *Hiſtoria Paſſinianenſi* edito, & a me ex Apographo Viri Illuſtriſſimi *Vincent. Bardii*, Comitis Varnii, emandato, quod ita habet:

In nomine Sanctae & Individuae Trinitatis. Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Imperialis Eminentiae celſitudo praeclara ſuorum fidelium ſervitia prae oculis ſuae Maieſtatis ſemper habere conſuevit; nobiles quoque viros, & eos, qui pro dilatando Imperialis Coronae ſolio tempore pacis & guerrae fideliter & ſtrenue plurimos labores & maximas expenſas tolerarunt, congruis honoribus & amplioris gratiae beneficiis, decorare. Quapropter univerſorum Imperii noſtri fidelium per Italiam exiſtentium praeſens noverit aetas & ſucceſſura poſteritas, quod nos ex conſueta benignitatis noſtrae gratia dilectum & fidelem Principem noſtrum Comitem Albertum de Prata, & eius legitimos heredes, omnia quae habet vel detinet, vel alii nomine ſuo habent vel detinent, & quae habiturus eſt, & quaecumque ſunt in ſuo diſtrictu ſub noſtra Imperiali protectione atque tutela ſuſcepimus. Concedimus quoque praedicto Comiti Alberto, atque donamus & reſtituimus quaecumque Avus eius Comes Albertus, & Filii, & Nepotes habuerunt, quod non ſit ab Avo alienatum & alii nomine ſuo, vel ipſe quoquo modo habet vel habuit. Reſtituimus etiam praedicto Comiti Alberto quaecumque Avus eius Comes Albertus & Filii & Nepotes a ſe alienaverunt de Comitatu, & quaecumque alii homines de Comitatu ipſorum alienaverunt, ſicut ordinatum eſt in Roncbalia; in omnibus autem rebus, poſſeſſionibus, diſtrictu nominatis, & in omnibus aliis, quae habet vel habuit, de conſilio noſtrorum Principum ſpeciali largitate & praerogativa omnia regalia & iura & omnem noſtram iuriſdictionem, quam habemus, & quae vel ad nos, vel ad Imperium ſpectat, quorum nomina ſunt haec: Caſtrum videlicet de Prata cum Aiola & Canonica, & cum omnibus ſuis per-

pertinentiis & diſtrictu, & Ognanum, Capraria, Simontunum, Quarantula, Lucignanum, Salevulpe, Pognia, Fuadignana, quarta pars de Catignano, Caſtellum Fiorentinum, Ripa Mortara, Montetalliari, Begole, Catle, Biganum, Petracorbaria, Ilci, Coraia, Caſtellina, Bucignianum, Covorranum, Dardinum, Magone cum Cirigniana, Benſtolo, Terra villiſe, Rocca, Gonſientis, Monticellum, Artaza, Cerbaria, Vergnio, Mont Acutus, Bargi, Pucidioſa, Certaldo, Caſi, Rocca de Vico, Camugniano, Baragattia, Limogno, Caſtiglione, Creta, Mucone, Pitianum cum Sparago. Haec omnia cum omnibus aliis a Comite Alberto, vel ab aliis nomine ſuo poſſeſſia cum curtibus, diſtrictibus, & pertinentiis ſuis, in Alpibus, Vallibus, Montibus, Planitiis, Molendinis, aquis, aquarum decurſibus, inſulis Fluminum, Ripis, Pedagiis, Teloneis, Mercatis, & Mercatorum curaticiis, Paſcuis, Paludibus, Salectis, Sylvis, cultis & incultis, diviſis & indiviſis. Conſtituimus etiam ei, ſuiſque legitimis heredibus, uſantias, & bonas conſuetudines, quas domus ſua ſolita eſt habere tam in Civitatibus, quam extra, in Caſtellis, Villis, & diſtrictibus. Concedimus etiam eis & ſtatuimus, ut haec omnia praedicta Imperiali auctoritate libere habeant & abſolute poſſideant ab omni hominum petitione in perpetuum, omniumque hominum moleſtatione, inquiſitione, & contradictione remota; inſuper aquarum pontibus & navigiis. Statuentes ergo iubemus, ut praedictam Comitem Albertum in hac noſtra donatione nullus Archiepiſcopus, non Epiſcopus, nec Dux vel Marchio, non Comes, non Civitas, non Poteſtas, non Rectores vel Conſules, nullum Commune, nullaque perſona magna vel parva, moleſtare vel inquietare vel diſveſtire praeſumat. Huius rei teſtes ſunt Leodicenſis Epiſcopus, Chriſtianus Cancellarius, Otho Palatinus, Comes Marcvaldus de Grimbach, Comes Bebardus, Marchio Montis Ferrati, Comes Blandmneaſis, Bezro Sacri Palatii Iudex, Mantuanus Epiſcopus, & alii quamplures. Si quis vero hanc noſtram authoritatem violare praeſumpſerit mille libras auri pro poena ſe compoſiturum cognoverit; dimidium Camerae noſtrae, dimidium dicto Comiti. Ut autem hoc verius credatur, & ab omnibus conſervetur, praeſentem paginam ſcribi, & Sigillo noſtro iniunximus praemuniri.

Signum D. Friderici Imperatoris Rom. Invictiſſ.

Ego Chriſtianus Curiae Cancellarius vice Dom. R. Colonienſis Archiepiſ. Italiae Archicancellarii recognovi.

Actum quoque eſt anno Dominicae Incarnationis MCLXIV. Indict. XII. Regnante D. Friderico Rom. Imper. Sereniſſ. anno Regni eius XII. Imper. vero X. Dat. Papiae, quarta Idus Auguſti. Sequuntur deinde atteſtationes Notariorum, qui ex Autographo Diploma tranſcripſerunt.

In Diplomate autem *Friderici II.* anni MCC-XX. quod ſuperius *pag.* 70. adlatum eſt, quatuor Montes Acuti memorantur; unus ubi dicitur: *Montem Pauli, Celle, Montem Acutum, Stancilum, Vidiglianum &c.* quem puto illum, qui in Alpibus Vitiliani eſſe dicitur; quemquam paullo inferius alius Mons Acutulus nominatur, qui pariter in Alpibus Vitiliani eſſe videtur. Verba enim Diplomatis ſunt: *Roſſolenam, Caſole, Montagutulum, Villam de Vitilliana &c.* Deinde vero alius enunciatur ita: *Furtiam cum curte, Montagutulum, Abbatiam de Albovino, Palmaiorem, Monteſaſſi, Scopetum; Monteritundum, Agenem, Galigam &c.* Quem locum puto ita reſtituendum: *Furtiam c. c. M. A. d. A. Planmaiorem,* ſeu *Planummaiorem*, qui forte hodie *Pianmaggiore* vocatur, *M. S. M. Acanem, G. &c.* Quartus denique ita recenſetur: *Lorinzanum cum curte, dimidium Montisagutuli, dimidium Subbiani &c.* Et hic poſtremus Mons Acutus eſſe videtur ille, qui in agro Arretino extat, quemquam ſuperius *pag.* 148. illum, qui in Valle Arni ſuperiori exiſtit, eſſe putaverim. Iam puto conſtare duos eſſe Montes Acutus in Mucillo, vel eius confinibus, unum in Alpibus Vitiliani, alium non procul ab iis, & forte ambos interdum inter ſe confuſos; primum Montem Acutum, ſecundum Montacutulum dictum, in quo Eccleſia SS. *Iacobi & Mineatis*. Sed multo pluria de hoc Monte Acuto habentur in Regeſto Epiſcopatus Florentini, quae quum memorentur in ea parte, in qua de Molezzano etiam, & Pagliariccio, agitur, illam totam huc transferre iubet, utpote meo propoſito perutilem atque neceſſariam. Haec igitur *pag.* 180. ita habet:

Vigeſima quarta pars eſt de Molezana, Pagliariccia, & Monte Acutolo.

Qualiter Chele Curſi Sindicus Epiſcopatus Florentini locavit ad affictum Balduccio olim Gherardini de Pagliariccio duas petias terre poſitas in Curia Molezzani, loco dicto Farneto, in termino viginti annorum pro annuo ficto quatuor ſtariorum grani, unius paris capponum, unius galline, & ſex denariorum. Carta manu Datii de Rezza Notarii ſub MCCXCVI. *Indict.* IX. *die* XVII. *menſis Auguſti.*

Item poſtea finito dicto termino Ser Bindus de Calenzano Sindicus dicti Epiſcopatus locavit dictas terras dicto Balduccio pro annuo ficto ſex ſtariorum, & duarum pullorum, & denariorum unum aliud par capponum dat pro uno Caſtellari, quod tenet ab Epiſcopatu predicto poſito in Pagliariccio. Non eſt nomen Notarii qui fecit dictam ſecundam locationem quarantigiare fecit.

Qualiter Maſcherinus Sindicus Epiſcopatus Florentini locavit ad affictum Argomento Micchi de Pagliariccia unam petium terre poſite alle Macine in termino viginti quatuor annorum pro annuo ficto unius ſtarii grani, & unius ſpatule carnium

nium portinarum. Carta manu Vgonis de Ruzzo Notarii ſub MCCLXV. VIII. Idus Septembris Indict. VIII.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus reamanſivit Martinum Fantinelli de quodam reſedio poſito Alla Valle, de quo dare, & ſolvere promiſit dicto Epiſcopatui annuatim ſoldos ſedecim Piſanorum veterum, & unam gallinam. Carta manu Ser Bonaſti Notarii ſub MCCXXI. VI. Kal. Maii Indict. IX.

Nota quod de dicto reſedio tenent certam partem pro dicto Epiſcopatu heredes Vguluccii de Frignano, de qua parte ſolvunt annuatim dicto Epiſcopatui unum ſtarium grani, & aliam partem tenet Venturinus Guidecti de Vitigliano, de qua ſolvit annuatim dicto Epiſcopatui unam iminam grani.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus locavit ad affictum perpetuum Ghianni Martinelli della Valle certas terras poſitas, de quibus dare, & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui ſex ſtarios grani. Carta manu Guictomanni Notarii ſub MCCLV. Pridie Idus Auguſti, Indict. XIII.

Qualiter Bulgarus Abbas de Creſpino, & Inghinolfus Vbertini, & quidam alii donaverunt Domino Petro Epiſcopo Florentino, & Epiſcopatui domos, fideles, redditus, & omnia iura, quos, & que habebant, & eis pertinebant in Caſtro, & Curia Molezzani, & Pagliariccii. Carta manu Iohannis Galitii Notarii ſub MCXCVII. Kalendis Auguſti Indict. XV.

Qualiter Grimaldus quondam Petronis optulit, & donavit Eccleſie Sancti Iohannis Florentie certa bona poſita in Curia Pagliariccii. Carta manu Ser David Notarii, & exemplata manu Ranerii Notarii tempore Imperatoris Octonis. Que bona tenet hodie Monaſterium S. Franciſci de Ribuzolis. Quod hoſpitale eſt manuale dicti Epiſcopatus.

Qualiter Vbertinus Inghinolfi donavit D. Iohanni Epiſcopo Florentino, & Epiſcopatui, domos, terras, fideles, & iura, que habebat, & ſibi pertinebant in Curia, & diſtrictu Molezzani, Pagliariccii, Loncaſtri, Padulis, & Vezzani. Carta manu Reſtauri Notarii ſub MCCXVIII. decima Kalendas Decembris.

Qualiter quedam ſententia lata fuit in favorem Epiſcopatus de poderi olim Iohannis Vbaldini de Molezano. Carta manu Ser Bonafidei Notarii ſub. MCXCIX. die tertio Kalend. Iunii, Indict. II.

Qualiter Benvenutus Viviani de Pagliariccio tenetur annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino unum pollaſtrum pro quadam domo, quam tenet ab Epiſcopatu, poſita in Burgo de Pagliariccio. Carta manu Ser Gherardi Vgolini Notarii ſub MCCXXIX. quarta Kalend. Ianuarii, Indict. tertia, quam domum tenet modo Balduccius Gherardini, & de ea ſolvit annuatim d. Epiſcopatui unum par capponum.

Qualiter Mencholus Mazze de Frignano fuit confeſſus in preſentia D. Ardinghi Epiſcopi Florentini, ſe dare debere, & ſolvere dicto Epiſcopatui annuatim octo ſtarios grani ad ſtarium Burgenſem, & unam ſpatulam carnium porcinarum, & tres panes, & tres denarios, & unum gallum, & decimam de terra, de qua datur gallus. Carta manu Grimaldi Notarii de Peſciola Notarii ex imbreviaturis Ser Bonsiusi Iannis de Viſpignano Notarii ſub MCCXL. nonis Novembris Indict. XIV.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus locavit in perpetuum Ilderino Vberti de Molezzano unum Molendinum ſitum pro annuo fictu octo ſtariorum grani, & octu ordei, ſive milii, vel panici, ad ſtarium Burgenſem. Carta manu Iacubi Notarii ſub MCCXXIII. pridie Idus. Septembris Indict. XI.

Nota, quod d. molendinum tenent heredes Ser Vghetti de Molezzano.

Qualiter Bellanteſe Benintendi de Molezzano donavit D. Gherardo Procuratori D. Petri Epiſcopi Florentini pro Epiſcopatu Florentino recipienti, fideles, domos, & alia iura, que habet in Caſtro de Molezzano, & eius Curia, & in Caſtro de Pagliariccio, & eius Curia. Carta manu Bonafedis Notarii ſub MCXCVIII. XVI. Kal. Septembris Indict. primo.

Qualiter Iohannes Piccholi, Procurator, & Sindicus Domini Iohannis Epiſcopi Florentini locavit in perpetuum Vberto Palmerii de Pagliariccio unam petiam terre, poſite prope Gambaria, pro annuo fictu unius imine grani dicto Epiſcopatui ſolvendi. Carta manu Gerardi Vgolini de Pagliariccio Notarii ſub MCCLXXIIII. die decima exeunte menſe Septembris, Indictione VII.

Item qualiter dictus Iohannes pro dicto Domino Epiſcopo & Epiſcopatu locavit in perpetuum dicto Vberto, & Bonamenti olim Girelli de Pagliariccio, unam petiam terre poſite in dicto loco de Gambaria prope Caſtrum Pagliariccii, quam terram olim tenebant Florentinus, & Manectus pro affictu duorum ſtariorum grani. Carta manu dicti Gherardi ſub MCCLXXXIII. die XIII. exeunte menſe Septembris, Indictione X.

Qualiter Maſcherinus Sindicus Domini Iohannis Epiſcopi Florentini locavit in perpetuum Ilderino Bernardi de Pagliariccio unam petiam terre poſite iuxta podium Caſtri de Pagliariccio, loco dicto Ferrale, pro annuo fictu unius ſtaris grani, & quarte partis alius ſtaris grani. Carta manu dicti Gherardi Notarii ſub MCCLXXVI. IV. nonas Septembris, Indictione nona.

Qualiter Dominus Iohannes Epiſcopus Florentinus conceſſit in perpetuum Gherardino quondam Pieri de Frignano, & Piero eius filio, certas terras, & poſſeſſiones, quas olim tenebat ab Epiſcopatu Florentino Rigoglioſus Vgolini pro annuo fictu duorum ſtariorum grani. Carta manu Bencivennis Ri-

Ricevuti Notarii ſub MCCLIII. XIII. *Kalendas Maii, Indictione* XI.

Nota quod hodie reſpondetur Epiſcopatui de dictis terris annuatim de ſex ſtariis grani.

Qualiter Dominus Iohannes Epiſcopus Florentinus locavit, & conceſſit in perpetuum Riguletto, Orlandino, & Aghinetto, fratribus filiis quondam Petri del Monte, plures petias terrarum & etiam reamanſiavit eos de quodam eorum podere antiquo, de quibus omnibus dare, & ſolvere promiſerunt annuatim dicto Epiſcopatui novem ſtarios ſpelte, & denarios ſedecim Piſanorum parvorum. Carta manu Ser Ildibrandini Romei ex imbreviaturis Ser Iacobi ſub MCCLVIII. X. *Kalendas Martii, Indict.* II.

Qualiter Meſſiberinus Sindicus D. Ioannis Epiſcopi Florentini dedit, & locavit in perpetuum Vgolino olim Menculi de Pagliariccio, & Benvenuto olim Bonafedis, medietatem eotius poderis, qui olim fuit heredum, dictorum Meocholi, & Bonafedis, olim Iannini Roſſi de Pagliariccio, de qua medietate poderis dare, & ſolvere promiſerunt dicto Epiſcopatui annuatim in perpetuum unum ſtarium grani. Carta manu Gherardi Vgolini de Pagliariccio Not. ſub MCCLXVI. *Pridie nonas Aprilis, Indict. nono.*

Qualiter Vitale Pieri de Tavernole Curie Molezzani promiſit ſolvere, & preſtare annuatim Epiſcopatui Florentino ſervitia, que facere, & preſtare conſueverat Rinaldus de Tavernole. Carta manu Ser Gherardi Notarii ſub MCCXXXIX. *nono Kalendas Septembris, Indict.* XII.

Qualiter Chriſtianus de Tavernole recognovit ſe eſſe fidelem D. Iohannis Epiſcopi Florentini, & Epiſcopatus, & dare, & ſolvere promiſit annuatim perpetuo dicto Epiſcopatui pro quibuſdam terris ſibi locatis per dictum Dominum Epiſcopum duodecim ſtarios grani ad ſtarium Burgenſem, & unam ſpallam carnium porcinarum. Carta manu Ildibrandini Romei Notarii ex ſuo autentico ſcripto manu Iacobi Notarii ſub MCCLVIII. *Indictione* II. *decima Kalendas Martii.*

Qualiter Pierus Carnaccio de Frignano contraxit matrimonium cum Domina Ricchelda filia olim Martini Marzucchi, & habuit in dotem certas terras, & poſſeſſiones feudales Epiſcopatus, de quibus dare, & ſolvere promiſit annuatim perpetuo dicto Epiſcopatui unam ſpallam carnium porcinarum, & tres panes, & denarios duodecim. Carta manu Gherardi Vgolini de Pagliariccio Notarii ſub MCCXXVIIII. *quarta Kalendas Ianuari, Indictione tertia.*

Item qualiter poſtea Mattheus Andree Sindicus Guardianorum Epiſcopatus reamanſiavit Petrum quondam Ianois de Frignano de dictis bonis poſitis . . . . de quibus dictus Petrus dare, & ſolvere promiſit dicto Epiſcopatui annuatim in perpetuum ſex ſtarios grani ad ſtarium Florentinum, unum par Capponum. Carta manu Ser Buti Guidini de Aglione Notarii ſub MCCCXXI. *Indictione quinta die* XV. *Decembris.*

Qualiter Dominus Iohannes Epiſcopus Florentinus conceſſit in perpetuum Berto Palmerii unam plateam, ſive caſolare poſitum in Caſtro Pagliariccii pro annua penſione unius pulli. Carta manu Vguiccionis Ruggerii Notarii ſub MCCLXIV. *Indictione octava,* IV. *Februarii.*

Qualiter Guido Albertini de Poggiolino de Curte Loncaſtri optulit ſe in converſum Epiſcopatui Florentino, & omnia bona ſua, & D. Epiſcopus inveſtivit eumdem de bonis ipſius. Carta manu Bonavaccii Cheſti Notarii, ſub MCCLXIV. *Indictione* VII. IV. *Idus Auguſti.*

Nota quod heredes dicti Guidonis ſunt Bertinus, & Nutinus de Poggiolino.

Qualiter Bolgherinus Presbiter Abbas de Creſpino, & Ighinolfus Vbertini & multi alii donaverunt Epiſcopatui Florentino, domos terras patronatus, fideles, & colonos, & iura, que habebant in Curte, & diſtrictu Molezzani, & Pagliariccii, & alibi ubicumque in Mugello. Carta manu Iohannis Galitii Notarii, ſub MCLXXXXVII. VII. *Kalendas Agoſti, Indictione* XV.

Qualiter Presbiter Ildibrandus filius Vgonis Canonicus Plebis Sancti Iohannis Maioris de Mucello, donavit Epiſcopatui Florentino terras, poſſeſſiones, & bona, que habebat ex ſucceſſione patris ſui poſita in Molezzano, & in Pagliariccio, & in Plebatu Sancti Creſci, & Sancti Caſſiani. Carta manu . . . ſub MCLXV. *Idus Februarii, Indict.* IX.

Volumus inſuper, quod in dicta Fortilitia Molezzani ſe reducant homines populi Sancte Marie de Vezzano, ſeu Communis Vezzani, & populi Sancti Petri de Padule, quos homines ad fortificandum, & cuſtodiendum in alio loco, quam in d. Molenzano, volumus non gravari. Et tu Nicchola Poteſtas, & vos Offitiales defenſores Comitatus, conſtituti in partibus Vicchi, & Mucelli, ſollicitetis dictum tenutam fortificari per homines d. Communis, & alios de Vezzano, & Padule, quos cognitis, & compellatis Iuris remediis ad contribuendum in fortificationem, & guardiam d. Molenzani inter eos. Datum Florentie die trigeſima prima menſis Decembris, octava Indictione.

In Chriſti nomine Amen. Anno ab Incarnatione ipſius milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono Indictione octava, die IX. menſis Ianuarii. Actum Florentie in Epiſcopali palatio, preſentibus teſtibus Venerabilibus viris Domino Mattheo de Civitate Caſtelli, Archipresbytero Plebis Sancte Marie de Tiberina, ditione dicte Civitatis, & Domino Iohanne Archipresbitero Lucano, dicti Domini Epiſcopi Vicario; Presbitero Nicchola Vannis Rectore Eccleſie Sancti Petri Boni Conſilii, & Presbitero Mattheo Rectore Eccleſie Sancte Marie de Nuovole, dicti Domini Epiſcopi Cappellano, ac Domino Iohanne Canonico Feſulano, & aliis pluribus ad hoc ſpecialiter vocatis, habitis, & rogatis.

Noverint univerſi huius publici Inſtrumenti ſeriem ſpecturi, quod Reverendus in Chriſto Pater, & Dominus, Dominus Petrus, Dei, & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Florentinus, ſingularis, & unicus Dominus Caſtri ſui, & Fortilitie S. Bartholomei de Molezzano per ſe, & ſuos ſucceſſores, & Epiſcopatum Florentinum, iuxte laudabilem conſuetudinem hactenus pacifice, & notorie obſervatam etiam a tanto tempore citra, cuius initii, ſeu contrarii memoria hominum non habetur, volens intendere ad cuſtodiam, fortificationem, & ad guardiam dicti ſui Caſtri, & fortilitie de Molezzano, ac etiam ad gubernationem, & regimen hominum, & perſonarum Communis, & Populi dicti Caſtri, ipſius Caſtri, omni modo, via, iure, cauſa, & forma, quibus magis, & melius potuit, creavit fecit, elegit, & deputavit in Poteſtatem, Rectorem, & Offitialem dicti Caſtri, & Fortilitie, ac etiam hominum, & perſonarum ipſius, & totius comitatus, & populi dicti Caſtri pro tempore, & termino ſex menſium proxime futurorum, a preſenti die inchoatorum, virum providum, & diſcretum Ser Franciſchum Ser Iohannis Aniati Notarium, & Civem Florentinum, & familiarem ſuum ibidem preſentem, & humiliter acceptantem cum officio, baliu, & ſalario conſuetis; mandans univerſis, & ſingulis hominibus, & perſonis d. Caſtri, & totius Comitatus ipſius, licet abſentibus, quatenus eumdem Ser Franciſchum in eorum, & d. Caſtri Poteſtatem, Rectorem, & Offitialem recipiant, & admittant pro tempore ſupradicto, & ſibi tamquam eorum legitimo Poteſtati, Rectori, & Offitiali pareant, & intendant, ſub pena eis per dictum Dominum Epiſcopum, & ſeu ipſum eorum Poteſtatem imponenda. Qui Ser Franciſchus Offitialis, & Poteſtas prefatus promiſit dicto Domino Epiſcopo preſenti, & recipienti pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, Epiſcopatui Florentie, & ſuper Sancta Dei Evangelia iuravit manu corporali tangendo ſcripturas, dictum Poteſtarie Offitium bene, fideliter, ac legaliter, quam melius ſciverit facere, exercere; & dictum Caſtrum, & fortilitiam de Molezzano pro dicto Domino Epiſcopo, & Epiſcopatu Florentino, manutenere, & ſervare, & ius, & iuſtitiam inter homines, & perſonas ipſius Caſtri reddere, & fideliter miniſtrare. Et rogaverunt me Laurentium Notarium infraſcriptum tam dictus Reverendus Pater Dominus Epiſcopus, quam etiam dictus Ser Franciſchus, quatenus de predictis omnibus, & ſingulis conficiam publicum Inſtrumentum.

Poſt que dictis die Magnifici, & Potentes Viri Domini Priores Artium, & Vexillifer Iuſtitie Populi, & Communis Florentie, quorum nomina ſunt hec videlicet.

Pierus Bini, Iohannes Iunte, pro Quarterio Sancti Spiritus.

Lapus Naddi de Bucellis Vexillifer Iuſtitie, Pierus Gerini, & Franceſchinus Pepi, pro Quarterio Sancte Crucis.

Prior Pere de Baldovinectis, Dominus Pazinus Miley de Strozzis, pro Quarterio Sancte Marie Novelle.

Venicciozzus de Ricciis, Blaſius Bonaccii de Guaſconibus, pro Quarterio Sancti Iohannis.

Adtenta proviſione facta circa Fortilitiam, & cuſtodiam dicti Caſtri Domini Epiſcopi de Molezzano, & literis ſuper predictis conceſſis, & factis, & adtenta electione, & deputatione facta per dictum Dominum Epiſcopum de perſona dicti Ser Franciſci Ser Iohannis in Poteſtatem, & Rectorem dicti Caſtri, & hominum ipſius &c.

Et Conſiderantes dictum Caſtrum, & Fortilitiam eſſe utilem, actam, & neceſſariam ad receptationem gentium Epiſcopatus Florentini, & etiam aliarum volentium ibidem habere recurſum, & quas dictus Dominus Epiſcopus vellet receptare in ipſo; ac reputantes per dictum Dominum Epiſcopum circa dictam electionem, & deputationem dicte Pote-

ſtarie bene, & utiliter fore proviſum, & pro tanta volentes pro honore dicti Domini Epiſcopi, & ad eius ſtantiam; quantum expediat, in predictis interponere eorum Offitii partes, mandaverunt & fieri fecerunt litteras ipſorum Dominorum Priorum, & Communis Florentie magno, & noto ſigillo ſigillatas; tenoris, & continentie infraſcripte, videlicet.

Priores Artium, & Vexillifer Iuſtitie Populi, & Communis Florentie.

Fortelitium Molezzani D. Epiſcopi Florentini commiſſum cuſtodiri per ipſum Epiſcopum Ser Franciſcho Ser Iohannis Aviati; volumus, quod per veſtros homines ad inſtantiam dicti Ser Franciſci cuſtodiri faciatis; & in dicta cuſtodia bohediatis dicto Ser Franciſcho ſub pena, quam impoſuerit non parenti. Datum Florentie die IX. Ianuarii, octava Indictione.

A tergo vero dictarum literarum erat hec ſubſcriptio, videlicet.

Prudentibus viris hominibus Populorum Sancti Bartholi de Molezzano, & Sancte Marie de Vezzano, & Sancti Caſſiani de Padule.

Itaque vidimus Montem Acutum, qui in Alpibus Viriliani eſt, & qui ſuperius *pag.* 30. & 31. Mons Acutus ad Quercetum vocatur, fuiſſe Caſtrum ad Epiſcopatum Florentinum pertinens, ſuperius *pag.* 149. 158. cuius poſſeſſio Epiſcopatui confirmata fuit ab *Ottone III.* & *Lothario III.* Imperatoribus, & a *Corrado* & *Ilderico* Marchionibus Tuſciae, *pag.* 153. Item ante haec tempora *Iuliam* & *Marchioniſſam*, filias *Bonifacii* Marchionis, emiſſe poſſeſſiones, quas habuit *Bernardus Iuntae* in Caſtro Montis Acuti, anno ſcilicet MLXXXIII. *pag.* 171. Deinde ius habuit in Caſtro Montis Acuti *Berlingherius* quidam, & *Iacobus Vbaldinelli*, anno ſcilicet MCLXXXI. Reperio autem in Regeſto ſuperius *pag.* 185. *Berlingherium* quemdam, & *Spagnolum*, donaviſſe inter vivos Epiſcopatui Florentino ſextam partem Caſtri & Iuriſdictionis Caſtri Montis Acuti de Alpibus; an autem hic *Berlingherius* idem ſit ac praecedens, me neſcire fateor; & anno MCLXXXVI. *Aldobrandinus* Rector Sanctae *Mariae* de Florentia (*S. Mariae Vgonis* an *Alberici*, an alius, ignoro prorſus) locavit ad livellarium *Bernardo* & *Berlingherio* fratribus, filiis quondam *Righetti de Gaſis*, pro melioramento ipſius Eccleſiae, totum Caſtrum Montis Acuti de Alpibus, *pag.* 171. Anno autem MCCXIV. *Bellincio Vberti* F. *Adimarius* emit ab Abbate Monaſterii S. *Mariae* de Florentia poſſeſſiones & homines & colonos de . . . . . . quod quidem ſupplendum in Regeſto ceoſeo de *Caſtro Montis Acuti*; & tunc forte ille *Aldobrandinus* Rector Eccleſiae S. *Mariae* fuerit procurator huius Monaſterii. Tunc mirari non eſſet, eumdem *Bellincianem Vberti* F. *Bernardi* N. *Adimarium* vendidiſſe anno MCCXXIV. *Ioanni* Veliterno Epiſcopo Florentino omnes poſſeſſiones, homines, & colonos, quos habebat in territorio, & Caſtro Montis Acutuli in Alpibus Viriliani, *pag.* 156. 172. quare Eccleſia S. *Iacobi* Montis Acuti conferetur adhuc a gente *Adimaria*, vel eius heredibus. Nec tunc pariter mirandum, eumdem *Bellincianem*, octo annis ante *Vgolino* a Caſulis, eaſdem poſſeſſiones & Caſtrum Montis Acuti iam vendidiſſe, *pag.* 171. Conſtitit etiam, hunc Montem Acutum, ex parte ſaltem, ad Comites *Guidones* ſpectaviſſe, *pag.* 70. 158. quamquam forte minus ſubſiſtit, quod *pag.* 158. ſubſpicatus ſum, duos ſcilicet fuiſſe in Mucillo Montes Acutos, quum idem forte Mons Acutus in Alpibus, quo de agimus, bis repetitus fuerit in Diplomate *Friderici II.* Deinde anno MCCXXIV. Epiſcopatus Florentinus locavit quibuſdam ad livellarium tertiam partem poſſeſſionum & iurium, quae habebat in Caſtro Montis Acuti, *pag.* 171. Anno demum MCCL. *Vpicingus Vghetti de Ricaſolis* donat *Ioanni* Epiſcopo Florentino tertiam partem Caſtri Montis Acuti, & *Aldobrandinus Berlingherii*, & quidam alii, aliam partem, quae omnia habentur ſuperius *pag.* 171. Alii autem videant, quomodo haec omnia ſibi conſtare poſſint, nec ſibi invicem adverſentur; nam in praeſens mihi non vacat haec exilius ſubtiliuſque perquirere. Tantum dicam, liquere ſuperius *pag.* 185. vectigalia quaedam ſolvi conſueviſſe pro cuſtodia Turris Montis Acuti, & *Argumentum Giambuni* F. ſe ociſſe ſe Converſum huius Montis, & obtuliſſe ſe, & ſua, Epiſcopatui. Converſi dicebantur ut plurimum Monachi laici, laicis exercitiis, & Monachorum obſequiis addicti. Sic autem adpellati quod primitus viri laici pietatis, ſeu etiam quaerendi victus, gratia Monaſteriis totos ſe darent, obferrent, & addicerent, operam ſuam locantes ad vitam ſuam: unde & *Laici*, & *Oblati*, & *Donati*, ſaepe dicti leguntur; quamquam generaliter *Converſus*, de Monachiſmo cuiuſcumque gradus dicatur, ut docet *Ducangius* in *Gloſſario*, & *Muratorius* in *Antiquit. Med. Aevi Diſſert. LXVI. Tom. V.* Num vero in Monte Acuto Monaſterium erat? Monaſterium quidem S. *Miniatis* in Alpibus occurrit in Charta Parthenonis d. *Apolloniae* anni MCCCCXIX. die quarta Novembris; in ea enim *Sander* olim *Biliotti de Biliottis*, Prior Eccleſiae Solicciani, ſubſtituit in ſuum locum D. *Andream Iohannis* e Populo S. *Frigidiani*, Abbatem S. *Miniatis* de Alpibus. Actum Florentiae; *Blaſius* Notarius; &, ut vidimus, Eccleſia S. *Miniatis* erat in Monte Acuto de Alpibus. At mirari ſubit, ſi ita res habet, quum in Regeſto toties de hoc Monte Acuto agatur, numquam de ullo Monaſterio ibidem exſiſtente mentionem fieri. Itaque ambiguum in hoc me traduco, & nihilominus alterius Ordinis Converſum *Argumentum* il-

illum fulſſu arbitror; nam verbo Regeſti indidicant, illum factum eſſe Converſum Montis Acuti, non autem Monaſterii. En verba ipſa: *Qualiter Argomentus olim Giambaei fecit ſe Converſum dicti Montis, & optulit ſe, & ſua, dicto Epiſcopatui, & debebat annuatim perpetua de ſuo podere ſtarias duas grani ad ſtarium Florentinum*. Itaque ſciendum, quod numquam alibi offendi, fuiſſe antiquitus Converſus quoſdam Epiſcopatus Florentini. Profero verba Regeſti, ſuperius *pag.* 160. *Qualiter Guido Albertini de Poggialico de Curte Loncaſtri optulit ſe in Converſum Epiſcopatui Florentino, & omnia bona ſua; & D. Epiſcopus inveſtivit eundem de bonis ipſius, Carta manu Bonavaccii Cheſti Notarii ſub MCCLXIV. Indict. VII. IV. Idus Auguſti. Nota quod heredes dicti Guidonis ſunt Bertinus & Nutinus de Poggialino*. Hoſce Converſos puto magis fuiſſe Epiſcopatui & eius ſervitiis addictos, quam ſimplices fideles, & colonos; & inſuper aliquo habitus religioſi inſigni ab aliis diſtinctos, ad ſimilitudinem Converſorum Monachorum, quibus etiam aliquid iuris in rebus Monaſterii conceſſum erat, ut oſtendit *Io. Brunaccius* in Diſſertatione *De titulo Canonitiſſae &c.* Hinc *Argumentus* ille Syndicus Epiſcopatus Florentini, qui memoratur ſuperius *pag.* 164. potuit eſſe noſter *Argumentus* Converſus, & Epiſcopatus famulatui in Monte Acuto addictus, cui diverſa officia ab Epiſcopo imponi poterant. Heic interim videmus, Converſos etiam ſua bona Epiſcopatui obtuliſſe; & quidem moris fuit apud antiquos, non tam Monaſteriis ſe Converſos, aut Oblatos, mancipare, quam univerſa, vel aliqua ſua bona, iiſdem obferre vel donare. Duo exempla in medium adſuram, quae ad noſtram Etruriam ſpectant, quamvis multa alia ſuppetant. Unum habetur in Inſtrumento apud *Muratorium Tom. V. Antiquit. Med. Aev. Diſſertat. LXV.* quod quidem Inſtrumentum ita habet:

Oblatio quorumdam Bonorum, & duorum Filiorum ſuorum, facta Monaſterio Piſtorienſi Sancti Bartholomaei a Falcone Clerico, Anno 784.

In nomine Domini Dei. Septimo Menſe Margio, anno Regni Domni Karoli, poſtquam Civitate Papia ingreſſus eſt, decimo, & Domni Pipino filio eius anno tertio, Indictione ſeptima, feliciter. Manifeſtus ſum ego Falco Clerico, filio quondam Falcualdi, eo quod ante os plurimos annos obligationem facta habui una cum Amicaſtu barbanu meo, ut per nullo argumenti ingenio nec ego nec meis heredibus ſine permiſſo eius, vel de ipſius heredibus, de rebus noſtris alienare aut obligare decrevimus, & dum ipſa obligatione, ſeu dotis, quas ipſe Amicaſtu fecit in Eccleſia beati Sancti Georgii, in tua Domenico Abbate Monaſterium Sancti Bartholomei deveniſſe poteſtate & dominatione conſideravi, quia in nullo alio poſſum dare de rebus meis, niſi in ipſa Eccleſia beatiſſimi Sancti Georgii, ubi prenominatus Amicaſtu fuerat confirmatus, & rebus ſuis pro dotis firmavit. Ideo ego indignus odie in Dei nomine, do, dono, trado, offero in ipſum ſanctum & venerabilem locum omnem modicam rebus meas, quidquid nunc preſenti die avere viſus ſum, tam caſa habitationis mea, que eſt erga fluvio Umbrone, vinea, terra, pratis, paſcuis, ſilvis, ſalectu, ſationibus, pumiferis, fructiferis & infructiferis, cultum atque incultem, omnia quicquid avere viſum ſum, in ipſum ſanctum locum offerri & condonare previdi una cum dilectiſſimi Giſilari, & Caſtiprand filiis meis, qui ſub poteſtate ſancta regule, & tue dominationi, qui ſupra Dumenico Abbati, in ipſa ſancta Eccleſia & Monaſterii beati Sancti Bartholomei in ſvitu Monachorum vivere & deſervire deveat: ſicut ſancta continet regula in Palla Altaris offerri previdi ipſi filii mei in ipſum ſanctum Cenobium Monaſterii Sancti Bartholomei, ut ibi diebus ſuis Monachica deceat vivere vita ſub poteſtate veſtra Domno Domenico Abbate, vel veſtris ſucceſſoribus, ut pro veſtra preceptione ſecundum Deo & ſancta regula vivere & Domino devote deſervire. Et ipſas modica res mea tam movile quam & immovile omnia in ipſum ſanctum & venerabilem locum offerri & condonare previdi, ut omnia in tua, qui ſupra Domenico Abbati, vel de ſucceſſoribus tuis ſit poteſtate avendum, ordinandum qualiter iuxta deum & ſancta regula nobis fuerit. ſtabilitum permaneat, ſicut & iam ante os annos tibi Dumenico Abbati, vel in ipſum ſanctum Monaſterio beati Sancti Bartholomei per cartis volumine tam dotes, quam & alia monimina facta in Sancto Georgiu, tradedi adque dedi, ut omnia iuxta ipſi doti quas in vi parentibus meis, vel ipſe Amicaſtu facti habuerunt, per ſua ordinatione & ſancta congregationis ſuis Monaſterii Sancti Bartholomei eſſet ordinatum ipſa Eccleſie Sancti Georgii, omni tempore ſtabilitum permaneat; & Avundus Diaconus ſcrivere rogavi.

Actum ad Umbrone, caſa abitationis mea, Regnum & Indictione ſupraſcripta, feliciter.

Signum ✠ manus Falconi Clerico, qui hanc Cartulam fieri rogavi, & nomen ſuum, & ſignum Crucis manibus ſuis fecit, & eis relecta complacuet.

Signum ✠ manus Altipere filio quondam Fabri rogatus teſtis.

Signum ✠ manus Prandoli filio quondam Pertinandi teſtis.

Signum ✠ manus Dipranduli filio quondam Bauti rogatus teſtis.

Signum ✠ manus Fuſuli filio quondam Bautoni rogatus teſtis.

Si-

Signum ✠ Aduneld filio quondam Achipert Coppi rogatus teſtis.

Signum ✠ manus Glorioſi de Cucciano rogatus teſtis.

✠ Ego Guillerədu Clerico, rogatus ad Falco Clerico, teſtis ſubſcripſi.

Ego qui ſupra Avundus ſcriptor poſt a teſtibus roborata tradita complevi & dedi.

✠ Ego Gualbertus Notarius & Iudex ſacri Palatii ſcriptor, autenticum illud vidi & legi, unde hoc exemplar exemplatum eſt, ac quod inibi ſcriptum inveni, fideliter exemplavi.

Aliud donationis Monaſterio a Converſis factae exemplum eſt in inſtrumento inedito Archivi Parthenonis S. *Mariae Novellae*, & S. *Michaelis Archangeli*, Ordinis Auguſtiniani, in oppido Sanctae Crucis, Vallis Arni inferioris, quod ita habet.

In Dei nomine Amen. Anno Nativitatis eiuſdem milleſimo treceteſimo quintodecimo. Die tertia decima menſis Februarii tertie decime Indictionis. Hoc publico Inſtrumento omnibus pateat evidenter, quod vir ſapiens, & diſcretus Strenua quondam Palli, de Caſtro Sancte Crucis, Lucane Diœceſis, per gratiam Chriſti mente ac corpore ſanus, deſiderans, quamdiu viget in corporeis membris quies, & ratio regit mentem; Conſiderans fragilitatem humane nature, & mundum, & ea que in eo ſunt eſſe tranſitoria, & caduca; Et propterea volens relinquere ſeculum, & ſervire Deo, ſub vita & obſervantia regulari. pro Converſo Dominarum Monaſterii Sanctorum Marine Novelle, & Michaelis, nominati vulgariter Loci della Chriſtiana; Ex certa ſcientia, & conſulte, non vi non metu coactus, via, iure, cauſa, conditione, & modo quo melius fieri, & ſcribi poteſt, & poſſet, pleno iure Eccleſiaſtico, & Civili ubique locorum, & fororum, per preſentem nuncupativum teſtamentum, res, & bona ſua ſine ſcriptis diſpoſuit, & reliquit, ut infra omnia continentur ante commiſſionem ſue converſionis. In primis reliquit, & indicavit, & voluit corpus ſuum ſepelliri debere in cimiteria ſupradicti Monaſterii de dicta Caſtro Sancte Crucis &c. Item reliquit Communi Sancte Crucis palatium ſuum poſitum in ſupradicto Caſtra, in contrata Sancti Nicholai, excepto infraſcripto legato trium apotecarum dicti palatii de verſus viam Strate dicti Communis, ſicut nunc clauſe, & murate ſunt, quod legatum perpetuo duraturum in ſua robore voluit; & mandavit, ut inferius continetur. Cui toti palatio hii ſunt confines, & coheret ab una parte vie ſtrate ſupraſcripti Communis. A ſecunda, vie contrate ſupradicte. A tertia domui veteri ſupraſcripti teſtatoris. Et a quarta domui Gradi quondam Bocialetti; Vel ſi alii ſunt, ſeu forent veriores confines. Cum hac conditione videlicet, quod poſt mortem naturalem, & ſepulturam dicti Strene Rectores, & Officiales pro omnibus incumbentibus factis dicti Communis Sancte Crucis habitare, & gaudere poſſint in perpetuum dicto palatio; Et nullo modo, cauſa, vel titulo, dicto Strena vivente, ſine ſuo mandato, habitare poſſint pro ſupraſcripto Communi palatium ſupradictum. Nec in aliquo in perpetuum, vel ad tempus, poſſit, & debeat dictum Commune, in totum, vel in partem alienare, vel obligare, ſeu concedere, palatium ſupradictum. Et ſimiliter ſimili modo & conditione relinquendo ſupraſcripto Communi poſt mortem naturalem domine Teſſe, uxoris dicti teſtatoris, & filie quondam Milioris Bonagratie de dicto Communi Sancte Crucis, domum ſuam veterem poſitam in ſupraſcripto Caſtro in dicta contrata Sancti Michaelis infra palatium ſupradictum, cui domui hii ſunt confines; & coheret ab una parte vie ſupradicte contrate; a ſecunda palatio ſupradicto, a tertia claſſo vicinali, & a quarta parte domui Ferrini Ubertelli, vel ſi alii veriores ſunt, ſeu forent, confines. Cum hac conditione videlicet quod aliqua ratione, vel modo, vel cauſa, tacite, vel expreſſe, Rectores ſeu alii Officiales dicti Communis vel alia perſona nullo modo poſſint, vel debeant moleſtare, vel iniuriam, ſeu gravamen aliquod imponere reale, vel perſonale ſupradicte domine Teſſe, vel alie perſone pretextu ipſius domine Teſſe, vel aliquid ab ea exigere pro dicto Communi, pro omni eo, quo gauderet cauſa ſuorum iurium, & legatorum in preſenti teſtamento, vel ultima voluntate contemptis. Cui domine Teſſe liberam habitationem dictus dominus ſupraſcriptus teſtator reliquit, ut infra continetur, quandiu honeſte vixerit, & caſte, & ſine alio marito. Et inſuper voluit, & mandavit, quod dictum Commune Sancte Crucis . . . . . bet Rectores & Officiales dicti Communis, teneantur & debeant omni fraude, & malitia remota protegere, defendere, ſalvare, & manutenere ſupradictam dominam Teſſam in omni iure ſue dotis; & donationis, & legatorum, & lib . . ., & iurium ſuorum, & In . . . cutione preſentis teſtamenti pro defenſione iurium ipſius domine Teſſe, & omnium aliarum perſonarum in preſenti teſtamento contentarum. Item reliquit domine Teſſe uxori ſue, & filie quondam Melioris de Sancta Cruce dictus teſtator dotes ſuas & donationes propter nuptias, que fuerunt, & ſunt libre ducente ſeptuaginta bonorum denariorum florinellorum & Piſanorum expendibilum. Quam pecunie quantitatem tempore contractus matrimonii inter dominum Strennum, & dominam Teſſam, pro dote & nomine dotis, & donationis propter nuptias ipſius domine Teſſe, habuit, & recepit Strenua teſtator ſupraſcriptus, ut aſſeruit & confeſſus fuit publice contineri per cartam factam, & rogatam manu Ser Spinelli de Spinellis Notarii, filii quondam Berti de predicta Caſtro Sancte Crucis. Quam dotem & donationem propter nuptias iuxit, voluit, & man-

Bbb da-

devit ipſam habere ab heredibus teſtatoris ſupraſcripti, ſine aliqua reclamatione, vel lite; liberum ad petitionem ipſius domine Teſſe. Inſuper de bonis ipſius teſtatoris, iure legati, & omni alio iure, cauſa, vel modo, quo melius dici, & fieri, & ſcribi poteſt ad dictum Sapientis, ſupradicte domine Teſſe eidem ſue uxori, reliquit totam cameram ſuam, ſcilicet totum lectum ſuum ſpaſtereccium fornitum de omni apparatu camere & lecti ſupraſcripti, & ſimiliter omnes ſuos pannos & ſingulos, laneos, & lineos, quos nunc habet ad dorſum, ſeu ad uſum ipſius Domine Teſſe, & etiam quibus ipſa utretur tempore obitus ſupraſcripti teſtatoris, quocumque nomine cenſeantur, & etiam omnia ſupellectilia ſive domine Teſſe ſufficientia, & convenientia ſecundum ſuam facultatem. Que omnia & ſingula vendiceat ſibi locum, & intelligantur omni fraude remota ab utraque parte poſt mortem ſuam naturalem, & ſepulturam corporis ſui. Et reliquit, & voluit quod eadem domina Teſſa habeat in temporibus ſue vite, donec vixerit honeſte, & caſte, & ſine alio marito, liberam habitationem domus veteris ſupradicti Teſtatoris poſite in Caſtro Sancte Crucis ſupraſcripto in contrata Sancti Nicholai iuxta palatium ſupradicti Teſtatoris. Cui domui hii ſunt confines, & coberet ab una parte dicto palatio. A ſecunda vie ſupraſcripte contrate. A tercia domui Ferrini Vbertelli. A quarta claſſo vicinali, vel ſi alii ſunt ſeu forent veriores confinēs. Item reliquit, & voluit, quod dicta domina Teſſa poſt mortem naturalem, & ſepulturam ipſius Strenne donec vixerit ſine alio marito, ut ſupradictum eſt, & dictas dotes non petierit, & ſibi ſolute de ſua voluntate non fuerint, ſcilicet, ad voluntatem ipſius domine Teſſe, de fructibus poderis ſupraſcripti Teſtatoris, ab eodem Strenna Monaſterio ſupradicto collati annuatim habeat, & habere debeat libere a dicto Monaſterio cum effectu modios tres boni grani, bene mundi, & ſiccidi, & bene menſurati ad rectum Lucanum ſtarium venditolr, & uſitatum, quolibet anno de menſe Auguſti, & barilia viginti quatuor boni, & puri muſti de menſe Septembris, vel quando fiet vendemia. Et etiam libras viginti quatuor bonorum denariorum Florentinorum, & Piſanorum expradibilium annuatim quolibet anno de menſe Auguſti in Sancta Cruce, ſine aliqua reclamatione. Quod ſi dicta omnia dictum Monaſterium quantum in ſe eſt predicte domine Teſſe non ſervaret, teneatur eidem domine Teſſe ipſo iure ad duplum eius, quod non adimpleret de omnibus, que reliquit eidem domine Teſſe eius uxori ibidem preſenti, volenti, & recipienti. Et ad hec omnia, & ſingula exequenda omni via, iure & modo, quo melius ſcribi & fieri poteſt, fecit, & voluit eſſe ſuam fideicommiſſariam, & liberam executricem preſentis teſtamenti, & ultime ſue voluntatis, religioſam ſororem Michelinam, Dei gratia Abatiſſam Monaſterii ſupraſcripti de Sancta Cruce, dans & concedens eidem Abatiſſe plenam licentiam, & liberam poteſtatem, & mandatum, quod ſine contradictione heredum eiuſdem teſtatoris, vel alterius perſone, ſua propria auctoritate de omnibus & ſingulis redditibus, & fructibus poſſeſſionum, & rerum dicti teſtatoris ubicumque ſunt, vel inveniri poſſent, petendi, & exigendi, & colligendi, & recipiendi totum & quidquid dictus Strenna a quibuſcumque perſonis toto collegio & univerſitate reciperet, vel habere deberet vel poſſet occaſione quacumque cum carta vel ſine carta & etiam de ſuis redditibus, & fructibus poderis & rerum collatarum in Monaſterio infraſcripto de Sancta Cruce, quocumque nomine cenſeantur, ad ſolutum & pagamentum dandum, & ſub quocumque contractu alienandum, & aſſignandum & ſolvendum pro mandando executionis preſens teſtamentum, & ultimam voluntatem d. Strenne, prout in eo per omnia plenius continetur. Item ad faciendum, & ſuſtinendum ad predicta, & circa predicta omnia, & ſingula exequenda per Factores, Actores & Sindicos quos, & quotiens voluerit, & placuerit ſupraſcripte Abatiſſe & ſimiliter eoſdem, quos voluerit, revocando, nichilominus predicto ſuo mandato in ſuo robore permanente. Item ad cartas confeſſionis, & liberationis, & tranſactionis pro eo faciendas, & recipiendas. Item ad cartas cancellandas, & de omni eo, & toto, quod recipere, & habere debet quacumque de cauſa cum carta vel ſine carta ad finem, & quietationem, & liberationem de ulterius non petendo faciendam pro eo, & dicto Monaſterio, pro omnibus factis dicti teſtatoris, & rerum dependentibus recipiendis, pro executione contentorum in preſenti teſtamento, & ultime voluntate ad dictum Sapientis omnium & ſingulorum quorum, & quarum intereſt intererit vel intereſſe poteſt, & poſſet, ac ſi perſonaliter intereſſet vel interfuerit dictus Teſtator, & ſi ut prius facere poterat, quando alieni non ſubiacebat conditioni. Et de omnibus & ſingulis litibus & queſtionibus, & controverſiis & diſcordiis, que orirentur vel apparerent occaſione vel pretextu dicti Strenne vel & iurium & bonorum, in integro vel quota, ad paciſcendum componendum conſignandum & compromittendum quomodocumque, qualitercumque & qualitercumque d. Abatiſſe placuerit cum ſcriptura, vel ſine ſcriptura, & ad laudum & arbitrium audiendum & perſequendum & preterea ad obligandum ſe omnia dicti teſtatoris, & bona eadem collata dicto Monaſterio ſuper quocumque contractu, ſicut natura facti, & merita cauſarum exigunt & requirunt, cum libero mandato, etiam ſi mandatum exigerat ſpetiale, ex nunc per declaratum habeatur in preſenti mandato, & fideicommiſſione. Quod ſi contigerit dictam Abatiſſam premori eidem teſtatori naturaliter, aut ante executionem omnium predictorum, Voluit, iuſſit, dixit, & mandavit, quod futura Abatiſſa, & Conventus ſupraſcripti Monaſterii de Sancta Cruce, quam citius poterunt, omni fraude & malitia remota, dictum preſens teſtamentum, & omnia in eo contenta exequantur; Conſtituens ex nunc prout ex tunc eos ſuos fideicommiſſarios, & liberos executores huius teſta-

ſtamenti, & ultime ſue voluntatis, loco preſentis Abatiſſe. Pro omnibus, & ſingulis ſolvendis, & reſtituendis, & ex quoadis, omnia, & ſingula ſua bona, preſentia, & futura, collata, ſeu collanda Monaſterio ſupradicto, obnoxia, & obligata reliquit ad dictum Sapientia omnium, quorum intereſt, vel intereſſe poteſt & poſſet, non obſtantibus aliqua contradictione, vel conſtitutione Eccleſiaſtica vel civili preſentia, vel futura. Peins certificatis infraſcriptis Abatiſſa, & ſororibus ipſius conventus per ſupraſcriptum Strennum, & me Notarium de omnibus, & ſingulis ſupradictis. In omnibus autem aliis bonis ſuis, & in omnibus iuribus, & actionibus ſuis, tam preſentibus quam futuris, Monaſterium, ſeu locum dominarum ſororum Sancte Marie Novellae, & Michaelis, vocatum vulgariter della Chriſtiana, de dicto Caſtro Sancte Crucis, Lucane dioeceſis, ſua pia deliberata diſpoſitione, & ſua pura, & ſpontanea voluntate, divine pietatis intuitu, recogitans deſiderium, & devotionem ſuam, quam alim habuit, & nunc habet, ad meritum, & ſanctitatem Monaſterii ſupradicti, pro ſalute anime dicti Streane, & ſuorum mortuorum, & uxorum ſuarum, & defunctorum, & etiam domine Teſſe, filie quondam Melioris Buonagratie preſentis uxoris ſue, & in favorem & ſubſidium caritatis ſupradicti Monaſterii, omni via, cauſa, forma, scala, & modo, & verbis, quibus melius ſcribi, & fieri poteſt, & poſſit, & ſicut melius ubique locorum, & fori Eccleſiaſtici, & civilis ſemper melius valere, & tenere poteſt, & poſſet, ſibi heredem inſtituit ad dictum Sapientis dicti Monaſterii univerſalem. Et hanc ultimam ſuam voluntatem aſſeruit eſſe velle firmum, quam valere voluit iure teſtamenti; & ſi iure teſtamenti non valet, valeat ſaltem iure codicillorum; & cuiuslibet alterius ultime voluntatis, ſicut melius ſcribi, & fieri poteſt pleno iure. Et voluit hoc teſtamentum, ſeu ſuam ultimam voluntatem, omnibus aliis eius teſtamentis, vel ultimis voluntatibus, hactenus factis, vel de cetero faciendis, prevalere, niſi foret cum obſervantia, & continentia omnium ſupraſcriptorum, & ex nunc prout ex tunc ſicut melius fieri poteſt, & poſſet, ad dictum Sapientis ſupradicti Monaſterii de Sancta Cruce, caſſando, & irritando omne aliud ſuum teſtamentum, & ultimam voluntatem, qualitercumque appareret; manu cuiuſcumque Notarii ſcripta, ſeu rogata, vel facta eſſent ſeu reperirentur. Actum fuere hoec, in ſupraſcripto Caſtro Sancte Crucis, in Eccleſia ſupradicti Monaſterii, preſentibus diſcretis viris fratre Iohanne quondam Leti Sacerdote ſupraſcripti Monaſterii, & Vannella quondam Nieri de Obizis de Luca. Ser Catenactio quondam Ser Pugliefis Notario. Megliorato Martinelli ortolani. Mro quondam Vitarelli de Sancto Miniate. Rigalio quondam Campanarii. Ser Baccianno Notario quondam Iohannis, & Staffuccio quondam Vacctecii de ſupradicto Caſtro Sancte Crucis, Teſtibus ad hec publice vocatis, & rogatis: & preſentibus, & audientibus Sororibus Michelina Dei gratia Abatiſſa Monaſterii ſupraſcripti de Sancta Cruce, & Monialibus Conventus dicti Monaſterii, congregatis ad Capitulum earum, iuxta feneſtram ferratam dicte Eccleſie, ut moris eſt.

Ego Laparellus quondam Fecis de Sancta Cruce auctoritate Imperiali Iudex, & Notarius predictis omnibus interſui. Et ut ſupraſcriptum eſt rogatus ſcribere fideliter ſcripſi omnia ſupraſcripta, prout inter alia contineri inveni in teſtamento, & ultima voluntate dicti teſtatoris.

Huiuſmodi *Oblati* non ſemel occurrunt in monumentis huius Parthenonis, & in Charta anni MCCCXXVIII. invenio Fratrem *Bernardum Converſum*, ſeu *Oblatum*, Monaſterii S. *Mariae Novellae*, & *S. Michaelis*, de Sancta Cruce; Syndicum & Procuratorem dicti Monaſterii; in Charta vero anni MCCCXXX. occurrit idem Frater *Bernardus*, qui dicitur *Presbyter Converſus* & Procurator *religioſarum Dominarum Abbatiſſe, Monialium, & Conventus Monaſterii Sancte Marie Novelle, & S. Michaelis, vocati Beate Chriſtiane de Sancta Cruce*, quae ſunt verba *Guillelmi* Epiſcopi Lucani in hoc ſuo decreto. An autem hi Converſi una cum illis Sanctimonialibus ſimul habitarent, ignotum mihi eſt. Certe Oblatos & Converſos, quin ipſos Monachos, ſimul cum Sanctimonialibus habitaſſe in Monaſterio D. *Petri*, aliiſque Parthenonibus in agro Patavino ſitis, pluribus oſtendit vir pereruditus laudatus *Io. Brunactius* in *Diſſertatione De Titulo Canoniciſſae* illius Aſceterii Virginibus attributo. Subſpicari tamen eſt, in Parthenone Sanctacrucenſi Converſos una cum Virginibus ſacris miſtos permanſiſſe; nam video in Privilegio a *Paganello* Epiſcopo Lucano, anno MCCXCVIII. concesſo indicari Sacerdotem Confeſſorium Monialium in ipſo Monaſterio commorari ſolitum fuiſſe; quod quidem Privilegium ita habet:

Paganellus miſeratione divina Lucanus Epiſcopus.

Dilectis in Chriſto filiabus, Abbatiſſe ac Sororibus Monaſterii S. Marie & S. Michaelis de Sancta Cruce Lucane dioceſis, ſalutem & benedictionem. Volentes cultum divini numinis, & ſacre religionis lucem in veſtro Monaſterio in Domino ampliari, ex cura Paſtoralis officii, ſic duximus ſtatuendum. Primo ſiquidem ſtatuimus & ordinamus ac de cetero precipimus inviolabiliter obſervari, quod vacante veſtro Monaſterio illa, que extiterit in Abbatiſſam electa, non poſſit pro ſue electionis confirmatione petenda Lucam venire; immo non poſſit pro dicta occaſione vel alia Monaſterium prefatum exire, ſet ſemper clauſa remaneat una cum aliis Sororibus Monaſterii memorati; Poſſit tamen ipſa electa per procuratorem ſue electionis confirmationem petere, & eam ſicut de-

decens fuerit obtinere. Item concedimus vobis & toti familie veſtre, quod Sacerdoti veſtro in ipſo Monaſterio commoranti poſſitis veſtra confiteri peccata, & abſolvi, quotiens neceſſe fuerit ab eodem. Poſſitis inſuper, ſi malueritis alium vobis idoneum & honeſtum eligere confeſſorem. Item ordinamus, concedimus, & volumus, quod poſſitis quoslibet ad veſtrum Monaſterium confluentes ad divina officia recipere, & quilibet valeat cauſa devotionis ſine alicuius contradictione veſtris officiis intereſſe, dum tamen id non fiat in Eccleſiarum parochialium contemptum, ſed devotionis cauſa, ut ſuperius & permiſſum, non obſtantibus aliquibus noſtris conſtitutis vel litteris, ſeu privilegio veſtro, in quo cavetur ubi dicitur, quod electa in Abbatiſſam veſtri Monaſterii poſſit, & in ſuo conſiſtat arbitrio, perſonaliter Lucam accedere pro confirmatione petenda. In cuius rei teſtimonium & evidentiam pleniorem preſentes litteras per infraſcriptum Notarium ſcribi fecimus, & Sigilli noſtri appenſione muniri. Factum & datum Luce, in domibus Hoſpitalis Sancti Martini Lucani, preſentibus domino Guillelmo Antelminelli Canonico Lucano, & Fratre Luca, & Fratre Angelo de Freſonaria Lucane Dioceſis, teſtibus ad hec vocatis & rogatis, anno Nativitatis Domini MCCXCVIII. Ind. XI. die XVI. menſis Martii.

Ego Tancredus quondam Rituldi Notarius de Calcinaria Clericus, Imperiali auctoritate Iudex Ordinarius atque Notarius publicus, predictas literas de mandato prefati Domini Epiſcopi ſcripſi & confirmavi, & in publicam formam redegi.

Legatus autem Pontificius *Petrus Valerianus* Cardinalis Privilegia huius Parthenonis confirmans anno MCCXCVI. quaſcumque perſonas liberas, ſine ſexus diſcrimine, poſſe a Monialibus ad converſionem recipi, ait in ſequenti inſtrumento.

Petrus miſeratione divina Sancte Marie Nove Diaconus Cardinalis Apoſtolice Sedis Legatus. Dilectis nobis in Chriſto Abbatiſſe & Conventui Monaſterii Sancte Marie Novelle & Sancti Michaelis de Caſtro Sancte Crucis, Vallis Arni, ordinis Sancti Auguſtini, Lucane dioceſis, ſalutem in Domino. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam rigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem offitii noſtri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod Venerabilis in Chriſto pater Paganellus Lucanus Epiſcopus, in Monaſterii veſtri fundatione auctoritate ordinaria ordinavit & ſtatuit, quod vos & ille, que vobis ſucceſſerint, debeatis perpetuo manere ſub clauſura, & quod beati Auguſtini Regula in ipſo Monaſterio perpetuis temporibus obſervetur, quodque electio Abbatiſſe, quotiens Monaſterium ipſum vacare contigerit, libere pertineat ad conventum, a preſtatione quoque decimarum tam perſonalium quam predialium, collectarum, dationum, tributorum, cenſus, vel cathedratici, vos & Monaſterium veſtrum liberavit totaliter & exemit. Conceſſit etiam vobis, ut Abbatiſſe dicti Monaſterii, que pro tempore fuerit, de conſenſu conventus ſive ſororum ſuarum, vel maioris partis earum, liceat perſonas liberas, & abſolutas, e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, ac eas abſque contradictione aliqua retinere. Preterea ſepulturam dicti Monaſterii liberam eſſe decrevit, ut eorum devotioni & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint nullus obſiſtat, ſalva tamen canonica iuſtitia illarum Eccleſiarum, e quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Quaſdam inſuper alias libertates & exemptiones vobis & Monaſterio predicto conceſſit, Capituli Lucani ad hoc accedente conſenſu, prout in inſtrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper premiſſis provide factum eſt, ratum & gratum habentes, id auctoritate qua fungimur confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino &c. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras fieri fecimus, & noſtri ſigilli munimine roborari. Datum Florentie XVI. Kal. Octubris, Pontificatus Domini Bonifatii Pape VIII. anno ſecundo.

Hic *Petrus* Cardinalis eſſe videtur ille, qui fundamenta iecit maximae Eccleſiae Florentinae anno MCCXCVIII. nam miſſus fuerat Legatus in varias provincias Italiae, & praecipue in Etruriam, a *Bonifacio VIII.* ut ſcribit *Ciacconius*, & morari interdum ſolebat Florentiae, ut obſervat *Vghellius*, & hoc Diploma confirmat. Nullam quoque ſexus diſcriminis in Converſis huius Monaſterii rationem habuit *F. Ioannes*, ſeu *Baltbaſſar Mannius* Lucanus Epiſcopus, quum inſequens privilegium eidem Monaſterio conceſſit.

Ieſos Criſtus.

In Dei nomine feliciter Amen.

Baldaxar de Manois Dei, & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus Lucanus. Notum facimus per preſentes, & intuentibus dilucide atteſtamur, qualiter viſo quodam publico patenti indulto conceſſo Abbatiſſe, Conventui & Capitulo ac Sororibus almi Monaſterii Sancte Marie Novelle, & Archangeli Michaelis, de Caſtro Sancte Crucis Vallis Arni inferioris, a beata Chriſtiana ſub Regula Sancti Auguſtini fundati per olim felicem recordationem Reverendi in Chriſto Patris, & Domini, Domini Fratris Iohannis Dei,

Digitized by Google

Dei, & Apoſtolice Sedis, gratia Epiſcopi Lucanoi, cuius indulti tenor de verbo ad verbum ſubſequitur, in hac forma, videlicet,

Frater Iohannes, Dei, & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopos Lucanus, dilectis in Chriſto filiabus, Abbatiſſe Conventui Capitolo atque Sororibus univerſis, & ſingulis almi Monaſterii Sancte Marie Novelle, & Archangeli Michaelis Caſtri Sancte Crucis Vallis Arni inferioris noſtre Lucane diocefis, a Beata Chriſtiana ſub regula Beati Auguſtini canonice fundati, & ſub perpetua clauſura viventibus, ſalutem & pacem in filio Virginis glorioſe. Deſiderium, quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Hinc eſt, quod exigit veſtre devotionis affectus, quo nos & Lucanam Eccleſiam matrem veſtram reveremini, ut petitiones veſtras quantum cum Deo poſſumus ad exauditionis gratiam admittamos, & propterea, dilecte in Domino filie, veſtris iuſtis ſupplicationibus clementer annuimus, & bone memorie Paganelli, Guiglielmi, Berengarii. & Antonii, predeceſſorum noſtrorum Lucanorum Preſulum, veſtigiis inherentes vos ipſas, perſonas veſtras, Monaſterium veſtrum vel locum, in quo divino eſtis obſequio mancipate, a procelloſis mundi fluctibus elongate, in quo quietius, & ſecurius Deo vacatis, & celeſtibus inheretis. Eſt enim veſtrum Monſterium, ut experientia rerum magiſtra nos docuit dum in minoriboa eſſemus, Ortus illu concluſus, & paradiſus voluptatis; Fons ſignatus totius virtutis & honeſtatis, qui muris regularis obſervantie firmiter undique circumcluſus, intra ſe, ſolo Deo contentus, adornatur abunde novellis plantationibus filiarum, Hec eſt illa celeſtis vite felix gloria, quam deſcripſit illa diſcipula Chriſti eximia, Beata Chriſtiana, ſervanda a ſuis filiabus, verbo docoit pariter, & exemplo. Propter quod inter vos, o filie, vernant flores virtutum, & fructus bonorum operum multipliciter redundant. Digne igitur, & congrue tantum & tale Monaſterium ſub Beati Martini Patroni noſtri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, libertates, & immunitates, & quecumque bona mobilia pariter & immobilia, ſpiritualia ſimul & temporalia, que dictum Monaſterium in preſentiarum, iuſte ac canonice poſſidet, aut in futurum largitione Principum, aut Comunitatum, oblatione fidelium, ſeo aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque, ſucceſſoribus illibata permaneaot, eximentes vos ipſas, & veſtrum Monaſterium, ab omni noſtro Vicario Foraneo, Caſtaldo, ſive Procuratore noſtro. niſi ſuper hoc ſpeciale habuerit mandatum. Ceterum volumus, quod quotieſcumque veſtrum ſepedictum Monaſterium Abbatiſſa vacaverit, obeunte nunc eiuſdem loci Abbatiſſa, vel ſuarum qoalibet ſuccedentium, nulla ibi qualibet ſubreptioois aſtutia, ſeu violentia appooatur; ſed qosm Sorores comoni conſenſu vel ipſarum pars maioris & ſanioris conſilii ſecundom Deom, & Beati Auguſtini Regulam, previderiut eligendam. Electa vero a Lucano Preſule, qui eſt ordinarius prelatus, & pater, gubernator, viſitator, & corrector veſter, non niſi de mandato ſuo manus confirmationis recipiat, ut hactenus eſt fieri conſuetum. Inſuper quoniam non eſt equum vos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis, concedimus vobis auctoritate ordinaria, quod perſonas maturas, & honeſtas, & fame laudabilis, atque vite comprubate, liberas tamen, & ſolutas, & corpore ſanas, ſeculum fugere volentes, & Deo atque vobis ſervire cupientes, ad converſionem recipiatis; & pro converſis atque ſervitialibus veſtri Monaſterii abſque contraditione aliqua, & facere poſſitis, atque retinere, que quidem perſone pro Eccleſiaſticis perſonis habeantur, & tractuntur, & ſimilibus privilegiis gaudeant omnino. Monaſteriom veſtrum atque Cappellanum ipſius liberamos totaliter, eximimus omnino pariter, & abſolvimus. Sepulturam quoqoe veſtram, & dicti Monaſterii veſtri liberam eſſe decernimos, & eorum devotioni, & extreme voluntati, qui ſe illic apud vos ſepeliri elegerint, ſeu deliberaverint, nullos obſiſtat; ſalva ſemper Canonica iuſtitia illarum Eccleſiarum, e quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Preterea cum propter ingruentes guerras, & invaſiones hoſtiles, atque propter ſevas, & continuas hominum mortalitates, que partes Vallis Arni diutius vexaverunt, ſepedicti veſtri Monaſterii fructus, redditus, & proventus ſunt adeo diminuti, & debiles, quod vos ipſe & conventus veſter non poteſtis ut decet honeſte ſubſtentari, & ob hoc divinus cultus, qui hucuſque debite ſerveri extitit, aliquantulum minui videbatur, ideirco auctoritate noſtra ordinaria, ut divinus cultus oon pereat, ſed creſcat, conſervetur, & amplietur, Cappellaniam, & Cappellanum teſtamentarium unimus, & incorporamus, & annectimus perpetuo Cappellanie, & Cappellano generali conſueto veſtri Monaſterii memorati. Itaque de cetero ipſe Cappellanus teſtamentarius unitus, & incorporatus perpetuo eſſe intelligatur cum Cappellania, & Cappellano generali conſueto ſupradicti veſtri Monaſterii. Qui quidem Cappellanus per vos ipſas liquidem nominetur, ſeu eligatur, ſed nobis, & ſucceſſoribus noſtris, antequam tanctis poſſit Eccleſiaſtica adminiſtrare Sacramenta, preſentetur examinandus, & adprobandus, ſi bonus & idoneus fuerit repertus, & nihil Canonicom ſibi obſiſtat. Qui tamen Cappellanus ſic examinatus & adprobatus, gratis tamen & ſine qoacumque contributiu-

none, ſufficis enim a talibus orationes & preces devote ſuſcipere, poſſit auctoritate noſtra ordinaria eorum, qui ad dictum veſtrum Monaſterium ſibi Eccleſiaſticam elegerins ſepulturam, confeſſiones audire, & in formam Eccleſie abſolvare, eiſque penitentiam ſalutarem iniungere, & demum eiſdem valeas perpetuo eccleſiaſtica conficere Sacramenta pariter & miniſtrare, Itaque de dono gratie ſingularis prefato veſtro Cappellano, qui nunc eſt, atque erit pro tempore, ab Epiſcopo Lucano, vel eius Vicario, examinatus, ut prefertur, ſupradicta faciendi pariter, & adminiſtrandi, ac ſi eorum eſſet Curatus, ſeu Parochialis, plenam, & liberam licentiam, & poteſtatem auctoritate preſentium indulgemus. Licet ipſi confitentes, aut decedentes de aliorum ſint parochiis; ſive quovis alio iure, ſuper quo diſpenſare poſſimus, in contrarium non obſtante, ſalva ſemper iuſtitia portionis canonice Eccleſiarum Parrochialium circa funeralia. Denique nos Chriſti fideles ad tantum, & tale Monaſterium devote frequentandum pariter & venerandum, quod tam ratione originis, quam honeſtatis & ſincere dilectionis in Domino carius afficimus donis, volentes donis ſpiritualibus annuere, ut eo ferventius proſequantur devote accedendo, & manus adiutrices apponendo, quo exinde maioris retributionis merita ſe ſperaverint adepturos, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Apoſtolorum eius Petri, & Pauli, atque beati Martini Patroni noſtri, aliorumque Sanctorum meritis, auctoritate confiſi, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad huiuſmodi Eccleſiam veſtri Monaſterii Sancte Marie Novelle & beati Archangeli Michaelis, in qua pretioſum illud, & omni veneratione digniſſimum corpus beate Criſtiane honorifice conquieſcit, devote acceſſerint in diebus feſtivitatum infraſcriptarum, sive manus adiutrices appoſuerint, videlicet in Nativitate Domini noſtri Ieſu Chriſti; in Circumciſione eiuſdem; in die Epifanie, omni ſexta feria per totam Quadrageſimam, in Sancto Paſchate Reſurrectionis Domini, & per octavam, in Aſcenſione Domini, in Pentecoſtu, nec non in feſto Sanctiſſime Trinitatis, in feſto Corporis Chriſti, & per octavam, in omnibus feſtivitatibus beate Dei Genitricis ſemperque Virginis Marie, in utroque feſto Archangeli Michaelis, apparitionis ſcilicet, & dedicationis, in feſto Sanctorum Innocentium, atque in Eccleſia earumdem quando requies beate Chriſtiane feſtive colitur, in Nativitate beati Iohannis Baptiſte, & in feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli, & omnium aliorum Apoſtolorum, tam principalium quam non principalium, in celebratione omnium Sanctorum, & in craſtinum commemoratione omnium defunctorum, in feſto beati Martini Patroni noſtri, & beati Laurentii Martiris, ac in feſto beati Paulini primi Lucani Epiſcopi, quod eſt XII. menſis Iulii, & ſolemniter celebratur, nec non in feſto Sancte Marie Magdalene, Sancte Cecilie, Sancte Chaterine Virginis, & Martiris, quadraginta dierum quibuslibet ſupradictorum feſtivitatibus de iniunctis ſibi penitentiis miſericorditer relaxamus. Tandem univerſis, & ſingulis fidelibus ſacro Monaſterio veſtro ſua iura ſervantibus ſit gratia, & pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructus bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Datum Luce in noſtro Epiſcopali Palatio die XXVI. menſis Octubris, anno Nativitatis Domini MCCCLXXXVI. Inditione X. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini noſtri Vrbani divina providentia Pape VI. anno nono, ſub noſtro Pontificali ſigillo in pendenti, ſubſcriptio Notarii, & horum, videlicet

Ego Bartholomaeus filius quondam Iohannis de Gandiano Canonicus Novarienſis Dioceſeos publicus Imperiali auctoritate Notarius, & prefati Domini Epiſcopi ſcriba, eiuſque ſpeciali mandato hanc preſentem gratiam, & liberationem, & abſolutionem ſubſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, ſignumque meum conſuetum in teſtimonium & fidem premiſſorum appoſui, & me ſubſcripſi,

Dominicus de Carraria de mandato Domini Epiſcopi recognovit gratia, & ſigillavit

Ac etiam viſa confirmatione facta per Reverend. in Chriſto Patrem, & dominum, dominum Ludovicum de Maurinis predeceſſorem noſtrum ſub anno N. D. MCCCCXL. Indict. IV. die XXIII. menſis Iulii per patens Inſtrumentum, ſeu publicam Bullam, & indultum, cum ſigillo pendenti, roboratum publica manu Venerabilis viri Domini Iacobi Petri de Senis Canonici Lucani, Apoſtolica auctoritate Notarii, precedentibus antedictis pluribus confirmationibus; Nos itaque Baldaxar de Mannis Epiſcopus Lucanus antedictus animadvertentes ſaluberrimam in Chriſto Ieſo Monialium dicti Monaſterii vitam memoratu dignam omni reverentia, & venuſtate preditam, previis anteceſſorum noſtrorum viis iuſtiſſimis mentem noſtram moventibus, ac & vehementius certificati de dicta ipſarum Monialium perpetuata & laudabili vita, ad augendum earumdem ſtatum, utpote ſalubriter in Domino viventium, ut tanto vehementius creſcat earum Monialium virtuoſi operis, & bene vivendi ardens caritas, & diligentior cura, quanto frequentius in boni operis exercitatione, venuſtate, ac honeſtate ſeſe continuo dignoſcuntur vacare, & inſiſtere divinis officiis, & virtuoſis operibus, ad tantum laudabile opus ipſas promovere cupientes, ac promotas iam

vi-

viribus, & constibus teari & manutenere vigore noſtre dignitatis Paſtoralis &c.

Anno N. D. MCCCCXLI, Indict. quinta die primo Decembris Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & domini, domini Eugenii divina providentia Papae IV. anno vero undecimo.

Ego Matthaeus olim Iohannis de filiis Guidi de Villa, Lucanus Civis publicus Imperiali auctoritate Notarius &c.

Et tanto magis credibile eſt, Converſos maſculos cum Sanctimonialibus converſatos fuiſſe, quanto compertum inſuper habemus, liberum olim Monialibus huius Monaſterii fuiſſe, Aſcetarii ſepta & clauſtra egredi, ac deſerere, alioque migrare; quae licentia a *Martino V.* anno ſui Pontificatus undecimo, a Chriſti Ortu MCCCCXXVIII. coarctata eſt, ſtatuente ſuo ſpeciali Decreto huiuſmodi Moniales vagas non poſſe a Monaſterio ſuam dotem repetere, ut antea faciebant: quod ad preces Abbatiſſe & Sanctimonialium huius Parthenonis conceſſit. Interim quum de *Converſione* actum ſit, haud abs re fuerit Pontificium Diploma adducere, quo feminas ad converſionem recipere concedit Abbatiſſe & Sanctimonialibus Parthenonis S. *Hilari*, in Dioeceſi Feſulana; quod quidem dudum publici iuris feci in *Deliciis Eruditorum* ad primam Partem *Chronici Leonis Urbevetani*.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Agneti Abbatiſſae Monaſterii S. Hillari in Epiſcopatu Feſulano ſiti, eiuſque Sororibus tam praeſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Prudentibus Virginibus, quae ſub habitu Religionis, accenſis lampadibus per opera ſanctitatis iugiter ſe praeparant obviam ire ſponſo, Sedes Apoſtolica debet praeſidium impertiri, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eas a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſanctae religionis infringat. Ea propter, dilectae in Chriſto Filiae, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Praedeceſſorum noſtrorum felicis recordationis Alexandri, Coeleſtini, Eugenii, Hadriani, & Lucii, Roman. Pontific. veſtigiis inhaerentes praedictum Monaſterium S. Hillari in Epiſcopatu Feſulano ſitum, in quo divino eſtis obſequio mancipatae, ſub divi Petri ac noſtra protectione ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quaecumque bona, idem monaſterium in praeſentiarum iuſte ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, praeſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, & iis quae vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus haec pro-

propriis duximus vocabulis exprimenda. Monaſterium S. Gorgonii cum pertinentiis ſuis. Monaſterium S. Mauri, cum pertinentiis ſuis. Monaſterium S. Gregorii, cum pertinentiis ſuis, quod eſt poſitum iuxta Bononiae Civitatem. Eccleſiam S. Mariae de Agnano, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Martini de Monte Mugnari, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Laurentii de Pezzatole, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Stephani de Pitiana, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam, quae eſt in Caſtro S. Hillari, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sanctae Mariae, quae eſt in Caſtro, & Monaſterium, cum pertinentiis ſuis. Caſtrum S. Hillari, cum pertinentiis ſuis. Caſtrum de Ramulo cum pertinentiis ſuis. Reditus quoque, iurapatronatus, & rationabiles, & antiquas conſuetudines, quas habetis in Monaſterio Vallisumbroſae ſito vobis nihilominus confirmamus. Sane novalium veſtrorum, quae propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſeu de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus a vobis decimas exigere praeſumat. Liceat vobis feminas, ſaeculum fugientes, liberas, & abſolutas ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis ianuis clauſis, excommunicatis excluſis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare. In Parochialibus autem Eccleſiis, quas habetis, liceat vobis Sacerdotes eligere, & dioeceſano Epiſcopo praeſentare; quibus, ſi idonei fuerint, Epiſcopus animarum curam committat, ut ei de ſpiritualibus, vobis autem de temporalibus, debeat reſpondere. Praeterea Praedeceſſoris noſtri Lucii Papae tertii veſtigiis inhaerentes, ipſum Monaſterium in eodem ſtatu, & religione, S. Monialium videlicet feminarum, quotidie in religione proficiens, ſicut ab exordio ſui ſtatutum eſt, perpetuo manere ſancimus. Novas autem conſuetudines; vel exactiones, vobis, vel eccleſiis, aut hominibus, veſtris imponi auctoritate Apoſtolica prohibemus. Baptiſmus quoque, ſicut eſt antiquitus conſuetum, ita ſemper in Eccleſia veſtra omni cuilibet perſonae contradictione ceſſante ſuo tempore celebretur. Prohibemus inſuper, ut nullus eiuſdem Coenobii Vicecomitatum ſibi audeat uſurpare, ſed liceat Abbatiſſae, quae pro tempore ipſi monaſterio praeficitur, communicato totius ſui Capituli conſilio, idem officium dare, & culpa, vel alia manifeſta cauſa rationabili exigente, auferre. Chriſma vero, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, a dioeceſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem Apoſtolicae Sedis habuerit, & ea vobis gratis, & abſque pravitate aliqua voluerit exhi-

exhibere. Sepulturam praeterea monaſterii veſtri liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremae voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publice uſurarii, nullus obſiſtat, ſalva tamen illarum Eccleſiarum iuſtitia, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero te, nunc eiuſdem loci Abbatiſſa, vel earum qualibet, quae tibi ſucceſſerint, nulla ibi qualitate ſubreptionis, aſtutia, ſeu violentia, praeponatur, niſi quam Sorores communi conſenſu, vel Sororum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & S. Benedicti regulam, providerit eligendam. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit praedictum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur earum, pro quarum gubernatione, ac ſubſtentatione, conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicae auctoritate, & Dioeceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſaecularisve perſona hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinae ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & fructum bonae actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant, Amen, Amen. Amen.

„ In fine vero Privilegii erat circulus quidam cum cruce in medio ipſius circuli, & „ infraſcriptae ſubſcriptiones, In quo tamen „ circulo, & in ipſius circuitu erant litterae, „ quae ſic legebantur: Fac mecum Domine ſignum in bonum. S. Pet. S. Pa. Greg. PP. „ VIIII.

Ego Gregorius Catholicae Eccleſiae Epiſcopus S.

Ego Pelagius Albanus Epiſcopus S.

Ego Thomas tit. S. Sabinae Presbyter Cardinalis S.

Ego Bartholomaeus S. Pudentianae Presbyter Cardinalis tit. Paſtoris S.

Ego Sigenbaldus tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis S.

Ego Octus SS. Petri, & Pauli Diaconus Cardinalis S.

Ego Petrus S. Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis S.

Ego Rainaldus S. Euſtachii Diaconus Cardinalis S.

Ego

Ego Otto S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis S.

Datum Peruſii per manum Martini S. R. E. Vicecancellarii, IV. Kal. Iulii Indict. I. Incarnationis Dominicae MCCXXVIII. Pontificatus vero D. Gregorii PP. IX. anno ſecundo.

De converſione quoque agit inſequens *Lucii* Papae Epiſtola.

Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis, Hieronymo Abbati Monaſterii S. Trinitatis Florentinae, eiuſque fratribus, tam praeſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Quoties a nobis petitur, quod religioni & honeſtati convenire dignoſcitur, animo Nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & praefatum Monaſterium S. Trinitatis Florentinae, in quo Divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & Noſtra protectione ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem, ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulam, atque inſtitutionem fratrum Vallis Umbroſae in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus, inviolabiliter obſervetur. Praeterea quaſcumque poſſeſſiones, quaecumque bona, idem Monaſterium in praeſentiarum iuſte, ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, vel aliis iuſtis modis (praeſtante Domino) poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo praefatum Monaſterium ſitum eſt cum Parochia ſua, certis terminis diffinita. Curtem de Ripule, & de Varliano. Curtem de Lignaria, Curtem de Monte, cum omnibus earum pertinentiis; Agros de Mugnone, & de Turri, cum ſuis pertinentiis. Sane novalium veſtrorum, quae propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus a vobis decimas extorquere praeſumat. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos, e ſaeculo fugientes liberos, & abſolutos, ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum, poſt factam, in eodem loco profeſſionem, fas ſit, abſque Abbatis ſui licentia (niſi arctioris religionis) obtentu, de eodem loco, diſcedere; diſcedentem vero, abſque communium litterarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem Generale interdictum Terrae fuerit, liceat vobis, clauſis ianuis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis Campanis, ſuppreſſa voce, Divina Officia celebrare. Prohibemus inſuper, & nullus infra terminos Par-

chiae

tibiae veſtrae, ſine aſſenſu Dioeceſani Epiſcopi & veſtro, Eccleſiam, vel Oratorium, de novo conſtruere audeat, ſalvis tamen privilegiis Rom. Eccleſiae. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremae voluntati, qui ſe illis ſepeliri deliberaverint niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero Te nunc eiuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia praeponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam, providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit, praefatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſubſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalva Sedis Apoſtolicae auctoritate, & Dioeceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſaecularisve perſona, hanc Noſtrae Conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecunda, tertiove commonita, niſi reatum ſuum, congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinae ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Lucius Catholicae Eccleſiae Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Theodinus Portuenſis, & S. Ruffinae Epiſc. ſubſcripſi.

Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Paulus Praeneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Ioannes Presb. Cardinalis tit. S. Marci ſubſcripſi.

Ego Petrus Presb. Cardinalis tit. S. Soſannae ſubſcripſi.

Ego Laborans Presb. Cardinalis S. Mariae in Tranſtiberim tit. Calliſti ſubſcripſi.

Ego Pandulphus Presb. Card. tit. Baſilicae 12. Apoſt. ſubſcr.

Ego Iacobus Diaconus Card. S. Marie in Coſmedin ſubſcripſi.

Ego Gratianus Diac. Card. SS. Coſmae, & Damiani ſubſcr.

Ego Boba Diaconus Card. S. Angeli ſubſcripſi.

Ego Sofridus Diac. Card. S. Marie in Via lata ſubſcripſi.

Datum Anagniae per manum Alberti S. R. E. Presb. Card. ac Cancellarii, XIII. Calend. Martii, Indictione ſecunda, [illegible] Dominicae Anno MCLXXXIII. Pontificatus vero Lucii Papae Tertii Anno tertio.

Obſervandum ad hoc Pontificium Diploma, in eo ſubſcriptum eſſe *Laborantem*. Presbyterum Cardinalem S. Mariae in Tranſtiberim, Titulo Calliſti, qui quidem Cardinalis a Ponte Ormae fuit, Oppido Dioeceſeos Florentinae XV. M. P. circiter Florentia ad occaſum diſtante. De hoc *Laborante* inſequentia ſcriptis mandavit *Vghellius* in *Epiſcopis Florentinis*, ex quo, & ex meis *Deliciis Eruditorum*, hoc Diploma ſumſi. Verba *Vghellii* ſunt: *Davidi conſpicuo ſanctitate monacho Florentia oriundo, ſaeculoque Zenobii Epiſcopi temporibus transfuſa, alterum doctrina, dignitateque Cardinalitia, illuſtrem civem coniungamus, cuius hactenus patria incognita fuit Panvinio, Ciaconio, aliiſque, qui de ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinalibus ſcripſere. Is extitit M. Laborans civis Florentinus in oppido, cui Pontormum nomen eſt, ſeptimo* (forte legendum, decimo ſeptimo) *ab urbe milliario natus, qui primis adoleſcentiae annis Gallias petiit, ut literis ingenium perpoliret, qui cum ſtudia libare coepiſſet, Muſarum ſuavitate delibutus, ſtrenuam adeo adipiſcendis ſcientiis navavit operam, ut doctoratus lauream in Pariſienſi Academia compararet; cumque eius doctrinae fama late increbreſceret, ab Alexandro Tertio creatus eſt Diaconus Cardinalis ſanctae Mariae in Portico anno 1179. mox Presbyter Cardinalis ad titulum Sanctae Mariae Tranſtyberim. Legati munere ſub eodem Alexandro, Vrbanoque Tertio, ſaepius in Langobardia perfunctus, ſedente tandem Clemente Tertio, ultimo ipſius pontificatus anno, qui fuit ſalutis 1191. relicto ingenti ſui deſiderio, cum ſumma prudentiae, doctrinae, virtutumque omnium, laude extinctus eſt. Transfudit ille ad poſteros plura ingenii ſui monumenta, ac inter alia inſigne illud* De Iuſti, iuſtitiaeque, rationibus *opus quadripartitum. Edidit aliud* De vera liberalitate *ad Hugonem Archiepiſcopum Panormitanum, necnon volumine congeſſit* Decreta Pontificum, *quod inſcripſit* Compilatio decretorum *ad Petrum Praeſulem Pampiloneuſem. Exſtat manuſcriptum in tabulario Canonicorum baſilicae Vaticanae, ubi ipſe auctor, e qua patria eſſet oriundus, verbis ſequentibus enarrat pag.* 139. Ad floridum Florentiae patriae mihi natale ſolum, & ad Vallem Arniſanae Pontormae nativitatis meae nobile caſtrum, cui nomen indidit viciniſſimus ei pons, & fluvius Orma, de Francorum olim mare per Alemanniam regreſſum feliciter a ſcholis habens a quodam [illegible] memor. pio viro, cui ſit in caelo palatium, decenti gratitu-

 di-

dine ſui receptus hoſpitio, &c. *Hic vero titulus libro praefigitur*, Compilatio decretorum Laborantis Cardinalis ad Petrum Praeſulem Pampilonenſem; *ad calcem adiectus eſt annus, quo librum conſcripſerit, his verbis*; Edidit hoc opus Laborans anno 1182. vltimo die Aprilis. *In eo Codice huius Cardinalis effigies ſuis coloribus expreſſa, atque adumbrata cernitur, quam nos tum ad lectoris voluptatem, tum ad tanti, tamque celebris coaevi illuſtrandam memoriam, qui patriam, maximorum ſemper ingeniorum altricem, ſuis natalibus, ac ſcriptis ornavit, incidi, typiſque commendari, aliquando curabimus, in noſtro de Purpuratis viris Florentinis commentario*. Hactenus *Vghellius*. *Laborantis* Cardinalis vitam copioſam ac luculentam ſcripſit *Franc. Maria Suareſius* Epiſcopus Vaſionenſis, quam hactenus non vidi, ac de eo mentionem feci etiam ipſe in meo *Hodoeporico pag.* 10. Poſtquam *Gregorii IX.* Diploma Parthenoni S. *Hilari* conceſſum iam produxeram, in aliud eidem Aſceterio pariter a *Lucio III.* Papa in anteceſſum indultum incidi, dum primam Partem Chronici *Leonis Vrbevetani* in meis *Deliciis Eruditorum* evolverem, in quo pariter de converſione mentio eſt, & ita habet:

Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Capitinigra Abbatiſſae Monaſterii S. Hilari in Epiſcopatu Feſulano ſiti, eiuſque Sororibus tam praeſentibus, quam futuris, Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Prudentibus Virginibus, quae ſub habitu Religionis accenſis lampadibus per opera ſanctitatis iugiter ſe praeparant ire obviam ſponſo, Sedes Apoſtolica debet praeſidium impertiri, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus, aut eas a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacrae religionis infringat. Eapropter, dilectae in Chriſto filiae, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Praedeceſſorum noſtrorum fel. record. Alexandri, Caeleſtini, Eugenii, & Hadriani, Romanorum Pontificum veſtigiis inhaerentes praefatum Monaſterium S. Hilari in Epiſcopatu Feſulano ſitum, in quo divino eſtis obſequio mancipatae, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quaecumque bona, idem Monaſterium in praeſentiarum iuſte ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis praeſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, & his, quae vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Monaſterium S. Gorgonii cum pertinentiis ſuis; Monaſterium S. Gregorii cum pertinentiis ſuis, quod eſt poſitum iuxta Bononiae Civitatem, Eccleſiam S. Mariae de Agnano cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam S. Martini de Muſignano cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam S. Stephani de Pitiuna cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam, quae eſt in Caſtro S. Hilari cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam S. Mariae, quae eſt intra Caſtrum, & Monaſterium cum pertinentiis ſuis; Caſtrum S. Hilari cum omnibus pertinentiis ſuis; Caſtrum de Remulo cum pertinentiis ſuis: redditus quoque, iura patronus, & rationabiles, & antiquas conſuetudines, quas habetis in Monaſterio in Valleumbroſa, vobis nihilominus confirmamus. Sane novalium veſtrorum, quae propriis manibus aut ſumtibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrarum nullus a vobis decimas exigere praeſumat. Liceat vobis feminas e ſeculo fugientes liberas, & abſolutas, ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Quum autem generale Interdictum terrae fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare. In Parochialibus autem Eccleſiis, quas habetis, liceat vobis Sacerdotes eligere, & Dioeceſano Epiſcopo praeſentare, quibus, ſi idonei fuerint, Epiſcopus animarum curam committat, ut ei de ſpiritualibus, vobis autem de temporalibus, debeant reſpondere. Praedeceſſoris noſtri Hadriani Papae veſtigiis inhaerentes ipſum Monaſterium in eodem ſtatu, & religione, ſanctimonialium videlicet feminarum, quotidie in religione proficiens, ſicut ab exordio ſui ſtatutum eſt, perpetuo manere ſancimus. Novas autem conſuetudines, vel exactiones vobis, vel Eccleſiis, aut hominibus veſtris, imponi auctoritate Apoſtolica prohibemus. Baptiſmus quoque, ſicut eſt antiquitus conſuetum, ita ſemper in Eccleſia veſtra, omni cuiuslibet perſonae contradictione ceſſante, ſuo tempore celebretur. Prohibemus inſuper, ut nulli eiuſdem coenobii vicecomitatum ſibi audeat uſurpare, ſed liceat Abbatiſſae, quae pro tempore ipſi Monaſterio praefuerit, communicato totius Capituli ſui conſilio, idem officium dare, & culpa, vel alia manifeſta cauſa rationabili exigente, auferre. Chriſma vero, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ſacros Ordines fuerint promovendi, a Dioeceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicae Sedis habuerit, & ea vobis gratis, & abſque pravitate aliqua, voluerit exhibere. Sepulturam praeterea Monaſterii veſtri liberam eſſe decernimus, & eorum devotioni, & extremae voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora adſumuntur. Obeunte vero te tunc eiuſdem loci Abbatiſſa, vel earum qualibet, quae tibi ſucceſſerit, nulla ibi cuiuslibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia praeponatur, niſi quam Sorores communi conſenſu, vel ſororum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eli-

Digitized by Google

eligendam. Decernimus ergo, ut nulli omnina hominum fas ſit praefatum Monaſterium temere perturbare, aut eias poſſeſſianes auferre, vel ablatas minuere, ſeu aliquibus vexatianibas fatigare, ſed omnia integra conſerventur earum, pra quarum gubernatione, ac ſubſtentiane, conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicae auctoritate, & Dioeceſani Epiſcopi cananica iuſtitia. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve, perſona banc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens, cantra eam temere venire tentaverit, ſecunda, tertiove canonice tommonita, ſi non ſatisfactiona congrua emendaverit, poteſtatis, banoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divina iudicio exſiſtere de perpetrata iniquitate cagnaſcat, & a ſanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemtoris naſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ſubiaceat ultiani. Cunctis antem eidem locu iuſta ſervantibus ſit pax Damini noſtri Ieſu Chriſti, qaatenus & binc fructum banae actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Lucius Catholicae Eccleſiae Epiſcopus.
Ego Theodinus Portuenſis, & S. Ruffinae Epiſcopus.
Ego Paulus Praeneſtinus Epiſcopus.
Ego Petrus Tituli S. Suſannae Presbyter Cardinalis.
Ega Vivianus Presbyter Cardinalis Tituli S. Stephani in Caelia monte.
Ega Cinthius Presbyter Cardinalis Tituli S. Caeciliae.
Ega Vga Tituli S. Clementis Presbyter Cardinalis.
Ega Ardricus Presbyter Cardinalis Tituli S. Crucis in Ieruſalem.
Ega Matthaeus Tituli S. Marcelli Presbyter Cardinalis.
Ego Iacintus Diaconus Cardinalis S. Mariae in Coſmedin.
Ega Rainerius Diaconus Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum.
Ega Gratianus Sanctorum Coſmae, & Damiani Diaconus Cardinalis.
Ega Rainerius Diaconus Cardinalis S. Hadriani.
Ego Matthaeus S. Mariae Novae Diaconus Cardinalis.
Datum Laterani per manum Alberti S. R. E. Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii, IV. Kalendas Ianuarii, Indictione XV. Incarnatianis Dominicae anno MCLXXXI. Pontificatus vero D. Lucii PP. III. anna I.

Tam in hoc, quam in ſuperiore, Diplomate ſubſcriptus eſt *Gratianus* Diaconus Cardinalis Sanctorum *Coſmae* & *Damiani*, qui Piſanus fuit, nepos *Eugenii III.* Papae, quique anno MCLXIII. erat Abbas S. Pauli ad Ripam Arni; & anſote Cardinalatum Subdiaconus, & Scriptor Apoſtolicus, & Procancellario Romanae Sedis fuerat. Vixit autem uſque ad *Innocentii III.* tempora, & peregrinantium Pontificum comes fuit individuus, ut *Ciacconius* in *Vitis Pontificum*, & *Troncius* in *Annalibus Piſanis* ſcribunt.

Sed, occaſione adrepta, de quibuſdam aliis Montibus Acutis nonnulla delibemus, & primum memorabimus Montem Acutum, Caſtrum iam dirutum, in ora maritima Senenſi, in territorio Suanae, quod quidem ſitum erat in excelſo monte, coni inſtar adſurgente, quare & Mons Acutus adpellatus fuiſſe videtur. An vero hic Mons Acutus idem ſit, ac Mons Acutulus de Boſco in Comitatu Senenſi, cuius mentio ſuperius *pag.* 140. & 149. occurrit, alii viderint. Deinde agemus de Monte Acuto, qui ad fluvium Imam ſitus eſſe dicitur, & quem eumdem puto, atque illum, qui in Valle Grevis eſſe perhibetur. Is igitur memoratur in citato Diplomate *Henrici VI.* anno MCXCI. nam per errorem MCXC. ſcriptum eſt ſuperius *pag.* 149. Illud autem ita habet:

In Nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis. Henricus ſextus Divina favente clementia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus. Licet ad omnes Dei Eccleſias defenſionis noſtrae patrocinium univerſaliter debeat extendi, eas tamen ſinceriori favore decrevimus amplecti, quas ſpecialioris debitum fidelitatis ampliori devotione nobis obligavit. Noverit itaque omnium fidelium noſtrorum praeſentium ac futurorum induſtria, quod divini cultus amore, & pro remedio ac perenni ſalute animae noſtrae, & ſucceſſorum noſtrorum, atque parentum, ad imitationemque inclitae memoriae Praedeceſſoris noſtri Friderici Divi Imperatoris, monaſterium Sancti Hillari Confeſſoris Chriſti, Alphianum antiquitus nominatum, & Abbatiſſam eius, omneſque Chriſti Ancillas Deo ibidem famulantes, praeſentes ac futuras cum perſonis omnibus, & poſſeſſionibus, boniſque univerſis, ad ipſum iuſte pertinentibus intrinſecus, & extrinſecus, ſub regalem noſtram protectionem ac mundiburdium perpetuo recipimus, ac pacis & tranquillitatis perennitate feliciter perfrui Auguſtali hoc noſtro edicto iubemus, quamquam idem monaſterium ſpecialem ſacri Imperii noſtri Cameram eſſe, & peculiariter noſtrae diſpoſitioni attinere cognoſcitur. Vniverſa quoque, quae praenotatum monaſterium nunc iuſte poſſidet aut poſſidere de iure debet, vel in futurum Deo annuente acquiret, & nominatim quidquid iuris habet in Caſtro de Remulo cum Curte ſua, in Eccleſia Sancti Mauri, quae in Pagano cum pertinentiis ſuis, tam in terris, quam in aquis; in Eccleſia de loco Peſatule cum pertinentiis ſuis; in Monaſterio de Agnano, in Ca-

Caſtro Baiorum cum pertinentiis ſuis, tam in tertis, quam in flumine Decumano; in Eccleſia de Valpaiano cum pertinentiis ſuis tam in poſſeſſionibus, quam io flumine Muſcae; & puſſeſſiones, quas habet in Curte de Rincine, & in Curte ſancti Gaudentii, & poſſaſſiones quas habet in Rovirano, & in Parci, & in Curte Montis Boni, & poſſeſſiones ipſius monaſteril, quae ſunt in Curte Muntis Acuti, quod eſt luxta Imam, & quod babet in Caſcia, & quod habet io terra de Parci ubicumque Invenitur, & quod habet in Plebe Sancti Petri de Groppina, & quod in Curte de Culle; in Curte de Rivo Cacco, & quod habet in Silaruole, in terra de Laicialinga, in Curte da Romena; & quod in Curte de Cona, & iu Paterno, & Mercli in Plebe de Villamagna; & ea qoae habet in Curte de Pelago, in Ferrano, & in Pumino, & in Curte de Rignano, in Curte de Campi, in Curte de Riſtuncle, & de Magnale, & ubicumquo de praedictis monaſterii rebus ſeu poſſeſſionibus in Alpibus, vel io montibus, ſeu in planitie reperirentur, praeſenti Imperaturiae nuſtrae maiaſtatis reſcriptu perpetualiter confirmamus, conroboramus, omni tempore valitura largitione munimus, atque ab omni Duaum, Marchionum, Cumitum, Prucerum, omnique aliurum maiurum ſau miuorum perſonarum illicita exsctione libera, & abſoluta ſemper eſſe cenſamus, ac firmiſſime praecipiendo ſtatuimus. Ad haec ptaecepeali bac Noſtrae Serenitatis pagina ſtatuimus, ut poſſcſſiones univarſas eiuſdem monaſterii a quibulcumque invaſas, quantocumque tempore detentas, iura, & eius omnia tam in terris, quam in aquis, Abbatiſſa ipſius Eccleſiae vel per ſe, vel per aliam, omni temporis praeſcriptione remota, niſi centum annorum, libere repoſcere valeat, atque recuperare, omneſque ipſius coloni in dicto loco, vel manentes, ſeu aſcriptarii, nullam unquam iniuſtam exactionom aut aliquam iniuriam ſub alicuius diſtricti, ſeu placitl occaſione in perſonis vel rebus ſuis ab aliquibus patiantur. Flumina etiam, & ripas eorum, lu quibus a longo tempore Monaſterium illud conſuevit molendina, & alia aedificia conſtruere, nemo lpſi audeas contradicere, aut aliquam iniuriam el irrogare, vel aliquod ibi aedificium ſioe Abbatiſſae licentia conſtruere. Item confirmamus praedicto Monaſterio confirmationes Sanctl Mauri, quas Summus Pontiſex eidem confirmaſſe legitur. Haec omnia ſaepedicto Monaſterio illibata, et firma iobemus permanere, ſalva in omnibus Imperiali noſtra luſtitia. Siquis vero, quod abſit, huic perenni Noſtro odicto violator exſtiterit, aut temerarie aliquo in tempore contraierit, centum libras auri obrizi componat: medietatem Imperiali noſtrae Cameræ, reliquum Eccleſiae ſupradictae: & hoc Noſtrum praeceptum in ſua ſtabilitate permaneat. Vtque verius haec credantur, & ab univerſis inviolabiliter obſerventur, praeſentem paginam manu propria roboratam, Sigillo noſtro praecepimus inſigniri. Huius rei teſtes ſunt,

Modeſtus Patriarcha Aquileienſ.
Octu Phriſingen. Epiſcopus.
Praepuſitus Sigeleus.
Conradus Dux de Rethemburg.
Petrus Praefectus Vrbis Romanae.
Robertus de Aurone.
Henricus Teſta Mareſcalcus noſter.
Henricus Camerarius noſter de Luc.
Lutharius de S. Geneſio, & } Iudices Curiae noſtrae.
Vgo Terdunen, }
Et alii quamplores. }
Signom Domini Henrlci Romanorum Regis invictiſſimi.
Ego Diaterus Imperialis Aule Cancellarius, vice Domini Philippi Culonen. Archiepiſcopi, & tótius Italiae Archicancellaril, recugnovi.
Acta ſunt haec anno Domlni MCXCI. Indictiune nona, regnante Domino Henrico ſexto Rumanorum Rege gluriofiſſimo, anno Regni eius XXII.
Datum Piſis per manum Magiſtri Henrici Imperialis Aulae Prutonutarii IV. Kalen. Martii feliciter. Amen.

Hunc autem Montem Acutum in producto Diplomate memoratum, illum eſſe puto, qui in Plebatu S. *Mariae* in Pinea eſſe dicitur, cum Eccleſia S. *Mariae*, qoa de agitur ſuperius *pag.* 81. 83. Eccleſia vero S. *Columbani* in Munte Acuto, Plebatus Campoli, occurrit in Inſtrumento Archivl Ciſtercienſium Florentinurum, ſignato D. 65. nam eſſe alium Muntem Acutum in Plebatu S. *Stephani* de *Campo Pauli* vidimus ſuperius *pag.* 149. 152. De Monte Acutó, in quo Mönaſterium Carthuſianorum, eſt agit *Matthaeus Villanius Lib. III. Cap. LXIII.* Aſceterium Carthuſianorum ibi ſitum commemurans, quod quidem cónditum eſt anno MCCCXLI. *Nicolao Acciarola* Florentino, Magno Siciliae Siniſcalchu, ſumtus ſuppeditante, accedente conſenſu Canonicorum Florentinorum, ut memoriae prodidit *Leopoldus De Meliore* in ſua *Florentia illuſtrata pag.* 49. De huius Monaſteril conſtructione agit *Matthaeus Palmerius* in Vita *Nicolai Acciaroli* hiſce verbis: *Egli lontano da Firenze poco più d' un miglio e mezza, dalla parte di mezzo giorno ſopra la ſtrada Romana, edificò ſotto il nome di San Lorenzo il Monaſtero chiamato ancora oggi la Certoſa ſopra un monticello rilevato, e lo fortificò a guiſa d' un Caſtello, e l' ornò largbiſſimamente di paramenti di ſeta, e d' oro, di paliotti lavorati ad aga pieni d' oro, di perle, & altre pietre prezioſe, con calici & altri vaſi d' oro puro, e d' argento: condusſevi gran numero di ſa-*

Digitized by Google

te reliquie fatte venire dalla Grecia, e di Cicilia, fra le quali vi fu la teſta di San Silveſtro Papa, e quelle di San Giovanni Griſoſtomo, e di San Dionigi Ariopagita. Comperò molte belle poſſeſſioni non ſolo per vitto, e veſtito de' Frati, ma ancora perche poteſſero far limoſine a quegli poveri, che quivi in qualunque modo, e per qualunque cagione arrivaſſero, dando a ciaſcuno, il che ancora oggi s' oſſerva, da mangiare, e da bere tanto che gli baſti. Nè contento alle ſopradette coſe, come ſe foſſero ſtate o poche, o piccole, cominciò a edificare nel detto Monaſterio una caſa per coloro, che ſtudiare voleſſero; alla quale laſciò tanti beni per teſtamento, che i frutti d' eſſi potevano alimentare tre Maeſtri con cinquanta ſcolari d' arti liberali con convenevole ſalario a ciaſcuno de' tre precettori; & a queſto effetto comperò ancora molti volumi di libri in tutte le facultà, e gli fece riporre da parte per metterli in una libreria, che aveva ordinata di doverſi fare. Et ubi de origine Gentis Acciarolae agit, de hoc ipſo *Nicolao* loquens, ita ſcribit: *E fuori della detta Città lontano tre miglia nel poggio di Monte Aguto* (edificò) *un Monaſterio, e Chieſa dedicandola all' ordine di Certoſa, al quale laſciò gran parte de' ſuoi beni immobili, e paramenti, argenterie, vaſi, e reliquie infinite, e di gran maraviglia; edificò ancora in ſul fiume della Peſa un Palazzo a guiſa di Caſtello chiamato il Caſtellare, che è de' detti Monaci.* Hinc *Vgolinus Verinus De illuſtratione Vrbis Florentiae pag. 42.* cecinit;

Acciarole, tuos laudes quae neſciat aetas?
Imperio cuius curmus Rex credidit omnes
Parthenopes; Danaumque arces, vetereſque Mycenas
Rexiſti, & patriis non longe a moenibus aedes,
Templaque Certoſae mirae ſpectacula molis,
Fundaſtique tuae pietatis ſigna perennis.

Heic obſervandum a me eo *Matthaei Palmerii* loca Italice a *Zenobio Acciarolo* Equite Ieroſolymitano verſo adducta fuiſſe, eo quod opus ipſum *Palmerii* Latine ſcriptum nanciſci non potui. De ipſo autem Monaſterio haec habet libellus inſcriptus; *Riſtretto delle coſe più notabili della Città di Firenze &c. Certoſa, fatta col diſegno dell' Orgagna, o come vuole il Vaſari, di alcuno de' ſuoi Diſcepoli. Queſt' è ſituata in una Collinetta da ogni parte iſolata. Vi ſi ſale a Mezzogiorno per una lunga ſtrada, o ſcala fatta a baſtoni, in teſta alla quale vi è un Portone, che introduce in un primo Chioſtro, e quivi in Chieſa, ove vedeſi un nobile pavimento, e ſoffitta, e bello Altare; e a man ſiniſtra ſi entra in altro grandiſſimo Chioſtro, il quale da introduzione a molte Celle, con le ſue attenenze, ſecondo l' inſtituto di queſti Eremiti. Nel Chioſtro vi ſono dipinte a freſco da Iacopo da Pontormo molte figure della Paſſione. Nella ſtanza del Reſettorio, di mano del medeſimo vi è un quadro a olio con Criſto a tavola, con Cleofas, e Luca, grandi al naturale, eſſendovi fra quei, che ſervono, ritratti alcuni Converſi, e ſopra la porta, che va nel Chioſtro di fuori, vi è una Pietà con due Angioli, e dalla parte di dentro un S. Lorenzo di mano del Bronzino. Nella ſtanza del Capitolo vi è un Crocifiſſo con la Madonna, e la Maddalena a piè della Croce, e Angioli in aria di Mariotto Albertinelli Pittore ne' ſuoi tempi di credito. Vi ſi conſervano ſopra cento venti Reliquie. Ve ne ſono molte inſigni, una gran parte delle quali furono donate dall' inſigne Niccola Acciaioli, Gran Siniſcalco de' Regni di Sicilia, e di Geruſalemme, avutele egli pure in dono dal Re di Aragona, e parte fattele venire di Grecia, come la Teſta di S. Silveſtro Papa, e quella di S. Gio. Griſoſtomo, e parte del Cranio di S. Dioniſio Areopagita. Fu queſto Niccola il Fondatore della Certoſa; intorno all' anno 1364. accrebbe quella di Napoli: e in una ſtanza ſotterranea ſono le ſepolture di Caſa Acciaioli, la quale lontano di quivi ſette miglia in Valdipeſa poſſiede una gran tenuta, e un magnifico Palazzo detto Monte Guſoni riccamente addobbato, e di lunghi viali, e di un bel giardino con fontane, e ſcherzi d' acqua, ornato, e reſo delizioſo.* Multi viri ſanctitate inſignes hoc Coenobium inhabitarunt, inter quos eminuit B. *Nicolaus Albergatus* Bononienſis, Cardinalis, qui in ea Eccleſia ante aram principem humatus fuit, ut ſcribit inter alios in eius Vita *Carolus Sigonius Cap. XVII.* ſequentibus verbis: *Eugenius autem, cum per ſequentes tres annos Florentiae permanſiſſet, demum anno MCDXLIII. nonis Martii Senas conceſſit; atque ibi ſpatio aliquot menſium ſubſtitit. Interim Nicolaus, qui ab illius nunquam latere diſcedebat, graviter tentari calculo coepit: quem ex ſuperiore victus ratione, & praeteritorum laborum ſuſceptione, contraxerat;* quo cum per aliquot dies patientia magis, & virtute, quam remiſſione doloris, *aut ſpe aliqua vitae luctatus eſt, quam libenter ſe cum meliore, atque optabiliore commutaturum eſſe dicebat. Quum autem ſic adfectus decumberet, Eugenius, qui illum unice diligebat, noctu ſaepe ſolus inviſit, ac bono, fidentique animo eſſe iuſſit. Verum conſolatione vir fortiſſimus, & divinae miſericordiae memor, non eguit; quum ipſe ſe & alios confirmare, vel opportuna ſacrarum literarum lectione, vel praeclara vitae inſtitutione, iam inde ab ineunte pueritia didiciſſet. Inde morbi gravitate (nam & intimus ardentiſſimae febris aeſtus acceſſerat), ac doloris pertinacia victus, VII. Idus Maias, anno aetatis ſuae LXVIII. eſt mortuus, rite omnibus ſacramentis Eccleſiae, quae identidem ipſe petiit, expiatus. Quod ut Eugenius ſenſit, amici deſiderio vehementer adflictat, illico veſicam aperiri, & calculum extrahi iuſſit,* atque apud ſe pro concepta Sanctitatis

eius opinione retinuit: *inde in Baſilicam Urbis elatum, ſolemnes ſuper eum precationes effudit, atque ibi honeſtae ſepulturae mandavit. Huius mortis nuncio Bononiam perlato; ingens extemplo omnes cives moeror invaſit. Itaque tabernae clauſae, iuſtitium indictum, atque omnia intimae, ac variae triſtitiae ſigna edita, quae ad decorandum ſummi alicuius Principis obitum edi potuerunt. Iuſta etiam per triduum in Baſilica magnifice perſoluta, quae Antiani, & Magiſtratus praeſentiam ſuam adferentes, opifices vero ab operibus ſuis ad tertiam uſque horam ceſſantes, honeſtaverunt. Inde cadaver Florentiam ad Monaſterium Carthuſienſe translatum, atque in eo hoc qualecumque elogium eſt inciſum:* Sepulcrum omni laude digniſſimi, & Reverendiſſimi Patris Nicolai Tit. S. Crucis in Hieruſalem Presbyteri Cardinalis. Hic natus Bononiae, primum ex Priore Carthuſienſi, petente populo Bononienſi, Epiſcopus: tum a Martino Pontifice Cardinalis deſignatus: poſt plurimas ſuſceptas legationes, Senis diem ſuum obiit, aetatis ſuae anno LXVIII. vir piiſſimus, mitiſſimuſque, vitae integritate, ſingularique virtute, omnium teſtimonio comprobatus. *In gradibus autem hi verſus additi ſunt.*

Carthuſiae me terra tegit, quem ſumpſit alumnum,
Ac dedit eſſe patrem; nativa Bononia tandem
Me ſibi Paſtorem tenuit de iure vocatum;
Cardinis Eccleſiae compulſus pondera ſumpſi.
Et Crucis in titulo mihi fulſit rubra thiara.
Mille, quater centum, denus quater egerat annos,
Tres etiam cyclus ſolaris, dum Nicolaus,
Mente petens coelum, ſub ſaxo corpore claudor.

Hodie quoque ad perennia Sanctitatis eius memoriam *Monachi illi* calculum eius e veſica exemptum, *& Pontificale ſuperpelliceum, & ſandalia, in ſacraria* magna veneratione cuſtodiunt; *Bononienſes vero Crucem argenteam, quam Legatus praeferebat, & alteram, quam ſacris operans in pectore geſtabat, item mitram, & turibulum eius Eccleſiae ſuae relicta, oſtendunt.* Hactenus *Sigonius*, qui una cum ceteris Hiſtoricis, B. *Nicolaum* in Carthuſia Florentina habitaſſe, & ei etiam Priorem, ut vocant, praefuiſſe teſtatur, quod & Epitaphium ipſum ſupra relatum confirmat. *Ughellius* tamen auctor eſt, aliud Epitaphium, plane ineptum atque ridiculum, tantoque viro indignum, primum inſcriptum fuiſſe, ac deinde eo ſublato, alia duo ſuperius producta fuiſſe adpoſita. Epitaphium primum ita habebat:

Heu hic iacet Nicolaus Albergatus Bononienſis,
Quomodo Bononienſis hic in loco?
Heu erat monachus Carthuſianus.
Quomodo Carthuſianus hic in tumulo?
Etiam prior ſancti Hieronymi extra Bononiam,
Parce oculis, parce oculis,
Heu etiam presbyter Cardinalis S. Crucis in Hieroſalem.
Quid audio? parce, parce lacrymis,
Erat vir pius, & ſanctus, & ſtudiorum amator.
Ne parce lacrymis
Heu Senis heu heu mortuus eſt
Heu cognovi heu! Legatum ad concilium Baſilienſe Ferrariae, & Florentiae.
Heu hic iacet ſeptima Idus Maii MCCCCXLIV.
In pace ſit locus eius.

Reliqui viri, qui ſanctitatis famam meruere in hoc Monaſterio, recenſentur a V. Cl. *Ioſepho Maria Brocchio* in calce voluminis I. *De Sanctis & Beatis Florentinis*, & ſunt inſequentes: B. *Franciſcus Tebaldeus*, B. *Nicolaus ab Acciaione*, qui Eccleſiae iura defendens, Florentiae martyrio coronatus eſt; *Anſelmus Giacchius* Laicus; *Anſ[illegible] Guidius*; Vener. *Bernardus Saxius*; *Laurentius de Cornu*; *Paulinus Bellotius*; *Petrus Maſottius*. Literis autem & eruditione in hoc Accoterio floruit *Bartholomaeus* Senenſis, qui B. *Petri Petronii* vitam mira Latinitatis elegantia ſcripſit, conflatam ex iis, quae de eodem B. *Ioannes Columbinius*, Geſuatorum Ordinis inſtitutor, & *Nicolaus Vincentius*, ambo Senenſes, ſcriptis mandaverant; ut videre eſt apud *Dom. Mar. Mannium* in Enarratione Decameronis *Io. Boccaccii pag.* 85. Vivit nunc in hoc Monaſterio Monachus *Marianus Toninius* Florentinus, qui rebus a D. *Brunone* geſtis illuſtrandis ſedulam operam navat. In huius Coenobii Eccleſia tumulantur *Acciaroliae* gentis homines, primuſque omnium illuc elatus eſt *Laurentius Nicolai* F. anno MCCCLIV. cuius funus ita deſcribit *Matthaeus Villanius* laudatus, loco citato: *Togliendone la quiete della pace materia da ſcrivere, forſe alcuna ſcuſa ci fa a raccontare quella, che ora iſcriveremo di privata novità. Meſſer Nicola Acciaiuoli di Firenze, Grande Seneſchalco del Reame di Siclia, Governatore del Re Luigi, aveva un figliuolo primogenito, Cavaliere, e grande Barone. Appartenendogli la moglie promeſſa della Caſa di Sanſeverino, giovane provato in arme, adorno di begli coſtumi, grazioſo, e di grande aſpetto. Coſtui, come a Dio piacque, innanzi al tempo, all' aſpetto de gli uomini, rendè l' anima a Dio, e morì nel Regno in aſſenzia del padre. Ed eſſendogli annunziata la morte a Gaeta di cotanto caro e diletto figliuolo, il magnanimo iſtrinſe il dolore dentro, ſanza mutare aſpetto con molta pazienzia, & con abito*

nato di grandi virtù, comportò la morte del caro figliuolo, dicendo: Io era certo, che doveve morire, e che credeve, che Iddiu aveſſe eletto il tempo di più ſalute dell' anima ſue. *E avendo egli grande devozione al nobile Moniſterio, edificato a ſua ſtanze in ſul poggio di Monte Aguto, poſto tra la Greve e l' Ema, preſſo alla Città di Firenze a due miglia, il quale ſi chiama il Moniſtero di Certoſa, quivi mandò con grande comitiva, e ſpeſa, a ſoppellire il corpo del figliuolo; e recoto prima a Firenze, & fatti gli ornamenti più che militari, e invitati per gli ſuoi conſorti tutti i buoni cittadini, a dì VII. d' Aprile MCCCLIV. fu portato alla ſepoltura in una bara cavalcherecia, con due grandi deſtrieri, l'uno dinanzi, e l' altro di dietro, coperti di zendado all' arme degli Acciainoli; e la bara, ov' era la caſſa col corpo, era coperta con ſui drappi di ſeta, e d' oro, e di ſopra velluti chermiſi fini, e in ſu i cavagli gli ſcudi, e veſtiti a nero gli uomini, che guidavano i cavagli con la bara, e innanzi alla bara avea ſette Scudieri in ſu ſette grandi deſtrieri, tutti coperti infino a terra, innanzi con l' arme d' argento battuto de gli Acciaiuoli; i due primi, catanno portava uno cimero: il terzo portava lo ſtendale, e gli altri quattro ſeguenti catuno una grande e largo bandera, tutta di quella arme con le targhe rivolte; nel campo azurro un Leone rampante bianco, com' è la detta arme. Con grande novero di doppieri dinanzi, e interno al corpo, coſa magnifica a ogni Barone, ed eziandio ſe foſſe della Reale. I grandi e orrevoli cittadini di Firenze accompagnarono il corpo in fino alla Porta di San Piero Gattolino, e poi gran parte montati a cavallo andarono col corpo infino al Moniſtero, e gli altri ſi tornarono a caſa. Abbiamo fatta queſta memoria, perchè fu nuova e diſuſata della noſtra Città, e magnifica all' autore, che più di cinque mila fiorini d' oro montò la ſpeſa.* *Nicolaus* quoque ipſe in hoc Monaſterium elatus eſt, ut de eo ſcribit *Palmerius* his verbis: *Morì a Napoli l' anno MCCCLXVI. & il ſuo corpo fu portato a Firenze, e poi alla Certoſa, edificata da lui in una ſepolcro di marmo; la morte del quale fu predetta da S. Brigida molti anni avanti, ſiccome ancora rivelato, lui per ſue caritevoli operazioni eſſere aſceſo al regno de' Beati.* In hoc Coenobium clam ſeceſſit D. *Andreas Corſinus*; ibique latuit, quo Epiſcopatus Faeſulani dignitatem effugeret; ſed, Deo volente, detectus ſit, & Epiſcopatum acceptare coactus. Et haec de Monte Acuto, in quo Aſceterium Carthuſianorum eſt, dicta ſufficiant.

Mons autem ille Acutus, in quo Monaſterium *S. Salvatoris* eſſe dicitur, eſt in Dioeceſi Laudenſi in Gallia Ciſalpina; & hoc Monaſterium fundatum fuiſſe circa annum MCCXII. additis primis Monachis ex Archicoenobio Ciſterſienſi in Gallia, tradit *Caſpar. Iongelinus*. Quum autem hoc Monaſterium memoretur in actis, quae condita ſunt, quando Ciſtercienſes Monachi, *Antonii* Epiſcopi Florentini opera, in Coenobium Boniſolatii inducti ſunt, lubet ea acta huc ex *Vghellio* transferre. Illa igitur ita habent:

In Chriſti nomine Amen.

Nos Antonius miſeratione divina Epiſcopus Florentinus &c. Dum ex officii debito Paſtoralis, quo tenemur intendere ad ſtatum & commoda ſubditorum circa ordinationem, & ſtatum Monaſterii S. Bartholomaei de Bonoſolatio Ordinis Sancti Benedicti, Florentinae dioeceſis, attenta diligentia penſaremus, invenimus, & hoc eſt notorium, quod nulla poſt tergum Satan cael. . . . . quod ipſum Monaſterium propter minus providam adminiſtrationem, & regimen Abbatis, & Monachorum ipſius, grave recepit hactenus, & recipit tota die, & parat, niſi opportuno remedio ſuccurratur, recipere amplius in futurum irreparabile quaſi circa ſpiritualia, & temporalia, detrimentum. Invenimus etiam, quod in Monaſterio Ipſo regularis obſervantia non ſervatur. Reperimus quoque Abbatem, & Monachos ipſius, ab honeſtatis ſemita deviaſſe hactenus, & damnabiliter deviare, nec moniti a nobis pluries vitam ſuam, & actus in melius reformarunt. Quare ſuper iis intra nos, & cum nonnullis diſcretis, honeſtiſque perſonis Deum timentibus, & ſcientibus conditionem Monaſterii memorati, diligenter deliberatione habita & contractata, tandem ut ſtatus dicti Monaſterii iam collapſus, Deo auctore, utiliter reformetur, poſt multa deliberationis tempora, quae in praedictis appoſuimus accurate, divina gratia inſpirante concepimus de Monaſterio S. Salvatoris de Septimo Ciſtercienſis Ordinis Florentinae dioeceſis, quod Abbas, & Monachi Monaſterii memorati, ſunt viri catholici obſervantes regulam, honeſte vivunt, & de ipſorum honeſtis actibus, & vita laudabili auditur ab omnibus nomen bonum, & quod per ipſorum providentiam circumſpectam dictum Monaſterium de Septimo creſcit in ſpiritualibus, & in temporalibus augetur; unde firmiter credimus, & ſperamus, quod per ipſos Abbatem, & Monachos de Septimo, tamquam per providos cultores agri Dominici dictum Monaſterium de Bonoſolatio ad viam rectitudinis Deo auctore ſalubriter reducent; ſi dictum Monaſterium de Bonoſolatio dictis Abbati, & Monachis de Septimo totaliter conferatur in temporalibus, & ſpiritualibus, pleno iure, & ad uſum ipſius Monaſterii de Septimo reducatur, ipſiſque uniatur, incorporetur, & annectatur omni vinculo unionis. Occurrit & in hoc nobis devotionis intuitus, quem & nos, & Clerus noſter Florentinus habemus ad Monaſterium ipſum de Septimo, quae nos etiam ducit potiſſime ad unionem, & infraſcripta omnia facien-

da. Igitur ad honorem omnipotentis Dei, & eius nomine invucato, praedictis omnibus, & aliis, quae nua nuvimus, cum multa deliberatione penſatis, Monaſterium praedictum de Bonolulatio cum omnibus & ſingulis iuribus, & pettinentiis ſuis in ſpiritualibus, & temporalibus pleuo iure irrevocabiliter donamus, ſupponimus, ſubmittimus, incorporamus, unimus, damus, concedimus, & annectimus eidem Monaſterio de Septimo regendum, gubernandum, ordinandum, & reformandum, tam in capite, quam in membris, per ipſius Monaſterii de Septimo Abbatem, vel alios Monachos dicti Monaſterii, quos ad hoc idem Abbas de Septimo, qui pro tempore ſuerit, duxerit deputandos, prout, & ſicur, quando, & quomodo ſuae diſcretiunis arbitrio, & voluntati viſum fuerit expedire, & cunvenire: & ordinandum, & reformandum per eundem Abbatem, & Monachos, ſub inſtirutis regularibus dicti Munaſterii de Sepſimo, tamquam in Monaſterio io ius, & proprietatem ipſius Monaſterii de Septimo pleuo iore translato, reſervatis tamen nobis, & Epiſcopatui Florentino, ceuſua ſui aſſictu, quem annuatim d. Monaſterium de Bonuſolatio tenetur Epiſcopatui memorato, nec nun Clero Florentino procurationibus, & exactionibus pecuniarum hactenus tantummodo conſuetis. Quibus omnibus, & ſingulis D. Vgo Abbas, & D. Simon Maurus, Vbertus, & Rogerius Monachi, capitulum, & conventus ipſius Monaſterii de Bonulolatio, cum ibi plures non ſint Monschi, tamquam capitulum, & conventus ipſius Monaſterii de Bunoſolatio conſenſerunt, & ita petierunt; gratanter receperunt, & umnia via, modo, & iure, quibus melius potuerunt, acceptaverunt, & approbaverunt expreſſe in principio, medio, atque fine, & omnia, & ſingula dicto modo ſe ſervaturos inviolabiliter promiſerunt nomine ſuprascripto: & poſtquam praefatus venerab. Pater in Rever. viri domini Lapi, Monachi Monaſterii ſanctae Mariae Florentiae decretorum doctoris, circumſpectionis induſtria, & ſolicitudinis ſtudio plene confidens, & volens praedicta effectualiter adimplere, commiſit ipſi domino Lapo, quod religioſum virum D. Andream Abbatem dicti Munaſterii de Septimo pro ſe ipſo, & dicto Monaſterio, & conventu de Septimo in corporalem tenutam, & poſſeſſionem dicti Monaſterii de Bonoſolatio, & eius iurium, & pertineutiarum, inducat, tueatur inductum, & ſibi faciat de ipſios Monaſterii de Bonoſolatio, tamquam translati in ios, dominium, & proprietatem dicti Monaſterii de Septimo, totalibus pertinentiis, & iuribus omnibus reſponderi, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo.

Actum Florentiae in domibus heredum Perotti Guadagni, quas inhabitat dictus Dominus Epiſcopus Florentinus, praeſentibus teſtibus, Domino Barone de Sancte Miniate, & D. Pariſiu Plebano Plebis de Valia, Vicario dicti D. Epiſcopi, D. Antonio Priore Eccleſiae Sancti Martini de Veſpignano Florentinae dioeceſis, & aliis multis, die X. Octobris MCCCXX. Indict. IV.

Item die XI. dicti menſis, actum apud dictum Monaſterium de Bonſolario, praeſentibus teſtibus Nario Tucci vocato Papzo, Bartholomaeo Pauli, Paulo Migliorls Foreſae, Curde de Spugnole, & aliis. Praefatus dominus Lapus executor, mandatum ſibi iniunctum volens exequi, reverenter accedens ad ipſum Monaſterium de Bonoſolatio una cum domino Andrea Abbate Monaſterii de Septimo, ipſum praeſentem, & recipientem pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, & dicto Monaſterio, & conventu, auctoritate dicti venerabilis Patris, induxit, & poſuit in corporalem tenutam, & poſſeſſionem d. Munaſterii de Bonoſolatio, & iurium, & pertinentiarum eius ſpiritualium, & temporalium, ducendo ipſum in domos, & clauſtra, & Eccleſiam dicti Monaſterii, & tradendo eidem pannos altaris d. Monaſterii in manibus ſuis pro omnibus aliis bonis, locis, & iuribus, ad ipſum Monaſterium de Bonoſolatio ſpectantibus: ac dicendo eidem domino Andreae Abbati: In omnibus, & ſingulis actibus ſuprascriptis publice, & palam, auctoritate Domini Epiſcupi Florentiai trado tibi recipienti pro te, & tuo Monaſterio corporalem poſſeſſionem huius Monaſterii de Bonoſolatio, & iurium, & pertinentiarum eius temporalium, & ſpiritualium, & eſto poſſeſſor eorum legitimus, & verus, tanquam Monaſterii ad te, & tuum Monaſterium in temporalibus, & ſpiritualibus pleno iure ſpectantis. Qui quidem D. Andreas Abbas nomine ſupradicto aſſeruit ſe, & conventum Monaſterii praedicti de Septimo, poſſeſſionem d. ſui Monaſterii de Bonuſolario apprehendiſſe, ipſumque Monaſterium de Bonoſolatiu & virtute ſua, corpore & animo poſſidere, ſemper in principio, medio, fine, proteſtando quod praedictam tenuram; & poſſeſſionem recipit, & acceptat, ſi et in quantum placebit Capitulo Epiſcopali, quod quidem patebit per Inſpectores miſſus cum literis ſigillatis ſigillo Reverendi Patris Abbatis Ciſtercii, nec non prout, & ſicut Ciſtercienſis ordo permittit, & in eiuſdem ordinis privilegiis continetur. Ibidem, & ad omnia, praeſentibus, & conſentientibus, & volentibus dictis Domino Vgune Abbate, Dominis Simone, & Rogerio Monachis, & conventu d. Monaſterii de Bonoſolatio.

Item eodem anno, & Indictione die sp. Novembris actum Florentiae in d. domibus heredum Perotti Guadagni, praeſentibus teſtibus d. domino Lapo Monacho Monaſterii ſanctae Ma-

Mariae Florentiae, & D. Salvio de Fuigineo Capellano dicti domini Epiſcopi, & aliis, dictus dominus Abbas de Septimo pro ſe, & conventu dicti Monaſterii de Septimo, habita licentia, & beneplacito Capituli generalis, de quo patet per literas ipſius D. Abbatis Ciſtercii ſigillo ſigillatas, unionem, incorporationem, donationem, & omnia ſupradicta pure, & libere acceptat ſecundum quod Ciſtercienſis ordo, & ſpſius ſtatuta permittunt, in praeſentia dicti domini Epiſcopi Florentini ad hoc ſpecialiter conſtituti.

In Chriſti nomine Amen, Anno, & indictione praedictis, diae XIX. Decembris. Actum in dicto loco, & praeſentibus teſtibus dicto domino Lapo, & D. Cantiuo Plebano Plebis de Cerreto, domino Bartolo capellano dicti domini Epiſcopi, & aliis reverendis viris, domino Stephano Giandonato, Friderico, Simone, & Manno Canonicis, & Capitulo Maioris Eccleſiae Florentinae, & ipſo domino Manno vices in hac parte gerente, vt dixerant, domini Ioannis Praepoſiti pro infraſcriptis agendis, ad Capitulum, & tamquam Capitulum ipſius Eccleſiae, ad praeſens reſidentibus in eadem coram venerab. Patre praedicto inſimul congrugatis: & appruban-tibus, & ratificantibus ſupradicta lecta, & expoſita, coram eis, idem Pater una cum praedictis Canonicis, & Capitulo, praehabito ſuper hoc diligenti colloquio, tractatu, & deliberatione ſolemni, de ipſorum Canonicorum & Capituli expreſſo conſenſu, & unanimi voluntate, monaſterium ſancti Bartholomaei de Bonoſolatio praedictum cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, monaſterio ſancti Salvatoris de Septimo ſupradicto, & domino Andreae eiuſdem monaſterii digniſſimo Abbati praeſenti, conſentienti, & recipienti pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis pleno iure iterum univit, annexuit, & incorporavit unionis vinculo in omnibus, & per omnia, ut praefertur.

Exemplum Literae venerab. Patris Abbatis Ciſtercii.

Venerabilibus, & in Chriſto chariſſimis Coabbatibus ſuis de Monte Acuto, & de ſancto Galgano F. Guillelmus Abbas Ciſtercii, ſalutem, & paterni favoris affectum.

Suſpice caelum, & numera ſtellas ſi tu potes, ſic erit ſemen tuum, dicit Dominus Patriarchae. Quod chariſſimi in Chriſto filii de ordine noſtro congrue exponitur, qui Deo auctore, ex quo ſumpſit exordium, quotidie dilatatur. Reverend. itaque pater & dominus Epiſcopus de Florentia per venerab. Coabbatem noſtrum de Septimo nobis inſinuari curavit, quod ipſe inſtincta Spiritus ſancti diſpoſuit ſe monaſterium unum de ordine noſtro in Epiſcopatu ſuo conſtructurum. Quocirca devotioni veſtrae committimus tenore praeſentium, & mandamus, quatenus ad dictum locum una cum fratre Raynerio Monacho Claraevallis perſonaliter accedatis, & ſi locus congruus fuerit, & facultates, & redditus ſuppetant competenter, faciatis, quod honori ordinis, & promotioni videritis faciendum. Et quid inde feceritis, ſequenti capitulo referatis. Datum in Ciſtercio in vigilia beati Matthaei Apoſtoli, & Evangeliſtae.

Anno Domini MCCCXX. die 14. Novembris. Pateat omnibus evidenter, nos fratrem Galganum Abbatem ſancti Salvatoris de Monte Acuto, & Fr. Talentum Abbatem ſancti Galgani a venerabili patre, & domino, domino Guillelmo Abbate Ciſtercii recepiſſe literas tenoris ſequentis, videlicet: Venerabilibus, & in Chriſto chariſſimis Coabbatibus ſuis de Monte Acuto, & de ſancto Galgano, Fr. Guillelmus Abbas Ciſtercii ſalutem, & paterni favoris affectum &c. Datas in Ciſtercio in vigilia beati Matthaei Apoſtoli, & Evangeliſtae.

Cum ergo venerabilis pater, & dominus, dominus Antonius Dei gratia Epiſcopus Floreotinus praedictus domino Andreae Abbati de Septimo ſupradictum monaſterium Nigrorum ſancti Bartholomaei de Bonoſolatio pleno iure tradiderit, ut patet per publicum inſtrumentum rogatum per dominum Benedictum Notarium D. Epiſcopi ſupradicti; & dominus Andreas Abbas de Septimo ſaepedictus ſub hac conditione dictum monaſterium ſancti Bartholomaei de Bonoſolatio pleno iure receperit, videlicet ſi placebit capitulo generali, & ut hoc pateat per inſpectores miſſos cum literis ſigillatis ſigillo venerab. patris domini Abbatis de Ciſtercio, nos de Monte Acuto, & de ſancto Galgano Abbates praedicti una cum domino Raynerio Monacho Claraevallis praedicto, tanquam inſpectores miſſi, ut patet ſupradicto literarum tenore domini Abbatis Ciſtercii. Ideoque ego ſupradictus F. Talentus dictus Abbas ſancti Galgani una cum domino Raynerio Monacho Claraevallis ſupradicto in dicto monaſterio de Bonoſolatio ſingulariter fuimus, & diligenter loca ipſius monaſterii inſpeximus, & ea loca eſſe ad ſuſtentationem Abbatis, & conventus noſtri ordinis approbamus; & ne animus reverendi patris, ac domini, domini Antonii Dei gratia Epiſcopi Florentini diutina expectatione fatigetur de ſufficientia dicti loci ad ſuſtentandum Abbatem, & conventum noſtri ordinis. Ego F. Galganus dictus Abbas Montis Acuti, multis, & arduis negotiis impeditus ad locum praedictum accedure non valens, & volens dicti D. Florentini Epiſcopi devotioni velociter gaudio, & exultatione occurrere, certam habens experientiam de bonitate & fidelitate illorum duorum dominorum, qui perſonaliter ad praedictum monaſterium acceſſerunt, praedictum locum ſancti Bartholomaei de Bonoſolatio una cum ſupradictis commiſſariis duximus acceptandum, ita

ut

ut deinceps Abbati de Septimo liceat unum conventum, & Abbatem inſtituere ſecundum noſtri Ciſtercienſis ordinis inſtituta. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum, una cum ſigillo domini Raynerii memorati, praeſenti duximus apponendum.

Vniverſis praeſentes literas inſpecturis pateat evidenter, quod cum venerabilis pater dominus Antonius Dei gratia Epiſcupus Florentinus promiſerit nobis fratri Andreae Abbati de Septimo Ciſtercienſis ordinis, & eiuſdem Florentinae dioeceſis ob ſpecialem devotionem, & amorem, quem ſemper erga noſtrum monaſterium, & fratres noſcitur habuiſſe, monaſterium Nigrorum ſancti Bartholomaei de Bonoſolatio praefatae dioeceſis cum omnibus ſuis iuribus tam ſpiritualibus, quam temporalibus noſtro praefato monaſterio de Septimo, dare tradere, concedere, incorporare, & unire; nos ſuper hoc ſcripſimus capitulo generali, obtinuimusque licentiam ab eodem ipſius monaſterium de Bonoſolatio praedicto modo acceptandi, & recipiendi, ut patet ex literis reverendi patris domini Guillelmi Abbatis Ciſtercii, ſigillo pendenti munitis, Factaque inſuper fuit inſpectio, & approbatio die XIV. menſis Novembris, anno Domini MCCCXX. per venerabiles in Chriſto patres dominum Galganum de Monte Acuto, & Talentum de ſancto Galgano Abbates, & per religioſum virum dominum Raynerium Monachum Claraevallis, in partibus Italiae Viſitatorem, ſecundum commiſſionem ipſi factam a dicto Capitulo generali, prout in eiſdem domini Ciſtercienſis literis continebatur. Item dominus Epiſcopus Florentinus de voluntate ſui Capituli, & aſſenſu, nec non de voluntate, & aſſenſu domini Vgonis tunc Abbatis Ipſius monaſterii & monachorum, videlicet dominorum Simonis, Vberti, Mauri, & Rogerii, monaſterii praefati, ſuam Abbatiam ſancti Bartholomaei de Bonoſolatio ſuae Florentinae dioeceſis ad ipſum dominum Epiſcopum antedictum pleno iure ſpectantem cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, & bonis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, locis, & perſonis ad dictum monaſterium de iure pertinentibus, monaſterio, & Abbati praedicto ſancti Salvatoris de Septimo, dedit, tradidit, & conceſſit, incorporavit, & univit omni iure, modo, & forma, quibus melius potuit, ut patet per publicum inſtrumentum per manum Fr. Benedicti Martini Notarii domini Epiſcopi antedicti. Item dictus dominus Vgo Abbas Monaſterii ſancti Bartholomaei ſaepedicti renunciavit officio Abbatiatus, ut patet ex publico inſtrumento per manum F. Aginetti de Campo de ipſa renunciatione confecto. Nos vero F. Andreas Abbas praefati Monaſterii de Septimo, in cuius manibus praedicta traditio, ſive conceſſio, & unio, nec non praefati D. Vgonis renunciatio, & oblatio facta eſt, cupientes, ut decet, auctoritate paterna monaſterium Sancti Bartholomaei de Bonoſolatio deinceps filium noſtrum de Abbate, atque conventu, reformare idoneis, iuxta noſtri Ciſtercienſis ordinis inſtituta, die ultima Decembris proxime ſubſequentis in noſtro monaſterio Capitulo noſtri congregato conventus, & de ipſorum conſilio, de ipſis noſtris Monachis in praedicto monaſterio Bonſolatii duodecim duximus eligendos, & pronunciandos tanquam Capitulum & conventum monaſterii de Bonoſolatio ſaepe fati, videlicet dominos Franciſcum, Ioannem primum, Bartholomaeum, Guidonem, Nicolaum, Matthaeum, Ioannem ſecundum, Bernardinum, Laurentium, Gratiam, Paulum, & Remigium. Quibus duodecim Monachis tanquam capitulo, & conventui ibidem, & coram omnibus iniunximus, & in virtute ſanctae obedientiae praecepimus, ut privato commodo, odio, & amore poſtpoſito fideliter, & ſecundum conſcientiam ſibi deberent de Abbate idoneo providere. Ipſi vero mandato noſtro reverenter ſuſcepto Eccleſiam ad orationem intrantes, ad ſacriſtiae domum ad electionis negotium exercendum ſe contulerunt in partem, Spiritus ſancti auxilio invocato, & ſcrutinio per nos eum ſuperiore a lectore noſtro diligenter peracto, unanimiter nullo penitus diſcordante, D. Bernardum noſtri monaſterii tunc Priorem pariter elegerunt, atque in Capitulum reducentes electam perſonam ſibi in Abbatem confirmaverunt, ut a nobis inſtantius petiverant. Nos autem electionem ipſam canonice, & digne, ac de perſona ſufficienti, & idonea, atque inter nos diu probata, & cognita, celebratam acceptavimus, & ratificavimus, & ad maiorem cautelam nihilominus eundem elegimus per nos ipſos. Et praefatum dominum Bernardum diu renitentem, ſed tandem conſentientem, de noſtra licentia, & mandato, auctoritate paterna confirmamus in Abbatem Bonifolatii antedicti, hymno Te Deum laudamus cantato, atque eidem in ſtallo Abbatis in choro, ut moris eſt, a nobis poſito tradidimus ſigilla monaſterii praelibati cum adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium iuxta morem noſtri Ciſtercienſis ordinis conſuetum. Inſuper vero poſtea nos praefatus Abbas de Septimo die IV. menſis Ianuarii proximè ſequentis ad dictum monaſterium ſancti Bartholomaei perſonaliter accedentes, ipſum dominum Bernardum tamquam verum, & legitimum ipſius monaſterii Abbatem, & dominos Bartolum, & Guidonem Monachos, & procuratores dicti monaſterii de Bonoſolatio ad hoc ſpecialiter deputatos, nomine, & vice totius conventus in corporalem miſimus poſſeſſionem, ſicut patet in inſtrumento facto manu F. Aginetti praedicti, Praeterea nos F. Andreas Abbas de Septimo attendentes penuriam, & tenuitatem reddituum monaſterii ſancti Bartholomaei

maei in Bonoſolatio ſupradictae filiae noſtrae, & multitudinem expenſarum ipſo initio fiendarum, necnon & laborem, & difficultatem initiandi in Chriſto monaſterii; atque attendentes domum, & aediſicia, quae eubant, & alia quamplura neceſſaria, de voluntate totius noſtri conventus in capitulo congregati, die ultima menſis Decembris antedicti anni, nullo penitus diſſentiente, providere eiſdem promiſimus ſufficienter toti conventui in praedicto monaſterio de Bonoſolatio, ſicut noſtris, tam in veſtimentis, & calceamentis, quam etiam in alimentis in domo noſtra Florentiae, necnon & infirmatorio noſtro ad expenſas noſtri monaſterii de Septimo, uſquequo ipſi bene ſufficienter fecerint ſibi de ſuis redditibus provideri. Et ad haec omnia obſervanda Abbatis, & conventus conſcientiae remaneant obligatae. Poſtea vero ſub anno Domini MCCCXXI. die XVII. menſis Iulii ad perpetuam pacem, & tranquillitatem utriuſque conventus, & ut materia murmuris evitetur, deliberavimus dare praedicto Abbati de Bonoſolatio pro ſupradictis veſtimentis, & calceamentis pro perſona ſua, & duodecim Monachorum ad rationem librarum quindecim pro quolibet Monacho, & lib. XX. pro perſona ſua. In ſumma lib. CC. Florenorum parvurum, quolibet anno de menſe Maii. & hoc tanto tempore fiet eis, quouſque poſſint de ſuis propriis redditibus ſe veſtire, vel quouſque augere incipiat numerus duodecim Monachorum. Praeſtavimus etiam eis florenos aureos C. pro termino quinque annorum ſub iſta conditione, quod ſi non poſſent eos reddere infra dictum tempus, teneantur ipſi ſolvere uſuras ab illo tempore ultra.

In quorum omnium teſtimonium ſigillum duximus apponendum, & in libro ſolemni conventus deſcribi mandavimus ſub anno Domini MCCCXX. XX. die menſis Decembris.

Montis autem Acuti, qui in agro Arretino eſt, mentio occurrit in Diplomate *Caroli IV.* apud *Burnlium* De Epiſcopis Arretinis *pag.* 84. pro quo numero, & 57. perperam poſuimus 40. 41. ſuperius *pag.* 149. & apud *Gamurrinium* *Tom. I. pag.* 59.

In Nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis.

Karolus quartus Divina faveate Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Boemiae Rex, Fidelibus Dilectis, & Vexilifero Iuſtitiae Vicariis Generalibus Civitatis Arretii, nec non Conſilio & Communi Civitatis eiuſdem, gratiam ſuam & omne bonum. Bona fides, & ſincera devotio, quam Civitas Arretina praefata ſemper ad Romanum geſſit Imperium, & vos ſemper erga Maieſtatem noſtram in exhibitione reverentiae debitae, ac in praeſtatione iuramenti fidelitatis, quod per Ambaſciatores & veſtros Syndicos nuperrime nobis cum omni ſolemnitate, qua decuit, praeſtitiſtis, nec non fiducia & grata obſequia, quae in vobis invenire confidimus in futurum, Imperialem Celſitudinem noſtram admonent, & inducunt, ut vos benignis favoribus, & gratiis proſequamur. Vos, & Civitatem praefatam de noſtrae Imperatoriae poteſtatis plenitudine oraculo praeſentis edicti in integrum reſtituimus ad veſtrum verum, & legitimum Comitatum, Territorium, & Diſtrictum ſpecialiter, & nominatim, ad caſtra & loca infraſcripta, ſicut iuſte pertinent, ad Territorium, Comitatum, & Diſtrictum Civitatis Arretinae praefatae, ſalvo ſemper iure noſtro, & Imperii, & quorumlibet aliorum. Caſtra vero, & loca ſunt infraſcripta. Pietramola. Murlo. Chiuſi. Montecchio de Mozzan. Mont' Agoto ſopra Tulla. Monte Santo Savino. Lucignano. Foiano. Montecchio. Veſpone. Mammi. Pietra Nera. Rancho. Mignano. Carnano. Fneta. Saran. Vignale vicino a Bibbiena. Pezan. Gaenne. Colle di Sovarin. Caſale. Monte buono. Valliana. Caſtello di San Domenico. Giampareta. Cutennin. Campi. Fraſſaneto. Pezza. Figaano. Tnenna. Caſtello della Pieve S. Stefano. Caſtello di Gello Abbate. Caſtello d' Angbiari. Caſtello de Laterina. Caſtello di Campoginlli. Caſtelio del Borro. Caſtello o vero Villa Troiana. Mezzo il Caſtello d' Ortiganoo. Caſtello d' Ozzano. Caſtello di Civitella ſecca. Caſtello di Poppi con le ville, e ſuoi appartenenti. Caſtello di Fiorenzola. Villa di Menenao. La Villa di Semproae. La Villa di Boiano.

Item reſtituimus vos ad iura omnia, quae dicta Civitas Arretina habet in Caſtiglione Arretino, in Turno, in Aſotania, & Valle Chii, cum curiis, villis, & pertinentiis ſuis, in Loſignano, in Caſtiglioncio; Item in Iovio, in Roccha Cingiata, in Roccha Vezzani, & in Razzolo, in Serra, in Roccha Capreſe cum tota valle, & curia ſua; Item ad iura quae habet in Caſtro de Vergareto, & integraliter ad cetera Caſtra & loca, quae pertinent ad commune praedictum, cum iuribus, & honoribus eorumdem, adiicientes & libertatem, & Imperatoriam protectionem pollicentes. Quae caſtra, & loca praedicta, vel aliquod, ſeu aliorum non expreſſorum pertinentium ad Commune Arretii praedictum, non intendimus alii Communitati, vel ſingulari perſonae, concedere, vel in eis aliquod ius, vel iuriſdictionem attribuere, in genere vel in ſpecie, in veſtrum, & praefatae Civitatis Arretii praeiudicium quoquomodo.

Inſuper vos dono uberioris gratiae proſequentes, conſiderata indigentia, & tenui ſtatu Civitatis praedictae, vos, & veſtram Civitatem abſolvimus, & liberamus, ab omni cenſu ſeu pecuniaria debito, ad quod uſque ad praeſentem diem teneremini Imperiali camerae noſtrae; mandantes vos non poſſe nec debere pro dicto tempore praeterito per aliquos officiales noſtros impediri vel aliqualiter moleſtari.

Concedimus etiam vobis, Civitatique veſtrae praedictae auctoritatem & poteſtatem cudendi, ſea-

Digitized by Google

cudi faciendi monetam aeream, argenteam, & auream, ſervata tamen omni legalitate tam in materia, quam in forma.

Praeterea, cum noſtra Maieſtas fide digna perceperit, quod praefata Civitas Arretina conſueverit ab antiquo habere Studium generale, & facultatem doctorandi ſeu doctorari faciendi in iure canonico & civili, & qualibet alia facultate, & in eadem Civitate Studium viguerit, iuxta Imperialia privilegia, quae propter civilium guerrarum diſcrimina dicuntur deperdita, Nos de innata liberalitatis, & clementiae gratia vobis Civitatique praefatae concedimus & largimur; quod in ipſa Civitate vigere poſſit, & vigeat Studium generale, & in iure canonico, & civili, vel in qualibet alia facultate, cum poteſtate, & authoritate plenaria doctorandi, & doctores faciendi, in iuribus, & facultatibus quibuſcunque.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtrae Maieſtatis infringere, vel ei quovis auſu temerario contraire.

Si quis autem hac attentare praeſumat indignitatem noſtram, & penam centum Marcorum auri, quarum medietas aerario ſeu fiſco noſtro Imperiali, alia vero Communitati, Civitatique Arretii uti libet volumus applicari, ſe noverit incurſurum. . . . . . praeſentem ſub Bulla aurea noſtrae Maieſtatis impreſſam teſtimonium literarum.

Signum Sereniſſimi Principis, & D. Domini Karoli Quarti Romanorum Imperatoris Invictiſſimi, & Glorioſi Boemiae Regis.

Teſtes huius ſunt.

Veuceub. Nicolaus Aquilegien. Patriarcha Frater noſter.

Ioannes Olomacenſis, Gherardus Spiren. Philippus Vulterranus.

Datum Senis Anno Domini MCCCLVI. Menſe Maii, Indictione nona, Regnorum noſtrorum anno nono, Imperii vero primo.

De Monte Acuto Arretino plura habes apud *Gamurrinium Tom. I. pag.* 214. 219. 230. *&c.* Sed ad Montem Acutum, qui in Romania eſt, pertinere videtur Diploma *Othonis III.* quod ita habetur apud *Puccinellium* in *Chronico Abbatiae Florentinae.*

In nomine S. & individuae Trinitatis. Otho ſervus Apoſtolorum, Imperator Inclitus Romanorum. Si precibus Christo famulantium noſtra poteſtas annuat, hinc nobis victoria coelitus acta, corporis ſalus atque animae quoque gaudia creſcent. Quapropter notum eſſe volumus omnibus noſtris fidelibus, praeſentibus & futuris, qualiter interventu Theuzonis Monachi noſtri fidelis, pro remedio noſtrae animae largimur, atque concedimus, prout iuſte, & legaliter, poſſumus, Monaſterio S. Mariae, & S. Benedicti, quod eſt ſitum in Alpe, quae dicitur Pratalia, iuxta Rivum nomine Bidentem, ad radicem Montis nomine Acuti, qui dividit Tuſciam, & Romaniam, Manſos, ut de iure noſtri Regni, Manſum videlicet unum, qui vulgo di- dicitur Nobili de Soci, quem Vgo Marchio per libellum dederat praedicto Monaſterio: alterum vero Manſum, qui dicitur Theuzonis Bruciati, quem Marchio ſimili ter per libellum habuit conceſſum; Manſum quoque de Sexta, unde Marchio libellum fecerat Vvinizzoni Caſtaldo; item Manſum de Ventrina, quem Vgo Marchio per libellum dederat cum tribus Manſis de Capuana; Manſum etiam de Linato, unde libellum habuit Bonizo, manſum quoque de Teano, quem Vvinezo habet per libellum cum parte illius vineae, quam habet Tizo per libellum. Praeſcriptos igitur Manſos & partem vineae, de Regni noſtri iure, ac dominio, donamus, atque trasfundimus in ius, atque dominium praedicti Monaſterii de Pratalia S. Mariae ad Bidentem, & S. Benedicti, in perpetuum cum ſuis pertinentiis, quae dici vel nominari poſſunt cum terris, campis, caſis, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquaeumque decurſibus, & omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, tali tenore, ut praedictus Theuzo Monachus, Rector ipſius Monaſterii, ſuique ſucceſſores, habeant in poſterum ad utilitatem ipſius Monaſterii poteſtatem faciendi quidquid lex Domini praecipit; praecipientes namque iubemus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Epiſcopus, Caſtaldio, & aliqua noſtri Regni magna, parvaque perſona, praedictum Rectorem ipſius Monaſterii, ſeu ſucceſſores eius Abbates, de omnibus, quae ſuprafcripta ſunt diſveſtire, aut inquietare ſine legali iudicio praeſumat. Si quis igitur huius noſtri praecepti violator extiterit, ſciat ſe depoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Camerae noſtrae, & medietatem prefato Monaſterio: Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, hanc noſtrae devotionis paginam noſtra bulla iuſſimus ſigillari.

Sign. D. Othonis Inclitiſſimi Egregii Imperatoris.

Aribergus Cancellarius ad vicem Peregrini Cumani Epiſcopi, & Archicancelarii recognovit.

Data III. Idus Ianuarii anno Dominicae Incarnationis MII. Indict. XV. anno autem Domini Othonis Inclitiſſimi III. Imperatoris regnantis quidem XVIII. Imperantis VI. Actum in Paterno feliciter.

Abbatiam Prataliae, quae hic memoratur, conditam fuiſſe ab *Elimperto* Epiſcopo Arretino anno MVIII. ſcribit ex *Auguſtino Fortunio* Camaldulenſi *Scipio Ammiratus Iunior* in *Epiſcopis Arretinis*; ſed ex adlato Inſtrumento conſtat, Monaſterium illud iam anno MII. extitiſſe. De hac Prataliae Abbatia videndi *Ammiratus* in Epiſcopis Arretinis, *Elimperto*, & *Martino*. *Buralius* in *Epiſcopis Arretinis* in *Guglielmo*. Quaedam habet & *Farullius* in *Hiſtoria Monaſterii Angelorum Florentiae*. Hunc Montem Acutum in Romandiola ſitum ad Comites *Guidones* olim pertinuiſſe conſtat, quia anno MCCXVI. *Petrus*

Pe-

Petri F. Traverſorius Ravennas, & *Paullus* eius filius, Faventiae quum eſſent, cedunt & renunciant *Guidoni*, & *Rogerio*, filiis Comitis *Guidonis Guerrae* Palatini in Tuſcia, & ipſis etiam tamquam procuratoribus *Tegrimi*, *Mar:ovaldi*, & *Aghinolfi* ſuorum germanurum, Caſtra Dovadulae, Montis Acuti, & Aigelli, cum omni iure & iuriſdictione, ita ut amplius aliquid adquirere non poſſint in illis Caſtris & locis, ne auctoritate quidem Pontificum Maximorum, & Imperatorum. Imilia autem *Petri* uxor, & *Beatrix* uxor *Paulli*, & filia Comitiſſae *Tabernariae* hanc conceſſionem & renunciationem ratam habent, poena addita mille librarum auri, & expenſarum, non ſervantibus, ut tradit *Admiratus Iunior* ad HiſtoriamComitum *Guidonum pag.* 11. Idem *pag.* 67. ſcribit, Comitem *Guidonem Guerram*, quum rem communem cum fratre *Rogerio* diviſiſſet, ei dediſſe & conceſſiſſe anno MCCXXXIX. Indict. XIII. XII. KL. Martii, med:etatem Caſtelli Dovadulae, Caſtelli Rugerii (hoc Caſtellum a Comite *Rogerio* patruo horum Comitum fuiſſe aedificatum prodit *Rubeus* in ſua Hiſtoria Ravennate, & ab eius nomine ita adpellatum fuiſſe) Montis Acuti, Montis Pauli, Muſilaoli, Montis Bonarii ſeu Bruarii, Tredotii, Collinae, Caſtelli Vallis, & Villarum Rocchae Scannelli, & Mauſiniani. Tradit inſuper quartam partem pro indiviſo Rocchae Balnei cum terris, & caſis adiacentibus; quartam partem Caſtri Corzani, Fontiſclauſae, & Virgareti; quartam partem Palatii, & cuiuſcumque rei, quam haberent Faventiae, & medietatem hominum, ſubditorum, vaſſallorum, ſilvarum, ſaltuum, montium, & cuiuſcumque alius rei, quae ad ipſos pertineat: & dicit Comes *Guido Guerra*, ſe haec tradere Comiti *Rogerio* fratri ſuo, quod is antea ſibi ſimilem traditionem feciſſet. Haec acta ſunt in Caſtro Lori. Inſuper *Admiratus pag.* 68. memoriae prodidit, Comitem *Guidonem Guerram* una cum Comite *Rogerio* fratre ſuo, & cum Comite *Guidone* a Romena, eorum patrueli, & filio Comitis *Aghinolfi*, anno MCCLXIII. die XXIV. Aprilis, quum pro indiviſo inter ſe poſſiderent homines & bona Dovadulae, ea diviſiſſe, cum pactis conventis, quod *Gyrone*, palatia, & alia huiuſmodi, quae Dovadulae extabant, communia & indiviſa permanerent, quemadmodum Caſtra Agelli, Montis Pauli, Turris, Caſtrum Rogerii, Mons Acutus, Caſtrum Muſilioli, Tredotii, & Caſtellaria & Podia Vallis, & Grauſiniani; quemadmodum Eccleſiae, & mobilia dictorum locorum poſitorum intra confinia orbis Faventiae, Lunae, & Populonii; viae ſtratae, & publicae, & bona Villae Muſiniani, & iura, quae habent in Caſtris Scannelli, Porticus, & Villae Rocchae, in quibus omnibus bonis dixerunt habuiſſe iura Comitem *Guidonem*, & Comitem *Tegrimum*, fratres Comitis *Aghinolfi*, dum vivebant. Hinc non mirum, ſi *Eugen. Gamurrinius Tom. I. Hiſtor. Geneal.* inter Caſtra Comitum *Guidonum* etiam Montem Acutum in Romania recenſet, ex quibus omnibus corrigenda ſunt, quae ſcripſimus ſuperius *pag.* 148. 152. ubi hunc Montem Acutum cum aliis confudimus; ſed illorum Caſtrorum catalogum heic adponere e re noſtra eſſe viſum eſt, atque eſt quod ſequitur.

Aigello Caſtello.	*Corneto.*
Ampinana Terra.	*Copanne.*
Arondinaia.	*Conie.*
Alfonio.	*Cave.*
Anciſa.	*Caſtel di Lione.*
Bucchio.	*Collepietra.*
Bagno Terra,	*Cetania.*
Biſerno.	*Corzano.*
Bonalda.	*Dovadola.*
Battifolle,	*Faeta.*
Belforte.	*Fontechiuſa.*
Borgo di Garole.	*Fronzole.*
Borgo alla Collina.	*Fontana fredda.*
Bucine.	*Farneta, a Farneta.*
Boffolano.	*Fornace.*
Balbiſchio.	*Fortezza di Lione.*
Chianetti.	*Faſtia.*
Caſtello di Veſſa.	*Flumana,*
Campiano.	*Facciano.*
Caſtellina.	*Finocchio.*
Caſoli.	*Foſſa di Corone.*
Certomonda.	*Gorzano,*
Caſtel S. Angelo.	*Gaeta.*
Cetica.	*Ghiazzuola.*
Corezzo.	*Gattaia.*
Caſtellare.	*Garliano.*
Caſtel dell' Alpe.	*Groffignano della Valle.*
Chianitri.	*Guardatroie.*
Caſtel d' Ilci.	*Gineſtreto.*
Caſtagneto.	*Gaitea.*
Caſtel del Terraio.	*Gangbereto.*
Cani.	*Gallatrone,*
Cornole.	*Gelle.*
Caſtagnaio.	*S. Godenza.*
Caſtel del Piano.	*S. Giuſto.*
Capoſelvoli.	*Loro.*
Caſtel Ruggieri,	*Lanciolina.*
Caſtel della Collina.	*Larciano.*
Caſtel della Valle.	*Lucè.* (forſe Lecce)
Calbolo.	*S. Leolino.*
Celle.	*Lecce Contado di Regno.*
Capreſe Terra,	*Lonnano.*
Caſtiglione dell' Alpi.	*Luciana.*
Cerreto.	*Lierna.*
Collegonzi.	*Montecchia, e ſue Rocche,*
Collepegia.	*Monte Murlo.*
Caſtel S. Benedetto.	*Monte Bonizzo.*
Careſta.	*Montauto in Romagna.*
Collario.	*Montauto di Valdarno.*
Ciattolo.	*Monte Granelli.*

Monteguarci.
Montevarchi.
Montelango.
Modigliana Terra.
Montecatello.
Montebello.
Mont.ziſſi.
Marcorè.
Monteſcudolo.
Monciane.
Montemignaio.
Mercatale.
Monteſcaglioſo in Regno.
Montemizzano.
Marradi.
Montepaolo.
Maſigniolo.
Montebonaro.
Montemaggiore.
Mondriuola;
Maſſaureſi.
Monte di Socco.
Monterappoli.
Muſignano.
Monteſatocchio.
Monte Cornaia.
Monte petroſo;
Montalto.
Montaltuzzo.
Monciraonda.
S. Niccolò Caſtello.
Ozzano.
Ogna.
Orbech Contado.
Ornina.
Pozzo Caſtello in Valdarno.
Pozzo Contado in Mugello.
Poggio Vbaldo.
Prato vecchio.
Partina.
Pappi.
Porrena.
S. Pietro Fortezza.
Petrella.
Pernina.
Pietraverſa;
Paterno.
Pogio. (forſe Poci)
Papiano.
Poggio della Laſtra.

Portiano.
Palagio, o Palazzo.
Poggiorſone.
Pertiſeto.
Roſtolena Caſtello.
Riſecco.
Ripafatta.
Raggiolo.
Rocca ſopra Bagno.
Radiracoli.
Raſoie.
Renciae.
Rocca del Borgo.
Rennole.
Rocca di Scannello.
Riſalto.
Rocchetta del Priore.
Rocca di Pozzuolo.
Raginopoli.
Romena.
Strumi.
Soci.
Strabatonzoli.
Stia vecchia.
Stia nova.
Sambau llo.
Sugbereto.
Selva piana.
S. Stephano.
Serignana.
Torricello.
Tonanna.
Trappola.
Tredozio.
Tontenano.
Torre di S. Reparato.
Terraio in Valdarno.
Vado.
Veſſa.
Vergbereta.
Vado.
Valdipondo.
Vaiono.
Valle.
Vinci.
Valdogonetta.
Valbona.
Valdambra.
Villa del Caſtagno.

Ed altri tutte Terre, e Caſtelli.

Hactenus *Gamurrinius*; ſed multo plura loca ad Comites *Guidones* pertinuiſſe conſtat ſuperius *pag.* 29. 52. 57. 70. 71. 72. 154. Hinc tamen patere arbitror, etiam Montem Acutum in Valle Arni ſuperiori ad Comites *Guidones* pertinuiſſe, quod confirmat *Admiratus* in Hiſtoria Comitum Guidonum *pag.* 20. 21. ſcribens: *Dico, che il Conte Marco figliuolo del Conte Galeotto, e de' Conti Guidi, il quale vedendoſi nimico, e bandito de' Fiorentini, e in riſchio grande di perdere il ſuo Caſtello di Soci, riſpetto alla guerra, che la Repubblica faceva alla terra di Bibbiena molto vicino al ſuo, ſi riſolvette di voler eſſere liberale di quel, che ſuo Padre aveva perduto, e aſſicurarſi di vender quello, che già gli pareva aver ſul tavoliere, e così farſi amico de' Fiorentini. Ottenutone dunque prima licenza, venne a Firenze l'anno 1359. e a 30. d'Ottobre alla preſenza di Marco Tedice dal Fieſco da Genova de' Conti di Lavania Podeſtà di Firenze vende, concede &c. & dona alla Repubblica tutti i beni, ragioni, e azioni in qualſivoglia modo a lui ſpettanti nel Caſtello di S. Niccolò, e ſua corte, ne' comuni di Vado, di S. Martin di Vado, di S. Macin di Palaone, di S. Donato di Serella, di S. Maria della Torre, di S. Biagio delle Selve, di S. Andrea di Terzelle, di Garliano, di S. Pancrazio, di S. Maria, e di S. Angelo di Cetica, tutti della Dioceſi di Fieſole, come dona ancora tutto quello, che gli compete nel poggio, o Curia di Montaguto della medeſime Diogeſi, & omne dominium, & Signoriam, plenum, & mixtum imperium, & gladii poteſtatem, omnemque iuriſditionem, & iura quecumque quorumcumque vaſſallatuum, homagiorum, fidelitatum, & patronatuum, & pedagiorum, & preſtationum, & toltarum, & maletoltarum, & uſum, & abuſum quorumcumque ad ipſum Marcum quoquomodo pertinentia, ſeu ſpectantia in dictis locis quolibet, vel aliquo ipſorum, ſeu in homines, vel contra homines & perſonas ipſorum locorum, & cuiuslibet eorum &c. Vende ancora nel medeſimo dì e anno alla Repubblica il Caſtello di Soci con tutte le ſue appartenenze e beni, e la villa di Farneta, e tutto per prezzo di Fiorini cinquemila dugento d'oro, con promettere, che la Conteſſa Margherita de' Salimbeni ſua moglie darà il conſenſo per la ſuddetta vendita, come farà Labe ſua ſorella, e figliola del Conte Galeotto, e perchè nel Caſtello di Soci, e ſuo contado vi aveva de' beni Betto figliuolo del Conte Gulielmo, egli ancora vende tutto a Fiorentini per prezzo di ottocento fiorini d'oro, che queſti con quelli del Conte Marco fanno la ſomma di ſei mila, che dice Matteo Villani. E oltre all' eſſere il Conte Marco liberato de' bandi fu fatto Cittadino Fiorentino, ſenza però potrr godere degli offici, grazia, che ricevette ancor Betto a 23. di Dicembre. E perchè i figliuoli del già Tommaſo del già Conte Gulielmo Novello vogliono vendere i beni, che ancor eſſi vi hanno, per prezzo di dugento fiorini d'oro, la Signoria fa Sindaco a comprarli, e ad entrare in poſſeſſo, e intanto fa ordini, che perſona de deſcendenti del Conte Guglielmo Novello poſſa acquiſtar beni, ne ſtare in Soci e ſua corte.* Sed illud idem liquet ex Diplomate *Friderici* ſuperius *pag.* 71. producto, in quo legitur;

ta eſt a ; Eccleſia Fontis Rutuli, olim in Faeſulana, nunc in Col- 1150

tur : *Caſtillionem , quod filii Octaviani Pazzi habeat in feudum ab eis , Caſtrum Montaguti cum Curte , Monzani &c.* Heic autem opportune confirmanda ſunt , quae ſcripſi ſuperius *pag.* 158. putans duos Montes Acutos in Mucillo exſtare , quum in laudato *Friderici* Diplomate quinque Montes Acuti recenſeantur , & ita ut videtur exponendi : Primus , Mons Acutus in Romania : Secundus Mons Acutus in Alpibus Vitiliani ; Tertius in Mucillo ; Quartus Mons Acutus in Valle Arni ſuperiore : Quintus Mons Acutus in agro Arretino . Heic quoque oportet , ut alia quaedam de Monte Acuto in Alpibus Vitiliani adnotem , primumque hoc Caſtrum Montis Acuti & Ampinanam anno MCCLXXX. & antea etiam, cuſtodita fuiſſe a militibus Pontificiis contra Ghibellinos , & una cum Filiccione habita ab Eccleſia pro obſidibus , ut ſcribit *Admiratus* in *Hiſtoria Florentina ſecundae editionis* ad hunc annum . Inſuper in ſubſpicionem erroris me eſſe adductum circa ea , quae de Viminicio ſcripſi ſuperius *pag.* 149. nam reperi apud *Caſottium* in *Memorabilibus ſacrae Imaginis Imprunetanae pag.* 8 ea quae ſequuntur . „ Tra le Carte „ pecore del copioſiſſimo Archivio della ce„ lebre Badia di S. Michele a Paſſignano ſi leg„ ge un Contratto celebrato l' Anno 1097. preſ„ ſo al Caſtello di Scopeto , nel quale un Hau„ go , figliuolo di Ildebrando dona a Vberto „ Cauſidico , figliuolo di Benzo , Autore della „ nobil Famiglia de' Benzi di Figline , che ſi „ conſerva nella Perſona , e Figliuolanza di Maſ„ ſimiliano Soldani Benzi . Nome per fama no„ tiſſimo , tutte le ſue Corti e poſſeſſioni , e Ca„ ſtella , eſpreſſe co' ſeguenti nomi . . . *de Monte Sipertuli . . . de loco Mangano . . . de Monte Tedaldi . . . de loco Scopita . . . infra Territorio de Plebe Sancte Marie ſito Pinita , & Sancti Petri ſita Buſſila* (che è S. Piero in Boſſolo) *& Sancti Petri qui vocatur in Mercato* (S. Piero in mercato) *& Sancti Martini ſito Viminiccia* . . . Ex hiſce exſtare videtur, Plebem S. *Martini* in Viminicio non fuiſſe in Mucillo , ſed in Valle Elſae , vel Peſae , vel non multo longius : & ſi caſtrum Montis Acuti in eo Plebatu erat, agetur ſuperius *pag.* 28. & 44. non de caſtro Montis Acuti in Alpibus , ſed de Monte Acuto in Valle Elſae , quem memoravi *pag.* 49. & qui ſitus eſt ad ſiniſtram Elſae fluminis e regione Caſtri Florentini , nec ad Dioeceſin Florentinam pertinet . Occurrit mentio Montis Acuti in Mucillo in Bullis *Paſchalis II.* & *Innocentii II.* quas mox prolaturi ſumus.

a Huius Eccleſiae meminerunt Bullae *Paſchalis II.* & *Innocentii II.* apud *Vghellium* in *Epiſcopis Faeſulanis*, & Bulla *Ioannis XXIII*, apud *Caſottium* in *Memorabilibus Sacrae Imaginis Imprunetanae* , quas heic proferri ſuſcepti operis ratio magis expoſcit , quam patitur . Bulla igitur *Paſchalis* eſt , quae ſequitur .

Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto fratri Iohanni Feſulano Epiſcopo , eiuſque ſucceſſoribus canonice promovendis in perpetuum . Iuſtis votis aſſenſum praebere , iuſtiſque petitionibus aures accomodare, nos convenit , quos, licet indignos, iuſtitiae cuſtodes , atque praecones , in Eccleſiae Apoſtolorum Principum Petri , & Pauli ſpecula poſitos Domino diſponente conſpicimus . Tuis igitur , frater in Chriſto chariſſime Ioannes , iuſtis petitionibus annuentes , ſanctam Feſulanam Eccleſiam , cui auctore Deo praeſides , Apoſtolicae ſedis auctoritate munimus . Tibi enim , tuiſque legitimis ſucceſſoribus confirmamus Epiſcopali , ac Dominicali iure poſſidendam arcem , & civitatem Feſulanam , cum Eccleſiis , & curtis , & terris adiacentibus . Similiter caſtrum Montis Lauri , & Montis Regis , Boianam , & curtem Salam, & Feſtilianum , & Pratum Regis , Eccleſiam ſanctae Mariae in Vrbana cum curte , & Libiano , & Bivilinoo , & caſtrum , quod aedificatum eſt in ſupradicto epiſcopio iuxta fluvium Faltonae cum curte Rivi Ferioli , & Pulcanti , caſtrum Ciſilo , & curtem in Monte Acuto , & in Ampinana ; Montana ſancti Gaudentii , cum Alpibus , & pertinentiis eorum , ſicut ex Regis conceſſione Eccleſiae tuae collata ſunt ; caſtrum Aguae, curtem Turriculae , & Caſtillionem , & partem Montis Bonelli , & partem caſtri Ruſinae : monaſterium ſancti Salvatoris ſitum in Epiſcopatu Piſtorienſi cum Eccleſiis , & curtibus ſibi pertinentibus ; monaſterium ſancti Bartholomaei , monaſterium ſancti Martini , monaſterium ſancti Gaudentii , cum pertinentiis eorum ; & patrimonium filiorum Bennonis , & caſtrum , quod vocatur Flumen , & quod iure ſupradictae Eccleſiae in territorio Mucelli detinent filii Vgonis , filii Raimberti , & Azzo filius Albizi , & filii Azonis de Caſtaniola , & Longobardi de Molezzano , & filii Vgonis de Caſola , & Longobardi de Ferliano , & Longobardi de ſancto Ioanne Maiore ; vel quicquid in praedicto territorio iuris veſtrae Eccleſiae aliquis hominum detinere videtur , & quicquid Vgo filius Raynerii dedit praefatae Eccleſiae in Ampinana , & in Monte Acuto , & in Lece , Magnale , Politiano , & medietatem Eccleſiae , & curtis in loco Quaracla , & curtem Marinae . Praeterea plebem ſancti Criſci ſitam Albino , plebem ſan-

ſancti Gervaſii com curte ſitam in Alpiniano, Ecclesiam S. Miniatis com corte, plebem ſancti Ioannis ſitam in Monte Lauro, plebem ſancti Babilli, & ſancti Ditali, plebem ſancti Leonini, plebem ſanctae Mariae, plebem ſancti Stephani, plebem S. Ierusalem ſitam in Pomino, plebem S. Ieroſalem ſitam in Glaceto, plebem ſancti Gervaſii ſitam Moriano cum curte, plebem ſancti Petri ſitam Caſcia, cum curte, & parte caſtelli, quod vocatur Novum, plebem ſanctae Mariae ſitam in Scò cum corte, plebem ſancti Ioannis ſitam in Caprilia, pebem ſancti Paucratii, plebem ſancti Romuli cum curte, Eccleſiam ſancti Miniatis com pertinentiis ſois, Eccleſiam ſanctae Mariae ſitam in Carpinione cum curticella, plebem S. Viti, plebem S. Leonini ſitam in Retiano (ſorte *Regnano*), plebem S. Laurentii cum caſtello & curte, plebem S. Miniatis ſitam in Rubiano, plebem S. Petri cum curte ſitam iu Cintoria, Eccleſiam ſancti Iuſti ſitam in Monte Runtuli, plebem ſancti Petri ſitam iu Sillauo, plebem ſancti Creſcii ſitam in Novole, plebem ſancti Leonini ſitam in Panzano cum curte, Eccleſiam ſancti Euphroſyni cum curte, Eccleſiam ſancti Pauli cum curte, quae eſt poſita iuxta Caſtrum Corbuli, plebem ſanctae Mariae, & ſancti Petri ſitam in Avanno, plebem ſancti Iuſti com curte, plebem ſancti Pauli cum corte, plebem ſancti Leonini in Collina, plebem ſanctae Mariae in Monte Miliario, plebem ſancti Martini in Tertinulo cum curte, Eccleſiam ſancti Mamilliani cum curte, plebem ſancti Petri Romenae com curte, plebem ſancti Marci in Stilliana. Quicquid praeterea vel in Feſulanae Eccleſiae parochia, vel in aliarum Eccleſiarum parochiis, praedicti anteceſſores tui hactenus poſſediſſe videntur, tibi, tuiſque legitimis ſucceſſoribus illibata manere ſancimus. Decernimus igitor, ut nolli omnino hominum liceat eamdem Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones aoferre, vel ablatas tenere, minuere, vel temerarlis vaxationibus fatigare, ſad omnino integra conſervare, tam vaſtris quam clericorum uſibus profutura. Si qua ſane eccleſiaſtica, ſecolariſque perſona, hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens temere contra eam venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendavarit, poteſtatis, honorlſve ſui careat dlgnitate, reſmque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniqoitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, ac domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae oltioni ſubiaceat. Conctis autem eidem loco iura ſervantibus ſit pax Domlni noſtri Ieſo Chriſti, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant; & apud diſtrictum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Scriptum per manom Petri Notarii Regionarii, & Scrivii ſacri palatii.

Ego Paſchalis catholicae Eccleſiae PP. ſubſcripſi.

Ego Praeneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Creſcentius Sabiuenſis Epiſc. ſubſcripſi.

Ego Richardus Albauenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Anaſtaſius Cardinalis S. Clementis ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Ioannis ſanctae Romanae Eccleſiae Diaconi V. idus Martii, Indict. XII. Incarn. Dominicae anno MCIII. Pontificatus autem D. Paſchalis II. Papae tertio. &c.

Sequens eſt Bulla *Innocentii II.*

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Ioanni Feſulano Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. In eminenti Apoſtolicae ſedis ſpecola, diſponente Domino, conſtituti fratres noſtros diligere Epiſcopos, & Eccleſiis ſibi a Deo commiſſis ſuam debemus iuſtitiam conſervare. Proinde, chariſſime frater in Chriſto Ioannes Epiſcope, tuis iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & ſanctam Feſulanam Eccleſiam, cui auctore Domino praeeſſe dignoſceris, Apoſtolicae ſedis privilegio communimus. Statuimus enim, ut quaſcumque poſſeſſiones, ſeu bona eadem Eccleſia in praeſenti anno iuſte, & legitime poſſidet, aut in futurum rationabiliter poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus annotanda ſubiunximus: curtem, & civitatem Feſulanam cum Eccleſiis, curtis, & terris adiacentibus, ſimiliter caſtrum Montis Lauri, & Montis Regis, Boianam, & cortem Salam, Feſtilianam, & Pratum Regis, Eccleſiam ſanctae Mariae in Vrbana, cum curte, & Libiano, & Biviliano, caſtrum quod aedificatum eſſe tuis laboribus conſtat iuxta fluvium Faltonae cum curte Rivi Ferioli, & Pulcanti, caſtrum Ciſelo, curtem in Monte Acuto, & in Ampinana; Montana ſancti Gaudentii, com Alpibus, & pertinentiis eorum, ſicot ex Regis conceſſione Eccleſiae tuae collata ſunt, caſtrum Agnae, curtem Turricolae, & Caſtillionem, caſtrum Montis Bonelli, caſtrum Rufinae, monaſterium ſancti Salvatoris ſitum in Epiſcopatu Piſtorienſi, cum Eccleſiis S. Potiti, & S. Martini conſtructis in Fagnano. In campo Novoli Eccl. S. Martini. In Capraria medietatem Eccleſiae ſanctae Chriſtinae. In Ripole Eccleſiam S. Salvatoris. Eccleſiam S. Michaelis de Marina; curtem de Calenzano, curtem ſancti Donnini, curtem de Bagnaſca, & quidquid Feſulana Eccleſia poſſidet in plebe S. Stephani de Campo, & in plebe S. Iuliani

Digitized by Google

ni in Septimo. In Mengnano (forte *Magnale*) Eccleſiam S. Petri cum curte, & omnibus decimationibus earum; monaſterium ſancti Bartholomaei ſitum Feſulis cum Eccleſiis, & decimationibus ſibi pertinentibus; monaſterium ſancti Martini, monaſterium ſancti Gaudentii cum pertinentiis eorum. Patrimonium filiorum Bennonis, caſtrum, quod vocatur Flumen, & quicquid de iure praefatae Eccleſiae in territorio Mucelli detinent filii Hugonis, filii Raimberti, & Azo filius Albithi, & filii Hugonis de Caſtaniola, & Longobardi de Molezzano, & filii Hugonis de Caſulis, & Longobardi de Terliano, & Longobardi de ſancto Ioanne Maiore, & Longobardi de Arena, vel quaecumque in praedicto loco iuris veſtrae Eccleſiae aliquis homo detinere videtur. Quicquid etiam Vgo filius Raynerii donavit praefatae Eccleſiae in Ampinana, in Monte Acuto, & in Lece, Magnale, Politiano, & medietatem Eccleſiae, & curtis in loco Quaracla. Praeterea plebem S. Criſci ſitam Albino, plebem ſancti Gervaſii cum curte ſitam in Alpiniano, Eccleſiam ſancti Miniatis cum curte, plebem ſancti Ioannis in Monte Lauro, plebem ſancti Babilli, & S. Dicali, plebem S. Leonini, plebem S. Mariae, plebem S. Stephani. In Pomino plebem S. Hieruſalem, in Glaceto plebem S. Hieruſalem, in Moriano plebem S. Gervaſii cum curte, in Pitiana plebem S. Petri, in Caſcia Plebem S. Petri cum curte, & caſtro, quod vocatur Novum, in Sed plebem S. Mariae cum curte, in Caprilia plebem S. Ioannis, plebem S. Pancratii, plebem S. Romuli cum curte, Eccleſiam S. Miniatis cum pertinentiis ſuis, in Carpinione Eccleſiam ſanctae Mariae cum curte, plebem ſancti Viti, in Regitino (forte *Regnano*) plebem ſancti Petri, plebem ſancti Laurentii cum caſtello, & curte, in Robiana plebem ſancti Miniatis, in Cintoria plebem ſancti Petri cum curte, Eccleſiam S. Iuſti in monte Ranfulfi, in Sillano plebem S. Petri, Novole plebem S. Criſci, in Panzano plebem S. Leonini cum curte, Eccleſiam S. Eufroſini cum curte iuxta Caſtrum Corbuli, Eccleſiam S. Romuli cum curte, Novellae plebem S. Mariae cum curte; Eccleſiam S. Caſſiani cum curte, in Avanano Eccleſiam S. Mariae, & S. Petri, plebem S. Iuſti cum curte; plebem S. Pauli cum curte, in Gullina plebem S. Leonini, in Monte Miſſiatio plebem S. Mariae, in Terrinula plebem S. Martini cum curte, in Stagia plebem S. Mariae. Quicquid etiam infra Feſulanae Eccleſiae parochiam, vel in aliarum Eccleſiarum parochiis, praedeceſſores tui hactenus poſſediſſe noſcuntur, firma vobis, & inconvulſa manere ſancimus. Nulli ergo hominum liceat praenominatam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur veſtris, & clericorum, & pauperum uſibus profutura. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, ac domini Redemptoris Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiae ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonae actionis accipiant, & apud diſtrictum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicae Eccleſiae Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Guillelmus Praeneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Gerardus Presbyter Cardinalis tituli ſanctae Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.

Ego Lictifredus Presb. Card. tit. ſancti Vitalis ſubſcripſi.

Ego Guido indignus ſacerdos ſubſcripſi.

Ego Romanus Diaconus Card. ſanctae Mariae in Porticu ſubſcripſi.

Ego Gregorius Diaconus Card. SS. Sergii, & Bacchi ſubſcripſi.

Ego Guido Cardinalis ſancti Adriani ſubſcripſi.

Dat. Piſis per manum Alberici ſanctae Romanae Eccleſiae Diaconi Cardinalis Cancellarii, ſextodecimo Kalend. Decembris, Indictione XII. Incarnationis Dominicae anno MCXXXIV. Pontificatus Domini Innocentii Papae Secundi anno quinto, &c.

Bulla autem *Ioannis XXIII.* data anno MCCCCX. pro *Antonio Ioannis Gherardi* a Barbarino Vallis Elſae, ita habet:

Iohannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Plebano plebis Sancti Petri in Boſſolo Florentine Diocefis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dignum arbitramur & congruum, ut illis ſe reddat ſedes apoſtolica gratioſam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter ſuffragantur. Dudum ſiquidem omnes dignitates perſonatus & officia ceteraque beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, que promovendi per nos ad quarumlibet eccleſiarum Cathedralium regimina tempore promotionum huiuſmodi obtinerent ex tunc in antea vacatura collationi & diſpoſitioni noſtre reſervantes, decrevimus ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel igno-

gnoranter contingeret attemptari. Cum itaque poſtmodum Plebanatus Plebis Sancte Marie in Pineta Flor. Dioc. quem dilectus filius Franciſcus Electus Florentinus tempore promotionis per nos dudum de perſona ſua ad eccleſiam Florentinam tunc vacantem facte obtinebat per lapſum temporis de conſecrandis Epiſcopis a canonibus diffiniti infra quod idem Franciſcus Electus munus conſecrationis ſuſcipere non curavit, vacaverit & vacare noſcatur ad preſens, nullusque preter nos hac vice de illo diſponere potuerit ſive poſſit reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Nos volentes dilectum filium Antonium Iohannis Plebanum plebis Sancti Miniatis de Rubiano Feſulane dioceſis apud nos de vite ac morum honeſtate aliiſque probitatis & virtutum meritis multipliciter commendatum, pro quo etiam dilecti filii Capitulum & Patroni ipſius plebis Sancte Marie, que de patronatu laicali exiſtit, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicarunt horum intuitu favore proſequi gratioſo, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ſi dictus Plebanatus curatus aut dignitas exiſtat, & per diligentem examinationem dictum Antonium bene legere, bene conſtruere, & bene cantare, ac congrue loqui latinis verbis, & alias ad ipſum plebanatum obtinendum ydoneum eſſe reppereris; vel etiam ſi dictus Antonius non bene cantaret, dummodo in tuis manibus iuret ad Sancta Dei Evangelia, quod infra annum a tempore examinationis huiuſmodi computandum, bene cantare addiſcet, plebanatum ipſum, etiam ſi curam habeat animarum, & dignitas etiam principalis in eadem plebe exiſtat, ſi vero dictus Plebanatus nec curatus nec dignitas exiſtat, dictusque Antonius non bene cantet nec iuraverit ut prefertur dummodo ipſum alias poſt eamdem examinationem ad hoc ydoneum eſſe reppereris, ſuper quibus tuam conſcientiam oneramus, Plebanatum ipſum, cuius fructus redditus & proventus Quadringentorum florenorum auri ſecundum communem eſtimationem valorem annuum ut aſſeritur non excedunt, ſive ut premittitur ſive per Conſtitutionem felicis recordationis Iohannis PP. XXII. predeceſſoris noſtri, que incipit Execrabilis, vel alias quovis modo vacet, etiam ſi tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad Sedem predictam legitime devoluta, vel Plebanatus ipſe diſpoſitioni Apoſtolice ſpecialiter reſervatus exiſtat, & ad eum conſueverit quis per electionem aſſumi, dummodo eius diſpoſitio ad nos duntaxat hac vice pertineat cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis eidem Antonio auctoritate noſtra conferas & aſſignes. Inducens per te vel alium ſeu alios eumdem Antonium vel procuratorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſſionem Plebanatus iuriumque & pertinentiarum predictorum, & defendens inductum amoto exinde quolibet detentore, ac faciens ipſum Antonium vel dictum procuratorem pro eo ad eumdem Plebanatum ut eſt moris admitti, ſibique de ipſius Plebanatus fructibus redditibus proventibus iuribus & obventionibus univerſis integre reſponderi. Contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis & conſuetudinibus dicte Plebis Sancte Marie contrariis iuramento confirmatione Apoſtolica vel quacumque firmitate alia roboratis. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de dignitatibus perſonatibus vel officiis ipſius plebis ſpeciales vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus generales dicte Sedis vel Legatorum eius literas impetraverint, etiam ſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus in aſſecutione dicti Plebanatus prefatum Antonium volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem dignitatum perſonatuum vel officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari. Seu ſi Epiſcopo Florentino pro tempore exiſtenti & Capitulo predicti, vel quibuſvis, aliis communiter vel diviſim a dicta ſit Sede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicuius minime teneantur & ad id compelli aut quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de dignitatibus perſonatibus vel officiis ipſius Plebis Sancte Marie aut aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem proviſionem preſentationem electionem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem coniunctim vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcumque tenoris exiſtat, per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Aut ſi dictus Antonius preſens non fuerit ad preſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus ipſius Eccleſie S. Marie ſolitum iuramentum, dummodo in abſentia ſua per procuratorem ydoneum, & cum ad plebem ipſam acceſſerit corporaliter illud preſtet. Seu quod dictus Antonius ut aſſeritur in predicta S. Marie cum plebanatu eiuſdem & in ſancti Petri de Boſſolo ac in ſancti Alberti de Colle predicte Florentine & Vulterrane dioceſis plebibus canonicatus & prebendas, quorum quidem canonicatuum & prebendarum fructus redditus, & proventus duodecim florenorum auri ſecundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, noſcitur obtinere. Volumus autem quod idem Antonius quamprimum vigore preſentium predictum plebanatum Sancte Marie fuerit pacifice aſſecutus, dictum plebanatum S. Miniatis, quem ex tunc vacare decernimus, omnino prout etiam ad id ſe ſponte obtulit dimittere teneatur. Et inſuper pro ut eſt irritum decernimus & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attemptatum forſan eſt hactenus, vel contigerit imposterum attemptari. Datum Bononiae X. Kal. Martii Pontificatus noſtri Anno Primo.

Hu-

Collenſi Dioeceſi [a]; Eccleſia Sicellae, quae pariter in Dioeceſi 250

Huius Eccleſiae mentio exſtat etiam in Charta Archivi Parthenonis S. Apolloniae Florentini, in qua *Datus* & *Ghettus* fratres, & filii olim *Bonafedes*, faciunt finem Magiſtro *Baroni* Plebano Plebis S. *Miniatis* de Rubiano Faeſulanae Dioeceſis de medietate cuiuſdam debiti XXXVI. modiorum frumenti, & VI. congiorum olei, quod frumentum & oleum *Bonus* Plebanus dictae Plebis, de conſenſu Presbyteri *Petri* Canonici ipſius Plebis, promiſerat dare *Bellundo* olim *Tignoſi*, & *Vinci* Ser *Bentactordae*, & *Data* & *Ghetto* praedictis &c. Actum in Eccleſia S. *Mariae* ſupra Arnum, Florentiae, anno MCCLV. VII. Idus April. *Paſſſci* Notarius. Eccleſia haec Sancti *Mineatis* in Rubiano conſecrata fuit anno MLXXVII. a *Petro* Cardinale Epiſcopo (videtur eſſe S. *Petrus Igneus* ut obſervavi in Hodoeporico meo *pag.* 1043.) & ab Epiſcopo Faeſulano *Guilelmo*, ut indicat Inſcriptio exſtans in eadem Eccleſia, quaeque ita habet iuxta *Admiratum* in *Epiſcopis Faeſulanis*:

Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Ieſu Chriſti MLXXVII. ſeptima idus Februar. Indictione XV. tempore Gregorii VII. Papae dedicata eſt haec Eccleſia ad honorem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & S. Mariae tum duodecim Apoſtolis, & S. Miniatis, & S. Blaſii mart. & S. Michaelis Archangeli, & S. Nicolai Confeſſoris, & S. Ioannis Baptiſtae, & S. Ioannis Evangeliſtae, & S. Benedicti Abbatis, ab Epiſcopo Petro Cardinale Romanae Eccleſiae, & ab Epiſcopo Feſulaneuſi nomine Gualgelmone

Chriſtus in hac aula ſit cuſtos iure ſacrata.

Ceterum Rubianum recenſetur ſuperius *pag.* 71. inter loca Comitibus *Guidonibus* ſubiecta; & *pag.* 139. Robianae Vallis memoratur in qua Caſtrum Muſiniani, Caſtrum Gabinianoe, & Caſtrum Turioni, forte Titioni.

[a] Haec Eccleſia in Clanti regione ſita, in Plebatu S. *Leonini*, ſeu *Leolini*, in Collina, cuius mentio ſuperius *pag.* 216. 217. olim ad Dioeceſin Faeſulanam pertinuit, nunc vero in Collenſi eſt, ut tradit *Gamurrinius Vol. V. pag.* 320. & *Raphael Badius* Dominicanus in Adnotationibus ad Vitam S. Viridianae *Cap. XIII.* ubi ait, in Eccleſia S. *Mineatis* Fontis Rutuli adſervatam fuiſſe imaginem S. *Viridianae* a Caſtro Florentino, cum pallio fuſci coloris, humeris impoſito, & cinctae teſte, ſatis exſtante. Fontis Rutuli, & eius Eccleſiae, mentio occurrit in Diplomate *Alexandri III.* anno MCLXXVII. dato, quod habetur in Bullario Vallumbroſano & ad Chronicum Pontificum *Leonis Urbevetani* in *Deliciis Eruditorum pag.* 219. nam haec Ec-
ele-

cleſia ad iuſpatronatus Monaſterii Paſſiniani ſpectabat; & eſt quod ſequitur:

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis, Abbati, & fratribus Monaſterii de Paſſignano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Petitiones religioſorum virorum, quae rationi concordant, & ab Eccleſiaſtica non diſſonant honeſtate, decet Nos animo libenti admittere, & utili effectu proſequente complere. Ea propter, dilecti in Domino Filii, veſtris iuſtis poſtulationibus, benignius annuentes, iuſpatronatus quod habetis in Eccleſia de Luviano, & quicquid habetis in Parochia praeſcriptae Eccleſiae inter duo Flumina, quae dicuntur Caſſiani, & iuſpatronatus Eccleſiae de Maiano, & quicquid habetis in praeſcripta Villa. Iuſpatronatus Eccleſiae de Fonte Rutuli, & annuum cenſum, & alia quae exinde annuatim percipitis, & quicquid habetis in Curte de Travalle. Iuſpatronatus Eccleſiae de Matraia, & iuſpatronatus Eccleſiae de Collebono, ſicut ea rationabiliter poſſidetis vobis, & per vos Monaſterio veſtro, auctoritate Apoſtolica, confirmamus, & praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Praeterea auctoritate Apoſtolica inhibemus, ne inſtitutiones quas ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam, & antiquam, & rationabilem conſuetudinem Monaſterii veſtri, concorditer in Capitulo veſtro feciſtis, aut facietis, aliquis immutare praeſumat, ſed eas praecipimus inviolabiliter obſervari. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum, liceat hanc paginam noſtrae confirmationis, & conſtitutionis, infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Datum Anagniae quarta Idus Octobris.

Quando autem diximus hanc Eccleſiam prius in Dioeceſi Faeſulana exſtitiſſe, nunc vero in Collenſi eſſe; abs re fore non arbitror, ſi heic, occaſione adrepta, Bullam *Clementis VIII.* qua Collem, Vallis Elsae oppidum, civitatem & ſedem Epiſcopalem declarat, in medium ex *Ughellio* adferam; nam non ex Dioeceſi tantum Faeſulana, ſed etiam Florentina, & Senenſi, & Volaterrana, aliquid ablatum eſt, quod ad Dioeceſin Collenſem conflandam conferretur; atque inſuper Epiſcopus Collenſis Archiepiſcopi Florentini ſuffraganeus declaratus eſt.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ſuper univerſas orbis Eccleſias cu diſponente, qui cun-
ctis

ctis imperat, & cui omnia obediunt, conſtituti levamus in circuitu agri Domini oculos noſtrae mentis, pervigilis paſtoris more inſpecturi, quid provinciarum, & locorum ſtatui, & decori, quidve illorum incolarum animarum ſaluti congruat, & deſuper, iſtis praeſertim temporibus, quibus humani generis hoſtis omni conatu ad ipſarum animarum perniciem, & fidei Catholicae everſionem incumbit, diſponi debeat; inde divino fulciti praeſidio, dignum, quin potius debitum, arbitramur in irriguo militantis Eccleſiae agro novas ſedes Epiſcopales, Eccleſiaſque plantare, ut per huiuſmodi novas plantationes populatis augeatur devotio, divinus cultus efforeat, perque eum animarum ſalus ſubſequatur, & loca inſignia dignioribus titulis condignis favoribus illuſtrentur, ut propagatione novae ſedis, honoratique populi aſſiſtentia, ac regimine, cum Apoſtolicae poteſtatis amplitudine, ac orthodoxae fidei profectu, ac exaltatione, populi ipſi propoſitum eis aeternae felicitatis praemium facilius valeant adipiſci. Dudum ſiquidem proviſiones omnium monaſteriorum apud ſedem Apoſtolicam tunc vacantium, & in antea vacaturorum, ordinationi & diſpoſitioni noſtrae reſervavimus, decernentes ex tunc tale irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque poſtmodum monaſterium S. Salvatoris in Spungia, ante Hoſpitali Innocentium Florentino, Apoſtolica auctoritate unitum, ex eo, quod nos hodie unionem ipſam de conſenſu dilectorum filiorum Rectoris & Adminiſtratorum ipſius Hoſpitalis perpetuo diſſolvimus, apud Sedem praedictam, &c. & ſicut accepimus, quod quidam Laelius Tolomaeus Clericus Piſterien. dioeceſis in commendam ad ſui vitam ex conceſſione Apoſtolica, quoad viveret, obtinebat beatae Mariae de Conea ordinis Vallisumbroſae Volaterrarum dioeceſis monaſterium, commenda huiuſmodi per obitum d. Laelii extra Romanam curiam defuncti ceſſante adhuc, & quod ante commendam ipſam vacabat, modo vacare noſcatur, nulluſque de dicto monaſterio ſancti Salvatoris hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis; & terra Collis Vallis Elſae nullius dioeceſis, temporalis domini dilecti filii nobilis viri Ferdinandi Hetruriae ſibi ſubiectae Magni Ducis, inter caeteras praedictae Hetruriae terris, & illius collegiata Eccleſia ſub invocatione ſanctorum Ioannis, Fauſtini, & Iovitae, inſignes exiſtant. Nos ex certis rationabilibus cauſis mature perpenſis, ac verum, & ultimum dicti monaſterii vacationis modum in praeſentibus pro expreſſo habentes, ſupplicationibus dicti Ferdinandi Magni Ducis hac in parte inclinati, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinalibus deliberatione matura, de illorum conſi-

ſi-

ſilio, deque Apoſtolicae poteſtatis plenitudine, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, & fidei catholicae exaltationem, terram Collis in civitatem Collenſem nuncupandam, & Eccleſiam huiuſmodi in cathedralem ſub eadem invocatione, pro uno Epiſcopo Collenſi, cum Epiſcopali dignitate, iuriſdictione, & ſuperioritate, ac Epiſcopali, & capitulari menſis, & aliis cathedralibus inſignibus, necnon praeeminentiis, quibus aliae cathedrales Eccleſiae de iure, vel conſuetudine, utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, Apoſtolica auctoritate tenore praeſentium perpetuo erigimus, & conſtituimus, ac terram civitatis, & collegiatam Eccleſiam huiuſmodi cathedrali titulo, & honore decoramus, & inſignimus, necnon a Florentina Poggibontii, a Senenſi Plebis Marmoriae, a Faeſulana Caſtellinae, & a Volaterrana dioeceſi, & ſedibus Epiſcopalibus, & Archiepiſcopalibus reſpective, unitae plebis Aſſulae, Staggiae, & Abbatiae Inſulae nuncupatae, cum illorum territoriis, clero, populo, perſonis eccleſiaſticis, monaſteriis, & piis locis, ac beneficiis eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & cuiuſvis ordinis regularibus, necnon quicquid iuris Archiepiſcopalis, & Epiſcopalis iuriſdictionis in illis Florentinus, & Senenſis Archiepiſcopi, & Faeſulani, & Volaterrani Epiſcopi pro tempore exiſtentes habent, & percipiunt, & percipere, & habere conſueverunt, de dilecti filii noſtri Alexandri ſancti Petri ad vincula Cardinalis de Florentia nuncupati, quod ad Florentinum, quod vero ad Senenſem, & Faeſulanenſem, & Volaterranum, Epiſcopos, de venerabilium fratrum noſtrorum modernorum Archiepiſcopi Senenſis, & Faeſulanenſis, & Volaterrarum, Epiſcoporum conſenſu penitus, & omnino, & perpetuo auctoritate, & tenore praemiſſis, dismembramus, & ſeparamus, & ab omni iuriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione, dominio Apoſtolico nunc, & pro tempore exiſtentium, Florentini, & Senenſis Archiepiſcoporum, & Feſulanen. & Volaterranen. Epiſcoporum praedictorum, eorumque vicariorum, & officialium; ac ſolutione quorumcumque iurium eis per clerum, populum, & perſonas praedictas ratione iuriſdictionis; & ſuperioritatis huiuſmodi reſpective debitorum, ſimiliter perpetuo penitus eximimus, & totaliter liberamus, ac terram in civitatem erectam, necnon caſtra ſic diſmembrata, cum eorum territoriis, ſingulaſque Eccleſias, & monaſteria, necnon beneficia eccleſiaſtica in eis conſiſtentia cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, eidem erectae Eccleſiae, & illius menſae Epiſcopali per illius diſtrictum, & dioeceſim, etiam perpetuo applicamus, appropriamus, aggregamus, concedimus; & aſſignamus, illaque curae, & iuriſdictioni Epiſcopi

pi

pi Collenſis pro tempore exiſtentis, quoad legem dioeceſanam, & ſubiectionem, ſimiliter perpetuo ſubiicimus, necnon Eccleſiam, civitatem, & dioeceſim praedictas, ac Epiſcopum Collenſem pro tempore exiſtentem praedictum, clerumque, & populum civitatis, & dioeceſis erectarum, Eccleſiae, & Archiepiſcopo Florentino Metropolitano iure ſubeſſe, & quoad Metropolitanam, & Archiepiſcopalem iurisdictionem, & iura eidem Archiepiſcopo Florentino, eique de Archiepiſcopalibus iuribus reſpondere debere volumus, ac determinamus, necnon ab Archipresbyteratu dictae erectae Eccleſiae, qui ibi dignitas principalis exiſtit, cuiuſque fructus, redditus, & proventus ad trecenturum ſcutorum aureorum valorem aſcendunt, ut accepimus, quemque dilectus filius Niculaus Sabolinus ipſius Eccleſiae Archipresbyter obtinet, ex nunc de eiuſdem Nicolai conſenſu centum ſcuta ſimilia annoatim, una cum domo eiuſdem Archipresbyteratus, pro habitatione dicti futuri Epiſcopi Collenſis; & poſt dicti Nicolai obitum tot bona, quae ad valorem annuum centum, & quinquaginta ſcutorum ſimilium aſcendant, reliquit centum & quinquaginta ſcutis huiuſmodi pro Archipresbytero ipſius Eccleſiae pro tempore exiſtenti annuatim remanentibus, auctoritate, & renovatione praemiſſis pariter perpetuo ſeparamus, & diſmembramus, illaque ſic ſeparata, & diſmembrata, necnon ſancti Salvatoris, & beatae Mariae monaſteria huiuſmodi, quae curam, & conventum habent, ſive praemiſſo, ſive alio quovis, modo vacent, & tanto tempore vacaverint, quod eorum proviſio iuxta Lateranenſis ſtatuta concilii, aut alias canonicas ſanctiones, ad ſedem praedictam devoluta exiſtat, & illa ex quavis cauſa ad ſedem eamdem ſpecialiter, vel generaliter pertineat, ac ſuper eorum regimine, & adminiſtratione inter aliquos lis, cuius ſtatum praeſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, cum illis forſan annexis fructibus, iuribus, ac pertinentiis ſuis eidem menſae Epiſcopali pro illius dote, & futuri Epiſcopi huiuſmodi ſuſtentatione. Itidem perpetuo eiſdem auctoritate, & tenore praeſentium unimus, annectimus, incorporamus, applicamus, & appropriamus, ita quod liceat futuro Epiſcopo Collenſi praedicto corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, regiminis & adminiſtrationis dictorum monaſteriorum, ac bonorum, & aliorum praedictorum per ſe, vel per alium, ſive alios propria auctoritate, abſque vitio ſpolii apprehendere, ac perpetuo retinere, illaque in ſuos, ac menſae Epiſcopalis uſus, & utilitatem convertere, Dioeceſani loci, vel cuiuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita. Necnon Archipresbyteratum inibi principalem, ut praefertur, maiorem poſt Pontificalem, ac Decanatum, & Archidiaconatum dignitates, necnon duodecim Canonicatus, & prae-

praebendas in praedicta Eccleſia exiſtentes, illoſque pro tempore obtinentes, una cum eorum menſa capitulari de caetero cathedralis Eccleſiae, huiuſmodi Archipresbyterum, Decanum, & Archidiaconum, ac Canonicos fore, & eſſe, illoſque reſpective, ut prius cum omnibus eorum iuribus retinere per ſe; ac irritum, & inane decernimus, & declaramus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: & inſuper Epiſcopo pro tempore exiſtenti, ac capitulo, & clero civitatis, & dioeceſis Collenſis, illorumque incolis, & habitatoribus, & eorum ſingulis, ut omnibus privilegiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus alii Epiſcopi, & aliarum cathedralium Eccleſiarum capitula, atque civitates, & dioeceſes, ac eorum clerici, incolae, & habitatores de iure, conſuetudine, aut alias, utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, (videtur deeſſe, *utantur*, *potiantur*, *& gaudeant*, *concedimus*, vel quid ſimile) necnon Epiſcopo, & capitulo praedictis capitulariter congregatis pro felici ſtatu, & ſalubri directione dictae erectae Eccleſiae, & illius perſonarum, ac divinorum officiorum in illa celebratione, quaecumque ſtatuta, & ordinationes, rationabilia, & honeſta, ac canonibus, & decretis ſacri concilii Tridentini non contraria facere, & edere, illaque immutare libere, & licite valeant, quoties ipſi pro utilitate ipſius erectae Eccleſiae viſum fuerit, quae poſtquam condita immunitate, ac de novo facta fuerint, dicta auctoritate approbata, & confirmata eſſe cenſeantur, de ſpeciali indulgemus, ac plenam, & liberam facultatem concedimus; non obſtantibus praemiſſis, ac felicis recordationis Bonifacii Papae Octavi praedeceſſoris noſtri, ac Lateranenſis concilii noviſſime celebrati, diſmembrationes, ſeparationes, ac ſectiones bonorum dioeceſis ab Eccleſiis cathedralibus, unioneſque perpetuae, niſi in caſibus de iure permiſſis fieri prohibentes, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, caeteriſque contrariis quibuſcumque proviſis, quod propria monaſteria praedicta in ſpiritualibus non laedantur, & in temporalibus detrimenta non ſuſtineant, ſed eorum congrua ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae erectionis, inſtitutionis, decorationis, inſignitionis, diſmembrationis, ſeparationis, exemptionis, liberationis, applicationis, appropriationis, aggregationis, conceſſionis, aſſignationis, ſubiectionis, voluntatis, decreti, unionis, annexionis, incorporationis, declarationis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario contradicere; ſi quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli

 li

250 ceſi Faeſulana eſt *a* , ſicut inſequentes ; Eccleſia Cellae

li Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Datum Romae apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, nonis Iunii, Pontificatus noſtri anno primo.

Hactenus Bulla *Clementis VIII*, Sed ut ad Eccleſiam S. *Miniatis* in Fonte Rutulo revertamur, in Bullis *Paſchalis II.* & *Innocentii II.* ſuperius *pag.* 216. 217. tres Eccleſiae S. *Miniatis* ſacrae memorantur, quarum una eſt Plebs Rubiani, aliae duae ſunt Eccleſiae, quarum prima videri poſſet poſita in Plebatu S. *Gervaſii* in Alpiniano, nam ſtatim poſt hanc Plebem recenſetur; altera autem in Plebatu S. *Romuli* in Gavillis, poſt hunc enim ſtatim eius mentio ſubditur. An autem illa Eccleſia D. *Miniatis*, quae poſt Plebem S. *Gervaſii* memoratur, ſit haec Fontis Rutuli, an alia Eccleſia in Dioeceſi Faeſulana, mihi non liquet.

a , In Plebatu S. *Donati* in Pocis, Dioeceſis Faeſulanae, in Clanto. Quum in quadam membrana continente Acta iudicii intentati a *Bartolo* Plebano Plebis S. *Donati* in Pocis anno MCCCXXII, quaedam de hac Eccleſia memoratu digna invenerim, heic ea proferre fert animus. Anno MCCXLIII. *Bernardus* Plebanus S. *Donati* in Pocis init pacta quaedam cum communi & hominibus S. *Donati*, & ſibi reſervat quaſdam apothecas. Anno MCCLXIV. *Federighus* Plebanus S. *Donati* in Pocis liberat commune & homines S. *Donati* ab his, ad quae tenebantur dictae Plebi, quibuſdam exceptis. Anno MCCLXXXVII. Dominus *Bernardinus de Gherardinis* Plebanus S. *Donati* in Pocis moritur, & ei ſuccedit in Plebatu Dominus *Petrus de Gherardinis*, cui tandem ſucceſſit Dominus *Bartolus*. Anno MCCCXXII. *Bartolus* Plebanus Plebis S. *Donati* in Pocis intendit probare in iudicio terrenum & ſolum, in quo ſitum eſt, caſtrum & domos Sancti *Donati* in Pocis comitatus Florentini, fuiſſe ab antiquo, quoad dominium & poſſeſſionem Plebis S. *Donati* in Pocis; & Plebanum S. *Donati* ab antiquo conceſſiſſe terrenum illud in emphyteuſim hominibus & perſonis, quae conſtruxerunt muros, & domos dicti caſtri ſuper dicto terreno; & certam inde penſionem, hoc eſt cereum octo librarum, annuatim praeſtabant dictae Plebi in die feſto S. *Donati*; item dictam Plebem, & eius Plebanos, ſemper habuiſſe iuriſdictionem in dicto caſtro. Inducuntur autem inter teſtes examinandi:

Brunus Rector Eccleſiae S. *Martini* Achuzzi	Plebatus S. *Donati in* Pocis.
Puccius Rector Eccleſiae S. *Pauli*	
Orlandus, ſeu *Landus*, Rector Eccleſiae S. *Michaelis* de Montecorboli	
Guido Rector Eccleſiae S. *Miniatis* de Sicelle	

Burgum S. *Donati* in Pocis memoratur ſuperius in Diplomate *Friderici II. pag.* 71. uti pro medietate ad Comites *Guidones* pertinens; quare non mirum ſi *pag.* 114. in Catalogo caſtrorum & locorum Comitum *Guidonum*, illud quod dicitur *Pogia*, opinatus ſum eſſe *Poci*; at vere falſus ſum, nam *Pogi*, ſeu *Pogia*. alius vicus eſt in Dioeceſi Arretina ſitus, & id conſtat ex *Ammirato* in *Hiſtor. Comit. Guidonum pag.* 53. 54. 60. Caſtri Poci mentio occurrit in Diplomate *Bonifacii* Tuſcorum Ducis apud *Franc. Mar. Florentinium* in *Memorabilibus Mathildae Comitiſſae Libro III. pag.* 118. quod ita habet:

In nomine S. & Individ. Trinit. Bonifatius Divina miſerat. Tuſcorum Dux, & Marchio. Notum eſſe volumus omnibus noſtris fidelib. praeſentib. S. ac futuris, Gaiprandum Presb. a patre ſuo conſtructum in honore S. Petri Monaſterium temporibus Lotharii, & Ludoici Imperatorum ita ordinaſſe, ut poſt exceſſum ſuum ſuarumq; ſororum, & conſobrini ſui cuiuſdam atq; nepotis, ſi Gislarbertuſo, & Filuardus de legitimo matrimonio talem habuiſſet filium, qui Sacerdotale officium eſſet adeptus, ſupra dictum Monaſterium tantumodo ad regendum in eius veniſſet dominium, ac ſic deinceps in unum quemq. veniſſet Sacerdotem, qui ex eorum progenie natus eſſet legiptime; . . . . em (forte, *Et ſiquidem*) *de illorum generatione Sacerdos non extitiſſet cui illud potuiſſent committere debuiſſent de extraneis parentelis hominem Deum timentem eligere, qui illum locum venerabilem cum ſuis pertinentiis ſecundum Gaiprandi iam d. Presb. ordinationem atq; praecepta bene ſciret atq. regere valeret. Ordinavit autem ſic atq; praecepit, ut unusquiſque rector eiuſdem loci venec.b. pro remedio animae ſupranominati presb. per ſingulos annos, ut conſtituit, pauperes paſcat ita, ut unicuiq; pauperi unum panem tribuat, & carnem, aut aliquid conditum, quod pro tempore convenientius habere potuerit, & de vino tres* (forte ter) *bibere. Et in uno quoq; anno in feſtivitate S. Petri clericos illuc convenientes honorifice habeat. Et in uniuſcuiuſq; anni capite anniverſ. patris eiuſdem Gaifredus, & Arpergae eiuſdem genitricis, & pred. Gaiprandi presb. & Gaiperti presb. eiuſdem Barhoni memo-*

Bru- ria

rià in ſuis oeationibus agant. Haec omnia ad nihil aliud faceee debes nauſquiſq; niſi pro remedio eiuſdem Gaiprandi animae, & ſuorum parentum. Quae omnia multis temporibus praetermiſſa ſunt, nec a quolibet eorum, ſicut ipſe ſuis decretis ſtatuerat facta ſunt. Temporib. igitur noſtris cernentes viet, quibus ordinationem de ipſo Monaſt. facere peetinebat, tam praedictum locum, quam rec eius, male incedere, quoniam de ſua parentela idoneum hominem habeeo non poteraat, quem ad illud Monaſterium delegiſſent, ex alia parentela elegerunt Vbertum S. Miniatis Abbatem, qui pred. locumcum ſuis rebus regeret, & omnia, quae Gaiprandus praeceperat, opeee perſeciſſet. Tandem noſtram clementiam per Bennum noſtrum nobis dilectum Comitem, & Rodulfum noſtrum fidelem, & Donatum noſtrum Miuiſterialem convenerunt poſtulantes, quatenus pro amore Dei, & noſtrae eemedio animae pred. Vbertum Ab. de ipſo Monaſt. ordinaſſemus ſecundum eorum electionem, & mundiburdii noſtri pagina tonfirmare dignaremur. Quorum dignis petitionibus annuentes pro ſalute animarum noſtri Sereniſſ. Cb. & Regis Glorioſſ. Domni H. & eorum Sanctarum Coniugum pred. Abbatem de ipſo monaſt. ordinamus, & electionem eorum ſecundum omuem tenorem eius noſtro mundiburdio confirmamus. Per quod ſtatuentes praecipimus, ut nullus Comes Vicecomes Caſtaldia Sculdacchius nullaq; magna noſtrae Marchiae parvaq. perſona pred. Abatem de ipſo Monaſt. vel eius rebus audeas inquietare aut contra ire, ſed omni tempore liceat ei quieta, & eis patifico uti, & perficere quae in eius venerobilis loci continentur decretis, omnium hominum tontradictione eemota. Si quis autem, quod non credimus, noſtrum hoc mundiburdium infringere temptaverit, ſtiat ſe tompoſiturum auri optimi librae centum, medietatem noſtrae Camerae, & medietem Abati S. Miniatis. Quod ut verius credatur diligentiuſq. ab omnibus obſervetur, Sigilli noſtri impreſſione, & manus noſtrae confirmatione, ſubt. volumus inſigniri.

Bonefacius Marchio & Dux. SSS.

Locus ſigilli deperditi.

Data Anno Dominitae Incarnationis XXXVIII. poſt Mille Imperii Domni Chuonradi Invictiſſ. Imperat. Aug. XII. XIII. Kal. Mad. Indit. VI. In Loco Potio Territorio Florentino.

Monaſterium S. *Petri*, de quo in hac chorta agitur, videtur eſſe Eccleſia S. *Petri* in Campanieno od Imam fluvium, ut etiam ſubſpicatus ſum ſuperius *pag.* 28. 29. 31. Nom certum exploratumque eſt, hoc Monaſterium fuiſſe a patre *Gaiprandi* Presbyteri conſtructum: compertum quoque habemus, *Gaiprandum* Presbyterum multa donoſſe Eccleſiae ſancti *Petri* od Imam, ut conſtat ſuperius *pag.* 29. *Vbertum* Abbatem S. *Miniatis* adquiſiviſſe Eccleſiam illam S. *Petri* ex donatione ei factae a *Griffo* q. *Raimberti* cognomento *Ciccio*, anno MXXXXVIII, potet ſuperius *pag.* 29. 30. 31. Quid igitur prohibet ne ſubſpicemur, iunctum cum hac Eccleſia fuiſſe Munaſterium, euius Abbas *Vbertus* electus & ordinotus fuerit anno MXXXVIII. qui forte, quum illud in meliorem ſtatum redegiſſet, meruerit ut patroni eiuſdem Eccleſiae poſt decem annos illam ei donoverint, atque tradiderint? Tantum mirum videri poteſt, numquam in antiquis inſtrumentis, quae hactenus vidi, Monaſterii nomine deſignatam eſſe. Imperium *Lotharii* & *Ludoviti* Imperatorum, ſub quo illud Monaſterium aedificatum dicitur, incipit anno DCCCXLIV. deſinit autem anno DCCCLIV. Poci quoque memoratur in Litteris *Alexandri III.* quibus confirmat fines poſitos inter Florentinos & Senenses, & quas *Ingurtha Thomaſius* datas potat anno MCLXIII. *Muratorio* autem videntur potius ſcriptae anno MCLXVI. Hae exſtant apud laudatum *Muratorium Tomo VI. Antiqu. Med. Aevi*, atque ita habent:

Alexander Epiſtopus ſervus ſervorum Dei. dilectis filiis Conſulibus & Populo Senenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex tenore publici inſtrumenti nobis exhibiti, & relatione dilecti filii noſtri Plebani Sanctae Agnetis, plenius intelleximus, quod in compoſitione Pacis veſtrae & Florentinorum, iidem Florentini Eccleſiae & Civitati veſtrae reſignoverunt quicquid infra terminos Epiſcopatus veſtri continetur, & reſignationem ſuam iuramentis & inſtrumentis publicis coborarunt. Vt autem de terminis inter vos & eos contentio in poſterum nequeat ſuſcitari, ipſos vobis auctoritate Apoſtolicam confirmari conſtanter & ſollicite poſtulaſtis, quos duximus propriis vocabulis exprimendos: Vallem Senenſem, Stratam Poci, Montem Biforcatum, Aſteagum de Cagnano, ubi fuit Eccleſia Sancti Damiani, Gallianum, Caſtellum Piniungum, Foſſatum de Bolſano, Pelagus Stregui, Prunum de Campo Tatoli, Podium Sancte Marie, Piumferreum, Deuvve Georgii. In Ciparella duos terminos, unum iuxta Eccleſiam, alium prope domum filiorum Malaveni. Et terminos Plebis Sanctae Agnetis, videlicet Donicatum in Vſpiano quondam Saſſi, Rivum Ioannis, qui currit ad pedes Mortennoni, & donicatum ipſius Plebis in Vallele, domum quondam filii Leoli in Monte, ut fuit tornus, Fontem in Strata, & terminos ſuperius deſignatos in Ciparello, Valle Senenſe, & Stratam Poci, & Plebem Sancte Agnetis in Podio Bonizi, cum Populo eiusdem Plebis, rebus aliis aſſignatis. Nos itaque veſtris iuſtis poſtulationibus benignius inclinati, & de concordia veſtra gaviſi, compoſitionem inter vos & Florentinos de aſſenſu preſentium, & conſentientibus venerabile fratre noſtro Florentino Epiſcopo, & dilecto filio Senenſe Electo, factam, & iuramentis & cartis hinc inde firmatam atque receptam inter vos ſupradictos, & quicquid intra ſe conſiſtit, ſicut inſtrumentis publice continetur, Eccleſie & Civita-

250 lae cum ſua Capella in Caſtello Plebis *a*; Eccleſia Collis

tati veſtre auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſuram.

Datum Laterani XVI. Kalendas Iunii.

Ego Iohannes Iudex hoc exemplar, ſicuti vidi in Privilegio, ita fideliter ſcripſi, nec plus nec minus ſuper impoſui.

Ego Buonaſegna Notarius quod totum quod ſupra legi, vidi & legi in exemplo ſuprascripto Domni Papae Alexandri, manu dicti Iohannis, & diligenter auſcultavi cum Iohanne & Talomeo & Ranerio Notariis, totum quod in dicto exemplo continetur, nihil addens vel pretermittens, preter ſignum dicti Iudicis, fideliter ſcripſi, ſub Anno Domini MCCXXX. Indictione IV. Die XVII. Kalendas Aprilis.

Sancti *Donati* in Pocis mentio habetur etiam apud *Ammiratum* in *Hiſtoria Genealog. Comitum Guidonum pag.* 38.

a In Plebatu Sancti *Romuli* Gavillae in agro Figlinenſi. Huius Eccleſiae mentio eſt in Charta *Rodulphi* Epiſcopi Faeſulani, quam ex *Vghellio* heic tranſcribere abs re eſſe non arbitror.

Rodulphus Eccleſiae Feſulanae, Dei gratia, Epiſcopus, dilecto clero, & univerſo Figinenſi populo, &c. Cum conſtet antecessores noſtros ad religionis cultum, & fraternam congregationem, per diverſa loca pietatis officio, cleri, plebiſque merito, Eccleſias devote aedificaſſe, tanto ſtudioſius eorum veſtigia imitari debemus, quanto eorum facta laudabilia per miniſterium congregationis, & populorum, magiſque in fide creſcere, & ſuae ſalutis ſacramenta deſiderare, mentis oculo cernimus. Hinc eſt utique, quod populum Figinenſem fide, ac numero quotidie creſcere conſpicientes, & eorum laborem quo premebant ſacramentum regenerationis ſuſcipiendo auferre deſiderantes, Apoſtolica auctoritate, necnon fratrum noſtrorum communicato conſilio, eis baptiſmalem Eccleſiam canonice conſtruximus, altare ibi ſolemniter conſecrantes: Clericos quoque ibi ſtatuimus; quibus canonice viventibus, & baptiſmalia iura rite celebrantibus, necnon pauperum exceptioni non modice intendentibus, quaedam ad vitae praeſentis ſuſtentamentum libere contulimus; videlicet Eccleſiam de Pulilla cum capellis, & omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam ſanctae Mariae de Figline cum capellis, & omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam ſanctae Mariae de Fortilleſe (in Charta *Lanfranci* habetur *Tartigleſe*) *cum omnibus pertinentiis ſuis. Omnes etiam alias Eccleſias, quae ſunt in Figline, & Figlinenſi diſtrictu, demum Eccleſiam ſancti Bartholomaei de Scampato, & Eccleſiam ſancti Petri de Caſtello Guinildi, & Eccleſiam ſancti Segnorei, & Eccleſiam ſancti Andreae de Ripalta, & ſanctae Margaritae, & ſancti Andreae de Campilia, & ſanctae Mariae de Cuepignone, & ſancti Donati de Spicciano, & ſancti Martini Interigi; ſimiliter Eccleſiam ſancti Miniatis de Celle cum ſua capella, quae eſt in caſtello praefatae plebis, concedimus, eaſque per illius loci plebanum canonice inſtituendas, ac ſibi in omnibus debitis reverentiis reſponſuram, velut matrici Eccleſiae ſacerdotaliter ſupponimus. Ex pertinentiis vero praedictae Eccleſiae beatae Mariae nobis reſervamus quicquid huc uſq; ipſa habuit apud ſanctum Leonem, & in Albereto, & medietatem molendini olim facti iuxta ipſam Eccleſiam, exinde communiter deductis expenſis. De Podio autem presbyteri Benedicti, in quo eſt ipſa plebes conſtituta, excepto quicquid exinde opus fuerit ad conſtructionem baptiſmalis Eccleſiae, ac omnium aedificiorum utilium clericis, & laicis ibidem manentibus, & coemeterii, platearum, quod totum plebi libere dedimus; & excepto quicquid opus fuerit pro curia facienda, & eius officinis, quod totum ad Epiſcopalis ſubſidii uſum retinemus, in integrum nobis reſervantes medietatem, decimas quoque nuvaliam, ac ſepulturam eorum, qui apud eamdem elegerint ſepeliri, niſi excommunicati fuerint, vel interdicti; liberam eſſe iam dicto loco canonice concedimus, ſalva iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus corpora aſſumuntur. Praeterea illam partem, quam circumpoſitae plebes habent in iudiciis defunctorum, & primitiis, & decimationibus ſui plebanatus. Immo quicquid canonice de ipſis, vel de generali conſuetudine, vel de ipſo iure illi competit, indumenta quoque Miſſariarum defunctorum totius plebanatus pariter eidem aſſignamus. Salva tamen in omnibus Apoſtolicae ſedis auctoritate, ac Feſulanae ſanctae Eccleſiae canonica iuſtitia. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae conceſſionis infringere, aut ei aliquatenus contraire: ſi quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe noverit incurſurum.*

Ego Rodulphus Eccleſiae Feſulanae, Dei gratia, Epiſcopus a me facta ſubſcripſi.

Ego Raynerius Presbyter & Praepoſitus ſubſcripſi.

Ego Presbyter Angelus Canonicus ſubſcripſi.

Ego

Digitized by Google

lis *a*; Eccleſia in Colle, ſeu in Podio *b*; Eccleſia in agro Ca- 250
ſtel-

Ego Maufredus Presbyter ſubſcripſi.
Ego Raynaldus Presbyter ſubſcripſi.
Ego Presbyter Guido ſubſcripſi.
Ego Magiſter Lanfrancus ſubſcripſi.
Ego Rolandus Subdiaconus, & Canonicus ſubſcripſi.
Ego Magiſter Beraotus ſubſcripſi.
Ego Rayaerius domini Papae Subdiaconus, & Canonicus ſubſcripſi.
Ego Ioannes Subdiaconus ſubſcripſi.
Ego Bonaccurſius Subdiaconus ſubſcripſi.
Scriptum Feſulae, & datum per manum . . . Inſendi . . . Diaconi, & Canonici, anno Dominicae Incarnationis MCLXXV. Kalendis Aprilis Indictione VIII.

Huius Eccleſiae S. *Miniatis* Cellae meminerunt Bullae ſuperius adlatae *Paſchalis II.* & *Innocentii II.* ut iam animadvertebamus. Alia loca, quae vocantur *Cellae*, reperiuntur in Etruria; ut in Dioeceſi Piſtorienſi, prout videre eſt apud *Muratorium Antiquit. Med. Aevi Tomo II. pag.* 9. & *Tomo V. pag.* 304. 305. *Celle* quoque eſſe videtur in Romandiola, ut extat ſuperius *pag.* 71. 213. *Cellae* etiam vocatur Eremus & Eccleſia in Valle Umbroſa, de qua *Did. Franchius in Hiſtor. D. Ioan. Gualberti pag.* 180. 181. *Cellulae* in Dioeceſi Volaterrana occurrunt in Inſtrumento ad Chronicon Imperatorum *Leonis Vebevetani* in *Deliciis Eruditorum pag.* 312. *Cellae* pariter adpellatur Coenobium a D. *Franciſco* extructum ad Cortonam *Cellae*, ſunt in agro Mulezzani in Mucillo; & eſt quoque oppidum ultra Radicofanum, ut *Centumcellas* ſilentio praetereom.

a Haec Eccleſia S. *Minatis* in Plebatu S. *Pancratii* ſita eſt, & Faeſulana Dioeceſi. Plebis S. *Pancratii* meminere Bullae *Paſchalis II.* & *Innocentii II.* ſuperius *pag.* 216. 217. & *Ammiratus* item ſuperius *pag.* 214. quemadmodum in Epiſcopis Faeſulanis *pag.* 23. & exſiſtit in Clanti regione. Eccleſiae eiuſdam S. *Minatis* in Colle mentio eſt in Inſtrumento Archivi Ciſtercienſium, ſignato D. 81. anni MCCCXXIII.

b In Plebatu S. *Criſci* in Maciolis. Plebes S. *Criſci* in Maciolis, a Florentia ad Septemtriones diſtat VI. M. circiter paſſus. De ea multa commentati ſunt *Marcus Antonius Mozius* in *Hiſtoria S. Criſci*, & *Antonius Franciſcus Felicius* in *Appendice ad Acta S. Criſci*. *Mozius* quidem de ea ita ſcribit: *Ma egli è tempo ormai dopo avere di queſta antichiſſima Pieve di S. Creſci a Valcava, e de' luoghi a lei circonvicini a ſufficienza ragionato, di fare paſſaggio a trattare brevemente di alcune Chieſe, le quali ſono ſtate dalla pietà de' Fedeli, in onore del medeſimo Santo, glorioſamente innalzate. E per incominciare dalla più proſſima, cioè da quella di S. Creſci a Maciuoli, Dioceſi Fieſolana, noi diremo eſſer ella di quadrate antiche pietre edificata, e di ſtruttura aſſai vaga, e magnifica, e ſi regge ſopra molte ben diſpoſte colonne, dal che ſi riconoſce la ſua antichità; e quantunque nell' Archivio del Veſcovado di Fieſole, non ſi trovi memoria di queſta Chieſa, più antica del decimo quinto ſecolo, come aſſeriſce il ſopraddetto Abate Felici nella mentovata Appendice, a me è ſortito felicemente di trovarne altrove delle aſſai più antiche, cioè nell' Archivio degli Eredi del Senator Carlo Strozzi, dove in un Libro ſegnato HH. 1230. ſcritto di mano del medeſimo Senatore, e che contiene una raccolta di diverſe memorie, cavate, come egli aſſeriſce,* dalle Scritture della Badia di S. Michele Arcangelo di Paſſignano, *tra le altre coſe ſi legge a carte 52. queſta tranſunta di antico Strumento dell' Anno* 1050. Teuzo, qui Ruſtico vocatur filius b. m. Ioannis vendit Rodulfo filio b. m. Sifridi Cortem, & Caſtellum in loco Rifini, Cortem, & Caſtellum in loco Figline, Cortem, & Caſtellum in loco Petriolo, Cortem, & Caſtellum in loco Cerſini, Cortem, & Caſtellum in loco Cerrito, Cortem, & Caſtellum in loco Moreanello, & ſunt poſit. in Pleb. S. Ioannis ſit. Caprilia, S. Romuli ſit. Cortule, S. Viti ſit. Schergoano, S. Martini ſit. Brozzi, S. Andreae ſit. Cerſino, S. Criſci ſit. Carza, S. Petri ſit. Vaglia, S. Severi ſit. Ligari, & S. Gavini ſit. Taſſoclo, pro pretio recepit Nuſca de auro una, pro valiente lib. decem. Actum Figline Iudiciaria Florentina. *In un' altro Libro del medeſimo Archivio, ſcritto pure di mano dell' iſteſſo Senatore, ſegnato KK. 1232. nel quale ſi riportano varie memorie cavate, come ivi ſi legge, da Scritture del Monaſtero di San Pier Maggiore di Firenze, ſi trova nominata queſta Chieſa, a c. 409. in uno Strumento di donazione fatta dalla Badeſſa Ghiſola de' Figiovanni, al ſuddetto Monaſtero, leggendoſi ivi, con molte altre Pievi, quella* S. Criſci ſito Carza, *e lo Strumento è diſteſo nel* 1066. *la qual Pieve in un' altro Strumento del* 1063. *regiſtrato nel medeſimo Codice, a c.* 422. *ſi dice* Sancti Criſci ſito Capo de Carza, *che era un Caſtello, il quale forſe avea preſo queſto nome dall' eſſer poſto preſſo alla ſorgente del Fiume Carza (oggi detto la Carza) il quale naſcendo circa un mezzo miglio vicino alla Chieſa di S. Creſci a Maciuoli, dà luogo di credere ſicuramente, eſſer queſta la Pieve ne' ſopraddetti Strumenti. In un' altro Codice ſcritto dallo ſteſſo eruditiſſimo Antiquario, ſegnato XR.* 179. *ſi legge a.* 293. Il

Cam-

Campanile di detta Pieve (*cioè S. Creſci a Macinoli*) fu fatto fabbricare l' Anno 1279. leggendovisi quanto ſotto. Anni Domini 1279. Ind. 2. Menſe Septembris tempore Ambroſii Plebani fecit fieri hoc Nolarium cum omnibus ſuis Campanis. *Il Padronato di queſta Pieve paſsò nell' antica famiglia de' Neroni: come ciò, e in che tempo ſeguiſſe, a me non è noto; ho ben letto in uno Spoglio ſegnato M. 1211. di Scritture della Camera Fiſcale, di mano del medeſimo Senatore Strozzi, a 127. come ſotto il dì 23. Ottobre 1448.* ſi comanda, che neſſuno muratore, o manovale, lavori in reſtaurare la Pieve di S. Creſci a Macinoli, ſtante che detta opera ſi dice, che s' aſpetta a far fare a Franceſco di Nerone di Nigi Diotiſalvi; *e Siſto IV. l' unì nel 1482. al Capitolo della Chieſa di S. Lorenzo di Firenze, come apparisce, per Bolla di detto Ponteſice; e queſta unione fu fatta col conſenſo, come ivi ſi legge,* dilectorum filiorum Angeli, & Philippi, per ſeipſos, ac Nigii, & Antonii quondam Neronis Dietiſalvi de Neronibus, omnium fratrum germanorum laicorum Florentinorum verorum ipſius Eccleſiae Sancti Creſci Patronorum &c. *Nell' anno 1329. ſi trova Pievano di San Creſci a Macinoli un Meſſer Gionta, il quale dà il poſſeſſo della Priorìa di San Mattiao di Veſpignano, Chieſa annessa alla Pievania, a Franceſco figliuolo di Giotto da Veſpignano famoſo Dipintore, come all' Archivio Generale, per rogito di ſer Franceſco di Pagno da Veſpignano, ſotto dì 25. Marzo. E queſta Pieve medeſima, ſiccome quaſi tutte le altre, aveva i Canonici; poichè in uno Strumento dell' Anno 1344. eſiſtente nello ſteſſo Generale Archivio di Firenze, rogato da ſer Roberto di Talento da Fieſole il dì 28. Gennaio. ſi legge, come Meſſer Bernardo di Giovanni Villani di Firenze, Vicario Generale di Meſſer Giovanni de' Benzi da Figline Pievano della Pieve di S. Creſci a Macinoli, elegge Canonico della detta Pieve Lorenzo del già Meſſer Lorenzo Tedaldi: e queſto Bernardo era certamente figliuolo del famoſo Iſtorico Gio: Villani, il quale morì nel 1348. e l' avere avuto il detto Pievano per Vicario Generale uno di famiglia nobile, denota la grandezza, e la ſtima fatta in quel tempo di queſta Pievania; il Rettore della quale era pure di ſtirpe ragguardevole, eſſendo dell' antica, e poſſente Famiglia de' Benzi: e queſto luſtro di Nobiltà ſi andò ivi continuando, trovandoſi nel 1353. per ſer Albizzo di Meſſer Filippo di Albizzo nel ſuo Protoc. 1. all' Archivio Generale, come Meſſer Dino figliuolo di Uberto di Bellincione degli Albizzi Pievano di S. Creſci a Macinoli, elegge Canonico di detta Pieve Silveſtro del già Nanni di Pagno degli Albizzi. Intorno poi all' Anno 1442. era Rettore di queſta Chieſa Arlotto, celebre per le ſue ingegnoſe facezie, le quali ſi conſervano manoſcritte nell' inſigne Biblioteca Mediceolaurenziana: appariſce egli nominato nella Viſita eſiſtente all' Archivio del Veſcovado di Fieſole, fatta da Monſignor Benozzo Federighi, ed ivi ſi legge, a carte 23.* Dicta die 14. Menſis Maii 1442. ſuprascriptus Dominus Epiſcopus proſequendo dictam ſuam Viſitationem acceſſit ad Plebem S. Creſcii de Maciole curatam, cuius Plebanus eſt Dominus Arlottus Ioannis ſer Matthaei; *ſiccome ancora dalla detta Viſita ſi riconoſce, eſſere ivi ſtata una antichiſſima Tavola rappreſentante S. Creſci, mentre ſin di quel tempo ſi dice:* Erat Tabula S. Creſcii vetera. Poſt haec a *Mozio* ſcripta, lubet laudati *Ant. Franciſci Felicii* quaedam proferre, quibus illa aut confirmantur, aut illuſtrantur. Hic itaque in *Appendice ad Acta SS. Creſcii & Soc. &c. Capit. III.* haec habet: *Adſunt & in Feſulana Dioeceſi duae eidem S. Martyri erectae Eccleſiae, quarum una ad quintum lapidem Florentia diſtans,* de Maciola *a regionis nomine nuncupantur. Eius ſtructura ſatis ampla eſt, & elegans; quadrato lapide parietes conſtant, & quatuordecim columnis ſuſtinentur; Presbyterium viſitur ordinis Corinthii, & praealta turris campanaria quadrata ſe attollit; ex quibus aedificii antiquitas deprehenditur. Eius tamen vetuſtiorem memoriam haud reperi, quam ab decimoquinto Chriſti ſaeculo in tabulariis Eccleſiae Feſulanae, ubi recenſetur Viſitatio Epiſcopalis huius Eccleſiae, facta die 14. Maii anni 1442. quo tempore eius curae praeerat percelebris Plebanus Arlottus, ex collatione ei facta a Martino V. Pont. Max. anno Chriſti 1426. Hanc tamen Eccleſiam per liberam reſignationem eiuſdem Presbyteri Arlotti, in manibus SS. ſponte factam, & per Sanctitatem ſuam admiſſam, Xyſtus IV. Pontifex Max. Menſae Capitularis inſignis Collegiatae Saecularis Eccleſiae S. Laurentii Florentiae perpetuo univit, & adnexuit per Bullam, datam Romae apud S. Petrum anno Incarnat. Dom. 1482. 4. Idus Februarii, Pontificatus anno 12. ut conſtat ex Bullario eiuſdem Collegiatae pag. 190. Et quia memoratae Eccleſiae ius tunc temporis erat penes nobilem & antiquam Neroniam Familiam, ideo in hac unione eiuſdem expreſſus acceſſit conſenſus; immo eamdem Franciſcus Neronius Civis Florentinus ſtudioſe curavit, ut ex proventibus ipſius Eccleſiae dotaretur Canonicalis Praebenda, quam in dicta Collegiata inſtituerat.* Capite autem ſecundo *Felicius* ita ſcripſerat: *In Eccleſia eidem noſtro Martyri dicata in loco, qui* Maciole *dicitur, exigua nunc reſtat effigies, in gradu maioris Arae, ubi idem S. Creſcius purpurea veſte indutus, palmam ſuſtinens exhibetur: opus certe duarum ſaeculorum antiquitatem redolens. Antiquior vero eiuſdem imago in hac Eccleſia deſideratur, quam prae vetuſtate intercidiſſe manifeſtum fit, dum eius mentio habetur in Viſitatione huius Eccleſiae, ab Epiſcopo Feſulano facta uſque ſub die 14. Maii Anni 1442. cuius picturae opus iam eo ſaeculo vetuſtiſſimum apparebat, ut conſtat ex tabulariis Eccleſiae Feſulanae.* Hactenus quidem *Felicius* [illegible]

Poſt

Poſt iteratam *Arlotti*, Plebani Eccleſiae S. *Creſci* in Maciolis mentionem, quaedam de eo delibanda ſunt, utpote homine apud poſteros ob elegans feſtivumque ingenium famigerato. Natus eſt is Florentiae anno MCCCXCVI. VIII. KL. Ianuarias, hora nona, & parentem habuit *Ioannem Matthaei F. Mainardium*, publicum Tabellionem & Civem Florentinum, qui tamen & laneurum pannorum mercimonium exercuit, quare & lanificio *Arlottum* adoleſcentem admovit. Ille tamen, ob vividum acreque ingenium, huiuſmodi artificium indignatus, Clero nomen dedit, & anno MCCCCXXVI. Sacerdotium Eccleſiae S. *Criſci* in Maciolis obtinuit, quae quidem tunc temporis prope deſolata erat, ob praecedentium Rectorum incuriam, ſicuti eius ſubſtantia omnis prope dilapſa; quare eius reditus quadraginta aureos annuos non excedebant. In litteras amplius non incubuit *Arlottus*, utpote qui adultus iam erat; ſed tamen caritate & ſedulitate munus ſuum obibat, ut populus eum commendaret omnis, & multis laudibus ferret. Neglectos Eccleſiae agros, fundoſque diligenter colendos, ſerendoſque curavit, & ſumtus *Franciſco Neronio* Patricio Florentino ſuppeditante Eccleſiam ipſi labantem inſtauravit, in tres naves diſtinctam, columniſque gemino ordine diſpoſitis ſuffultam. Propterea ita reditus aucti ſunt, ut plus CL. aureis ex iis *Arlottus* perciperet, quorum magnam partem, ad CXXX. argenteos ſcilicet, quotannis pauperibus alendis, puelliſque dotandis, utpote humanus, benignus, adfabilis, & miſericors, impendebat. Quum facetus eſſet, & ingenio lepidiſſimo, ab omnibus diligebatur, & non tantum Patriciis Florentinis, a quibus ſaepenumero convivio excipiebatur, ſed etiam ab exteris; & Principibus ipſis, ut *Alphonſo* Regi Neapoleos ſapientiſſimo, *Eduardo* Regi Britanniae, & Duci Burgundiae, percarus fuit. Identidem enim *Arlottus* Florentinis triremibus vectus, aut pedeſtri itinere, in oras longinquas migrabat. Adeo autem fuit Eccleſiaſticae diſciplinae tenax, ut per ea tempora unicus eſſet in Clericis, qui unum tantum ſacerdotium, etſi tamdiu vixit, obtineret, & oblata ſponte beneficia a Pontificibus & Cardinalibus accipere conſtanter laudabiliterque detrectaret. Quare ei arctiſſima familiaritas interceſſit cum S. *Antonino* Archiepiſcopo Florentino, niſi quod hic ne cauponaretur illum interdum admonebat, de quo ſe ſatis commode, & rationabiliter, excuſabat: quare & S. *Antoninus* haud iniquo animo id patiebatur. A potentibus Civibus, Clericiſque moleſte rogatus & inſtigatus, ut Eccleſiae ſuae nuncium mitteret, numquam eorum ſuaſionibus adquievit, & munera oblata, pecuniamque averſatus eſt. Quod quidem omne ipſe conſiderans, ne ad indignos ſua Eccleſia tandem transiret, iam decrepitus eam Canonicis Eccleſiae S. *Laurentii* Florentiae addixit, tandemque naturae conceſſit, anno MCCCCLXXXIII. VII. KL. Ianuarii, & in Presbyterorum Hoſpitio Florentiae ſepultus eſt, in quo ſepulcrum ſibi, ceteriſque ſubire volentibus, et Epitaphium praefert, in anteceſſum paraverat. Eius facetiae & argute dicta, & iocoſe facta, ſcriptis mandata, & typis excuſa circumferuntur, ex quibus conſtat multos locos in *Antoninum* Cercinae Plebanum, & Faeſulani Epiſcopi Vicarium, praecipue exercuiſſe. Notatu dignum eſt, indicari in hoc libello, bis in anno feſtum B. *Criſci* celebratum fuiſſe in Plebe ad Maciolas. Sed quoniam Bullae *Syſti IV.* meminimus, qua Plebem S. *Criſci* in Maciolis Capitulo D. *Laurentii* Florentino adnexuit, & univit, iam tempus eſt eam producendi ex Archivo eiuſdem Capituli depromtam,

Siſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis deſuper Apoſtolicae ſervitutis officium mentem noſtram excitat & inducit, ut ad ea, per quae Eccleſiarum, praeſertim Collegiatarum, quarumlibet, nec non in eis divinis laudibus inſiſtentium, perſonarum commodo, & utilitati, conſulitur, operoſis ſtudiis, & remediis favorabiliter intendamus. Cum itaque Parochialis Eccleſia Plebs nuncupata Sancti Creſci ad Maciola Faeſulanae Dioeceſis, quae de iure patronatus laicorum exiſtit, per liberam reſignationem dilecti filii Arlotti Ioannis Matthaei de Florentia, nuper ipſius Eccleſiae Rectoris, Plebani nuncupati, de illa, quam tunc obtinebat, per dilectum filium Magiſtrum Dominicum de Attaventia Clericum Florentinum, literarum Apoſtolicarum Abbreviatorem, familiarem noſtrum, Procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, vacaverit, & vacet ad praeſens; & ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli Eccleſiae ſancti Laurentii Florentinae petitio continebat, ſi dicta Eccleſia Sancti Creſci Menſae Capitulari eiuſdem Eccleſiae ſancti Laurentii uniretur, annecteretur, & incorporaretur, praefatum Capitulum onera dictae Eccleſiae S. Laurentii, quae propter magnam animarum curam Parochianorum illius non parva ſunt, facilius perferre valerent. Quare pro parte eorumdem Capituli aſſerentium, quod menſae capitularis, octingentorum, ac Eccleſiae Sancti Creſci, & illi annexorum, centum & viginti florenorum auri de Camera fructus, reditus, & proventus, ſecundum communem aeſtimationem, valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Eccleſiam Sancti Creſci cum annexis huiuſmodi, ac omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis eidem Menſae perpetuo unire, annectere, & incorporare, aliiſque in praemiſſis opportune de benignitate Apoſto-

li-

250 ſtelli Franci in Valle Arni ſuperiore *a*; Eccleſia Pagnollae

lica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod in unionibus commiſſio ſemper fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Eccleſiam S. Creſci praedictam, ſive ut praemittitur, ſive alias quovismodo, aut ex alterius cuiuſcumque perſona; ſeu per ſimilem reſignationem dicti Arlocti, vel alicuius alterius de illa extra Romanam Curiam, etiam coram Notario Publico, & teſtibus ſponte factam, aut conſtitutionem felicis recordationis Ioannis Papae XXII. praedeceſſoris noſtri, quae incipit *Execrabilis*, vel aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici ordinaria auctoritate collati, vacet, etiam ſi tanto tempore vacaverit, quod eius collatio iuxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluta, ipſaque Eccleſia Sancti Creſci diſpoſitioni Apoſtolicae ſpecialiter reſervata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis, cuius ſtatum praeſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo tempore datae praeſentium non ſit in ea alicui ſpecialiter ius quaeſitum, cum annexis ac omnibus iuribus, & pertinentiis ſupradictis, praefatae Menſae, dilectorum filiorum Angeli, & Philippi, per ſe ipſos, ac Nigii, & Antonii, quondam Neronis Dietiſalvi de Neronibus, omnium fratrum germanorum laicorum Florentinorum, verorum ipſius Eccleſiae S. Creſci Patronorum, & exiſtentium in pacifica poſſeſſione, vel quaſi, iuris praeſentandi perſonam idoneam ad dictam Eccleſiam Sancti Creſci dum pro tempore vacat, per dilectum filium Magiſtrum Zenobium Neronium clericum Florentinum Scriptorem, & familiarem noſtrum, Procuratorem eorumdem Nigii, & Antonii, ad hoc ab eis ſpecialiter conſtitutum, ad hoc expreſſo accedente conſenſu, auctoritate Apoſtolica tenore praeſentium perpetuo unimus annectimus & incorporamus, ita quod liceat ex nunc Capitulo praefatis per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem Eccleſiae Sancti Creſci, & annexorum, iuriumque, & pertinentiarum praedictorum poſſeſſionem propria auctoritate libere apprehendere, ac perpetuo retinere; illiuſque fructus, redditus, & proventus in ſuos, ac Menſae, & Eccleſiae Sancti Creſci praedictorum uſus, utilitatemque convertere, & eidem Eccleſiae Sancti Creſci per Capellanum idoneum, ad eorum nutum amovibilem, in divinis deſerviri, ac curam animarum Parochianorum illius facere exerceri, Dioeceſani loci, & cuiuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, non obſtantibus voluntate noſtra praedicta ac piae memoriae Bonifacii Papae VIII. etiam praedeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, ſtatutis quoque, & conſuetudinibus, dictae Eccleſiae Sancti Laurentii iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, contrariis quibuſcumque; aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictae Sedis, vel Legatorum eius literas impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſecuta quaecumque ad dictam Eccleſiam S. Creſci volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum praeiudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, ſpecialibus, vel generalibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quae praeſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Volumus autem, quod propter unionem annexionem & incorporationem praedictas Eccleſia Sancti Creſci huiuſmodi debitis non fraudetur obſequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur, ſed eius congrue ſupportentur onera conſueta, quodque praefatum Capitulum, quorum ad hoc etiam per dictum Dominum eorum Procuratorem, ad hoc ab eis ſpecialiter conſtitutum, expreſſus accedit aſſenſus eiſdem Patronis eorumque heredibus & ſucceſſoribus quatuor libras cerae annis ſingulis in feſto eiuſdem Sancti Creſci in recognitionem dicti iuris patronatus, in perpetuum ſolvere teneantur, & inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc attentare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beati Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum.

Dat. Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae MCCCCLXXXII. VI. Idus Februarii, Pontificatus noſtri anno XII.

a In Plebatu Sanctae *Mariae* de Sco Faeſulanae Dioeceſis, qui memoratur in Bullis ſaepius laudatis *Paſchalis II.* & *Innocentii II.* ſuperius pag. 216. 217. Eſt autem in Valle Arni ſuperiori, non

lae [a]; Eccleſia ad Setras & in Chieſimone [b]: ſed ut ad Dioeceſin 250
Florentinam,unde digreſſi,ſumus revertamur,Eccleſia Morgiani [c];
Ec-

non procul a *Caxa*, vulgo *Caſcia*, cuius mentio exſtat ſuperius *pag.* 71. 130. 214. 216. *Dom. Mar. Mannius* in *Illuſtratione Decaemeronis Boccaccii Part. II. pag.* 455. tradit in hac Eccleſia Sancti *Minentii* ex adipe D. *Laurentii* Martyris adſervari, vulgo accreditum eſſe. Caſtrum autem Francum conditum fuit a Florentinis anno MCCCXCVI. ut *Ia. Villanius Lib. VIII. Cap. XVII.* memoriae prodidit; apud quem multa alia de hoc Caſtro reperire eſt.

a In Plebatu Labaci, ſub titulo S. *Martini*, de quo quaedam habemus in Regeſto Epiſcopatus Florentini, & ſuperius *pag.* 53. In Eccleſia Cathedrali Faeſulana ſub altari D. *Thomae* eſt Inſcriptio, in qua dicitur, *Guadagnios* Patricios Florentinos, dominos Caſtri Labaci fuiſſe, quod non multum a Faeſulis diſtat.

b Haec Eccleſia eſt in agro Leccii, & Plebeio S. *Petri* de Caxa in Faeſulana Dioeceſi. Leccii huius mentio occurrit in Bulla *Paſchalis II.* ſuperius *pag.* 215. Aliud Leccium eſt in Valle Biſentii, de quo ſuperius *pag.* 539. egimus.

c In Plebatu S. *Lazari* Lucardi Dioeceſis Florentinae. Morgianum autem memoratur ſuperius *pag.* 37. ubi eius Eccleſia S. *Andreae* in Plebatu Antellae nominatur; cuius mentionem facit etiam *Coſmus de Arena* in *Serie Ducum Tuſciae pag.* 10. referens Inſcriptionem quamdam Etruſcam in nativa rupe inibi inſculptam. Hoc Morgianum puto eſſe illud, quod in Regeſto Epiſcopatus Florentini *pag.* 51. dicitur *Morzanum*, & *pag.* 56. *Morcianum* & *Morzianum*, diciturque eſſe in Curia Caſtri Florentini. Haec autem Eccleſia S. *Miniatis* occurrit in quibuſdam Monumentis a *Fed. Soldanio* in *Hiſtoria Paſſiniani* relatis, quae huc transferre lubet. *At Iacobus Mindrias*, inquit, *qui anno* 1510. *plurima Archivi Paſſinianen. documenta exſcripſit, & Fundatorem illius Monaſterii Zenobium Epiſcopum Faeſulanum facit, opinionem ſuam non chartula praedicta, ſed longe maioris ponderis monumenta fulcit. Nam in lib. Memor. E, pag.* 65. *ſic habet*: Cum igitur Sacra haec Domus in loco de Paſſiniano ſita, Plebanatus S. Petri de Sillano, Faeſulanae Dioeceſis, ad honorem S. Archangeli Michaelis, ac Sanctorum omnium, tempore Domini Vidonis Imperatoris ſemper Auguſti, anno Imperii eius ſecundo, Indictione octava, a ſalutifera Incarnatione D. N. I. CH. anno 890. fundata fuiſſet per Reverendiſſimum Patrem Zenobium Epiſcopum Faeſulanum, & Nobilem Sichelmum, germanos Fratres & Filios Dom. Benedicti de Cattanis a Combiate, ut mihi propriis oculis videre, & in vaccinea charta, facta & rogata ab Alberto Iudice & Notario, anno ut ſupra, de conſenſu dictorum Germanorum, legere licuit. Haec autem, licet vetuſtate conſumpta, permanet in Chartophylacio noſtro novo recondita; in qua ſiquidem chartula cognoſcitur praedictam hanc domum, ob praeclaras, nobiles, & opulentas donationes a praedictis Dominis factas, nobilem, divitem, & privilegiis ab initio plenam, ſemper extitiſſe. Nam aedificato in primis, ut dictum eſt, Oratorio a praedictis germanis, ipſi teſtati ſunt donare omnia ſua in dicta Curte de Paſſiniano, quae tam mobilia, quam eorumdem immobilia inventa ſunt: ſitum videlicet cum plateis, habitationibus, & pertinentiis, ubi aedificatum apparet dictum Oratorium, *quod modo Paſſinianum* appellatur: inſuper & caſas, & terras cultas & incultas, nemora & paſcua, aquas, aquarum decurſus, & bonorum iuriſdictiones, & ſupellectilia, & omnia tandem, quae in dicta Curte de Paſſiniano dictis germanis pertinere viſa ſunt. Largiti ſunt inſuper dicto Oratorio quidquid ad ipſos perventum eſſet per chartam donationis a Ghiſlaperta filia Petronii, Dei ancilla, de rebus ſuis tam mobilibus, quam immobilibus, & aquis, aquarumque decurſibus, quae inventa ſunt patrimonii eiuſdem in loco Sillano. Eidem quoque applicati ſunt poderes, & quidquid habebant in loco Martiniano cum omnibus pertinentiis ſuis, & quae poſſidebant in loco dicto Rovenzano, quae omnia pervenerant cum titulo emptionis ab Ilderamo, & Oſchiſio, & eorum filiis, & quae a Stephano Diacono, & Gualberto Presbytero, emerant in loco Sillano. Vnierant quoque ac donaverunt Oratorio praedicto illud Oratorium, quod eſt conſtructum ad honorem Sancti Laurentii, cum omnibus ſuis pertinentiis mobilibus, & immobilibus, quae habebat in loco Montagnano, Plebanatus Sancti Petri, in quo Oratorio reſidebat Iordanus Presbyter per eorum germanorum dationem. Aliud quoque Oratorium ad honorem S. Miniatis, in Plebanatu Sancti Lazari, tradiderunt, in quo praeſidebat Ingiprando Presbyter per eorumdem collationem, cum omnibus caſis, paſcuis, terris, aquis, aquarum decurſibus, & pertinentiis ſuis, mobilibus & immobilibus, dicto Oratorio pertinentibus, obtuleruntque duos ex ſervis ſuis, Martinum videlicet, & Ragum, qui dicto Oratorio perpetuo deſervirent, in quo ſiquidem miſerunt electos Sacerdotes, qui luminaria, pſalmodia, & preces in eodem quotidie pro ſuis, eorumque pa-

parentum animabus, & pro Poſſiniano eorum fratre funderent. Volueruntque, & ſic ordinaverunt unum de praedictis Sacerdotibus in Priorem illorum, tunc, & in poſterum eligi, qui ex dictorum in eodem Monaſterio commorantium foret coetu, qui capitulariter electus, ab iiſdem germanis, vel eorumdem heredibus confirmari tenebatur. Eodemque modo, ſi quis ex Sacerdotibus praedictis ex hoc ſaeculo migraret, alius eligeretur. Quod ſi forte iudicio Dei meliores, & ſapientiores ex dictis Sacerdotibus mortui forent, de foris eligeretur, modo quo ſupra, qui dictam Congregationem cum timore Dei regeret, ut in praedicta vaccinea charta vidi, & legi. Hactenus *Mindrias* apud *Soldanium*. De Plebe Sancti *Lazari* ita in *Bullettone*: *Qualiter Plebes S. Lazari tenetur & debet dare & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus & penſionis perpetuae de menſe Auguſti ſoldos duodecim. Carta manu Petri Notarii ſub anno nongenteſimo XXVI. menſis Iunii Indictione XIV.* Haec tamen Indictio anno indicato minime reſpondet. S. *Lazari* mentio habetur etiam ſuperius *pag.* 115. 118. Lucardum vero eſt oppidulum in Valle Peſae, ſeu Elſae, perantiquum, cuius mentio in multis Inſtrumentis occurrit, & a quo nomen accepit familia vetuſta & nobilis Florentina, quae hodie extincta eſt. Eccleſia S. *Donati* in Lucardo confirmata fuit Monaſterio S. *Salvatoris* Septimi anno DCCCCLXXXVIII. ab *Adimario* Comite, ut tradit *Coſmas de Arena pag.* 162. quam *Bonifacius* Dux & Marchio eius pater una cum Eccleſia S. *Martini* de Palma, eidem Monaſterio donaverat. Et quidem inter bona quae huic Coenobio confirmat *Henricus* Imperator anno MXV. illa eadem Eccleſia recenſetur. Diploma *Henrici* a me primum editum in *Hodoeporico pag.* 1026. ita habet.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, omnibus noſtris fidelibus preſentibus & futuris notum eſſe volumus, quoniam pro Dei amore Warinum Abbatem & Monachos ſub ſe Deo famulantes in Monaſterio Sancti Salvatoris, quod eſt ſitum in loco qui vocatur Septimo, quod Lutharius Comes pro remedio ſue anime ad Monaſterium ordinavit. Et Eccleſiam Beate Marie, que vocatur Agnano, cum omni ſua pertinentia. Et Eccleſiam Sancti Donati, que eſt ſita in Lucardo cum omni ſua pertinentia. Eccleſiam Sancti Martini de Palma cum omni ſua pertinentia: Curtem vero de Mantiniano cum ſua pertinentia. Et tres maſſaritias in Monte Murello ubi dicitur Lunano. Nec non omnes alias res & proprietates quas ipſum Monaſterium habet. Et cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus, acquiſitis & acquirendis, iure ei pertinentibus, ſub noſtri mundiburdii tuitione recepimus. Ideoque iubemus, ut nullus Epiſcopus Marchio Comes Vicecomes nullaque noſtri Imperii magna parvaque perſona prefatum Warinum Abbatem cum omnibus ſuis ſucceſſoribus ſeu Monachis inibi Deo famulantibus, qui modo ſunt, aut pro tempore inibi Deo famulari debent, de omnibus, que ſupra leguntur, inquietare, moleſtare vel diſveſtire, ſine legali iudicio preſumat. Si quis igitur huius noſtri mundiburdii violator extiterit ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras C. medietatem camere noſtre, & medietatem prefato Abbati ſuiſque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, ſigillo noſtro iuſſimus inſigniri.

Datum anno D. MXV. Indict. XII. Anno D. Henrici Imperatoris Auguſti regnantis XII. Imperii autem eius IX. Actum in Papiam feliciter, Am. &c.

Annus tamen MXV. erat XIV. Regni *Henrici*, & ſecundus eius Imperii; quare oportet ut error in Diplomatis numeros irrepſerit. Ex hoc Diplomate rectus, & verus ſenſus percipitur Diplomatis *Othonis III.* datum anno DCCCCXCVIII. ubi nominatur Eccleſia *S. Salvatoris*, *S. Donati*, & *S. Martini*, quam unam tantum eſſe credidit *Vghellius* tribus Divis dicatam; quum tres Eccleſiae ſint, *S. Salvatoris* ſcilicet in Septimo, *S. Donati* in Lucardo, & *S. Martini* de Palma, Diploma apud *Vghellium* eſt quod ſequitur.

In nomine Sanctae, & individuae Trinitatis. Otho, Divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, omnibus fidelibus praeſentibus, & futuris. Notum eſſe volumus, quoniam pro Dei amore Gumbertum Presbyterum, & Azonem Diaconum, cum Eccleſia S. Salvatoris, & S. Donati, & S. Martini, & omnibus eius pertinentiis, quae eſt ſita in loco qui vocatur Septimus, & cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, acquiſitis, & acquirendis, iure eius pertinentibus ſub noſtri mundeburdio recepimus. Ideoque iubemus, ut nullus Epiſcopus, Marchio, Comes, nullaque noſtri Imperii magna parvaque perſona, praefatos Gumpertum Presbyterum, & Azonem Diaconum, de omnibus quae ſupra leguntur, inquietare, moleſtare vel diſveſtire, ſine legali praeſumat iuditio. Si quis igitur huiuſmodi mundeburdii violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem camerae noſtrae, & aliam medietatem praefatis Gumperto Presbytero, & Azoni Diacono.

Quod ut verius credatur, noſtro ſigillo iuſſimus ſigillari.

Heribertus Cancellarius vice Petri Epiſcopi notavi.

Data IIX. Id. Iulii anno Dominicae Incarnationis DCCCCXCVIII. Indict. anno III. Othonis Regni XV. Imperii III. Actum Piſtoriae feliciter.

Le-

Legendum eſſet *Indictione XI.*, Lucardum pariter memoratur in Inſtrumento anno DCCCC. LXXXVII. exarato apud *Soldanium* in *Hiſtor. Paſſiniani pag. 49.*

In nomine . . . . Dei eterni, anni ab Incarnatione . . . . ni noſtri Ieſu Chriſti non . . teſimo & octuaieſimo ſeptimo, menſe Novemb. Indictione prima feliciter. Et ideo Chriſto auctorem ego Farolſo filio b. m. Petruni, quia pro Dei timore & remedium anime mee, & per hanc Cartulam offerſionis nomine dare & offerre providi in Eccleſia ſancti Michaelarcangelus in ipſo Monſterio, qui eſt poſito in loco Paſſigniano, ideſt integram quartam portione, quod eſt meam portione de integre duo ſortis & rebus ille, qui ſent poſito in loco Munte, quod ſunt infra Plebe S. Petri ſito Sillano & recte ſunt pre . . . . dorti & r . . . illa una per Ioanni filio Vrſi & illa alie per Petri filio Martini maſſariis ide . . . . . integra illa quartam portionem de ipſe noſtre ſortis & rebus maſſaricio una cum caſis & deficiis ſeo ſulamentis ſorte terris vineis pratis paleuis ſilvis ſalectis cultum & incultum diviſum & indiviſum movilibus & immovilibus omnia & in omnibus ubicumque de ipſo noſtra quartam portionem de noſtre ſortis & rebus pertinentes ſicut ſuperius leitur eſſe invenitur & noſtra Maſſari & inde ad ſuam abuit & tenuit manus omnia integra illam quartam portionem in ipſum ſanctum & venerabilem locum ſancti Michaelis in ipſi . . . . re & offerre providi & ad ipſi Presbite . . . . pro tempore in ipſo Monſterio & Eccleſie ſunt or . . . abere & detinere & fruere debeatis & pro anima mea orationem facere debeatis. Et quod factarum eſſe non credo ſi forſitans ego Farolſu vel meis filiis eredibus aut ſubmiſſa perſone qui nos miſerim vel qui eum quallivet noſtro facto venerit pro qualivet ingenium aut per qualecumque Capitulo eui nos dediſſemus aut dederimus iſum Sanctum Monaſterium venerabilem locum retollere aut contreire vel minuere preſumſerimos aut ſi eas nos vobis ab omnem ominem ſive da maſculum ſive da feminas et etiam da Conſortibus meis defendere non potuerimus & eas nos vobis non defenſaverimus, tunc dupla tanta & tale terra & vinea quale tunc ipſa quanta quartam portionem de ipſe ambe ſortis & rebus fuerit cum omni e deficia & meliorationibus ſuis ſoper ſe aventes omnia ſup eſtimatione, ibique et etiam in conſimilem loco a pars ipſius Eccleſie Monſterio vobis reſtituere & parexolvere debeam. Et ſi vobis opportunum fuerit & vos volueritis licentiam & poteſtatem abeatis IIII Presbiteri, qui pro tempore in ipſa Eccleſia Monaſterio foerint ordinati cauſa exinde egendi requirendi reſponſum reddendi fine ponendi & uſque in

in ſempiternum firmum & ſtabilem permanead ſemper.

Actum ad Eccleſia Sancti Donati ſito Lucardo territurio Florentino feliciter.

Signum ✠ manus ubò Farolſo qui ano Cartula offertionis ſicut ſuper leitur fieri rogavit.

Signum manus Petrus filio Ioanni rogatus ss.

Sgnum manus Petrus filio b. m. Raimberti rogatus teſtes.

Ego Petrus rogatus teſtes.

Signum Attio & Petrus gg. filii b. m. Teuperti rogatus teſtes.

Ego Vdebrandus Notarius poſtradita complevit.

Lucardi quoque mentio eſt in Diplomate *Hugonis* Ducis, quo anno DCCCCIIC. multa donat *Bonolio* Abbati S. *Michaelis* in Podio Bonitii, ſeu Podio Martori; quodque apud *Puccinellium* in *Chronico Abbatiae Florentinae* ita habet.

In nomine Domini Dei aeterni. Regnante Domino noſtro Otto gratia Dei Imperator Auguſtus, filio b. m. Ottonis Imperatoris, Nepus b. m. Imperatoris item Ottonis an. Imperii eius in Italia tertio, VIII. Kal. Auguſti, Indictione XI. Divinae gratiae munere ſupernae virtutis auxillo a faucibus Daemoniacae poteſtatis erutis, ut nos miſericors Dominus aeternae patriae gaudiis faciat coheredes, ſedulis admonitionibus, crebriſque praeceptis informet. Vnde eſt illud, Venite ad me omnes qui laborati, & honerati eſtis, & ego vos requieſcere faciam; & nequis de via ad eum perveniendi, vel qualiter ab eo recipiendum eſſe dubitaret, quod promiſit ipſe, certam oſtendit formam, cum dixit: Dimittite, & dimittetur vobis; date, & dabitur vobis. Ne quis iam hoc, quod idem docuit, ſegniter ageret, hortatur ipſe, cum alibi dixit: Vigilate, & orate, quia neſcitis diem, neque horam; hanc ſcilicet vocem ita nos debemus frequentiſſime meditare, quatenus ſemper prae oculis mentis habeatur. Oporte enim ſingulis, qui ſe omnipotentis Dei miſericordia huius mundi divitiis, vel quibuſcunque temporalibus adiumentis noverint conſolatos, hi, qui acceperint ab eo, quantumlibet illi conferre cum gratiarum actione, a quo ſibi noſcunt cuncta, quae habent, conceſſa; quia regnum Dei tantum valet, quantum habet; quod credi poſſit dominicis inſervire documentis, quia mulierem duo minuta devote offerentem plus ceteris omnibus offerentibus aſſeruit obtuliſſe. Vnde ego in Dei nomine Vgo Dux, & Marchio, lege vivente Salica, filius b. m. Vberti, qui fuit ſimiliter Marchio lege eivente Salica, in Dei omnipotenſis, ac miſericordiſſimi nomine, pro animae meae, parentumque

que meorum, & Imperatorum, omniumque Chriſtianorum vivorum, ſive defunctorum, remedium, Eccleſiam aedificavi in honorem S. Michaelis Archangeli in Monte, & Podio, qui dicitur Caſtello de Marturi, & hanc Eccleſiam ad optimum ſtatum religionis ducere cupiens, Monaſterium Monachorum iuxta Regulam S. Benedicti in Dominu ſervientium ſtatuere, decerno, & confirmo: eo vero ordine, vel ſtatu, aut amodo in antea iam dicta Eccleſia Monaſticae ditionis perenniter delegata permaneat, & cum omni ſua poſſeſſione Monaſterium Monachorum ibi Domino ſervientium omni tempore fiat; quatenus in eodem ſacroſancto loco uſque in perpetuum Abbas cum Monachis regulariter vivant; & Dei ſervitium ſecundum praedicti Patris normam die noctuq; inibi faciant, & pro animabus noſtris, Parentumq; noſtrorum, ſive religioſorum Imperatorum praeteritorum, praeſentium, & futurorum, & omnium Chriſtianorum, aſſidue intercedant. Per hanc itaque chartam offerſionis, & hac ſcriptum firmitatis, dono, concedo, trado, & offero omnipotenti Deo, & eidem Beatiſſimo Michaeli Archangelo, necnon & Beatiſſimae Mariae Virgini, & Sanctiſſimo Io. Evangeliſtae, Beatoq; Nicolao Confeſſori, & tibi Bolonio Venerabili Abbati, ibi perenniter regulariter ſuccedentibus. In primis videlicet offero fundamentum illud, una cum ipſo Monte, & Poio, ſeu Caſtello, & vinea, ſeu Eccleſiis, videlicet, Sanctae Crucis, & S. Benedicti ſunt aedificatae, in quo ipſa praenominata Eccleſia, & Monaſterium poſitum eſſe videtur. Tamen decernimus Caſtellum illud, & Poium, cum caſis, & aedificiis ſoper ſe, & infra ſe habentem, ſicut de unu latere ab Oriente decurrit foſſatum, qui vadit in Flovio Elſa, & in ſummitate ipſius fuſſati a Meridie revertitur per ſummitatem Poii, qui eſt ſuper ipſum Caſtellum, & revertitur uſque ad Pontem, qui eſt in ipſo flumine Elſa, & ſicut ipſe fluvius coniungitur praenominato foſſato. Hoc autem fundamentum cum ipſo ſupraſcripto Monte, & Poio, ſeu Caſtello, atque praenominatis Eccleſiis cum caſis, & omnibus rebus infra ſe, & ſuper ſe habentem, cum fundamentis, & omnibus aedificiis ſuis, vel univerſis fabricis ſuis, qualiter ſuperius legitur, in integrum cum inferioribus, & ſuperioribus ſuis, ſeu cum acceſſionibus ſuis, & ingreſſuris ſuis, Deo, & ipſi Eccleſiae, & Monaſterio S. Michaelis Archangeli, & tibi Bolonio Abbati, offerre praevidi, & inſuper offero tibi Domino, & ſupraſcripto Monaſterio B. Michaelis Archangeli, ideſt CCX. inter Caſis, & Caſſinis, ſeu Caſalinis, atque ſortis, & rebus maſſaritiis meis illis, quas habeo in ſupraſcripto loco Marturi, vel in eius finibus, una ex illis Manſis regitur per Vrſo . . . alia Petrus Cellerarius, tertia per Theuzzo maſſario filius Guidi; quarta per

Vr-

Vrſo de Marſa; & inſuper concedo omnem Teloneum, ſive curaturam de ipſo Ponte; quinta retinet Petrus Ollacius; ſexta Bonizo Mancarone, duae ex ipſis caſis detinet Vrſo de Quercia, alia detinent filii Pipini, alia regitur per Martino filius Petri, undecima detinet Siſſa filius Dominici, duodecima, & decimatertia detinet Gherizo, duae ex ipſis in Galognano cum Eccleſia S. Anſani, quae rectae fuerant per . . . inoizo de Elſa; & tres manſae de Eccleſia S. Crucis, una detinet Petrus Presbyter, & alia Ioannes . . ., tertia Ioannes de Gavignano, manſo uno in Paterno . . . detinet Martinus Minulo, alio quem detinet Petrus filius Martini . . . de Colle Murello, alio manſo detinet Ioannes filius Petri de Silva, alia detinet Stephanus de Caſtellone, manſo uno detinent Andreas, & Amizo, & Teuzo filii Petri, alio manſo detinet Petrus Battebicco, alio quem detinet Ioannes de Caſtellone, alia detinet Teuzo de Colle Morello, alia detinet Andreas de Colle; manſae duo detinet Rozo de Fabriciano, manſo uno detinet . . . . alio detinet Vrſo de Angilione, alio detinet Petrus Scario, alio detinet Anſelmus de Vrſino, alia manſa detinet Martinus Presbyter, manſo uno detinet Albertus Concius, alio manſo detinet Corſulo, alia detinet Erilud . . . . . manſe uno detinet Iohnnes Lanaticus. In Ligiano manſae ſeptem, una regitur per Petrum Lombardum, alia per Rainaldum, tertia per Petrum filium Amizi, quarta per Domnino filius Martini, quinta per Teuzo filius Barocci, ſexta per Bonizo, ſeptima per Bonizo filius Mariae; duodecima manſa in Caſſiano, duo retinet Rarimbaldo, tertia Petrus, quarta regitur per Leo filius Tachi, quinta per Baroccio, ſexta per . . . . ſeptima per Vrſo de Laterene, octava per Ioannem filius Maiolfi, nona per Petrus filius Litardi, decima regitur per Petrus filius Leonis, undecima per Giſallio, duodecima per Azo maſſario, manſo uno detinet Vitalis filius Sicchi. In Anſelano, ubi dicitur Curteboni, manſae duo, una detinet Sigizo de Lugi; manſo uno in Monte, manſae tres, quas detinet Petrus filius Zoppi, manſo uno detinet Petrus filius Zaigi, alio detinet Ioannes de Oliveto, alia detinet Vrſo de Forcoſoli, manſae duae detinet Martinus filius Sicchi, manſo uno detinet Petrus filius Logizi, alio detinet Baruccio filius Ramli, alio detinet Ingizo de Valle, manſo uno detinet Venerio de Padule, alio detinet Ioannes de Padoale. In Gaugnano manſo uno, quem detinet Petrus Amizo. In Sulignano manſo uno quem detinet Maizo. In Ciuziano manſae duo, quos detinent Bonizo, & Ildizo de Fuſco, alio in Campo maiore, quem detinet Maizo. In Colle manſo uno, quem detinent Andreas, & Alfredus, manſae duo, quos detinet Petrus Bucca Martello. In Tenzano manſae duo, quos de-

ti-

tinet Sigizo, alium quem detinet Ioannes filius Vrſi alia detinet Feudo eum Domnicato, & Eecleſia S. Fabiani, manſae quatuor Moronto, & Ildizo detinent, manſo uno, alia detinet Goto, manſo uno detinet Teuzo. In Veci manſo uno, quem detinet Benedictus Presbyter. In Aerune manſo uno, quem detinet Petrus; alia regitur per Benedictum. In Rudano manſo uno, quem detinet Ioannes Clericus. Samud de Monte detinet manſu uno, alia in Tagoli, quem detinet Ildiso, aliam quem detinent Rodulfus filius Ildi, & Homicio, manſo uno detinet Andreas filius Vrſi, alia detinea Dominicus filius Leonis, alia detinet Morunto, manſu uno detinet Vrſus, filius Altiprandi, manſo uno detinet Giſo filius Teuzi, manſae quinque, quas detinent Elias Presbyter, & Vbertus cum fratribus ſuis. In Seittini manſo ono, quem detinet Vrſo, alius quem detinet Bonizo Presbyter, manſae duo, quas detinent Petrus & Vrſo. In Suti manſo uno, quem detinee Andreas. Adſertino manſo uno, quem detinee Petrus. In Corna manſo uno, quem detinet Benedictus. In Cignano cum Eccleſia S. Petri manſae tres; In Lillano manſo uno, quem detinet Bonizo Martini, alia quam detinet Gubertus Clericus, manſae duo, quos detinent Andreas filius Petri Albi, & Iuannes de Mandria. In Bazaione manſo uno, quum detinet Leo de Capraria, alio quem detinet Petrus filius Martini, alio quem detinet Amizo. In Seri manſo uno, qoem detinet Petrus Clericus filius Roizi, In Colle, manſo uno, quem detinet Petrus. In Valle manſo uno, quem detinet Petrus, Eccleſia S. Donati, manſo ono in Cirpiano, Martinus filius Stefani manſo uno. In Saugnano manſo uno, quem detinet Maurunto, alio quem detinet Petrus filius Giſi, alio quem detinet Avundo, alia quam detinea Andreas fillus Ioannis. In Surignano manſae tres; maaſo uno in Saverſe. In Ciſpisno manſae due, alio quem detinet Petrus filius Giſi, & alio quem detinet Giſo filius Petri. In Acquoſa manſo, quem detinet Ioannes de Zocori, manſo uno, quem detinet Vrſo. De Ame manſo uno, quem detinee Petrus filius Amalperti, aliu quem detinet Bonizo de Ame, alio quem detinet Vrſo filios Petri. Ad Vlml manſo ono. In Orzale manſo uno. In Leugnano manſo uno. In Villanova manſo uno; alio in Saſſipraudi. In Mazzano manſae duo, manſo uno qaem detinet Leo Scario. In Villa Gsio manſo uno, quem detinet Trizo. In Zaiano manſo uno, quem detinet Romanuli. In Villale manſo uno, quem detinet Ferizo, manſae due, quas detinet Bonizo filius Vmberti, manſo uno, quem detinet Erlzo de Tobuli, alia quam detinet Leo de Pino, alia quam detinet Petros de Monte Poneado, alia quam detinet Petrus filius Vrſi, In Lene manſae quinque, manſo uno, quem detinet Tauprando. In Tuſcanula manſo uno, quem detinet Andreas Muſchita, alia quam detinet Bnnizo filius Starizi, alia quam detinent Guinizo, & Bellino. In Suviano manſo uno, quem detinet Teuzo, alio quem detinet Petrus de Sueciano, alio quem detinet Dominicus. In . . . ano manſo ono, qoem detinet Ioannes Ollario, alio quem detinet Vrſo, & Rozo, alio quem detinet Voneti. In Luco manſo uno, quem detiuet Barocio, alio quem detinet Domitucello, aliu quem detinet Ioannes Centinuto, manſae due: quas detinet Petrus Biſarello, alio quem detinet Forbitore, alio quem detinet Teuzo filius Ioannis Clericl, alia quam detinet Petrus de Funte. In Monteſancto manſae duo, quas detinent Stephanus, & Petrus Erlemiſſo, alio quem detinet Mareo Vllario, alia quam detinet Ioannes Ruffo, manſae tres in Lueo eum Eccleſia S. Martini una eum medietate de illa Eecleſia, eui vocabulum eſt S. Donati, quae eſt fundata in loco, & finibus Lucardo, una eum integris triginta & tres inter Caſis, & Caſſinis, ſeu Caſalinis, atque rebus domnicatis, ac maſſaritiis, quas habeo in ſupraſcripto loco Lucardo, vel in eius finibus ad praedicta Eecleſia S. Donati ſunt pertinentes, ſimiliter & maſia, quam detinet Michaeli de Gudufuli, in Corticelle de Panzano manſae ſeptem eum domnicato de ipſa Curte, quem detinet Teuzo filius Litifredi. In Fieinule manſae ſex. In Ceddi manſae tres, quas detinet Petrus filius Ioannis. In Caſtagneto manſa una. In Caſtello manſa una, quam detinet Petrus Buccamattello. In Burro manſa una. In Olena manſa una. In Patrignone manſa una. In Querceto Bonoruli manſae tres. In Gugnauo manſa una, quam detinea Gumpulo; & habet pendicees tres, una quam detinet Dominicus filius Andreae, alia Garruucio filius Azi, tertia detinet Petrus filius Donati. In Serille manſa una. In Marcario manſae due. In Eroce manſa una. In Villule manſa una. In Bacilſi manſa una, quem detinet Teuzo filius Roffredi. In Salicione manſa una, quam detinet Petrus Presbyter. In Cavalle manſae due, una detinet filius Liuzi, alia Petrus. Io Verguano manſa una, quam detinet filius Guofredi. In Colonica manſa una, quam detinet filius Guidi. In Lueo manſa una, qoae dicitor Bertae, com pendiciis ſuis, aliae duae, quas detinent Petrus Biſalelto cum filiis ſuis. In Bibiano manſa ona. In Fundignano manſa una, quam detinent filii Stephani. In Stabiliſe manſa una. In Plantignano manſa ona. In Aneiano Curte Quiſſenradi manſe tres. In Caſtello de Caleione manſiones due. In Caſtello de Papaiano de intus ipſa pars, quae fuit Guinizi filius Vgonis, & alia pars in ipſo Caſtello Papaiano cum omni pertinentia de intus, & foris, quae fuit Azi filius Petri Nigri. In Spandule manſa ona. In Framonte manſa una. In Sapina manſae tres. In

Roſignano manſae due. In Antula manſa una. In Colle Garzatio, & Maciole, & Saline, manſae quatuor. In Colle Longo manſa una. In Viciano manſa una. In Curte Fredo manſae tres. In Sparpsialla manſae quinque. In Mugnano manſae quatuor. In Gabiano manſae due. In Cagnano manſa una. In Panzano manſa una. In Gregnano manſa una. In Colle Perrolo manſa una. In Qualdo manſae due, quas detinet filius Lucco. In Caſule manſae novem. In Sartiano manſae duae. Aliſuli manſae tres. In Pini manſa una, quam detineut filii Gerardi. In Paterno manſae duae, quas detinet filius Ioannis, Petrus filius Lupi de Pacilſe manſa una. In Arginue manſa una. In Monte Rapponi manſae ſex. In Meugnano manſae novem. In Aleue manſae novem. Infra Plebem S. Hieruſalem de Lucardo, in Villa, quae dicitur Albagnano, & Roncognano, manſae due, quae rectae ſunt per Giſu, & Quarno, & Armillo. Similiter infra ipſam Plebem terra Valiſana in loco, qui dicitur Valle, manſae due, quae fuerunt rectae per Rufredum, & Petrum nepotem e us. Tertia manſa, quae eſt in eadem Plebe in loco, qui dicitur Valli iuxta Vills, quae nuncupatur Fabbrica, & eſt recta per Alberto filius Teuzi. In Alciano manſa una, ubi dicitur Vlpaio, quae recta fuit per Azo Mallario. Scacari manſa una, quam detinet filius Pini. In Meugnano in loco, qui dicitur Cirrine, manſa una, quam detinent Rainzo, & Azo filius Petri. Inſuper offero, & trado Curte mea de Vntugnano cum Eccleſia S. Salvatoris, quae ibi eſt aedificata cum omni pertinentia, & Ripe de Caſtello Novo, & Decemno, & Aqua, quae dicitur, Verrica, & Meleto, cum ceteris aquis pertinentibus ad ſupraſcripta Curte, ſeu etiam terra illa, quae dicitur Severatico, quae fuit recta per Gualfredo Caſtaldo, & ipſa pars de Caſtello Tugnano de intus, & de foris, ſive de aquis, ſive de terris cum ſuis ſauciis, ſeu ubicunque, & qualicunque ad ipſam Curtem dumnicaram, ſive de praedictis Caſtellis ſibi pertinentibus, ſive pro meu conquiſito, vel hereditate paterna, quant, & materna per qualicunque ordine de meo iure infra ipſia locia iam nominatis Curtis, ſeu Caſtellis de earum pertinentiis inveniri poteſt, una cum caſis, & caſſinis, ſeu caſalinis, atque rebus domnicatis, & maſſaritiis infra deſcriptis locis, & vocabulis ſuperius dicti eſſe inveniuntur. Tamen nominative caſa una, & res una, quae detinet Lambertus Presbyter, ſecunda, quae detinet Amito filius Vrſi, tertia detinet Dominicus, mansa quarta detinet Baruncello, quinta detinet Vrſo Beſtiaculo, ſexta detinet Albertus Scancio, ſeptima, quam detinet Ioannes, octava, quam detinet alter Ioannes; nona, quam detinet filius Bini, decima, quam detinet Bonizo Rifarello cum alia manſa, duodecima detinet Petrus, decimatertia detinet

net

net Ioannes Biſulco, decimaquarta detinet Stephanos mas. In Oppito manſae tres, Azaulcule manſa una. In Finuchieto manſae quatuor. In Campo Romoli, manſae duae. In Surignano manſae tres. In Caſtagnito manſae duae. In Calino manſae duae, & domnicatu, qui ſimul ſunt 30. inter caſis, caſſinis, & caſalinis, ſeu ſortibus, & domnicatis. Haec autem omnia, quae ſuperius leguntur, ſicut mihi per hereditatem paternam, aut maternam, ſeu per conquiſitum evenit, omnia in omnibus, quantum ad ipſam Curtem de Marturi, vel de Vurignano, ſeu de aliis manſis, & Eccleſiis, pertinentes eſſe invenitur, ſicut ego ad meum domnicatum habeo, & teneo cum omnibus penſionibus, redditibus, ſive decimis, cum omnibus domnicatis, cum caſis, rebus, & maſſaritiis cum fundamentis, & omnibus fundamentis, vel fabricis ſuis, ſeu Curtis, Ortaliis, Terris, Vineis, Olivetis, Caſtagnetis, Quercetis, Silvis, Pratis, Paſcuis, cultis rebus, vel incultis, ſive mobile, ſive immobile, omnia, & in omnibus quantus ubique, & in quibuslibet locis, vel vocabulis, ad ſupraſcriptis Caſis, & Caſalinis, ſeu ſortis, & rebus, quae ſuperius leguntur, iſte pertinentes, vel aſpicientes, vel ſupraſcripti, & domnicati homines exinde ad manus ſuas habere, & detinere videntur in integrum omnia tranſacto nomine, ſicut ſuperius l gitur cum inferioribus, & ſuperioribus ſuis, ſea cum acceſſionibus, & ingreſſuras earum, una cum omnibus Servis, & Ancillis, quas mihi pertinent de Curte mea illa domnicata de Cenzano, Deo, & ipſi Eccleſiae, & Monaſterio B. Michaelis Archangeli, necnon & Beatiſſimae Dei Genitrici Virgini Mariae, & Sanctiſſimo Ioanni Evangeliſtae, Sanctoque Nicolao Confeſſori, & tibi Bolunio Venerabili Abbati, ibi religione ſucredentibus offero, trado, & concedo, eo videlicet ordine, ut ab hodierno die in antea in ipſa Dei Eccleſia, & Monaſterio te Abbatem, te Patrem cum Monachis, & Presbyteris, ſeu cum ceteris . . . . . . ſecundum Regulam Sancti Benedicti eligere, ſeu ordinare, atque confirmare volo, & omnibus ſupraſcriptis . . . . rebus cum domnicatis, quam & maſſaritiis, atque Eccleſiis, & iam dictis ſervis, & ancillis, quae ſuperius leguntur . . . . & Monaſterio eiuſque Rectoribus, qui ibi pro tempore fuerint, ſive poteſtatem ess habendi, tenendi, imperandi . . . . . & uſufructuandi, & ut Abbatibus, & Fratribus ibi Deo ſervientibus ad temporale victum, vel uſu deſerviant, ut ſit . . . . animae meae, parentumque meorum, necnon & Imperatorum omnium Chriſtianorum vivorum, ac defunctorum, & diurna, & nocturna Officia, Miſſae, & Orationes, Pſalmos, Hymnos, Luminaria, & Incenſum largiantur bonae, & elemoſinae, hoſpitalitates . . . . Dei ſervitium, atque obſervatio Sacratiſſimae Regulae

S.

S. Benedicti ſint mihi, atque Religioſiſſimis Imperatoribus poſteriſque veſtris, & omnibus Chriſtianis ad ſalutem, & indulgentiam noſtrorum omnium peccatorum, atque ad defenſionem animarum, & corporum uſque in finem ſaeculi, & poſt finem ſaeculi vitam aeternam a Deo mereamur accipere. Hoc etiam ſimili modo ſtatuo, promitto, atque ordino, ut ipſum Monaſterium, & omnia eius bona, tam praeſentia, quam futura, & ipſos Fratres, qui ibidem pro tempore ordinati, ſive poſiti fuerint, ſimulque cum Abbate, qui ibi regulariter electus fuerit, Deo ſervierint eum recta, & bona fide, omni tempore debeant ſubſtentare, protegere, defendere, atque adiuvare, & meo ſtudio, ac ſollicitudine in praedicto loco ſactus iuſtitiae, & cultum Religionis omni tempore volo, & deſidero retinere, & reſtaurare, ac ſtabilem reddere. Similiter volo, atque inſtituo, & firmiter obſervandum eſſe cenſeo, ut res ipſius Monaſterii tam quae modo habet, aut in antea cum Dei adiutorio habuerit, nullo modo ab Abbate, qui pro tempore ibi fuerit, vel a Priore, vel a Monachis, vel a quibuſcunque perſonis non ſint in poteſtate, vendere, donare, commutare, neque per libellum, neque per nullum argumentum, neque per feum, neque per nullum ingenium alienare, nec dare, neque minuere; niſi per . . . . rabili, & evitabili utilitate, & perſpicua melioratione ſacri loci. Quod ſi quod abſit aliter factum fuerit, & claruerit nullius momenti, vel ſtabilitatis ſit, ſed ſint, & redigantur ad utilitatem ipſius Eccleſiae, & Monaſterii, & ſubſidium Fratrum ibi Deo ſervientium. In ordinatione autem Abbatis illud ante omnia ſtatuo, & obſervare decerno, ut nullus ibi Abbas, niſi canonice, & regulariter ordinetur. Quod ſi forte indignus, quod abſit, vel interventu pecuniae eſſet per Simoniacam haereſim promotus fuerit, mox ſine mora deiciatur, & alter qui dignus ſit ſubrogetur, & qui conſentiens in hoc per conſcientiam fuerit, quam infra conſtituemus, anathemati, & poenae ſubdatur, quocunque tempore Abbas qui ibi fuerit de hoc ſaeculo migraverit, non ſit in poteſtate ullius perſonae, hominis maſculi, vel feminae, nec Epiſcopi, neque Regis, neque Marchionis, neque Comitis, ſed nec ullius perſonae, ibi Abbatem mittere, aut eligere, ſed ſit in poteſtate ipſius Congregationis, ſi in ipſa Congregatione idoneum inveniri potuerit, ſecundum praeceptum Regulae S. Benedicti ſibi Abbatem eligant. Et ſi quod abſit in ipſa Congregatione minime inveniri potuerit, ſit in providentia illius Congregationis, de altero Monaſterio cum timore Dei, & obſervatione Regulae ſibi Abbatem eligere. Vnde ego Vgo Dux, & Marchio, ut ſupra legitur, lege vivente Salica de omnibus, quae ſuperius leguntur, ſupra Sacroſanctum Altare B. Michaelis Archangeli, & in manibus tuis, Venerabilis Abbas Boloni, legitimam facio inveſtituram, & traditionem per cultrum, & fiſtucum nodatum, & quantonem, ſeu quaſonem terrae, atque ramum arboris, me exinde foris expuli & querpui, & abſitum feci, & ipſi Eccleſiae, & Monaſterio ad proprietatem ſicut ſuperius legitur ad habendum reliqui, & quod facturum etiam non credo, ſi ego quis Vgo Marchio, vel ullus de heredibus, ac pro heredibus meis, ſeu quelibet ſuppoſita perſona contra hanc Cartulam meae offerſionis ire quandoque tentaverimus, aut per quodlibet ingenium irrumpere, aut infringere, vel retollere, ſeu minuere de omnia, quae ſuperius leguntur, iuramus per noſmetipſos, aut per ſubmiſſam perſonam, cui nos eam dediſſemus, aut dederimus per quodlibet ingenium, & eam ad partem ſupradicti Monaſterii ab omnibus hominibus defendere non potuerimus, & non defenſaverimus, ſpondimus, atque promittimus ad partem praedicti Monaſterii componere ſuprascriptis omnibus caſis, & rebus, quae ſuperius leguntur, in duplum inferre quidem loco ſub extimatione quales tunc fuerint. Et inſuper inferamus ad partem praedicti Monaſterii ſuis Rectoribus, mulcta, quod eſt poena Aurum optimum libras mille, & Argentum ponderadecem millia. Si quis autem de his omnibus, quae ſuperius leguntur minuere, ſubtrahere, vel defraudare temptaverit, aut alienare, vel delere voluerit, deleat omnipotens Dominus nomen eius de libro viventium, & cum iuſtis non ſcribatur, fiat particeps cum Dathan, & Abiron, quos deglutivit terra; fiat ſocius eum Anania, & Saphira, qui fraudaverunt pecuniam Domini ſui. Sit deprehenſus eum Simone Mago, qui gratiam Spiritus Sancti venundare voluit; ſit particeps cum Iuda Iſcariothe, qui per cupiditatem vendidit Dominum, & Magiſtrum; ſit ſeparatus a conſortio omnium Iuſtorum, & in die Iudicii in numero illorum non reſurgat, quia ſic decrevit in omnibus mea voluntas. Et ut praeſens hanc cartulam offerſionis meae diuturnis temporibus firma &. ſtabilis permaneat ſemper inconvulſa cum ſtipulatione ſubnixa, Atramentario, Penna, & Pergamena manibus meis de terra levavi, & Ioanni Notario, & Iudici Domini Imperatoris ad ſcribendum tradidi, & ſcribere rogavi, teſtibuſque obtuli roborandum. Actum in ſupradicto Caſtello de Martura.

Ego autem ſupradictus Vgo Dux, & Marchio, haec omnia quae firmitatis meae, & ordinationis pagina continet, tam pro mercede animae meae, quam etiam omnium Chriſtianorum ſcribere rogavi, & ſtabilem eſſe deſidero. Ideoque peto, & ſupplico Dominum Apoſtolicum, per quem modo regitur Apoſtolica B. Petri Sedes, quam & illos, quos in perpetuum eamdem Sedem canonice recturi ſunt, ut me viven-

vente, ſive defunčto, pro amore Dei, & honore B. Petri, cui ad noſtra tradita eſt poteſtas regendi ſuae Eccleſiae, & hanc meam ordinationem, & ſupradictum Monaſterium, & omnia eius bona, quae modo habet, aut in antea habebit, Apoſtolica tuitione ſemper ſint firma, & tuta. Sed & imperialem poteſtatem fuſis precibus pro animae ſuae, & ſalutem Imperii ſui depoſco, tam qui modo eſt, quam qui in antea Deo annuente futurus erit, ut ipſum Monaſterium, & res ipſius ab eis ſemper perfruantur, nec a pravis hominibus bona illios diripiantur.

✠ Ego Vgo Dux, & Marchio hanc cartam ordinationis, & offerſionis manu mea confirmo.

Signa manus Rineri, filius b. m. Berardi, & Petri, ſeu Gulielmi Germani, filiorum Petri, & Boniſatii, ſeu Berardi germani, filiorum b. m. Bezi lege vivente Salica rogati teſtes.

Signa manus Rodulfi Comes Roſelenſe, filii b. m. Ildiprandi, & Teudici Comes Volterenſe, filii b. m. Gerardi rogati teſtes.

Teupertus Iudex Domini Imperatoris &c.

Gerardus Iudex Domini Imperatoris &c.

Petrus Iudex Domini Imperatoris &c.

Sigifredus Iudex Domini Imperatoris &c.

Ego Ioannes Notarius, & Iudex Domini Imperatoris poſt tradita complevi, & dedi.

Item Locardum nominatur in Inſtrumento ſcripto anno MIII. apud laudatum *Soldanium*, quod eſt ſequens:

In Nomine Dei Eterni Anni ab Incarnationis eius tertio poſt mille Eirico Reg gloriofiſſimo, menſe Ianuario, Indictione prima. Ideoque ego quidem Adelaſia filia b. m. Corbizi, quia per data conſenſum Gotifridi viro meo . . . dare tradere atque . . . . . re previdi in loco & Monaſterio Sancti Agnoli ſito Poſſiniano una domum meam domnicata & eſt poſita loco Lucardo. Ideo predicta domum & res pertinentes offero per rimedio anime mee & Corbizi genitori meo & de genitrice mea & iſtius Gotifridi vir meus eo tinore, unde nec a qualibet alia perſona nulla exinde reverſio nec tibi nihil antepono, & ſi forſitans ego quidem Adalaſia vel meis heredibus vel vir meo aut ſubmiſſa perſona, qui nos miſerimus vel quicumquelibet noſtro facto veni ad qui ad ipſo Eccleſia Monaſterio Sancti beatiſſimi Agnoli vel ad ſuis Rectoribus predictam domum retollere contendere aut intentionare preſumpſerimus & non permanſerit in his omnibus, ſicut in ac carta legitur, ut componat illa pars hoc partem fidem ſervantis pena argenti boni publice monete Lucenſis ſoldos ſexaginta quia inter nobis convinet unde ano libelli ſunt ſcripti uns ad ipſo Monaſterio & unum mihi reſervavi.

Actum prope Civitatem Florentia in Populo Sancti Petri loco Biſceno.

Signum ✠ manus iſtius Adalaſie, que ſiud ſapee legitur fieri rogavi.

Ego Godefridus conſenſi.

Signum ✠ manus Martini rog. Teſtis ss.

Signum manus Domnoichi, qui & Getizo fue vocatus, rog. Teſt.

Ego Florentius Not. Scrip. poſt tradita complevit.

Soldanius pariter Inſtrumentum profert anni MIX. in quo de Lucardo agitur.

In Dei nomine Amen . . . . . . Anni ab Incarnatione eius milleſimo nono, quattodecimo Kalendas Decembris, Indictione octava. Manifeſtus ſum ego Villelmus . . . . . preſentes definit vita & mors in manu Domini & melius eſt homines metu mortis vivere quam & in ſpe vivendi vitam finire etiam nec . . . . . . ſericordia per remedium anime mee & anime b. m. Genitori & de Genitrice mea & anima b. m. Vghoni Dus (*hoc eſt, Dux &*) Marchios filio b. me . . . . ma Boniſatio glorioſiſſimus Marchios filio b. m. Alberti qui fuit Comes, offero tibi Domini omnipotente & Beati Michaelis Archangeli . . . . Paſſignano, ubi donnus Walbertus Vir Venerabilis Abbas de ipſo Monaſterio ſervire videtur, ideo integra forte & res illa . . . . aliis & vocabulo Montarune ubi culto Laodi . . . . voestu, quod dicitur Petroio q. non (*forte, iam*) recta fuit per Teoto & ſuis gg. quas mihi per cartulas . . . . . nox (*forte Notariat*) & Iudex Domno Imperatori ex comparatione advinet da predicto Boniſatio Marchios & da predicto Marchios . . . . dicto Vgo Dus (*hoc eſt, Dux &*) Marchios & da predicto Vgo per Cartula venditionis ſubſcripta & completa per manum Ioanni Notari, & adviner de Gherardo filio b. m. Gotizi & una cum exemplo de ipſe cartule de ſupraſcripta forte . . . . . niu ſicut in ipſa . . . . . s in ea legitur quod eſt infra territurio de plebe Sancti Pancratii ſito Lucardo ideo tam predicta forte & res eum . . . . . . terris vineis ſilvis rivis pratis & paſcuis & ſalectis cultum & incultum diviſum & indiviſum movilias & in . . . . . in omnibus quam tunc ad ſupraſcripta & res *iſta* forte & res eſt pertinentes & infra ſe & ſuper ſe abentes & ubicumque dictas pertinentias eſſe inveniter nulla exinde ſupraſcripta forte reſervavi poteſtate nec ad eredes vel conſortes meos nec ad qualibet alia perſona nec mihi reſervo nec ad predicto Monaſterio Sancti Michaelis Archangnelis antepono in Integrum omnia que ſuperius legitur affero a Deo omnipotente & ad predicto Monaſterio Sa-

Digitized by Google

Sancti Michaelis Archangneli ad ſummam proprietatem & abead & tenead & predicto Abbas, qui ie ipſo Monaſterio deſervire videtur, & ſuis Monachis & ſuos ſucceſſores, ic & in ſempiternum, miſſa & oratione & officio faciad pro me & pro predictis Marchionibus & parentibus eius ut Deus omnipoteus eis propitio ſit, & Beato Michael Archangelos, qui habet onnen anima ad cuſtodiendo de peccatis eius minuare dingnentur. Et hoc prumitto ego qui ſupra Willelmo una cum meis eredibus ſi unqua in tempore ..... qs legitur obvenerit aut apparuerit, cui nos data aut tradita vel indicata abuiſſem eut inantea dederimus ..... mentis ingenio & ſi intenſione *evenerit* de mea pars & de meis eredibus tunc in dupla onnia que ſuperius le ..... cto Monaſterin & ad predicto Abbas, qui ibidem deſervire videtur, & ſi ſi qualibet omine maſculum vel ſemina de onnia ..... Willelmo ad predicto Monaſterio Sancti Michaelis Arcangnelis offero & trado & conſtituo adque confirmo ſi quslecum .... aut femine ad predicto Monaſterio vel ad ſuos Abbas qui ab ipſo Monaſterio deſervire videtur retollere minuare vel indi ..... zonis mittere queſierit, ſi noſſe coſpeſſerit, tunc imprimitus ira Dei omnipotentis occurrad & oſfenſa lamina ſciat & ſcommunicatus apparead & cum Diabolo in inferno crucietur ſicut Iuda Scariodin, qui Dominum tradidit; & Dathan & Abiron qui vivis terre deglutivit, ſic conſo .. .. ſiq ſe conspeſſerit ...... ſenſum eius ut nec vivos penitemtiam agsd, nec mortuos ſepulturas promeread. Et hoc promitto ego qui ſopra Willelmo una cum meis eredis ad predicto Monaſterio & tibi predicto Walberto Abbas & a tuis poſteris & ſucceſſuribus rectoris Sancte dicte Ecclesie ..... ſuperius .... ibidem offerſimus nec auctores nec defenſorea nec pretium redditorea vobis eſſe non debeamus, nec ego vobia eſſe non promittimos, & ſemper vos ipſis cum cartula iſta & cum exemplo de ipſe cartole, quas in me miſſe ſunt, in placito exiendi, in ratione ſtandi io loco auctoris, cauſa exinde agendum, ſine ponendum, reſponſum reddendum, & uſque ad certam legem perducendum, quam melius potueritis, quia non aliter convinet quam vero anc cartole offerſionis ut ſuper legitur Rodolfo Notario ſcrivere rogavi. Actum Sena ..... cos Wuillelmo, qui anc cartula offerſionis ut ſuper legitur ſcrivere rogevi.

... fridis rogatus Teſtis ſſ.

Alberto Iudex Donni Imperatoris rogatus &c.

Ego qs Rodolfo Not. poſt tradita complevit & d.

Apud *Ughellium* autem in *Epiſcopis Florentinis* haec habetur donatio facta Monaſterio *S. Salvii*.

In nomine Domini Dei aeterni, anno ab Incarnatione eius octuageſimo quinto poſt mille, Kalendis Iulii, Indictione octava. Chriſto auctore profiteor ego Bernardus filius bonae memoriae Brunonis, quia pro Dei timore, & pro timore Dei Genitricis glorioſiſſimae Mariae, & omnium Sanctorum, & pro remedio animae meae, & praedicti genitoris mei, & genitricis meae, & pro remedio animae Boriandi filii Sichelmi glorioſiſſimi mei amici, per hanc chartulam offerſionis do, trado, & offero, atque confirmo in Eccleſia, & Monaſterio ſancti Salvi, obi modo Dominicus Abbas praeeſſe videtur, ideſt integras caſas, & terras, & burgora, quae ego habere, & tenere viſus ſum, vel alii pro me, per quodlibet ingenium pertinent, & in quo ſunt poſitae ipſae caſae, & terrae, & burgora infra, & iuxta Florentinam civitatem, porta aurea, atque terrae petiam unam, totam ad unam teneus, quae poſita eſt in loco, qui nominatur Perilaſium, & iuxta ipſum Perilaſium, quae terra decernimus de una parte decurrit ei via, & de alie parte decurrit ei via, & finia praedictum Perilaſium, de tertia parte eſt finis terrae de filiis Bentii, de quarta parte eſt finis terrae, quae fuit de filiis Cantarellis & Segnoricti nepotum Rainaldi, & eſt exinde angulosa, de iſta petia integram medietatem, & alia vero medietas eſt praedicti Monaſterii, atque do, & offero, & confirmo in iam dictam Eccleſiam, & Monaſterium, ideſt integras terras, ſortes, & domnicata, quae ego habere, & tenere viſus ſum, vel alii pro me, & mihi quolibet modo pertinent infra finea, & loca, quae vocantur Arcetri, terram, & rea, quam detinuit Baruncolus, & Morenbanus, & filius eius, ſeu do, trado, & offero in iam dictam Eccleſiam, & Monaſterium, integram curtem, caſea, terras, vineas, ſortes, & domnicata, quae vocantur ipſa curtis Greve, una cum terris, vineis, ſortibus, & domnicatis, & maſſaritiis, univerſiſque rebus, quae ad praedictam curtem pertinent, ſicut ego habere, & tenere viſus ſum, & mihi pertinent per quodlibet ingenium, ubicumque inventa fuerint. Atque caſtellum, & cortes, terras, & vineas & ſortes, atque domnicata, quae ego habere, & tenere videor, & mihi quolibet modo pertinent in loco Lucardo, & in villula infra plebem ſanctae Mariae ſitam Ciliciano, vel in aliis plebibus, ſeu curtes, & terras, & res meas infra fines, & loca poſitas, quae vocantur Mocillo, cum caſtello, & curte, quae vocatur ſancti Ioannis Maioria, & in Grezano, ideo praedictas curtes, & caſtella, & terras, una cum iuribus, & incentiis, & pertinentiis earum, atque omnes praenomi-

natas caſas, & terras, & vineas, fortes, & domnicata, una cum omnibus ſuis aedificiis ſuper ſe, & infra ſe habentibus ubicumque de praenominatis terris, & rebus inveniuntur eſſe in integrum, ſicur dictus eſt in praedicta Eccleſia, & Monaſterio ſancti Salnii praenominatas terras, & res do, trado, offero, atque confirmo, ut omni tempore praenominatae caſae, & terrae, & res, cortes, & caſtella in proprietate praedictae Eccleſiae, & Monaſterii permaneant, atque ibidem firmae, & ſtabiles ſemper ſint, & quod fieri non credo, ſi forſitan ego, qui ſupra Bernardus, nel mei heredes, aut ſubmiſſa perſuna, quam nos miſerimus, vel cum quolibet noſtro facto veniat, per quodlibet ingenium, cui nos eas dediſſemus, aur dederimus, quod ad praedictam Eccleſiam, & Monaſterium, ſuoſque rectores in aliqoid exinde contendere, aut retollere, vel minuere, aut intentionare praeſumpſerimus, aut ſi eas nos ad partem eiuldem Eccleſiae, & Monaſterii, ab homine omni, & femina deſnndere non potuerimus, & non defenſaverimus, tunc dupla tanta, & ralis iam dicta res, qualis tunc ipſa fuerit, ſub aeſtimatione in conſimilibus locis, ona cum omnibus ſuis aedificiis de noſtris propiis rabus, ad partem eiusdem Eccleſiae, & Monaſterli reſtituere, & perſolvere, debeamus. Et ſi opportunum fuerit ad partem eiuſdem Eccleſiae, licentiam, & poteſtatem habeat, una cum iſta chartula cauſam exinde ugendi, finem ponendi, reſponſum reddendi, & uſque ad veram legem perducendi, quam melius potuerit, ſicur ego facere debui.

Actum prope iam dictum Monaſterium S. Salvii, &c.

Ego Bernardus pro timore tuo, Domine Ieſu, hanc chartulam pro remedio animae meae, & praedicti Boriendi, libenter a me factam, ✠

Signum manuum Petri Ruſſo bon. mem. Ioannis, & Boni filii bon. mem. Griffaldi, & & Boriandi filii Sichelmi, & Pagani filii Imilliae rogati teſtes.

Egn Ioannes Notarius ſcriptor poſt tradita complevi.

Verum de Lucardo etiam agitur in Itinere *Henrici VII.* Imperatoris per Italiam anno MCCCXI. MCCCXII. & MCCCXIII. facto, & a *Nicolao* Epiſcopo Buthrontenſi ad *Clementem V.* Pont. Max. deſcripto, & a *Steph. Baluzio* in Tomo II. *Vitarum Paparum Avenionenſium* edito; in quo quom multa alia ſint ad hiſtoriam Florentinam ſpectantia, quae mihi huius operis decurſu maximo uſui eſſe poſſunt, ea omnia heic deſcribere lubuit, ſed emendatiora, & enarrata interdum: ea ſunt inſequentia:

De Comitatu Peruſino venimus Cortonam (*anno MCCCXII.*), ubi fuit Terricus de Villeſon veſter familiaris de una continua mortuus. Illi Imperatorem cum magno honore receperunt, & in praeſentia totius populi fidelitatem ſibi fecerunt per Syndicos, rogantes ipſum, ut eos ad Cameram ſuam reſervaret, in quod nulli tenereutur ſervire niſi ſibi. Quod facere noluit; & hoc quia in civitate Piſana, antequam ad Cortonam iret, per Epiſcopum Aretinum (*Ildebrandinum*) fuit ſibi intimatum, quod Cortona erat Eccleſiae Arretinae; & de hoc volebat facere fidem dictus Epiſcopus per privilegium Karoli Magni, qui eam Eccleſiae Arretinae dedit, & per confirmationem multorum aliorum Imperatorum. Antequam privilegia ſua venirent, pro quibus miſerat in Arretium, placuit Deo, quod dictus Epiſcopus in Piſis finem univerſae carnis eſt ingreſſus. (*Mortuus eſt igitur anno MCCCXII. non autem ſequenti, ut ſcribit Vghelius*) Vnde recordor, quod Imperator praecepit fieri inſtrumentum, quod fidelitatem Cortonenſium receperat ſalvo iure Eccleſiae Arretinae, nondum tamen ſibi declarato nec oſtenſo. De Cortona venimus Arretium, qui ipſum cum gaudio receperunt & fidelitatem fecerunt. In illo loco fere omnes renovaverant iuramenta, aliqui perſonaliter, aliqui per Syndicus, qui Domino Pandulpho, & mihi iuraverant. In Arretio publicaverant proceſſus, quos publicari mandaſtis in praeſentia Imperatoris, quidam Abbas Arretinus, & Praepoſitus Eccleſiae, ſecundum quod Cardinales eis mandaverant, & Dominus Imperator cum reverentia audivit. Vtrum in civitate Tiburtina, vel in Cortona, vel in Arretio, inceperint citationes Regis Roberti, & multarum perſonarum, & civitatum rebellium non recordor; ſed memoriam habeo, quando hoc in Roma tractabatur, quod Auditores ſacri palatii, de quorum conſilio ſpecialiter omnes tales proceſſus ſiebant, dixerunt Imperatori, quod initiare & mediare & terminare talia oportebat in terris imperii. Bene imaginor ego, quod in altero praedictorum locorum factae ſunt primo citationes ante Florentiam, & apud Sanctum Caſſianum, ubi diu fuimus, & in Monte Imperiali diutius, factae ſunt multae declarationes, & dilationes, & talia huiuſmodi neceſſaria, quae ego ignoro, cum de iure nunquam lectionem audiverim; de quo doleo multum. (*De his citationibus vide ſuperius pag. 124.*) In civitate Piſana Regis Roberti, & bonorum ſuorum, & civitatum multarum rebellium imperii, necnon Comitum, Baronum, & multarum ſingularum perſonarum imperii, & civitatum Eccleſiae, qui fuerunt perſonaliter in Roma, in Lumbardia, & in Tuſcia contra Imperatorem, ſententiae diffinitivae ſunt datae ſecundum qualitatem perſonarum & locorum &

De

quan-

Digitized by Google

quantitatem culparum. Et omnia iſta ſcripta publice, & ab omnibus poſſunt videri. In proceſſibus praedictorum, diu antequam ſententia daretur, voluit Imperator, quod ſui Clerici iſta tractantes, & Bononiam, & alibi in Tuſciam, ubi litterati viri reperiuntur, mitterentur ad videndum & aeſtimandum, ſi in praedictis vel in aliquo praedictorum, eſſet aliquis defectus: quia ſi defectus propter negligentiam eorum, qui talia ordinabant, fuiſſet inventus, promiſit eis quod de vita & honore eorum non eſſent ſecuri. Ante ſententiam aſſecuraverunt Imperatorem, quod in proceſſibus nullus eſſet defectus, & hoc vellent ſecundum iura ante omnes Clericos mundi ſuſtinere. Dominus, qui alias viderat eorum opinionem de coronatione ſui poſſibili alibi quam in ſancto Petro bonam, prout in litteris veſtris continetur, quod licuit atque licet, licet plures Clerici dominorum Cardinalium ſentirent contrarium; non dubitavit quod in proceſſibus eſſet defectus, ex quo per tantos & cum tanta diligentia erat examinatum & cum tanto periculo eorum eis noto, ſi in eis defectus aliquis inveniretur. Poſt haec ipſemet in iuſtitiae, ſicut in mea conſcientia credo, ſententiam protulit, ſed non ſimul de omnibus, nec in eodem die, licet in eadem civitate, prout mihi videtur ad praeſens, & in mea conſcientia adhuc ſentio, quod audacius de maioribus & magnis executionem ſententiae feciſſet, ſi potuiſſet, quam ſcripto & verbo protulerit, in hoc Deo credens placere. De minoribus & multitudine non credo, propter ſuam maximam compaſſionem & miſericordiam; quod de ipſis quantum ad omnia, ſi potuiſſet, executionem iuſtitiae feciſſet, ſed quantum ad aliqua credo. De Arretio receſſit Dominus Imperator circa feſtum Nativitatis Beatae Virginis; & prima nocte fuit in comitatu Florentino ante caſtrum Montis Warchi. Homines caſtri mane fortiſſime defenderunt ſe contra inſultus Theotonicorum. In veſperis duo fratres Praedicatores de conventu Florentino, quorum unus fuit de illo loco, & quidam cives Arretini habentes in dicto caſtro amicos, intraverunt ad eos, & eis pericula oſtendentes, eos induxerunt ad obedientiam, quam in mane fecerunt, miſericordiam Imperatoris deprecantes, quod in corpore & in rebus vellet eis parcere, quod & fecit. Altera die venit Imperator ad caſtrum S. Iohannis. Et poſtquam viderunt illi de caſtro, quod aqua quae per viſum tranſibat ab eis removebatur, nec impedire poterant aliqualiter ante eorum deſtructionem, mediantibus tamen quibusdam patriotis, caſtrum reddiderunt ad omnimodam voluntatem ſuam faciendam. Ibi erant circa quinquaginta nobiles bene in equis ſtipendiarii Florentinorum, natione Cathelani, ad cuſtodiam caſtri miſſi, ignorantes voluntates eorum, quando Mareſcalcus intravit, & eos captos, dimiſſis equis eorum, & armis indigentibus, ad Imperatorem adduxit; qui, licet plures inſtarent quod ſuſpenderentur, quia meruerant ratione cuiuſdam ordinationis & proclamationis factae, quod quicunque infra certum tempus cum ſuis rebellibus inveniretur ratione ſtipendii, quod puniretur ſicut rebellis & hoſtis; item dicebant, quod ſi illos primos captos ſuſpenderet, nullus de eorum ſociis auderet ſe ponere in alio caſtro firmo, & per hoc rebelles Tuſci ſibi obedirent, qui ſolum in potentia & virtute Cathalanorum ſuorum ſtipendiariorum confidentes, non in ſemetipſis, qui miſeri ſunt in armis, contradicunt; nullo modo voluit ſuſtinere quod morerentur, ſed ipſos cum aliis de illis partibus captos de Roma poſt ſe in magna miſeria duci fecit, & in feſto Nativitatis Chriſti, ad preces meas & aliorum meliorum me, eis compatientium, apud Sanctum Caſſianum liberos dimiſit. Non tamen eis bona, videlicet equos & arma, reſtituit; quia bene petitum fuit ab aliquibus melioribus, ſi vellent cum eo manere & ſibi ſervire, qui cauſam contra Florentinos habebat, ſicut ſerviebant Florentinis, qui nullam iuſtam cauſam habebant, qui inobedientes domino ſuo erant; aliqui dixerunt quod ſic, aliqui quod non, cum eſſent ſubditi Regis Roberti, qui eos miſerat. Poſtea ab aliquibus fuit dictum, pro meliori, quod nullus eorum teneretur. Altera die venit in Phiguino, (*hoc eſt, Figline*) pulcherrimo loco ſine muris, quaſi ab incolis dimiſſo propter timorem. Ibi pernoctavimus uſque mane. Et tunc verſus caſtrum Anciſae fortiſſimum, in quo erat tota militia Florentiae poſt tertiam venimus. Pons erat ibi ſuper aquam nullo modo cum equo meabilem. Prope caſtrum ſuper illum pontem, & circa muros, & portas, erant Florentini armati pulcherrime, & multi, &, ut dicebatur, in duplo quam nos: quia tunc in equis pauci eramus, & nulli pedites armati. Et quia non fuit via nec per aquam, nec per pontem; nec bellare poterant, niſi illi de locis ubi erant deſcenderent; ſupra caſtrum per montem ſine via, ubi non dicebatur per incolas quod aliqualiter poſſemus aſcendere nec tranſire, ivimus, & prope caſtrum ex alia parte verſus Florentiam venientes, exiverunt illi de caſtro in cauda exercitus, & fuit ibi durus conflictus nobilium, & multi mortui Cathalani, & Florentini per gentem Imperatoris fuerunt, &, ut ab omnibus poſtea fuit dictum, ſi feciſſet ante dictum caſtrum Anciſae, in quo tunc erat flos militiae Florentinae & Tuſciae in maximo numero hominum, ipſe vicerat Florentiam, quia omnes boni erant ibi, & maximus numerus hominum, & locus ſtrictus, & male de victualibus munitus. Florentini exteriores (*hoc eſt, Fuoruſciti*) de-

dederunt ſibi aliud conſilium, quod directe Florentiam iret, & ſtatim eam caperet, quia omnes, qui poterant eam defendere, erant in illo caſtro Anciſae, ſicut verum erat. Mane verſus Florentiam ivit. Sed per aliam viam Florentini receſſerunt ſcientes ultra aquam, quia pontem habebant, de nocte, & ante Imperatorem pervenerunt. Et tamen poſt eos ita cito venit Imperator, quod quando applicuimus ante Florentiam, ſcio quod carnes inveniebantur ad ignem in ollis, & lecti facti, & nihil adhuc erat remotum; & hoc probavi in hoſpitio; in quo fui. Poſtquam venimus ante Florentiam, omnia mala, quae per gentem Imperatoris potuerunt fieri in eorum diſtrictu & territorio, facta per ignem & per deſtructionem & per arborum ſuorum abſciſſionem. Poſt paucos dies ab adventu ſuo dominus Imperator fuit infirmus continua vel duplici tertiana, & de hoc erat dubitatio inter Medicos. Ibi primo incepit creſcere in hominibus de partibus Tuſciae & de Marchia. Non tamen unquam fuerunt tot in armis, quin Florentini & eorum liga, quae ibi convenerat tam de Tuſcia quam Bononia, & Romandiola, & Marchia, & de Peruſio, & quibuſdam aliis terris Eccleſiae, pro uno, ut dicebatur, fuiſſent tres in bonis equis, & pro uno pedite armato decem armati vel plures. Ego recordor frequenter, quando Medici deſperabant de Imperatore, plures, qui iam ſibi ſerviverant diù cum eorum expenſis, volentes ſibi providere in hyeme, receperunt licentiam ad tempus certum; & poſt eorum receſſum, quia iam ad decem milliaria non inveniebantur victualia, oportebat cum magna comitiva ire pro victualibus propter periculum, quod aliquando, ut dicebant, qui talia ſcire debebant, non remanebant homines trecenti bene in equis ab aurora uſque ad veſperas cum Imperatore pericoloſe ſic infirmo. Et bene erat mirabile, niſi Dominus cuſtodiviſſet Imperatorem cum ſuis, quomodo alii tot in numero & infra ſuam civitatem potentes non maiora damna faciebant aliis, cum tamen fere omni die non generaliter alicubi exirent, ſed ſtatim quod inveniebant, reſiſtentes ad civitatem revertebantur. Ibi de comitatu eorum & diſtrictu ad obedientiam venerunt tam de valle de Seva, quam de valle de Greva, & pluribus aliis contratis verſus Arnum, pluſquam quadraginta caſtra, & meo iudicio plus timore quam amore. Timebant autem ne ſpoliarentur per Theotonicos: & poſtquam obediverant, erant ſecuri, & veniebant ad exercitum, vendebantque bona ſua in duplo quam valerent. Domino Imperatore ſic debili, iterum praedictus Ricardus Hugueti venit ad exercitum miſſus per iſtos maiores de Florentia ad tractandum de pace & concordia, ut prius, excuſans eos quantum potuit, licet non bene, praedictos, quare non venerant vel miſerant

rant in Vrbem veterem, prout promiſerant; & reincepto tractatu de novo propter plures mutationes in praedictis, poſt plures dies quaſi concordes omnes illi ſecretiores de conſilio cum praedicto Confeſſorem ſuum vocaverunt ut ipſum induceret ad faciendum pro pace illud quod talibus, de quibus magis confidebat, pro meliori videbatur. Praedictus Confeſſor ſatis laboravit, ſed parum profecit. Omnia, quae volebat totum conſilium habere, quae poſſibilia erant & honeſta eorum iudicio, a Tuſcia rebellibus concedebantur, hoc excepto quod in terras non intraret in iſta novitate, ſed bene Vicarium mitteret unum ſingolarem, quem petebant, de quo Domino Imperatori plus placebat, quam de alio Vicario. Sed nullo modo voluit conſentire, niſi intraret, ſi vellet, dicens quod gratiam & miſericordiam haberemus ab eo pro ipſis quantum vellemus, ſalvo tamen honore ſuo, qui nullo modo eſſet in tali pacto, quod neceſſitatus eſſet non poſſe intrare, ſi vellet, in ſuis civitatibus, nec ipſe iudicabat quod ſui rebelles quaererent aliud niſi ſuum receſſum ad tempus, poſtea de facili impedirent eum ne intraret, quia introitus per iſtas partes ſine mari in Tuſcia ſatis ſunt graves, & per mare non ſemper homo vadit quando vult, & magnam multitudinem ſimul per mare trahere ſumptuoſum eſt multum. Quando plura damna in illa parte non poterant fieri Florentinis, nec victualia amplius inveniebantur, quia in principio ſicut fatui per ignem granum & paleas, & per effuſionem vinum & oleum deſtruxerant, in vigilia Omnium Sanctorum de illo campo receſſit Imperator, & tranſivit aquam his diebus ſatis magnam de clara die, in quanto periculo, illi ſciunt qui viderunt. Si alii in aliquo cor habuiſſet, cum poſſet ad quamcunque partem voluiſſent eum eorum conſortio percutere, nec alia pars aliam poterat iuvare, cum una eſſet citra aquam, alia extra, & alia infra, aqua fuit profunda, & tranſitus longiſſimus, & alveus altiſſimus, ita quod iudicio tranſeuntium decem bonae balliſtae ſuper alveum exiſtentes nos omnes impediviſſent, quia a nobis non poterant offendi gladio vel lancea propter profunditatem aquae prope alveum, & ipſius alvei altitudinem. Deus voluit quod ſic fieret, prout credo, quia illi ſapientes milites, qui praedicta conſideraverunt, hoc ſemper timebant. Cum adhuc nullum remedium poſſet videre, vaſtando comburendo aliam partem, ultra aquam fecimus feſtum Omnium Sanctorum & Animarum in uno caſtro illorum de Bardis pleno mulieribus nobilibus, & infinitis divitiis de illa contrata. Mulieres nobiles illius ſocietatis pro maiori parte ſe, pueros, & bona eorum recollegerant propter ipſi fortitudinem, ubi erant muri altiſſimi, & foſſatum latiſſimum, & profundiſſimum, plures

fer-

ſervitores locum cuſtodientes cum multis baliſtis. Ad primsm invaſiunem ſalva vita eorum. caſtrum reddiderunt. Dominus Imperator voluit, quod illas dominas nobiles honeſti viri eas ducerent decenter ad quaecumque loca ire vellent cum eorum pueris, qui de msiuribus & dicioribus Florentiae erant nsti, & magis ſibi in civitate contrariis. Toſcia Guibellinis, qui pueros noſcebant, diſplicuit de eorum liberstiune dicentes, quud credebant, quod ſi Dominus teneret puerus cum eorum matribus, mariti earum & patres eorum cito ad obedientiam venirent. Dominus nullo modu eos voluit retinere, ſed liberus miſit eos. In craſtino Animarum receſſit Imperator de illo caſtro. Et puſt ſuum receſſum ſtatim ibi poſitua fuit ignis. tunc comburendo illam patriam uſque ad ſanctum Caſſianum prope Florentiam ad ſex millaria. Ibi poſuit caſtra ſua. Villa fuit valde bona & plena omnibus bonis. Ibi remanſit oſque poſt feſtum Epiphaniae. Circa illum locum erant molta caſtra fortia. Aliqua combuſſit, aliqua retinuit, ſicut Lucardum, ubi fiunt boni caſei, & caſtrum ſanctae Mariae Nuvellae, in quo cepit dominum caſtri poſtqoam per aliquos dies ſe defenderant, qui vocatur Contardua filiut Domini Iohannis Filache. Dicitur quod pater cum filio in terra Delphini & circa Rhudanum habent ploſquam centum milia florenorum, & ſunt de magnis hominibus Florentiae. Plures Domino Imperatori conſulebant, quud de iſtu faceret iuſtitiam ad terrorem aliorum Florentinorum: quia ſi iſtum decapitaret, alii nunquam auderent ſe ponere in caſtris, timentes ſimilem ſenrentiam, ſi capereutur, & ſi non vellent ſe ponere in defenſione caſttorum, neuquam inveniretur ſtipendiarius, qui auderer ſe ponere, ex quo illi, quorum ſunt caſtra non auderent, & ſic de facili omnia caſtra lucrarentur, quibus habitis, civitates nullo modo ſe tererent. Miſericurdia motus Imperator, quia fuit pulcher iuvenis, & multi quaerebant murtem ſuam, ipſum extra carcerem dimiſit, primo tamen poſitis duobus ſuis filiis obſidibus pro eo. Poſtquam exivit carcerem, fecit ſibi fidelitatem, & Dominus indulſit ſibi omnia, ſi fidelis inveniretor. Accepit licentiam eondi in Flotentiam, credens eus indoceret ad obedientiam poſtquam eis conditionem Imperatoris narraſſet, quomodo erat ſanctus & miſericors. Reverſus eſt, & nihil fecit. De quo doluit, ot dicebat. Plures voluiſſent obedire, ſed quidam impediebsnt, ſiugentes multas litteras, quas ſalſas ipſe Dominos repotabat, miſſaa eis de iſta curia veſtra, ſed non de veſtro conſenſu, dieebat, qoomodo virliter ſe tenerent, quia per veſtram Sanctitatem cito conſortare eos procurarent. Iſti mendaces, qui ſic popolum inducebant ut pacem nollent, pro confirmstione praedictorum Dominum Epiſcopum Florentinum (*Antanium Vrſi*) in exemplum ponebant; qoi de Concilio (*Vienuenſi anna MCCCXI.*) reverſus, & intentionem veſtram ſciens, erat de primis armatus cum ſuis Clericis, & plus confurtabat eos publice in ſermonibua, quud nullo modo ipſi, qui erant liberi, ponerent ſe in ſervitutem, & cogitarent diligenter quid de ipſis facerent inimici eurum, dum intrarent Florentiam ipſis poteutiores, ratione Theotonicorum, qui eus ſemper contrs ſuos vicinos iuvarent. Haec & plura alia de Florentia diverſia in exercito ſcribrbantor, quae uunquam credidit, ſed falſa ſemper dixit, & quod talia inveniebantur ad inducendum populum ut facilius pecuniam ſolveret, qui iam erat ſic illis diebus gravatos quod pro defectu ſolutionis plures domus & magnae continue deſtruebantur. Et iſtud ſentio ego in conſcientia mea. Et hoc movet me. Cum ſemel unum Frstrem Minorem, de Florentia natum, miſi ad Epiſcopum Florentinum, & omnia praedicta ſecrete ſob litteris credentiae mandavi ſibi, quod talia de eo dicebantur, & quod ipſe talia generaliter & publice dicendo curiam Romanam totam diffamabat, vos autem merito contra eum turbari deberetis, qui eis & omnibus aliis civitatibus veſtras litteras miſeratis, quod obedirent, & qood Ssnctitati veſtrae ego praedicta ſignificaveram, tunc per dictum Fratrem Minorem mihi mandavit quod numqusm a vobis, nec ab aliquo Cardinali aliquid de huiuſmodi materia haberet in mandatis, nec pro oec contra in dicto Concilio fuerit ab aliquo attentatum: multa erant alia, circa quae erat occopatus ſine iſtis. Subiunxit poſtea, quod ipſe erat Guelphus & de Guelphis natus & per eos promutus. Vnde ſi eos diligebat, non debebam admitari; quia ſciebat, quod ſi Guebelini reverterentur & poſſent, quod ipſum & domom ſuam deſtruerent. Prsedicta ego retuli Domino; qoi libenter audivit, & vuluit quod iſta publicarentor, ne tslibus mendaciis crederent. Multae valles & plurs caſtra in ipſis illis diebos venerunt ad obedientiam, & perſonaliter in exercitu erant, & victualia adducebant, & plus iudicio meo timore quam amore, ſicut poſtea apparuit per effectum: quia ſtatim quod exercitus fuit ab eis elongatus, plures ex eis reverſi fuot ad obedientiam Florentinorum. His diebus Dominus Imperator dedit Comiti Sabaodiae civitatem Aſtenſem cum comitatu; & omnis ſua privilegia a ſuis praedeceſſoribos ſibi vel ſoia data, ſive eſſent Reges, ſive Imperatores, confirmavit; & fecit eum Principem de novo. & approbavit qoitationes, quas fecerunt nepotes ſui, & pacta inter ipſos confirmavit, & ſi minos iuſte ipſe ratione quacunque comitatum poſſideret, coofirmavit & de novo donavit. In eodem etiam loco dedit Domino Roberto Flandriae Caſale in Lombardia in feodum, & uſqoe ad valorem quatuor milium floreno-

rum in redditibus magnia prope locum illum, In eodem loco pluribus Tuſcis nobilibus plura dedit caſtra in feodum, ſic tamen quod eſſet ad beneplacitum ſuum & imperii, Et hoc fecit de omni feudo, quod dedit alicui Italico, ubicunque fuerit, timens ſemper de eorum mutatione quantum ad fidelitatem propter ea, quae videbat in multis aliis Comitibus & nobilibus, qui totum quod habebant, ab imperio, tenebant, & fidelitatem Domino Paudulpho & mihi fecerant nomine Domini, & tamen tunc ſicut nunc erant cum Florentinis. Vnde quia oportebat ipſos privare via iuris, dicebat Imperator, quod in donis, quae Italicis daret, nolebat, quod proceſſus iuris eſſent neceſſarii, ut magis ipſi ad infidelitatem inclinati timerent eorum bona perdere. In eodem venit unus nobilis de Senis tunc Poteſtas Piſtorienſis, & vocitur Binchius de Salinbenis, vir eloquens, ſicut recordor me dividiſſet ſecularem. Iſte erat vir dives, dicens quod habebit auctoritatem ex parte totius ligae Tuſciae tractandi de pace, & ſi aliae civitates nollent pacta convenientia, ipſe tamen volebat pro ſua, Non credo, quod ipſe tunc aliquid ſciverit de alio tractatu, ut in verbis ſuis videbatur, eius plura petebat ſic diverſa ab aliis petitionibus concordatis quod nobis conſtabat quod Dominus ad talia nullo modo inclinaretur. De illo loco receſſit Dominus Robertus Flandriae, & Dominus de Blanqueneham. Et licet haberent cauſas ſufficientiſſimas, ut Domino praetendebant, tamen cum beneplacito Domini & licentia non receſſerunt. Dicebat autem, quod cum eſſet in medio inimicorum ſuorum & in campis, ille non erat conſanguineus ſuus bonus, qui ipſum in medio inimicorum ſuorum dimittebat & in periculo tanto, & plura alia oſtenſiva quod male faciebant quod ipſum ſic dimittebant. Ad alium locum venerunt Piſani in magno numero peditum & equitum, & de eodem loco receſſerunt diu ante nos. Poſtquam non inveniebantur plura victualia circa Sanctum Caſſianum, Dominus Imperator receſſit verſus Podiobuvis (*legendum*, *Podiobanitis*) inter Senas directe & Florentiam & ſanctum Miniatum, & ibi Montem quem vocavit Imperialem, praecepit aedificari & per incolas habitari, Qui libenter hoc fecerunt, cum alias ibi ſecuri exiſtentes, multis annis per Regem Karolum Caſtrum eorum fuiſſet destructum; & per Florentinos condemnatum, quod amplius non habitaretur, In eorum loco in Caſtro Imperiali Dominus dedit Domino Henrico Flandriae ſuo Mariſcalco civitatem Laudenſem cum comitatu; & ſi non valeret decem milia florenorum in redditibus, volebat quod in locis propinquioribus eidem aſſignarentur uſque ad decem milia florenorum, & fecit eum Comitem Laudenſem. Ibidem Comiti de Foreſio dedit caſtrum de Suczino in Lumbardia; & quatuor milia florenorum; magis prope caſtrum non valeret. Ibidem omnibus militibus citramontanis non Theotonicis inter duo milia florenorum & trecentos. Iſta fuerunt extrema, quia nullus habuit pluſquam duo milia, & nullus minus quam trecentos, Dedit huiuſmodi feodum ſecundum conditiones eorum. De huiuſmodi feodis praedictis & Comites & alii tenebantur facere ſervitia imperio ſecundum modum & formam, quam faciunt illi qui habent feoda talis in regno; licet eis modus & forma gravis & dura videatur aliquibus; & pluribus aſſignavit eis in illis partibus extra & circa caſtra magis prope ſummam datam. Et quia non tot erant caſtra in ſua obedientia ſicut milites, eis aſſignavit de ſua camera recipere annuatim donec in Italia in aliquibus locis certis eis praedicta aſſignaſſet, Omnibus Theotonicis militibus, paucis exceptis, in Alemannia in ſuis partibus alias terras in feoda aſſignavit ſecundum conditiones & merita perſonarum. His diebus Senenſes Auguſtinianos primo, poſtea Praedicatores, poſtea Fratres ordinis Camaldulenſis, miſerunt ad inveniendum aliquam viam pacis, & ſecundum ea, quae petebant, nihil eſt conſummatum. Tamen illi, qui tunc regebant, ſupplicaverunt Imperatori, quod me vellet mittere ad eos ad tractandum aliquam bonam viam. Et quia nolebant, quod aperte ego irem, ſed occulte, Domino non placuit, cum non eſſet honor ſuus, ut dicebat. Litteras plures habuerat de Senis, quod ad tractandum occulte nullum mitteret, ſi vellet pro ſe habere bona pacta, ſed aperte quemcunque vellet mitteret, cum populus tunc pacem deſideraret; ſi pax non fieret, ex quo gratiam Dominus Imperator eis volebat facere, & hoc publice populo diceretur, quod omnes pacem impedientes eſſent ad clamorem populi in periculo. Regentes noluerunt, quod aperte ego irem, timentes praedicta, & Imperator noluit quod ego irem occulte. His diebus prope Montem Imperialem ad unum miliare, ad duo, vel ad tria, in tribus caſtris maior pars ſtipendiariorum Tuſciae erat, & propter offenſionem gentis Imperatoris, quae victualia de Caſulis venientia conducebat, illi, qui erant in caſtro Collis prope ſanctum Geminianum in uno campo molli aliquos interfecerunt, & alios acceperunt; inter quos fuit unus Imperatoris conſanguineus Dominus Aymo de Albomonte captus. Hac vice excepta, nec vidi nec audivi, quin ubique perderent Imperatoris rebelles. Ipſum ſuum conſanguineum cum omnibus captis pro tribus milibus florenorum redemit Imperator, Mortui fuerunt inter omnes circa triginta, nullus tamen miles, Et quia Quadrageſima erat, & piſces non inveniebantur, & iam propter moram longam victualia male, quia illi de illis tribus caſtris, qui forte erant plures quam nos, deſtruebant illos qui Imperatori obediebant

bant, & nos alios, licet cum difficultate poſſet Imperator induci ad recedendum, tamen illud pro ſuis gentibus coegit eum, quod cogit lupum aliquando de ſilva recedere. Iam enim ſui iverant bis ante Senas, & totum erat apportatum quicquid erat inventum pro victualibus. Dimiſſo Monte Imperiali firmato lignis, & portis factis, & pluſquam mille hominibus habitantibus, pedites & equites ſuis dimiſit, quot ad cuſtodiam patriae neceſſarii videbantur. Et licet de illo loco eſſet via eundi in Piſas ſine periculo, tamen, quia longior erat quam recta, in qua erat maximum periculum, paucis videlicet, aut nullis conſentientibus per medium inimicorum per eorum diem equitavit, hoc eſt, inter Sanctum Geminianum, Caſtrum Florentinum, & Sanctum Miniatum, & quicquid combuſtile invenit combuſſit, & in via unum caſtrum fortiſſimum accepit de diſtrictu Sancti Miniatis. In continenti poſt illud caſtrum intravit comitatum Piſanum. Tunc omnes fuerunt ſecuri. Hactenus *Nicolaus* Epiſcopus Butheontinenſis.

Sed quoniam Eccleſiae & Plebis S. *Lazari* Lucardi Epiſcopatui Florentino obnoxiae mentionem fecimus, iuvat heic ea omnia, quae de Eccleſiis, in quibus ius ſpeciale habet idem Epiſcopatus, in laudato Regeſto continentur, in medium adducere, exceptis iis, quae ad Monaſterium Sancti Miniatis ſpectant, quae iam excerpſimus & protulimus ſuperius *pag.* 50.

Eccleſiarum &c.

Qualiter Monaſterium de Ghignoro tenetur ſolvere annuatim pro cenſu perpetuo Epiſcopatui Florentino quinque libras cerae in feſto Sancti Ioannis. Carta manu Iacobi Notarii ſub milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto, duodecimo Kalendas Auguſti, Indict. tertiadecima.

Qualiter quaedam iura, quae habet Epiſcopatus Florentinus in Monaſterio de Montignano circa obedientiam praeſtandam per Abbatiſſam, & Moniales dicti Monaſterii Epiſcopo Florentino, ſuper quibus omnibus habet Epiſcopus Florentinus plura inſtrumenta, & acta, & proceſſus.

Qualiter Monaſterium Sanctae Mariae Florentinae habuit ab Epiſcopatu Florentino Eccleſiam Sancti Proculi, & certas decimationes, pro quibus annuatim tenetur, & debet ſolvere dicto Epiſcopatui nomine cenſus perpetui, ſolidos quinque bonorum denariorum, & expendibilium. Et de his habet Epiſcopatus praedictus plura publica inſtrumenta inſimul ligata, de quibus in fine huius partis Eccleſiarum fit plenior mentio.

Qualiter Eccleſia Sancti Sepulcri de Monticello prope Florentiam donata fuit Epiſcopatui Florentino, & ipſa Eccleſia totaliter pertinet ad reformationem Epiſcopi Florentini, & nomine cenſus perpetui ſolvit annuatim Epiſcopatui Florentino quatuor libras olei. Et de his habemus plura publica inſtrumenta antiqua, & nova, & ſpecialiter inſtrumentum recognitionis de dictis quatuor libris olei, ſcriptum manu Ser Biodi Romei de Calenzana Not.

Qualiter Eccleſia de Padule Plebatus Plebis de Sexto tenetur, & debet annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui pro quibuſdam terris dictae Eccleſiae conceſſis per Epiſcopum Florentinum in feſto Sancti Ioannis de menſe Iunii, denarios viginti quatuor, bonos, & expendibiles. Habemus originale inſtrumentum, manu Ugonis, & Florentii Notariorum ſub anno Domini nongenteſimo nonageſimo, de Menſe Maii Indictione tertia, cuius originale habemus exemplum in publica forma ſubſcriptum per plures Notarios.

Qualiter Plebs Sancti Stefani tenetur ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui pro reſedio, ubi ſita eſt dicta Plebes, & pro aliis reſediis ſibi Plebi collatis ab Epiſcopo Florentino, quatuor ſtaria grani, unam ſalmam vini, duos panes, & ſex denarios. Carta manu Margheriti Notarii ſub anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto, Kalendis Iunii, Indictione XII.

Qualiter Abbatiſſa, & Conventus Monaſterii Sancti Donati de Turri, reſtituerunt Epiſcopatui Florentino Monaſterium Sanctae Criſtinae de Sancto Caſſiano cum omnibus bonis ſuis. Carta Manu Aldobrandini Romei de Calenzano Not. ex imbreviaturis Ser Sinibaldi Alberti Not. ſub milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octavo, Indictione duodecima, die IX. Novembris.

Qualiter Dominus Iohannes Epiſcopus Florentinus tranſtulit Monaſterium, & Moniales Sancti Donati de Turri ad locum, ubi modo eſt dictum Monaſterium, & conceſſit eis dictam Eccleſiam, pro qua conceſſione tenentur annuatim ſolvere Epiſcopatui Florentino in feſto Sancti Ioannis unum cereum unius librae. Carta manu Bonviante Brunetti Not. ſub milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, Indict. nona, nono Kalendas Octobris.

Qualiter Plebs de Campi tenetur ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui pro quibuſdam terris, & iuribus ſibi collatis per Epiſcopatum Florentinum ſolidos quatuor, de quo habemus plura publica inſtrumenta.

Qualiter Plebes de Celi Aula tenetur annuatim ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui ſoldos ſex in feſto ſancti Ioannis. Habemus de hoc inſtrumentum cuiuſdam Compromiſſi, & Laudi ſcriptum manu Rainerii Moſſei Not. ex imbreviaturis Ser Riſtori Biaſciabecchi Not. ſub milleſimo ducenteſimo ſextodecimo, nonis Decembris Indict. quinta.

Qualiter Plebes Sancti Caſſiani de Padule debet annuatim ſolvere Epiſcopatui Florentino pro cenſu quarumdam terrarum, & iurium, quae tenet ab Epiſcopatu in feſtivitate Sancti Ioannis ſoldos ſex. Habemus inſtrumentum originale dicti cenſus.

Digitized by Google

ſut ſtriptum manu Ioannit, & Siberti, & Vgonis Notariorum tum ſubſcriptione Epiſcopi, & Canonitorum Florentinorum, anno decimo Imperii Octonis, menſe Octubrit, Indictione Sexta. Et habemoe exemplum d. Originalit in publicum formam reductum per Reuerium Notarium, cum ſubſcriptione plurium aliorum Notariorum. Haec Indictio VI. concurrit cum anno decimo Imperii *Ottonit IV.* & anno Aeras Chriſtianas MCCXVIII.

Qualiter Michael Prior Eccleſie Sancti Roſfininni de Monte Sancto recognovit Epiſcopatum Florentinum in Patronum dicte Eccleſie, & promiſit annuatim ſolvere Epiſcopo predicto nomine cenſuc perpetui in feſto omnium Sanctorum ſolidos decem octo. Carta manu Ser Bindi Romei de Calenzano Not. ſub milleſimo treceuteſimo decimo, Indict. IX. die quartodecimo menſic Iannarii. Et debet etiam dicta Eccleſia ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui pro cenſu perpetuo ſoldoc tres.

Qualiter Monaſterium de Monte Scalario tenetur ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſuc perpetui pro quibuſdam bonic, quae habuit ab Epiſcopatu, in feſto Sancti Ioannit de menſe Iunii . . . . . , Carta manu . . . . ſub milleſimo centeſimo tertio, octava Kal. Iulii Indict. undecima, cuius originalis habemus exemplum cum ſubſcriptione plurium Not.

Qualiter Epiſcopus Florentinus habet iuc unicum, & plenum conferendi, tamquam unicus Dominus, & Patronus, Eccleſiam de Loncuſtro. Habemus de his plura inſtrumenta locata, & conlocuta manu Aldobrandini Romei, & Franciſci de Barberino, & Benedicti Magiſtri Martini Not. conſecta diverſis temporibus.

Qualiter Epiſcopus Florentinus debet annuatim recipere, & habere pro quibuſdam decimationibus nomine cenſus perpetui a Plebe de Filectole in feſto Sancti Ioannis de menſe Iunii ſoldos quinque. Carta manu Vgonit Not. & alia carta manu Alberti diverſis temporibus.

Qualiter Plebes Sancte Maria in Poneta debet annuatim ſolvere Epiſcopatui predicto de menſe Iunii pro cenſu terrarum, & decimationum, quas habuit ab Epiſcopatu Florentino, ſoldos duodecim. Carta manu Andree, & Radelandi Not. tempore Imperatoris Octonic, cuius originalis inſtrumenti habemus exemplum tum ſubſcriptione plurium Notariorum. Si hic Otto Imperator, eſt quortus; eius Imperium coepit anno MCCIX. & defecit anno MCCXVIII. Videntur autem haec ut plurimum facta ſub imperio *Ottonis IV.* ſub quo *Ioannes* Valiturnus Epiſcopus fuit, & res prope dilapſas Epiſcopatus Florentini in meliorem ſtatum redigere adgreſſus eſt, ut notat etiam *Borghinius.*

Qualiter Eccleſia Sancti Stefani de Lucente tenetur annuatim ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine fictus perpetui ſex ſtarin grani, & unum par capponum, & de hoc habemus plura publica inſtrumenta ſcripta manu plurium Notariorum ſub diverſis temporibus.

Qualiter Plebes Sancti Martini de Sextotenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui in feſto Sancti Ioannis ſoldos quinque. Carta manu Petri, & Andree Not. tempore Imperatoris Octonis, cuius etiam originalis habemus exemplum cum ſubſcriptione plurium Notariorum.

Qualiter Eccleſia Sancti Martini de Pe... Plebatus Acunis, tenetur, & debet ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino unam Albergheriam, & unum ſtarium ordei, & unum fruſtum carnium porcinarum. Habemus duo publica inſtrumenta recognitionis facta per Rectores ipſius Eccleſie, unum manu Guiglielmi Ioannis Not. ex imbreviaturis Ser Ioannis Perfecti Not. ſub milleſimo ducenteſimo octuageſimo octavo, Indict. prima, die vigeſimo nono Septembris; & aliud manu Ser Iunte Brundi ex imbreviaturis Ser Franciſci de Barberino Not. ſub MCCCIII. Indict. I. die XXVII Iunii.

Qualiter Epiſcopatus Florentinus debet annuatim recipere, & habere in feſto Sancti Ioannis ab Hoſpitali de Monte Trepaldi duos denarios Lucenſes nomine cenſus perpetui. Carta manu Petri Not. ſub milleſimo centeſimo trigeſimo octavo die VII. Februarii, Indict. II.

Qualiter Plebes Sancti Petri in Boſſole tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino in feſto Nativitatis Domini pro terris, & iuribus Epiſcopatus, que tenet dicta Plebes nomine penſionis ſoldos tres. Carta manu . . . . . ſub MCXXI. Kalendis Iulii, Indict. XIV.

Qualiter Eccleſia de Loncaſtro tenetur annuatim perpetuo ſolvere Epiſcopatui Florentino octo ſtarios grani, & octo ſtarios panichi. Carta manu Iacobi de Cerreto Not. ſub milleſimo ducenteſimo quadrageſimo, quarto Kal. Novembris Indict. XIV.

Qualiter Epiſcopus Florentinus permutavit Eccleſiam Sancte Lucie omnium Sanctorum cum Fratribus Humilitatis de dicto loco pro Canonica Sancti Donati a Torri, de qua Eccleſia dicti Fratres debent annuatim ſolvere Epiſcopatui Florentino in feſto S. Ioannis Batiſte cereum unius libre. Carta manu Bencivennis de Rabiu Conina Not. ex imbreviaturis Iacobi de Cerreto Not. ſub MCCLI. Indict. IX. tertio Idus Septembres.

Qualiter Plebes S. Petri in Mercato debet annuatim ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui ſoldos ſedecim. Habemus de hoc laudum publice ſcriptum manu Reſtaori Not. ſub MCCXVII. XV. Kalendas Iunii Indict. V.

Qualiter Plebes S. Agate de Mucello debet ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino nomine penſionic ſoldos ſex. Carta manu Alberti Not. ſub anno Domini noningeſimo octuageſimo quarto, menſe Decembris, Indict. IV. Haec Indictio non reſpondet huic anno, quo vertebat Indictio XII.

Qua-

Digitized by Google

Qualiter Plebes S. Euſtaſii de Acone tenetur, & debet ſolvere annuatim nomine cenſus, & penſionis perpetue Epiſcopatui predicto in feſto S. Ioannis ſoldos octo. Habemus plura publica instrumenta recognitionum, & ſolutionum dicte penſionis, & cenſus factarum d. Epiſcopatui.

Qualiter Plebes S. Lazari, tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus, & penſionis perpetue de menſe Auguſti ſoldos dundecim. Carta manu Petri Notarii ſub DCCCCXXVI. menſe Iunii, Indictione XIV.

Qualiter Plebes de Signa tenetur, & debet dare & solvere annuatim Episcupatui predicto nomine census perpetui decem soldos. Carta manu Agiprandi Not. ſub anno Imperii Vgonis & Lotherii Imperatorum. Imperium *Vgonis &* Lotharii incepit anno DCCCCXXXI. & deſiit anno DCCCCXLVI.

Qualiter Plebes S. Ioannis Maioris, tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus, & penſionis perpetui in feſto Sancti Ioannis ſolidos decem ſeptem. Carta manu Petri & Loctiſredi Notariorum tempore praedictorum Imperatorum.

Qualiter Ecclesia Sancti Michaelis Berteldi tenetur & debet dare, & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino pro terris de Caſale in feſto Sancti Ioannis ſoldos duos. Carta manu Aconis Not. exemplata per Renerium Notariorum ſub MCLXXXXII. pridie nonas Decembris, Indictione XI.

Qualiter Plebes de Decimo tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino in feſto Sancti Ioannis octo ſolidos. Carta manu Petri Not. anno Imperii Octonis.

Qualiter Presbiter Boncompagnus Rector Eccleſie Sancti Romuli Plebatus de Septimo conduxit ab Epiſcopatu Florentino decimas, quas Epiſcopatui Florentino habebat, & recipere debebat in Parochia ipſius Eccleſie in perpetuum pro annuo fitto quinque ſtariorum grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu Guerriantis Not. ex imbreviaturis Benvenuti Manetti Not. ſub MCCXL. pridie Idus Decembris Indict. XIV.

Qualiter Plebanus, & Capitulum Plebis de Burgo Sancti Laurentii de Mucello, recognoverunt dictam Plebem pertinere ad collationem Epiſcopi Florentini, & dare, & ſolvere promiſerunt annuatim dicto Epiſcopatui nomine cenſus, & penſionis perpetue quatuor modios, & quatuor ſtaria grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu Giunte Brindi Not. ex imbreviaturis Ser Franciſci de Barberino Not. ſub MCCLXXXXIX. Indict. duodecima, die XVI. Iunii.

Qualiter Eccleſia Sancti Geminiani de Petrorio tenetur, & debet dare & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui denarios quinque. Carta exemplata per Vghettum Notarium, & ſubſcripta per alios Notarios ſub MCXXV. Indict. tertia, quarto nonas Aprilis.

Qualiter Eccleſia Sancte Marie de Grieve tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino unum congium vini. Carta manu Guerrantis Not. ex imbreviaturis Bentivehnis de Rabia Canina Not. ſub milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo, IX. Kal. Octobris, Indict. XIV.

Qualiter Eccleſia Sancti Michaelis de Caſtro Ponturmi tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui nomine cenſus ſoldos duos. Habemus duas cartas, unam antiquam manu Henrici Not. ſub MCCXVIII. tertio Idus Februarii Indict. VII. Et aliam novam manu Guiglielmi Not. ex imbreviatoris Ser Ioannis Perfecti Not. ſub MCCLXXXXIV. Indict. VII. die VI. Maii.

Qualiter Eccleſia Sancti Iuſti de Lucardo tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino nomine cenſus denarios duodecim in feſto Sancti Ioannis. Carta exemplata manu Rainerii Not. de ſuo originali ſumpta, & ſcripta manu Ioannis Not. ſub DCCCCLVII. Indictione XV.

Qualiter Plebes Sancti Vincentii tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino de menſe Iunii in feſto Sancti Ioannis octo ſoldos. Habemus de hoc plura publica inſtrumenta ſcripta per plures Notarios diverſis temporibus.

Qualiter Epiſcopus Florentinus contulit Hoſpitali de Domo quoſdam terras, & poſſeſſiones poſitas a Quarto, tenendas per ipſum Hoſpitale donec ſteterit ad opus Dei. Carta manu . . . . ſub milleſimo octuageſimo nono, Indict. decima, menſe Iunii.

Qualiter Epiſcopatus Florentinus habuit ſententiam contra Epiſcopum Senenſem de Plebe Sancte Agnetis ſita in Podio Bonitii. Habemus dictam ſententiam latam ſub milleſimo ducenteſimo nono. IV. nonas Aprilis.

Qualiter Epiſcopus Florentinus habet ius conferendi Eccleſiam de Vico Vallis Sevis. Habemus plura publica inſtrumenta collationum factarum de dicta Eccleſia diverſis perſonis per diverſos Notarios ſub diverſis temporibus.

Qualiter Epiſcopatus Florentinus inveſtivit Plebem de Pomonte omnibus decimationibus, & redditibus, quos habebat ibidem pro annua preſtatione certi fictus. Carta manu Galitii. Not. ſub milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto, IV. nonas Aprilis.

Qualiter Eccleſia Sancti Quirici da le Valli tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui pro quibusdam poſſeſſionibus conceſſis ab Epiſcopatu in Edomoda Nativitatis Domini denarios ſex. Carta manu . . . . . . ſub MCCCLXXV. XI. Kal. Septembris. Forte ſubeſt error in numero annorum; & legendum MCCLXXV.

Qualiter donata fuit Epiſcopatui Florentino medietas Oratorii de Cintorio anno Imperii. Hemi-

mini Lodovici Magni Imperatoris Francorum, & Longobardorum. Habemus exemplum de dicta donatione ex ſuo Autentico ſumptum. Habemus etiam inſtrumentum inductionis factae in tenutam ipſius Eccleſiae de Presbitero Curſo inſtituto ibi per Episcopum Anthonium, ſcriptum per Ser Bettum Ioannis Not. ſub MCCCX. die IX. Iulii. Habemus etiam plura alia inſtrumenta antiqua de iure Episcopatus in d. Eccleſia de Cintorio. Ludovicus, Magnus Imperator Francorum & Longobardorum coepit regnare anno DCCCXIII. & naturae conceſſit anno DCCCXL.

Qualiter Episcopus Florentinus confirmavit Priorem in Eccleſia, & Monaſterio Sanctae Annae diſtrictus Prati. Habemus plura publica inſtrumenta confirmationum factarum in dicto loco ſub diverſis temporibus.

Qualiter Episcopus Florentinus debet annuatim recipere, & habere in feſto Sancti Ioannis a Plebano, & Plebe de Grogole nomine cenſus perpetui duodecim denarios argenti. Carta manu . . . . . ſub milleſimo quinto, de menſe Iunii.

Qualiter Eccleſia Sancti Petri de Supra, Plebatus Decimi, ſpectat ad collationem Episcopi Florentini, de quo habemus plura publica inſtrumenta manu plurium Notariorum ſub diverſis temporibus facta.

Qualiter Plebanus, & Capitulum S. Stephani in Botena recognoverunt Episcopum, & Episcopatum Florentinum unicum Dominum, & Patronum, & collationem ipſius Plebis pertinere totaliter ad Episcopum Florentinum. Carta manu Ser Iunte Brandi Not. ex imbreviaturis Ser Franciſci de Barberino Not. ſub MCCLXXXXIX. Indict. XII. die XVIII. Iunii.

Qualiter Episcopus Florentinus conceſſit Presbitero . . . . . . de Monte Rugoli totum podere Martini Guerruccii de Valecchio tenendum, & fruendum per eum toto tempore vitae ſuae, pacto appoſito, quod poſt mortem ipſius redeat ipſum podere ad Episcopatum Florentinum. Carta manu Guerriantis Alberti Not. ex imbreviaturis Benvenuti Monetti Not. ſub MCCXLII. Kalend. Iunii Indict. XV.

Qualiter D. Iohannes Episcopus Florentinus providit, voluit, & mandavit, quod Moraudinus Perfecti de Podiu Bonitii pauper Clericus haberet in Monaſterio Sancti Felicis in piazza tempore vitae ſuae victum, & veſtitum. Carta manu Guerriantis Not. antedicti ex imbreviaturis Benciveanis Not. ſub MCCLX. Idus Iunii.

Qualiter Eccleſia Sancti Alexandri de Vitiliano tenetur, & debet dare, & ſolvere Episcopatui Florentino annuatim perpetuo pro certis terris dicti Episcopatus ſtarios duos grani. Carta manu dicti Guerriantis Not. ex imbreviaturis Bencivenais de Rabia Canina Not. ſub MCCLIII. XI. Kal. Febr.

Qualiter Monaſterium Sancti Salvi tenetur, & debet . . re, & ſolvere annuatim Episcopatui Florentino in feſto Sancti Ioannis de menſe Iunii nomine cenſus perpetui tres denarios Lucenſes. De hoc habemus Originale inſtrumentum, manu Ioannis Galitie Not. ſub MCLVI. pridie nonas Auguſti Indict. IV. & exemplum ipſius Originalis cum ſubſcriptione plurium Notariorum.

Qualiter compromiſſum fuit, & laudatum in favorem Episcopatus Florentini ſuper Patronatu Eccleſiae Sancti Iohannis de Monte Lupo. Carta exemplata per Benguaritum Notarium ex autentico ſcripto per Ser Gratiam Arighi Notarium.

Qualiter Caſtrum de Cirliano cum pertinentiis ſuis, & Eccleſia *dicti loci, donati fuerunt Episcopatui Florentino preſidente tunc Episcopo Gherardo, mox Papa Niccholao. Carta manu Rodulfi Not. ſub MLIX. quarta decima Kalendas Septembris.*

Qualiter Episcopus *Florentinus elegit in Rectorem* Eccleſiae *Sancti Angeli de Argiano Ruſtichellum Iacobi Clericum. Habemus de hoc exemplum in publicam formam redactum manu Ser Giunte Brindi Not.*

Qualiter Eccleſia *de Caſa Romana tenetur annuatim in feſto Sancti Ioannis nomine cenſus perpetui ſolvere* Episcopatui *Florentino duodecim denarios argenti. Carta manu . . . . ſub MXXXII. Idus Novembris.*

Qualiter Plebes Sancti Petri in Mercato tenetur, & debet, dare, & ſolvere annuatim dicto Episcopatui *in feſto Sancti Ioannis, nomine cenſus perpetui ſoldos viginti. Carta manu Florentini Not. ſub MVIII. menſe Iulii, Indict. IV.*

Qualiter Eccleſia Sancti Romuli Plebatus Plebis de Septimo tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Episcopatui *Florentino nomine cenſus perpetui ſtarios ſex grani. Carta Manu Guerriantis Alberti Not. ex imbreviaturis Bencivenuis de Rabie Canina Not. MCCLVII. X. Kal. Octubris, Indict. XV.*

Qualiter Vbaldini habent ab Episcopato Florentino, feuda in Plebatu Plebis de Fagna, & de hoc habemus plura publica inſtrumenta manu plurium Notariorum.

Qualiter Episcopus Florentinus tamquam patronus Plebis de Caſtro Florentino elegit in Canonicum dictae Plebis Presbiterum Ruinerium. Carta manu Aldrobrandini Romei Not. ex imbreviaturis Ser Bencivenuit de Rabia Canina Notarii ſub MCCLVI. Indictione ſexta, XII. Kalend. Octubris.

Qualiter Amotus filius . . . . . . obrenuptiavit Episcopatui Florentino omne ius, quod habebat in Eccleſia de Vlmi. Carta manu Manni Not. ſub milleſimo ducenteſimo tertio, Idus Aprilis, Indict. VI.

Qualiter Plebes Sancti Donati de Colezano, tenetur, & debet annuatim ſolvere Episcopatui Florentino nomine cenſus perpetui octo denarios in feſto S. Ioannis. Carta manu . . . . . . ſub MCLV. pridie Kal. Feb.

Qua-

Qualiter Eccleſia Sancti Michaelis de Lecore donata fuit Epiſcopatui Florentino. Carta manu Florentii Not. ſub MIV. menſe Iulii.

Qualiter Dominus Iohannes Epiſcopus Florentinus tamquam Dominus Diœceſanus, & Patronatus Monaſteriis Sanctæ Felicitatis elegit, & confirmavit in dicto Monaſterio Dominam Bredictam Abbatiſſam dicti Monaſterii. Carta manu Riccobaldi Guidaldi Not. ſub millesimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, decima Kal. Ianuarii.

Qualiter Eccleſia Sancti Antonii, Plebatus Sancti Petri in Boſſole ſpectat ad collationem Epiſcopi Florentini, & debet dare annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino unum modium grani de menſe Auguſti, & quatuor paria capponum in feſto Nativitatis Domini. Habemus de hoc plura publica inſtrumenta.

Qualiter Epiſcopus Florentinus contulit Canonicatum Plebis de Legri. Carta manu Ser Iunte Brindi Not. ex imbreviaturis Domini Franciſci de Barberino Not. ſub MCCLXXXXIX. Indict. duodecima, die vigeſimo Maii.

Qualiter Eccleſia de Vlmis tenetur ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino in feſto Sancti Stefani duos cappones campios. Carta manu Gottoli ſub MCLI. X. Kal. Februarii.

Qualiter donatum fuit Epiſcopatui Florentino Caſtellare de Caſale cum Eccleſia dicti loci. Carta manu Sibelini Not. ſub milleſimo ſeptuageſimo quinto, idus Iulii.

Qualiter Epiſcopus Florentinus dedit licentiam Epiſcopo Feſulano celebrandi ordinationem Clericorum in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Campo. Carta manu Ser Iunte Brindi Not. ſub MCCXCIX. die vigeſima Septembris.

Qualiter Epiſcopus Florentinus tamquam Dominus, & Patronus, ut dixi, Plebis de Remolo, elegit, & poſuit ibi Plebanum. Carta manu Guerriantis Not. ex imbreviaturis Benvenuti Manetti Notarii ſub MCCXLII. quarta Nonas Septembris.

Qualiter Eccleſia Sancti Bartoli de Palazzuolo tenetur annuatim ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine affictus perpetui, quatuor ſtarios grani. Habemus de hoc inſtrumentum antiquum publice ſcriptum manu Philippi Bonatolti Not. ex imbreviaturis Ser Daniellis Not. ſub MCCX. Indict. XV. die Kal. Martii; & aliud manu Iohannis Perfecti Not. ſub MCLXXXX. Indict. IV. die XIV. Martii. Habemus etiam inſtrumentum nove recognitionis facte a Rectore dicte Eccleſie tempore D. Epiſcopi Andree. Carta manu Guglielmi Not. ex imbreviaturis Iohannis Perfecti Not. ſub MCCXC. Indict. IV. die XIV. Martii.

Qualiter Eccleſia Sancte Marie de Monte Campoleſi ſpectat ad collationem Epiſcopi Florentini, & de hoc habemus exemplum inſtitutionis facte ibidem de Presbitero Dicdi, & alia plura circa iſtam materiam.

Qualiter Albitius filius Ruſtici donavit Epiſcopatui Florentino omnia iura ſua in Plebibus de Fagna, & de Burgo S. Laurentii. Carta manu Lamberti Not. ſub MLXXXIX. pridie nonas Decembris.

Qualiter Plebanus, & Capitulum Plebis Sancti Caſſiani de Padule recognoverunt ſe perpetuo annuatim teneri Epiſcopatui Florentino ſolvere unum modium grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu Ser Iunte Brindi Not. ex imbreviaturis domini Franciſci de Barberino Not. ſub MCCLXXXXIX. Indict. XII. die XV. Iunii.

Qualiter Prepoſitus Omnium Sanctorum nomine ſui populi preſtitit obedientiam Epiſcopo Florentino. Carta manu Guiglielmi Not. ex imbreviaturis Ser Iohannis Perfecti Not. ſub MCCLXXXXI. Indict. quinta, die XV. Februarii.

Qualiter Dominus Epiſcopus Florentinus tamquam unicus Dominus, & Patronus Plebis de Campoli contulit eam Plebem Domino Stefano. Carta manu Ser Iunte Brindi Not. ex imbreviaturis Domini Franciſci de Barberino Not. ſub MCCLXXXXIX. die XXIV. menſis Auguſti.

Qualiter Epiſcopus Florentinus elegit Rectorem Eccleſie Sancti Miniatis de Poppiano, Plebatus Plebis de Campoli. Carta manu Guerriantis Alberti Not. ex imbreviaturis Benciveniis de Rabbia Canina Not. ſub MCCLIX. Kal. Septembris, Indict. II.

Qualiter Monaſterium Vallis Vmbroſe tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino in feſto Sancti Iohannis nomine cenſus, quatuor denarios, & unum palcinum, & unum denarium, & medium pro caſtaldata. Carta manu Petri Not. ſub MCXXIX. duodecima Kal. Aprilis Indict. octava.

Qualiter Prepoſitus, & Canonici Florentini venerunt ad concordiam cum Epiſcopo Florentino de quibuſdam differentiis vertentibus inter eos. Carta manu Iohannis Perfecti Not. ſub MCCXCII. die undecimo Septembris.

Qualiter Alberga Rolandi donavit Epiſcopatui Florentino omnia iura ſua, que habebat in Plebe S. Petri in Boſſole. Carta manu Florentii Not. ſub anno Domini DCCCCXC. menſe Iunii, Indictione III.

Qualiter Plebanus Talanus de Campoli, cui Florentinus Epiſcopus, tamquam ipſius Plebis unicus Dominus & Patronus, contulerat eam, renuntiavit in manibus Epiſcopi Florentini dicte Plebi. Carta manu Ser Iunte Brindi Not. ex imbreviaturis D. Franciſci de Barberino Not. ſub MCCLXXXXVIIII. die XXIV. Auguſti. Habemus etiam inſtrumentum collationis facte ipſi Plebano de dicta Plebe ſcriptam per dictum Notarium, dicto ſigno ſignatum. Habemus etiam qualiter collata fuit dicta Plebes D. Stephano per Epiſcopum Florentinum. Carta manu Aldobrandini Not. dicto ſigno ſignata.

Qualiter donatio facta fuerit Epiſcopatui Florentino de Patronatu Eccleſie aſſignano. Car-

Carta manu Iohannis Not. ſub MCLVIII. Kal. Septembris.

Qualiter Epiſcopus Florentinus excomunicavit Monacos S. Miniatis ad Montem, quia preſumpſerat eligere Abbatem in ipſo Monaſterio. Carta manu Reſtauri Not. ſub MCCX. XIX. Kal. Septembris.

Qualiter Epiſcopus Florentinus dimiſit confirmationem Eccleſie S. Andree de Florentia, reſervata cura Populi, & viſitatione, & correctione Prioris ipſius Eccleſie. Carta manu Ser Iohannis Perfecti Not. ſub MCCLXXXXII. Indict. V. die XI. Septembris.

Qualiter Epiſcopus Florentinus locavit Rectori Eccleſie de Rubin Canina pro ſe ipſo, & ſuis ſucceſſoribus in perpetuum unum petium terre poſitum in Populo dicte Eccleſie pro annuo ficty unius ſtarii grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu Ser Iohannis Perfecti ſub MCCLXXXXII. Indict. VI. die IX. Septembris.

Qualiter Epiſcopus Florentinus elegit Canonicos in Eccleſia S. Pauli. Carta manu Guerriantis Not. ex imbreviaturis Beaccvennis de Rabia Canina Not. ſub MCCLIII. pridie Kal. Iunii Indict. XI.

Qualiter Epiſcopus Florentinus habuit ſententiam contra Monaſterium S. Martini la Mcſola ſuper hobedientia ſibi preſtanda per Abbatiſſam d. loci. Carta manu Conveneveolis Not. ſub MCCXIX. V. Kal. Iunii.

Qualiter in tenutam Eccleſie de Soli inductus fuit Rector inſtitutus per Epiſcopum Florentinum. Carta manu Albitii Bonafides Not. ſub MCCLXXXIX. Indictione tertia, die quinta Decembris.

Qualiter Eccleſia de Capalle tenetur annuatim perpetuo ſolvere Epiſcopatui Florentino duos modios grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu Ser Corſeſibi Bonaiuti Not. MCCLXVI. Indict. IX. IV. Nonas Martii.

Qualiter vir nobilis Ardimannus Fortebracci de Farneta vendidit Epiſcopatui Florentino domum, cortem, & plateam ſuam de Caſtro Franci, & partem ſuam, quam habebat in dicto Caſtro, & iura Patronatus, que habebat in Eccleſiis S. Stephani de Pitella, & S. Martini de Farneto, & S. Angnoli, & S. Petri de Sernta. Carta manu Bontumbii Not. ex imbreviaturis D. Iacobi Notueii ſub MCCXXXVI. tertio Idus Septembris.

Qualiter Plebes de Vaglia tenetur annuatim perpetuo ſolvere Epiſcopatui Florentino pro cenſu quatuor modios grani. Carta manu Petri Not. ſub MCXLII. ſeptimo Idus Octubris.

Qualiter Epiſcopus Florentinus contulit Canonicatum Plebis de Pomonte. Carta manu Ser Iunte Brindi Not. ex imbreviaturis D. Franciſci de Borberino Not. ſub MCCXCIX. Indict. X. die XXV. Maii.

Qual[illegible] Eccleſia de Caſanova tenetur ſolvere

re annuatim pro cenſu perpetuo Epiſcopatui Florentino duodecim denarios. Carta manu Petri Not. Regnante Octone Imperatore.

Qualiter Monaſterium de Turri ſolvit D. Franciſcho Epiſcopo Florentino pro cenſu plurium annorum detento libras trigiata tres ad rationem ſolidorum viginti in anno. Carta manu Ser Iunte Brindi Not. ex imbreviaturis D. Franciſci de Barberino Not. ſub MCCXCIX. Indict. XII. die XXVI. Martii.

Qualiter Vicarius Epiſcopi Florentini de mandato ipſius Epiſcopi recommendavit Eccleſiam Sancti Fridiani, Carta manu Ser Brunetti Latini Not. ex imbreviaturis D. Iacobi de Cerreto Not. ſub MCCLVI. Nonis Iulii. Deinde idem Epiſcopus contulit dictam Eccleſiam Priori Vgoni. Carta manu Ser Pagni Not. filii Bonafedis ex imbreviaturis Ser Corſeſibi Not.

Qualiter Epiſcopus Florentinus confirmavit tamquam Patronus Plebis de Cuiteo Florentino electionem Plebani dicte Plebis. Carta manu Iohannis Galitii Not. ſub MCCXI. XI. Kal. Novembris.

Qualiter Epiſcopus Florentinus confert Eccleſiam de Soli tamquam Dominus & Patronus dicte Eccleſie. Carta manu Aldobrandini Romei ex imbreviaturis Ser Sinibaldi Alberti Notarii ſub MCCLVIII. octavo Idus Ianuar. Indictione ſecunda.

Qualiter Epiſcopatus habet quedam iura in Eccleſia S. Ioannis de Monte Lupo, que ſunt in uno ſacculo repoſita, & intitulata ſuo titolo.

Qualiter Plebanus de Pomonte conduxit ab Epiſcopatu Florentino in perpetuum unam petiam terre poſitam ad pedem Caſtri de Monte Buiano pro annuo ficto duodecim ſtaiorum grani, in quem affictum grani reduxit Epiſcopus omnia alie ſervitia, que debeat ipſa Plebes Epiſcopatui Florentino. Carta manu Iacobi Not. ſub MCCXXXIII. decimo Kal. Iunii, Indict. XI.

Qualiter tempore Epiſcopi Ioannis Mangiadoris, dum inter eum pro Epiſcopatu ex una parte, & Priorem, & Capitulum Eccleſie Sancti Laurentii ex altera fuiſſet controverſia, occaſione cenſus debiti per ipſam Eccleſiam annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino, & per multa tempora non ſoluti, dicte partes ad compoſitionem, & concordiam devenerunt, quia dicti Prior, & Canonici ſolverant certam pecunie quantitatem Epiſcopatui Florentino pro cenſu dicti perpetui temporis, & de dicta compoſitione eſt inſtrumentum manu Ser Corſeſibi de Sancto Miniate Not. cuius imbreviaturas habet Ser Pagnus Bonafedis Notarius Procurator. Habemus dictum inſtrumentum a dicto Ser Pagno.

Qualiter Monaſterium Sancte Felicitatis tenetur ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus in menſe Iunii ſoldos duos. Carta manu Vgonis Not. anno Imperii Octonis.

Qualiter Plebes Sancti Pancratii de Lacardo te-

tenetur annuatim de menſe Iunii pro cenſu denarios decem. Carta manu . . . . ſub mill ſimo vigeſimo quinto.

Qualiter Rector Eccleſie Sancte Marie de Leporis ſtatuit, & dimiſit Epiſcopatus Florentino, quidquid iuris babebat in Eccleſia de Gbignoro, ex conceſſione ſibi facta per Dominum Pacem Iudicem, qui dicebatur conſtruxiſſe dictam Eccleſiam. Carta manu Domini Iacobi Not. ſub MCCXLVI. Idus Iunii Indict. XIII.

Nota quod dicta Eccleſia ſolvit annuatim cenſum Epiſcopatui Florentino quinque librarum cere novi; tranſlatum eſt dictum Monaſterium ad locum de Bibiena in via Sancti Galli, ubi modo eſt Monaſterium, & ſolvit dictum cenſum.

Qualiter Boncompagnus Alderotti donavit Epiſcopo Florentino pro Eccleſia de Gbignoro quedam bona, & iura. Carta manu Iuliani Not. ex imbreviaturis Davanzi Not. ſub MCCXVIII. IX. Kal. Februarii.

Predicta duo Inſtrumenta, & alia plura confecta ſuper iure Monaſterii de Gbignoro, ſunt in quodam ſacco per ſe ſimul ſignata n. CII.

Hic deſunt quaedam pertinentia ad Monaſterium Sancti *Mineatis* ad Montem, quae habentur ſuperius *pag.* 51.

Qualiter Plebes Sancti Martini de Brozzis debet annuatim perpetuo ſolvere Epiſcopatui Florentino in feſto Sancte Marie menſis Auguſti denarios decem. Carta manu Florentii Not. ſub MIV. menſe Decembris.

Qualiter Eccleſia Sancti Sepulcbri prope Florentiam tenetur ſolvere annuatim in perpetuum Epiſcopatui Florentino nomine cenſus unam libram olei. Carta manu Renerii Orlandi Not. exemplata de ſuo Originali ſub MXIX. ſexto menſis Februarii.

Qualiter Eccleſia Sancti Laurentii Florentini tenetur annuatim ſolvere Epiſcopatui Florentino pro certis terris, quas babuit ab Epiſcopatu, nomine cenſus ſoldos triginta. Carta manu Vgonis Not. exemplata per Guevaerium Notarium cum ſubſcriptione plurium Notariorum ſub MXLIII. V. Idus Ianuarii.

Qualiter Epiſcopus Florentinus locavit iure livellario, & conceſſit in feudum Eccleſie S. Marie Maioris tria petia terre pro annuo ficto, & cenſu, decem octo denariorum Lucenſium annuatim. Carta autenticata, & exemplata manu plurium Notariorum ſub MCXXI. quinto Kalendas Novembris.

Qualiter D. Gberardus Epiſcopus Florentinus conceſſit Presbitero Giſoni Rectori Sancti Laurentii foras muro in perpetuum unam ſortem terre ad modios octoginta poſitam in loco, qui dicitur Cacine pro annuo ficto Epiſcopatui ſolvendo ſoldos triginta Lucenſes. Carta manu Petri quondam Pagmucii Not. ex autentico ſcripto manu Vgonis Not. ſub MXLIV. quinto Idus Ianuarii, Indict. III.

Qualiter Rector Sancte Margarite de Caſa Recta recognovit annuatim ſe debere Epiſcopatui medietatem unius galline faciendo ſolutionem de una gallina ſingulis duobus annis. Carta manu Ser Bindi de Calenzano Not. ſub MCCLXXXXVIII. die XX. Auguſti.

Qualiter Epiſcopus Florentinus conceſſit Tendilaſſi, qui Tenzzo vocatur, & Geremie Gregorii filii quondam Alberigbi, medietatem de Eccleſia, curte, & donicatu Sancti Caſſiani, qui eſt poſitus in loco, & vocabulo ultra Alpes, ubi & Miſilco vocatur, una cum ſtariis ſex . . . . . . in eo loco, pro ſoldis ſex annuatim argenteis ſolvendis in feſto S. Ioannis de menſe Iunii. Carta manu Ranni Not. ex imbreviaturis Vgbi Not. tempore Imperatoris Ottonis. Ipſe quidem ſuperius *pag.* 244. opinatus fueram, quod ubi in hoc Regeſto ad denotandum tempus dicitur *tempore Imperatoris Othonis* intelligi poſſent tempora *Othonis IV.* quum forte fortuna Indictionem eius anno X. reſpondere alicubi deprehendiſſem. At modo nullus prope dubito, quin illud tempus *Othonis* ad *Othonem III.* ſaltem referendum ſit. Primo, quia video Inſtrumenta illa ſcripta manu *Florentii*, & *Vgonis*, & *Petri*, & *Renerii* Tabellionum, qui ſaeculo X. & XI. vixiſſe videntur, ut patet ex locis paullo ante adductis & ſuperius *pag.* 45. 160. 243. Secundo, quia in hoc Regeſto non indicantur anni per Imperium Imperatoris, niſi agatur de Inſtrumentis antiquiſſimis, & quae ſint ſaeculi IX. aut X. Nec obſtat, quod ſuperius *pag.* 244. Indictio conveniat anno X. *Othonis IV.* nam id caſu contigiſſe poteſt; quum Tabelliones in ſignandis Indictionibus paullo negligentiores interdum reperiantur. Ceterum *Othones* illi antiquiores hiſce annis imperium tenuere. *Otho I.* ab anno DCCCCLXII. ad annum DCCCCLXXIII. *Otho II.* ab anno DCCCCLXXIII. ad annum DCCCCLXXXIII. *Otho III.* ab anno DCCCCLXXXIII. ad annum MII. quum antea Rex tantum dictus fuerit.

Qualiter Epiſcopus Florentinus tamquam Dominus & Patronus unicus Eccleſie Sancti Columbani, contulit eamdem Eccleſiam Presbitero Bernardo. Carta manu Ser Iacobi Petri de Pino Notarii exemplata per Ser Iohannem Perfetti de Podio Bonitii Not. ſub MCCLXXI. Indict. XIV. die XX. Maii.

Qualiter Epiſcopus Florentinus electionem preſentatam ſibi de presbitero Aldobrando ad Prioratum Sancti Felicis Ademari caſſum, & irritatum, (legendum videtur, caſſavit, & irritavit) *& tamquam Dominus, & Patronus ipſius Eccleſie contulit eam ſibi. Carta manu Aldobrandini de Calenzano Notarii, ex imbreviaturis Sinibaldi Alberti Not. ſub MCCLXVIII. Indict. XI. die XXI. Maii.*

Qualiter Epiſcopus Florentinus elegit Presbiterum Marſoppinum in Rectorem Sancti Andree de

Fabrica, & qualiter ipſe Presbiter iuravit fidelitatem, & fecit obedientiam. Carta manu dicti Aldobrandini Not. ex imbreviaturis Benivennii de Rabia Canina Not. MCCLVIII. XVII. Kalendas Maii.

Item qualiter Epiſcopus Florentinus tamquam unicus Dominus, & Patronus dicte Eccleſie Sancti Andree vacantis per mortem Rectoris, contulit eamdem Eccleſiam Presbitero Pagno. Carta manu dicti Aldobrandini Not. ſub MCCXCVIII. Indict. XI. die XIII. Aprilis.

Item qualiter Presbiter Pagnus renuntiavit dicte Eccleſie, & Epiſcopus acceptavit. Carta manu Ser Franciſci de Barberino Not. ſub MCCXCVIII. die octavo Octubris.

Item qualiter D. Teghininus Plebanus Plebis de Campuli, auctoritate ſibi conceſſa a D. Ciampi de la Toſa, & D. Lotterio de Vicedominis Cuſtodibus Epiſcopatus, confirmavit in Eccleſia predicta Presbiterum Amadorem. Carta manu Ricoveri quondam Aldobrandini de Cirapoli Not. ſub MCCLXXII. Indict. VI. die XXV. Octubris.

Item qualiter Presbiter Reinaldus Rector dicte Eccleſie renuntiavit electioni de ſe facte in dicta Eccleſia. Carta manu Seraglinoli vocati Loli quondam Ughetti Notarii, ex imbreviaturis Ser Neri Vinci Not. ſub MCCLXXVII. die nona exeunte Octubre.

Item qualiter Presbiter Buonus renuntiavit electioni de ſe facte in dicta Eccleſia. Carta manu dicti Seraglinoli ex dictis imbreviaturis ſub MCCLXXVI. Indict. IV. die XI. Septembris.

Item qualiter Epiſcopus Florentinus contulit ipſam Eccleſiam Presbitero Bonaveris, & qualiter ipſe fecit obedientiam. Carta manu Ser Franciſci de Barberino Not. ſub MCCLXXXXVIII. die octavo Octubris.

Item qualiter Presbiter Ricchus dixit ſe non habere ius in dicta Eccleſia per electionem de ſe factam, & dixit ipſam electionem ſpectare ad Epiſcopum Florentinum, Carta manu Notarii ſub MCCXCIX. die VII. Decembris.

Qualiter Epiſcopus Iohannes elegit tamquam Dominus, & Patronus Eccleſie Sancti Nicolai de Vicho Presbiterum Benvenutum Rectorem dicte Eccleſie, ut conſtat ex imbreviaturis Epiſcopatus ſcriptis per Ser Benciveanem Not. ſub MCCLI. Idus Iulii.

Qualiter Epiſcopus Florentinus recommendavit Plebem Sancti Petri in Boſſole, manualem Epiſcopatus, Recupero Clerico nato Domini Baldovinetti de Lucardo ad ſuum beneplacitum, ut conſtat dictis imbreviaturis ſub MCCLXVIII. die XXII. Septembris.

Qualiter Epiſcopus Florentinus caſſavit Presbiterum Iacobum Rectorem Eccleſie Sancte Marie Madalene Pontis Petrene, Eccleſie manualis Epiſcopatus, quia fecit contra eum, ut conſtat ex dictis imbreviaturis.

Heic deſunt quaedam pertinentia ad Eccleſiam Sancti *Miniatis* in Monte Lupo, quae habentur ſuperius *pag.* 80.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus elegit, & confirmavit tamquam unicus Dominus, & Patronus Plebis Sancti Viti de Suſignano in Plebanum d. Plebis . . . . . renuntiavit Canonicis dicte Plebis.

Qualiter ſententia lata fuit per Auditorem D. Cardinalis Latini, olim Apoſtolice Sedis Legati ſuper iuriſdictione terrarum Epiſcopatus in negotio principali. Et poſtea ſuper appellatione interpoſita per Sindicos Communis Florentie. Et lata etiam fuit ſententia pro ipſo Epiſcopatu per dictum Auditorem, ut hec, & multa alia apparent in quodam rotulo quatuor cartarum ſimul ſutarum ſcripta manu Ugucciconis olim Uberti Notarii ex Actis Curie dicti Domini Auditoris ſignatum ſunt per CX. Cardinalis Latinus Epiſcopus Oſtienſis venit Florentiam anno MCCLXXVII. menſe Octobri, ubi & Eccleſiam Sanctae *Mariae Novellae* conſecravit, ut ſcribit *Villanius Lib.* VII. *Cap.* LVI.

Qualiter Epiſcopus Florentinus habet in Monaſterio de Ripole infraſcripta iura inter alia, videlicet. Confirmationem Abbatis. Quod Interdictum latum ab Epiſcopo obſervet. Quod ad Sinodum veniat. Quod correctionem ab Epiſcopo Florentino recipiat. Quod omni anno in feſto S. Iohannis ſolvat Epiſcopatui Florentino cereum de libra. Habentur plura inſtrumenta de predictis iuribus.

Qualiter Epiſcopus Florentinus tamquam Dominus, & Patronus Eccleſie Sancti Angeli de Argiano, Plebatus Plebis de Decimo, elegit Rectorem in ipſa Eccleſia. Carta manu Aldobrandini Romei Not. ex imbreviaturis Bencivenuti de Rabia Canina Not. ſub MCCLX. Indict. III. *nono Kal. Octubris.*

Qualiter Plebanus de Decimo recognoſcens Epiſcopum Florentinum pro ſuo Domino temporali, & ſpirituali, promiſit eidem Epiſcopo, & iuravit obedientiam, & fidelitatem, & ſolvere Epiſcopatui debita, & conſueta ſervitia, & non facere in dicta Plebe Canonicum ſine licentia D. Epiſcopi. Carta manu Grati Arighi Not. ex imbreviaturis Ser Cispi de Pino Not. ſub MCCLXXI. die nono Februarii.

Qualiter Epiſcopus Anthonius Florentinus unicus Dominus, & Patronus Eccleſie Sancte Marie de Fornello contulit dictam Eccleſiam Presbitero Iante Cappellano ſuo. Carta manu Ser Michaelis Bonncarſi Not. ſub MCCCX. Indict. IX. die ultimo Septembris.

Qualiter Epiſcopus Iohannes Florentinus recomendavit Plebem Sancti Caſſiani de Padule Presbitero Ubaldinotto. Carta manu Aldobrandini Romei Not. ex imbreviaturis Bencivenuti de Rabia Canina Not. ſub MCCLIX. die Kalend. Decembris.

Qualiter Plebanus de Antella promiſit annuatim ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine penſionis de menſe Ianii ſoldos ſex. Carta manu Reſtao-

Digitized by Google

ſtauri Not. ſub M:CXVII. tertia nonas Iulii.

Qualiter Presbiter Ghibelinus inſtitutus in Rectorem Eccleſie Sancte Marie de Acone per Dominum Anthonium Epiſcopum Florentinum miſſus fuit per executorem ſibi datam in tenutam ipſius Eccleſie. Carta manu Ture Torelli Not. ſub MCCCXX. die ſexto Martii.

Qualiter Camerarius Abatie Florentine ſolvit Camerario Epiſcopi Anthonii Florentini tenſum quinque annorum ad rationem quinque ſoldorum pro anno. Carta manu Ser Miniatis Not. Iacobi ſub MCCCXVI. Indictione XV. die tertio Martii.

Qualiter Plebanus Iacobus Plebis Sancti Stefani in Botena, renuntiavit in manibus D. Iohannis Epiſcopi Florentini Plebanatui dicte Plebis. Et qualiter idem Epiſcopus providit eidem Iacobo alim de quibuſdam redditibus dicte Plebis. Carta manu Aldobrandini Romei Not. ex imbreviaturis Ser Bencivennis de Rabia Canina Not. ſub MCCLVIII. Idus Aprilis Indict. prima.

Item qualiter idem D. Epiſcopus tamquam Dominus, & Patronus ipſius Plebis contulit dicto Domino Iacobo dictam Plebem. Carta manu dicti Notarii ſub anno, & Indictione predictis, Idus Maii.

Qualiter Eccleſia Sancti Felicis ad Emam debet annuatim perpetuo in feſto S. Iohannis de menſe Iulii ſolvere Epiſcopatui duos denarios de argento. Carta manu Ioannis Not. ſub MCXXXVIII. ſeptimo Idus Martii.

Qualiter Eccleſia de Curte Mozzinni tranſlata fuerunt per Epiſcopum Florentinum in Caſteum Florentinum. Carta exemplata per Ranerium Notarium ex ſuo Originali ſub MCXLVIIII. Indict. XII.

Qualiter Epiſcopus Florentinus caſſavit electionem, & confirmationem factam de Presbitero Amadore Canonico Plebis de Campoli in Rectorem Eccleſie de Fabrica, que facta fuerat in preiudicium iuctum Epiſcopatus Patroni dicte Eccleſie. Carta manu Aldobrandini Romei Not. ex imbreviaturis Bencivennis de Rabia Canina Not. ſub MCCLVIII. Idus Aprilis.

Qualiter Prepoſitus, & Capitulum, & Canonici Eccleſie Florentine receperunt D. Epiſcopum Florentinum ad Viſitationem. Carta manu Aldobrandini Romei Not. ſub MCCXCVIII. Indict. XI. die XII. Aprilis.

Qualiter Presbiter Raſtichellus Rector Eccleſie de Cintoio promiſit, & fecit hobedientiam Domino Epiſcopo Florentino tamquam ſuo Domino & Patrono illius Eccleſie, ut conſtat in imbreviaturis Ser Bencivennis Not. ſub MCCLIII. die IV. Maii Indict. XIII. que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter Epiſcopus Florentinus tamquam Dominus, & Patronus Eccleſie S. Petri Deſupra fecit Canonicum in dicta Eccleſia Salvinum Clericum filium Tuttii, ut patet in imbreviaturis Ser Bencivennis Not. de Rabia Canina ſub MCCLXII. ſeptimo Idus Martii, que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter Prior de Monte Sancto recognovit Epiſcopum, & Epiſcopatum in ſuum Dominum, & Patronum ſub MCCXLIII. ſeptimo Kalendas Iulii ex imbreviaturis Ser Benvenuti Maccii, que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus caſſavit Dinum, & Renerium, qui dicebant ſe eſſe Canonicos noſtre Plebis Sancti Caſſiani de Padule contra noſtram voluntatem, ac noſtram licentiam. Carta manu Ser Bencivennis de Rabia Canina Not. ſub MCCLXVIII. Indict. XII. die XI. Februarii, cius imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus caſſavit electionem factam de Presbitero Amadore in Eccleſia S. Andree de Fabrica per Dominum Bencivennem Plebanum Plebis de Campoli, ut conſtat ex imbreviaturis Ser Benacti Not. ſub MCCLVIII. pridie Idus Aprilis Indict. I. Que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter d. D. Epiſcopus elegit & confirmavit in Rectorem dicte Eccleſie Sancti Andree tamquam Dominus, & Patronus Presbiterum Marſoppinum Canonicum S. Felicis ad Emam. Qui Presbiter Marſoppinus acceptavit dictam electionem, & fecit hobedientiam, ut conſtat in imbreviaturis dicti Ser Benvenutii ſub MCCLVIII. die XVII. Maii Indict. I. que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter milleſimo, & Indictione predictis d. D. Epiſcopus excommunicavit dictum D. Bencivennem Plebanum, quia ipſe elegit Rectorem dicte Eccleſie de Fabrica, ut conſtat ex d. imbreviaturis Ser Benvenutii.

Qualiter Presbiter Amadore Canonicus Plebis de Campoli electus in Rectorem Eccleſie de Fabrica per D. Bencivennem Plebanum Plebis de Campoli, ipſo Domino Plebano preſente renuntiavit ipſam Eccleſiam in manibus D. Iohannis Epiſcopi. Carta manu d. Benvenutii ſub d. milleſimo, die VIII. Maii, Indict. I. que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus tamquam Dominus, & Patronus Eccleſie S. Angeli ad Argianum elegit in Rectorem dicte Eccleſie cum ſuis pertinentiis Raſtichellum Clericum natum Iacobi Dolcebene. Et ipſe Raſtichellus dictam Eccleſiam acceptavit, & promiſit, & iuravit, & ut in imbreviaturis dicti Ser Benvenutii ſub MCCLX. die IV. Octubris Indict. IV. que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus tamquam Dominus, & Patronus Eccleſie S. Martini de Petroria Plebatus Viconis, elegit Lottum Clericum natum Bini in Rectorem, & Cappellanum ipſius Eccleſie S. Martini, & D. Lottus acceptavit dictam electionem, & fecit hobedientiam, ut in

im-

imbreviaturis dicti Ser Benavaccii continetur, ſub MCCLX. die IX. Februarii Indict. IV. que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus tamquam Dominus, & Patronus Plebis de Doccia elegit Dominum Sinibaldum in Plebanum dicte Plebis, & dictus D. Sinibaldus dictam electionem acceptavit, ut in imbreviaturis Ser Benavacci continetur ſub MCCLXIII. die undecimo Kal. Auguſti Indictione ſexta, que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter Presbiter Bonaguida, qui electus erat in Rectorem Eccleſie Sancti Andree in Percuſſina, renuntiavit in manibus D. Epiſcopi Florentini dictam Eccleſiam, quia eam receperat ſine licentia dicti D. Epiſcopi, cum ipſa Eccleſia ſpectaret ad D. Epiſcopum, & Epiſcopatum tamquam Dominum, & Patronum dicte Eccleſie ſub MCCXXXIX. Indictione XII. die XVI. Septembris, ut in imbreviaturis Ser Benvenuti Manecti Notarii continetur, que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter Presbiter Orlandus, Rector Eccleſie Sancti Michaelis de Turri Plebatus Sancti Iohannis de Turri, pertinentis ad Epiſcopatum Florentinum, abrenuntiavit dictam Eccleſiam in manibus D. Andree Epiſcopi Florentini, & idem Dominus Andreas Epiſcopus tamquam Dominus, & Patronus dicte Eccleſie elegit in Rectorem Presbiterum Venturam Canonicum Plebis de Campi, & ipſe ita acceptavit dictam electionem ſub MCCXXXIX. die IX. Martii, que imbreviature ſunt in Epiſcopatu predicto.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus tamquam Dominus & Patronus Eccleſie Sancti Miniatis de Poppiano elegit Presbiterum Angelum Canonicum de Campoli in Rectorem dicte Eccleſie Sancti Miniatis, ut in imbreviaturis dicti Ser Benavaccii continetur ſub MCCLIX. die XIII. Septembris Indict. I. que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus tamquam Dominus, & Patronus Eccleſie S. Marie domus, & manſionis Pontis Petrei elegit in Rectorem, & Cappellanum dicte Eccleſie Presbiterum Ranerium, ut in imbreviaturis d. Ser Benavacci Not. continetur ſub MCCLIX. XI. menſis Decembris Indictione I. que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter D. Tebaldus Plebanus Plebis de Padule renuntiavit dictam Plebem, & omne ius quod habebat in ea D. Orlando Priori Eccleſie S. Stefani ad Pontem ſub MCCLIV. X. Kal. Aprilis, Indict. XIII. ex imbreviaturis Ser Bencivennis de Rabia Canina, que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus tamquam Dominus, & Patronus Eccleſie Sancti Stefani de Pazolatica, elegit in dicta Eccleſia Presbiterum Pacem in MCCLII. VII. Kalendas Auguſti Indict. decima ex imbreviaturis Ser Benvenuti Manecti, que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter D. Epiſcopus elegit Hoſpitalarium in Hoſpitali Buonamici in Burgo Sancti Fridiani in MCCLII. pridie Kalendas Decembris ex imbreviaturis d. Ser Benvenuti, que ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter Eccleſia Sancte Marie Maddalene de Ponte Perrorio debet annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus unam libram ceris. Carta manu Biſſoli Not. ſub MCCXI. quarta Kal. Aprilis Indict. XIV.

Qualiter Epiſcopus Florentinus eſt Dominus, & Patronus dicte Eccleſie Sancte Marie Madalene Plebatus Filectole, & ad eum pertinet proviſio dicte Eccleſie. Manu Iacobi Not. in MCCLXVIII. Indict. XII. die XI. menſis Novembris.

Qualiter D. Franciſchus Epiſcopus Florentinus tamquam Dominus, & Patronus Eccleſie Sancte Marie Maddalene de Ponte Petrino ipſam Eccleſiam cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentiis Presbitero Palmerio olim Mabiletti de Prateſi diſtrictu humiliter acceptanti contulit, & aſſignavit, & investivit. Propterea dictus Presbiter Palmerius eidem D. Epiſcopo fecit hobedientiam, & iuravit. Carta manu Iunte Brindi Notarii ſub MCCLXXXXVIIII. Indict. duodecima, die VII. Martii.

Qualiter D. Ardinghus Epiſcopus Florentinus locavit ad annuum affictum Presbitero Compagno Rectori Eccleſie Sancti Romuli Plebatus de Septimo, omnes decimas, & decimationes, quas Epiſcopatus Florentinus debet recipere, & habere in Parochia, & in ipſa Parochia dicte Eccleſie a quibuſcumque perſonis. Et ipſe Presbiter promiſit eidem Epiſcopo dare ſingulis annis ſtarios quinque grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu Ser Aldobrandini Romei de Calenzano Not. ex imbreviaturis Ser Benvenuti Manecti Notarii ſub MCCLIII. pridie Idus Decembris, Indict. quintadecima.

Qualiter Presbiter Burgenſis Rector Eccleſie Sancti Iohannis de Senna recognovit D. Franciſcho Epiſcopo Florentino ſe pro dicta Eccleſia annuatim ſolvere debere eidem Epiſcopo, & Epiſcopatui in feſto Nativitatis Domini unum par capponum. Carta manu Ser Iunte Brindi Not. ex imbreviaturis Ser Franciſci de Barberino Not. ſub MCCLXXXXVIIII. Indictione XII. die undecima Iunii.

Qualiter Dominus Lotterius Epiſcopus Florentinus locavit ad affictum Presbitero Pino Rectori Eccleſie S. Martini ad Farnetum Plebatus Plebis Doccie, pro ſe, & pro ſuis ſucceſſoribus recipienti in termino decem annorum quamdam domum poſitam in Papulo S. Martini predicti, & alias terras poſſeſſiones in dicto loco poſitas pro annuo ficto viginti ſex ſtariorum grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu Nardicui Notarii ſub MCCCII. Indictione quintadecima, die primo menſis Iulii.

Qua-

Digitized by Google

Qualiter D. Andreas Epiſcopus Florentinus locavit ad affictum in perpetuum Presbitero Lambertesco Rectori Eccleſie S. Bartholomei de Faltignano Plebatus de Decimo unam petiam terre boſiate poſitam in Sancto Donato prope dictam Eccleſiam pro affictu trium ſtariorum grani, quę dictus Presbiter ſolvere ſibi promiſit annuatim. Carta manu Iohannis Perfecti Not. ſub MCCXCI. *Indict.* IV. *die* XIV. *Iunii.*

Qualiter queſtio vertebatur inter Magiſtrum Boniuſegnam Sindicum Domini Iohannis Epiſcopi Florentini ex una parte, & Monaſterium & Abbatiſſam de Montignano, & Mangerium Sindicum eius ex altera, occaſione dicti Monaſterii. Que queſtio commiſſa fuit per Dominum Papam Innocentium III. terminandam Domino Raiuerio Feſulano Epiſcopo, & Henrico Prepoſito Pratenſi. Et qualiter predicti Iudices delegati pronuntiaverunt dictum Monaſterium de Montignano non eſſe exemptum, ſed ſpectare ad Epiſcopum, & Epiſcopatum, ut de predictis patet. Carta manu Benvenuti Not. ſub MCCXI. *quinto Idus Aprilis, Indict.* XIV.

Qualiter ſententia lata per ſupraſcriptos Delegatos confirmata fuit a Priore Sancti Iacobi, & quod Abbatiſſa dicti Monaſterii de Montignano confirmavit dictam ſententiam. Carta manu Diotiſalvi Not. ſub MCCXI. *pridie nonas Iunii, Indict.* XIV.

Qualiter Domina Iuſtina Abatiſſa, & Miſſimilla Moniales Monaſterii Sancte Marie de Montemignano fecerunt hobedientiam Domino Iacobo Epiſcopo Florentino, & ipſe Dominus Epiſcopus Florentinus inveſtivit Abatiſſam memoratam. Et presbiter Ciprianus Cappellanus ipſius Eccleſie ſimiliter fecit hobedientiam, & inveſtivit eum preſtus Epiſcopus. Et conf-ſſa eſt d. Abatiſſa, quod Privilegium quod habebat falſum erat. Carta manu Reſtauri Not. ſub MCCIX. XIV. *Kal. Ianuar. Indict.* XIII. Hoc anno non *Iacobus*, ſed *Ioannes* erat Epiſcopus Florentinus; quare errore Amanuenſis factum videtur, ut pro *Ioanne Iacobus* ſcriberetur, decepti veroſimiliter ab initiali littera, qua ſula forte nomen Epiſcopi indicatum erat.

Qualiter Iuſtina Abbatiſſa de Montignano confeſſa eſt, & ratam habuit ſententiam latam de dicto Monaſterio per Delegatos in favorem Domini Epiſcopi, & Epiſcopatus Florentini. Carta manu Ronerii Not. ſub MCCXI. *pridie Kal. Maii, Indict.* XIV.

Qualiter Domina Martha Abbatiſſa Monaſterii de Montignano promiſit hobedientiam Domino Epiſcopo Florentino. Carta manu Ioannis Galitii Not. ſub milleſimo C. bis quinquageſimo, Kal. Iunii, Indict. III.

Qualiter Cicilia, & alie Moniales Eccleſie, & Monaſterii predicti iuraverunt hobedire preceptis Epiſcopi Florentini. Carta manu d. Notarii ſub MCLXXXXVIIII. IV. *nonas Martii Indictione* III.

Qualiter Presbiter Fabrus Prior Eccleſie de Viſpignano in Viſitatione dixit ſuo iuramento, quod collatio dicte Eccleſie pertinet ad Epiſcopum Florentinum, & quod de hoc fecit recognitionem. Carta manu Bartoli Nenaldini Not. ex imbreviaturis Ser Franciſci Neri de Barberino ſub MCCLXXXXVIIII. *Indictione duodecima, die* XIV. *Iunii.*

Item qualiter Dominus Iohannes Epiſcopus Florentinus Patronus, & Dominus ſpecialis dicte Eccleſie, elegit in Priorem dicte Eccleſie Presbiterum Orlandum, & eidem contulit beneficium ſupradictum. Carta manu Anthonii Giani de Florentia Not. ex imbreviaturis Ser Iacobi Petri de Pino Not. ſub MCCXXI *Indict.* XV. *die* XVII. *Februarii.*

Item qualiter dictus Epiſcopus dictam Eccleſiam reformavit de Vgolino Albitionis de Aſcianello. Carta manu d. Anthonii ex dictis imbreviaturis ſub milleſimo & Indict. predictis die XXIV. *Ianuarii.*

Item qualiter dictus Epiſcopus caſſavit electionem factam de dicto Vgolino, & electionem factam de dicto Presbitero Orlando. Carta manu d. Anthoni ex dictis imbreviaturis ſub milleſimo, & Indict. predictis die XVII. *Ianuar.*

Item qualiter D. Anthonius Epiſcopus Florentinus Patronus, & Dominus ipſius Eccleſie contulit Prioratum ipſius Eccleſie Anthonio filio Neri Fucii, & ipſe ipſum de ipſo inveſtivit. Carta manu Benedicti Magiſtri Martini Notarii ſub MCCCXVIII. *Indict.* I. *die* XI. *Auguſti.*

Qualiter D. Franciſcus Epiſcopus Florentinus tamquam Dominus, & Patronus unicus Eccleſie S. Andree de Monte Iovis vacantis, recommendavit dictam Eccleſiam Presbitero Bonaventure de Monte Guccholi. Carta manu Ser Bindi Romei de Calenzano ſub MCCLXXXXVIII. *Indict.* XI. *die primo menſis Iulii.*

Qualiter Fratres, & Conventus Omnium Sanctorum de Florentia, preſentaverunt Venerabili Patri Domino Iohanni Epiſcopo Florentino electionem factam de Fratre Meliorello in Capitulo ipſius Eccleſie. Carta manu Ser Corſeſchi Not. ſub MCCLXII. *die* III. *Februar.*

Qualiter Eccleſia S. Stephani de Petrorio Plebatus S. Caſſiani de Decimo tenetur annuatim perpetuo ſolvere Epiſcopatui Florentino pro terris, & poſſeſſionibus dicte Eccleſie nomine fictus ſtarios novem boni, & puri grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu d. Not. ſub MCCLXV. *Indict.* VIII. *die* III. *Iulii.*

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus elegit in Archidiaconum Eccleſie Florentine providum virum Baranem, ipſius Eccleſie Canonicum eo abſente, Et Presbiter Aldobrandinus eius Procurator recepit pro eo. Carta manu dicti Notarii ſub MCCLXVIII. *die* XIII. *menſis Martii.*

Nota quod predicta tria inſtrumenta fuerunt rogata, & imbreviata per dictum Ser Corſeſcum

Digitized by Google

Not. Qui Ser Corſeſcus rogavit, & fecit plura alia inſtrumenta pertinentia ad Epiſcopum Florentinum, cuius imbreviaturas habet hodie Ser Paganus Ser Bonaſedis Not. Procurentur haberi.

Qualiter D. Franciſchus Epiſcopus Florentinus tamquam Dominus, & Patronus Hoſpitalis S. Iacobi della Valle Plebatus S. Donati in Pocis, commiſit curam, & adminiſtrationem ipſius hoſpitalis Preſbitero Bruno Canonico dicte Plebis. Carta manu Ser Bindi Romei de Calenzano Notar. ſub MCCLXXXXVIII. *Indict.* XI. *die ſecunda Iulii.*

Qualiter Frater Ioannes Prior Conventus Fratrum Sancte Anne prope Pratum ſolvit Domino Franciſcho Epiſcopo Florentino pro cenſu ſibi debito a Priore, & Fratribus d. loci anni proxime preteriti finiti in feſto Beati Iohannis Batiſte proxime preſentis unum cereum duarum librarum cere nove. Carta manu dicti Notarii ſub milleſimo, & Indictione predictis, die XI. *menſis Iulii.*

Qualiter Prebiter Guido Rector Eccleſie Sancte Margherite de Caſa Rocta Plebatus de Campaulis, recognovit quod anteceſſores eius, & ipſa predicte Eccleſie conſueverant, & tenebantur ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus anni ſecundo anno perpetuo unam gallinam. Carta manu d. Ser Bindi Not. ſub dictis milleſimo, & Indict. die XX. *Auguſti.*

Qualiter D. Franciſchus Epiſcopus Florentinus elegit, & poſuit Operarios, & Superſtites operis lavorarii novi maioris Eccleſie Florentine D. Thomam Priorem Eccleſie S. Iacobi de Vlcrarno, & Canonicum, & Prebiterum Carum Cappellanum dicte Maioris Eccleſie Florentine per unum annum. Carta manu dicti Ser Bindi Notarii ſub dicto milleſimo, Indictione duodecima, die XVIII. *Ianuarii.*

Qualiter D. Franciſchus Epiſcopus *ſupradictus tamquam Dominus, & Patronus Plebis ſue S. Viti de Soffignano, contulit Canonicatum dicte Plebis Mattheo Clerico de Prato ſub milleſimo & Indict. predictis die* XII. *Februarii.* Superius pag. 250. ſcriptum eſt *Sufignanum*; ſed inferius etiam eſt *Suffignanum*.

Qualiter d. D. Epiſcopus poſuit olim operarios in opere maioris Eccleſie Florentine D. Thomam Canonicum, & Ser Clarum Cappellanum dicte maioris Eccleſie Florentine, quia d. D. Thomas ſe abſentavit, & eidem D. Epiſcopus *in locum d. D. Thome ad dictum Offitium exercendum ſubrogavit D. Giamdonatum Canonicum Florentinum ſub* MCCLXXXXVIIII. *Indict. duodecima, die ultimo Maii.*

Qualiter Presbiter Segna Rector Eccleſie S. Angeli ad Arginam recognovit, quod ipſe pro dicta Eccleſia tenebatur annuatim ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus unum modium fabarum, & promiſit dictas fabas per ſe ſuoſque ſucceſſores ſolvere dicto Epiſcopatui annis ſingulis in futurum. Carta manu d. Ser Bindi Notarii ſub anno, & Indictione predictis, die ultimo menſis Aprilis.

Qualiter Dominus Franciſchus Epiſcopus ſupradictus elegit & poſuit in ſacriſtam Monaſterii ſui Sancti Miniatis ad Montem Dopnum Iohannem de Agolantibus Monacum ipſius Monaſterii. Carta manu dicti Ser Bindi Not. ſub milleſimo, & Indictione predictis die XIX. *Iunii.*

Qualiter dictus Epiſcopus ſupradictus confirmavit electionem factum de perſona Fratris Iohannis per Fratres, & Capitulum Fratrum Sancte Anne in Priorem dictorum Fratrum, & loci. Carta manu dicti Ser Bindi Notarii ſub anno, & Indictione predictis die primo menſis Auguſti.

Qualiter dictus Epiſcopus contulit Plebem S. Stephani de Campoli Domino Stephano de . . . . . Canonico Florentino. Carta manu dicti Not. ſub anno, & Indictione predictis, die XXIV. *Auguſti.*

Qualiter Religioſus Vir Dominus Lapus Monacus Monaſterii Sancti Bartholomei de Ripoli, ſolvit nomine Abbatis, & Conventus d. Monaſterii Ser Minno Procuratori Domini Epiſcopi Florentini unum cereum trium librarum cere nove. Carta manu d. Not. ſub MCCCX. *Indict.* XIII. *die trigeſimo menſis Iulii.*

Qualiter Dominus Michael Prior Eccleſie, ſive Canonice Sancte Marie de Monte Sancto, & Sancti Roſſinuazi, Florentine Dioceſis recognovit D. Anthonium Epiſcopum Florentinum tamquam Dominum, & Patronum ipſius Eccleſie. *Pro Epiſcopatu tenetur dare annuatim nomine perpetui cenſus tres denarios argenti. Carta manu d. Ser Bindi Not. ſub anno, & Indict. predictis die* XIV. *Ianuarii.*

Qualiter d. Dominus Prior ſolvit prefato D. Anthonio Epiſcopo totum cenſum, quem hactenus ſolvere tenebatur uſque ad preſentem diem. Carta manu d. Ser Bindi Not. ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Defunt heic & alibi quaedam ad Eccleſiam S. Criſci in Vallecava ſpectantia, quae adducentur inferius, ubi de illa Eccleſia agemus.

Qualiter Ser Meus Rector Sancte Marie de Soli recognovit, & dixit, quod d. Eccleſia *debebat dare annuatim Epiſcopatui Florentino ſex ſtaria grani. Carta manu dicti Ser Bindi Notarii ſub* MCCCXIV. *Indict.* XII. *die* XXVI. *Aprilis.*

Qualiter Dominus Ricoverus Plebanus Plebis S. Caſſiani de Padule recognovit ſe dare debere pro d. Plebe Epiſcopatui Florentino annuatim perpetuo unum modium grani. Carta manu d. Ser Bindi Not. ſub MCCCXII. *Indict.* X. *die decimo menſis Auguſti.*

Qualiter Prebiter Buonus Rector Eccleſie Sancti Michaelis de Rabia Canina recognovit quod dicta Eccleſia debet dare annuatim perpetuo Epiſcopa-

Digitized by Google

patui Florentino ſtarios grani tres. Carta manu dicti Notarii ſub anno, Indictione & die predictis.

Qualiter Dominus Parente Prior Eccleſie de Loacnſtro recognovit Dominum Epiſcopum, & Epiſcopatum eſſe unicum Dominum, & Patronum ipſius Eccleſie, & promiſit dare pro dicta Eccleſia annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino ſtarios octo grani, & octo panicbi ad ſtarium Florentinum. Carta manu dicti Not. ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Qualiter Presbiter Bonaintus Rector Eccleſie Sancti Bartholi de Moleczano recognovit ſe debere pro dicta Eccleſia annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino ſtarios quatuor boni & puri grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu dicti Ser Bindi Notarii ſub milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Dominus Iunta Plebanus Plebis Sancti Stefani in Botena, recognovit quod Epiſcopus, *& Epiſcopatus predictus eſt Dominus, & Patronus dicte Plebis, & ad eum pertinet; & promiſit dare annuatim dicto* Epiſcopatui *pro annuo ficto ſtarios grani quatuor ad ſtarium Florentinum, & unam ſalmam vini. Carta manu dicti Ser Biadi Not. ſub anno, Indict. & die predictis.*

Qualiter bone memorie Dominus Anthonius dudum Epiſcopus *Florentinus contulit Ser Gbino Segberini Hoſpitale della Valle. Carta manu Benedicti Magiſtri Martini Not. ſub MCCCX. die ſecundo Aprilis.* Hoc anno vivebat Epiſcopus *Antonius*; ſed *bonae memoriae* dicitur, quia quando Regeſtus hic ſcriptus fuit, recens mortuus erat.

Qualiter dictus Dominus Epiſcopus *confirmavit electionem factam per eum tamquam Patronum Eccleſie Sancti Gemininni de Petrorio una cum filiis D. Roſſi de Buadelmontibus cum patronis ſuis de D. Gerio de Colle in Priorem dicte* Eccleſie. *Carta manu dicti Not. ſub dicto milleſimo die X. Novembris. Qui Prior inter alia iuravit, nullum Canonicum vel Clericum Benefitiatum in ipſa* Eccleſia *facere ſine licentia* Epiſcopi *Florentini.*

Qualiter dictus Dominus Epiſcopus *Florentinus una cum Capitulo* Eccleſie *Florentine univit menſe Florentini* Epiſcopatus *Eccleſiam de Vlmis. Carta manu dicti Not. ſub dicto milleſimo, die quinto Decembris.*

Qualiter Arigus Iacobi Hoſpitalarius Hoſpitalis de Ponte Petrino ſolvit pro dicto Hoſpitali dicto Domino Epiſcopo *unam libram turis pro cenſu, quem in feſto Sancti Vincentii annuatim ſolvere tenetur idem Hoſpitale* Epiſcopatui *Florentino. Carta manu dicti Benedicti Not. ſub dicto milleſimo, die XXV. Ianuarii.*

Qualiter Monaſterium de Ripolis ſolvit dicto Domino Epiſcopo *cereum unius libre* Epiſcopatui *Florentino pro cenſu per ipſum Monaſterium debito annuatim perpetuo in feſto Sancti Ioannis. Carta manu dicti Not. ſub dicto milleſimo, die* XXIIII. *Iunii.*

Qualiter Dominus Epiſcopus *Florentinus, tamquam unicus Dominus, & Patronus* Eccleſie *Sancte Marie de Foraello, contulit eam. Carta manu dicti Benedicti Not. ſub dicto milleſimo, die* XXV. *Novembris.*

Qualiter dictus Dominus Epiſcopus *aſſerens ad ſe, &* Epiſcopatum *Florentinum pertinere collationem Canonicatuum, & prebendarum in Plebe ſua de Acone, contulit Canonicatum dicte Plebis Bardo filio Guidonis Bardi. Carta manu dicti Ser Benedicti Not. ſub milleſimo treceteſimo undecimo, die penultimo Iunii.*

Qualiter dictus Epiſcopus *conceſſit licentiam Domino Fratri Currado* Epiſcopo *Feſulano celebrandi ſua vice ordinationem Clericorum apud Eccleſiam Fratrum Predicatorum. Carta manu dicti Notarii ſub dicto milleſimo, die* XVII. *menſis Septembris.*

Qualiter dictus Dominus Epiſcopus *tamquam unicus Dominus, & Patronus Plebis de Suffignano contulit ipſam Plebem Domino Iacobo de Rubeis. Carta manu dicti Not. ſub* MCCCXIII. *die* XXVII. *menſis Aprilis.*

Qualiter Dominus Epiſcopus *conceſſit licentiam Domino Gherardo Plebano Plebis de Decimo preſenti, quod recipere poſſet Cionem de Sancto Caſſiano in Canonicum dicte Plebis. Carta manu dicti Notarii ſub dicto milleſimo, die* XXV. *menſis Maii.*

Qualiter Frater Forte Converſus, & Sindicus Monaſterii Sancti Donati de Turri, nomine dicti Monaſterii ſolvit dicto Domino Epiſcopo *pro cenſu debito annis ſingulis in feſto S. Iohannis* Epiſcopatui *Florentino unum cereum libre. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo, die trigeſimo menſis Iunii.*

Qualiter d. Dominus Epiſcopus *tamquam Dominus, & Patronus Eccleſie Sancti Andree de Fabrica contulit illam vacantem per privationem Presbiteri Bonaveris, Presbytero Dino de Calenzano. Carta manu d. Ser Benedicti Not. ſub* MCCCXIII. *die* XII. *menſis Iulii.*

Qualiter dictus Dominus Anthonius Epiſcopus *tamquam unicus Dominus, & Patronus Eccleſie Sancti Ruffiniani de Monte Sancto, contulit illam vacantem per mortem Domini Michaelis dudum Prioris, Maſino Clerico filio Domini Maruccii de Cavalcantibus. Carta manu d. ſub dicto milleſimo, die XVIII. Iulii.*

Qualiter dictus Dominus Anthonius Epiſcopus *tamquam Dominus unicus, & Patronus Eccleſie Sancti Anthonii, contulit eumdem Presbitero Manno. Carta manu dicti Benedicti Not. ſub dicto milleſimo, die decimo octavo Auguſti; & tunc idem Rector recognovit ipſam Eccleſiam teneri annuatim* Epiſcopatui *Floreatino unum modium grani, & quatuor paria cupponum.*

Qualiter dictus Dominus Epiſcopus *tamquam unicus Dominus, & Patronus Plebis de Burgo S. Laurentii, contulit Canonicatum dicte Plebis Gerio Do-*

Qua- Do-

Domini Pini. Carta manu dicti Not. ſub d. milleſimo, die quarto menſis Septembris.

Qualiter dictus Dominus Epiſcopus contulit Lori Pacini de Loncaſtro Canonicatum Plebis Sancti Stefani in Botena ſub dicto milleſimo, die quarto Octubris. Carta manu dicti Benedicti Notarii.

Qualiter d. D. Epiſcopus contulit D. Michaeli de Filicaia beneſitium Clericatus in Eccleſia Sancti Angeli ad Sevem. Carta mano dicti Benedicti Notarii ſub MCCCXIII, *die* XIV. *Novembris.*

Qualiter d. D. Antbonius Epiſcopus Florentinus contulit Iacomino Ioannis de Raſorio Clerico Canonicatum Plebis S. Stefani in Botena. Carta manu d. Benedicti Not. ſub d. milleſimo, die III. *Ianuar.*

Qualiter d. Epiſcopus commiſit dopno Benedicto Priori Monaſterii de Rivo Ceſaris curam Populi dicti Monaſterii, & ipſe Prior fecit ipſi Domino Epiſcopo pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus obedientiam. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo, die primo Ianuar.

Qualiter d. D. Epiſcopus tamquam unicus Dominus, & Patronus Eccleſie de Monte Iovis, contulit eam Presbitero Sancto. Carta manu d. Benedicti Not. ſub d. milleſimo, die quinto menſis Iulii.

Qualiter Frater Forte Converſus Monaſterii S. Donati ad Turrim ſolvit d. D. Epiſcopo pro cenſu unum cereum unius libre, ut moris eſt ſolvere. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo die VIII. *Iulii.*

Qualiter d. D. Epiſcopus tamquam unicus Dominus, & Patronus Eccleſie de Soli, contulit eam Locterio Gozzi. Carta manu d. Benedicti Not. ſub d. milleſimo, die XIII. *Auguſti.*

Qualiter d. D. Epiſcopus tamquam unicus Dominus & Patronus Eccleſie Sancte Marie de Valcava, contulit eam vacantem per renuntiationem Presbiteri Cecis Ricovero Duccii de Monteceraia Diacono. Carta manu d. Benedicti Not. ſub d. milleſimo, die XV. *Iunii.*

Qualiter Donnus Maurus Monacus, & Sindicus Monaſterii de Ripole ſolvit pro d. Monaſterio pro cenſu ſolito, e debito ſolvi per ipſum Monaſterium Epiſcopatui Florentino in feſto S. Ioannis unum cereum trium librarum cere. Carta manu d. Not. ſub milleſimo, Indictione & die predictis.

Qualiter d. D. Epiſcopus tamquam unicus Dominus, & Patronus Plebis de Filectole contulit eam D. Iohanni de Guazalottis. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo, die XV. *menſis Septembris.*

Qualiter D. Antbonius Epiſcopus Florentinus contulit dopno Salino Cappellano ſuo Canonicatum d. Plebis de Filectole, & ibi receptus eſt. Carta manu Benedicti Magiſtri Martini Not. ſub MCCCXV. *menſe Septemb.*

Qualiter d. Epiſcopus contulit Coppo Giammori Folchi Canonicatum Plebis de Decimo. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo die XXX. *d. menſis Octubris.*

Qualiter Presbiter Picchinus Rector Eccleſie Sancti Petri De Supra, pro cenſu annuatim debito Epiſcopatui Florentino per ipſam Eccleſiam pro anno quolibet, ſcilicet, unum par capponum, & quatuor denarios, ſolvit pro quatuor annis preteritis ſedecim denarios, & quatuor paria capponum; & idem D. Epiſcopus fuit confeſſus ſimiliter cenſum a dicta Eccleſia, & Rectore pro duobus annis, octo urceos vini ad rationem quatuor urceorum pro anno. Carta manu d. Benedicti Not. ſub d. milleſimo, die ultimo menſis Octubris.

Qualiter D. Epiſcopus contulit Canonicatum Plebis de Botena Cantino Clerico. Carta mano d. Not. ſub MCCCXVI, *die decima quarta menſis Aprilis.*

Qualiter d. Epiſcopus contulit Clericatum Plebis Vaglie Pariſio Clerico. Carta mano dicti Not. ſub dicto milleſimo, die undecimo menſis Auguſti.

Qualiter d. D. commiſit Domino Abbati de Ripolis curam Populi d. Monaſterii, & ipſe fecit obedientiam. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo, die VII. *Ianuar.*

Qualiter d. Epiſcopus fuit confeſſus ſe habuiſſe a Presbitero Corſo Rectore Eccleſie Sancte Marie de Cintorio pro cenſu unius anni ſoldos duodecim ſ. p. Carta manu d. Not. ſub MCCCXVII. *die* XXIII. *menſis Iunii.*

Qualiter D. Epiſcopus fuit confeſſus ſe habuiſſe a Fratribus Paulo, & Dominico de Ogniſſanti pro cenſu Eccleſie Sancte Lucie, que annuatim ſolvere tenetur, ſoldos quindecim, & unam libram cere. Carta manu d. Not. ſub milleſimo. & die predictis.

Qualiter Frater Forte Converſus, & Sindicus Monaſterii S. Donati ad Turrim ſolvit d. Epiſcopo pro cenſu anni preſentis cereum ponderis unius libre, & ſoldos viginti. Carta manu d. Notarii ſub dicto milleſimo die XVIII. *menſis Auguſti.*

Qualiter d. D. Epiſcopus tamquam Dioceſanus inſtituit D. Vbaldum D. Simonis de Bardis in Hoſpitalarium, & Rectorem Hoſpitalis, & Manſionis S. Euſebii. Carta manu d. Not. sub d. milleſimo die VII. *Octubris.*

Qualiter D. Ghinoz de Vicedominis receptus fuit a Canonicis Eccleſie S. Fridiani in Priorem ipſius Eccleſie, tamquam in Eccleſia pertinente ad collationem Epiſcopi Florentini. Carta manu dicti Benedicti Notarii sub dicto milleſimo de menſe Iunii.

Qualiter d. Epiſcopus tamquam unius Dominus, & Patronus Eccleſie S. Martini de Viſpignano, contulit eam vacantem per mortem D. Fabri dudum Prioris, D. Anthonio Nerii Fuccii. Carta manu d. Not. sub d. milleſimo die X. *menſis Auguſti.*

Qua-

Qualiter d. Epiſcopus tamquam unicus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Romuli de Campeſtri contulit eam Prebitero Raccho. Carta manu d. Notar. ſub dicto milleſimo, XXVIII. Auguſti.

Qualiter d. Epiſcopus tamquam unicus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Laurentii de Lonceſtri contulit eam Iohanni Puccio Clerico. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo, die XXV. Septembris.

Qualiter d. D. Epiſcopus tamquam unicus Dominus, & Patronus Eccleſie de Monte Iovis contulit Ser Forti Necthii de Calenzano. Carta manu dicti Notarii ſub MCCCXIX. die decima Maii.

Qualiter Frater Bonus familiaris, & Procurator Monaſterii de Gignoro ſolvit pro d. Monaſterio d. Epiſcopatui decem libras cere pro duobus annis ad rationem quinque librarum pro anno, nomine cenſus perpetui. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo die XIV. Septemb.

Qualiter d. D. Epiſcopus fuit confeſſus ſe recepiſſe a Prebitero Guidone de Cornocchio Sindico, & Procuratore Plebani S. Agnete pro cenſu eidem debito annuatim, & Epiſcopatui Florentino per ipſum Plebem, per plures annos retento ad rationem ſoldorum ſex pro quolibet anno in ſumma libras quinque ſ. p. Carta manu d. Benedicti. Not. ſub dicto milleſimo, die decimo tertio Martii.

Qualiter d. D. Epiſcopus contulit Eccleſiam S. Marie de Acone Prebitero Guibello. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo, die XIII. menſis Februar.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus firmavit, & ordinavit, quod Plebes ſua de Campaulis, & Plebanus in ea pro tempore exiſtens, quolibet anno in perpetuum pro reſtauratione eorum, que hactenus debebant ſolvere Epiſcopatui Florentino, & pro his, que habebat ab Epiſcopatu, ſolvat Epiſcopatui predicto annis ſingulis in futurum de menſe Septembris duos modios boni grani, & duos modios annone, de menſe Ianuarii duos urceos boni olei, & unum par capponum in feſto Nativitatis Domini, & in Reſurrectione Domini unum par bonorum caponum, & decem ſeliquas ovorum apud Epiſcopatum Florencinum. Carta manu Iacobi Petri de Pino Not. ſub MCCLXIX. Indict. XII. die VII. Maii.

Qualiter Presbiter Raynerius Rector Eccleſie S. Fabiani Plebatus Campaulis in preſentia D. Iohannis Epiſcopi Florentini confeſſus fuit, quod d. Eccleſia cum ſuis pertinentiis pertinet ad Epiſcopum, & Epiſcopatum Florentinum tamquam ad Dominum, & Patronum ipſius Eccleſie, & promiſit eidem D. Epiſcopo, & Epiſcopatui in perpetuum annuatim in futurum ſolvere de menſe Auguſti nomine ficti octo ſtarios grani. Carta manu d. Iacobi Not. ſub MCCLXX. Indict. XIV. die XIX. menſis Februar.

Qualiter D. Orlandus Prior S. Stefani Florentie delegatus Ven. Patris D. Iohannis Epiſcopi ſupradicti ſuper reformatione Plebis S. Iohannis de Remulo ad honorem Dei delegit diſcretum Pretbiterum Ioannem ol. Rectorem Eccleſie S. Andree de Anticha, & filium Ildebrandini de Baroncellis in Plebanum, & Rectorem d. Plebis S. Iohannis de Remulo, cui electioni d. Pretbiter Ianni incontinenti conceſſit, & fecit eidem obedientiam, recognoſcens eumdem Venerabilem Patrem in ſuum, & dicte Plebis unicum Dominum, & Patronum. Carta manu d. Ser Ciapi Not. de Pino ſub MCCLXX. Indictione XIV. die XXV. Septembris.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus predictus tamquam unicus Dominus, & Patronus Plebis S. Andree de Doccia elegit Presbiterum Combinum Plebanum Plebis S. Cerbaſii de S. Martino in Rectorem, & Plebanum d. Plebis S. Andree de Doccia. Carta manu d. Not. ſub milleſimo, & Indict. predictis, die ultimo menſis Septembris.

Qualiter d. D. Iohannes Epiſcopus tamquam Dominus, & Patronus Eccleſie S. Columbani Montis Acuti Plebatus Campaulis elegit Presbiterum Bernardum Canonicum Plebis S. Marie in Pineta in Rectorem d. Eccleſie S. Columbani predicti. Carta manu d. Not. ſub MCCLXXI. Indict. XIV. die XX. menſis Maii.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus predictus tamquam verus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Margerite del Aceraia Plebatus Aconis elegit Pretbiterum Iannis Rectorem Eccleſie S. Andree de Cavaliere in Dominum, & Rectorem d. Eccleſie Sancte Margherite de Aceraia. Carta manu d. Ser Ciapi Not. ſub anno, & Indict. predictis die XXV. menſis Iunii.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus ſupradictus tamquam verus Dominus, & Patronus Plebis S. Petri de Vallia vacantis per mortem D. Giunizinghi eiuſdem Plebis Plebani, elegit diſcretum virum Iacobum Plebanum S. Stefani in Botena in Dominum, & Plebanum d. Plebis S. Petri de Vallia. Carta manu d. Ser Ciappi Not. ſub MCCLXXI. Indict. XIV. die XXIV. Ianuar.

Qualiter diſcretus vir D. Gherardus Plebanus Plebis S. Cicilie ad Decimum recognovit D. Iohannem Epiſcopum Florentinum pro ſuo Domino temporali, & ſpirituali, & iuravit eidem obedientiam. Carta manu Ser Ciappi de Pino Not. ſub anno, & Indict. predictis die XIV. menſis Februar.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus ſupradictus ſpecialis Dominus, & Patronus Eccleſie S. Martini de Viſpignano vacantis, elegit diſcretum virum Presbiterum Orlandum Canonicum d. Eccleſie in Priorem, Dominum, & Rectorem d. Eccleſie S. Martini de Viſpignano ſub d. milleſimo, & Indict. die XVII. menſis Februar. Carta manu d. Ser Ciapi Not.

Qualiter d. D. Iohannes Epiſcopus Florentinus,

nus, tamquam unitus Dominus, & Patronus Plebis Sancti Stefani in Botena vacantis elegit Iuntam natum Guiglielmi de Fumo Rectorem Eccleſie Sancti Andree de Vicorata in Plebanum, Dominum, & Paſtorem dicte Plebis Sancti Stefani in Botena. Prefatus Dominus Iunta Plebanus recognovit eumdem Dominum Epiſcopum pro ſe, & dicta Plebe unicum Dominum, & Patronum, & eidem fecit hobedientiam. Carta manu d. Not. ſub MCCLXXII. Indictione quintadecima, die quarto menſis Aprilis.

Qualiter Dominus Iohannes Epiſcopus ſupradictus elegit diſcretum virum Guelfum Priorem Eccleſie Sancti Pauli Florentini natum nobilis viri, Domini Marſoppini Aczi fidelis Epiſcopatus in Plebanum, Dominum, & Rectorem Plebis Sancti Laurentii de Mucello vacantis. Carta manu d. Ser Cinpi de Pino Not. ſub MCCLXXIIII. Indict. ſecunda, die tertio menſis Maii.

Et nota, quod predicta omnia Inſtrumenta ſcripta per dictum Ser Cinppum commiſſa fuerunt Ser Gratie Arighi Not.

Qualiter Presbiter Mattheus Rector Eccleſie de Fabrica promiſit dare annuatim Epiſcopatui Florentino ſtarios ſex grani. Carta manu Guerrantis Alberti Not. ex imbreviaturis Ser Benvenuti Manetti Not.

Qualiter Presbiter Gherardus Rector Eccleſie Sancte Marie de Campoli promiſit dare annuatim Epiſcopatui Florentino ſtarios duos grani ad ſtarium Florentinum, & duos ſtarios grani, & duos ſtarios ordei ad ſtarium decimalem, & decimas de quibuſdam terris.

Qualiter Presbiter Arigus Rector Eccleſie Sancti Gaudentii, promiſit dare annuatim Epiſcopatui Florentino ſtarios quatuor grani ad ſtarium Florentinum.

Qualiter Presbiter Ranerius Rector Eccleſie Sancti Fabiani promiſit dare annuatim Epiſcopatui Florentino ſtarios duos grani, & duos urceos olei.

Qualiter Presbiter Bandinus Rector Eccleſie Sancte Lucie ad Lignanum promiſit dare annuatim Epiſcopatui Florentino ſtarios duos grani.

Qualiter Presbiter Bencivenni Rector Eccleſie Sancte Marie de Campoli promiſit dare annuatim Epiſcopatui Florentino ſtarios decem grani.

Nota quod predicta ſex inſtramenta facta manu dicti Guerrantis Not. ſunt ſimul in ſaccho Caſtri Florentini ſignata per CCXLIII.

Qualiter Ser Bindus Romei de Calenzano Sindicus Domini Anthonii Epiſcopi Florentini & Epiſcopatus, fuit confeſſus ſe habuiſſe, & recepiſſe a D. Vgolino Priore Sancte Felicitatis ad Emam pro quinque annis proxime preteritis decem ſolidos F. P. Quos dictus Prior pro dicta ſua Eccleſia ſolvere tenebatur ad rationem denariorum duorum de argento pro quolibet anno, computato quolibet denario de argento duodecim denariis, occaſione duarum petiarum terre poſitarum in Podio de Gallano dicte d. Eccleſie Conceſſarum per d. Gottifredum Epiſcopum Florentinum, & ſic promiſit d. Dominus dare, & ſolvere d. Epiſcopatui annuatim in perpetuum. Que omnia continentur in imbreviaturis Guarnerii Nerii Not. ſub MCCCXVI. Indict. XV. die XIX. Februar.

Qualiter D. Andreas Epiſcopus Florentinus tamquam unicus Dominus, & Patronus Eccleſie Sancte Lucie de Plebe Veteri, ipſam Eccleſiam contulit Presbitero Lotterio filio q. Boromani de Florentia, ut in imbreviaturis Gratie Arighi Gratie Not. continetur ſub MCCLXXXVII Indict. XV. VIII. Aprilis.

Qualiter D. Andreas Epiſcopus ſupradictus unitus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Alexandri in Vitiano Plebatus S. Stefani in Botena contulit ipſam vacantem Presbitero Franciſcho Rectori Eccleſie S. Michaelis de Compiobio. Manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indict. die XXI. Iulii.

Qualiter d. D. Epiſcopus Dominus, & Patronus Plebis S. Petri de Vallia elegit in Plebanum d. Plebis Magiſtrum Andream Canonicum Eccleſie S. Stefani ad Pontem, ut in d. imbreviaturis continetur ſub milleſimo, & Indict. predictis die XXIX. Iulii.

Qualiter D. Andreas Epiſcopus ſupradictus elegit in Archidiaconum Florentinum Magiſtrum Andream Canonicum Sancti Stefani ad Pontem, cum ad ipſum D. Epiſcopum collatio ipſius Archidiaconatus pertineat, & ſpectet ex antiqua, & approbata conſuetudine. Manu d. Not. ſub dicto milleſimo & Indict. prima, die XXV. Ianuarii.

Qualiter d. Epiſcopus contulit Eccleſiam Sancte Marie de Acone Presbitero Iacobo olim Rectori d. Eccleſie. Manu d. Not. ſub MCCLXXXVI. Indict. XV. die V. Februarii.

Qualiter D. Andreas Epiſcopus ſupradictus elegit Ildibrandinum Clericum filium D. Bambi de Cavalcantibus in Canonicum Plebis ſue Eccleſie S. Cecilie de Decimo. Manu d. Not. ſub MCCLXXXVII. Indict. XV. die VIII. Maii.

Qualiter D. Andreas Epiſcopus Florentinus Dominus, & Patronus Plebis S. Euſtatii de Acone contulit ipſam Plebem D. Bonaventure q. Bentivegnis de Acone. Manu d. Not. ſub MCCLXXXVII. Indictione prima die XXIIII. Septembris.

Qualiter d. D. Epiſcopus tamquam unicus Dominus, & Patronus Plebis S. Andree in Doccio contulit ipſam Plebem D. Torrigiano Clerico filio Vberti de Vicedominis. Manu dicti Notar. ſub dicto milleſimo, & Indictione die XIX. menſis Februar.

Qualiter d. D. Epiſcopus Dominus, & Patronus Plebis S. Petri de Vallia contulit ipſam Plebem D. Pariſio olim Plebano de Celiciaola. Manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indict. die XVI. Februar.

Qualiter D. Andreas Epiſcopus Florentinus tam-

tamquam unicus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Sepulcri de Monticelli ipſam Eccleſiam contulit Presbitero Beni Rectori Eccleſie S. Martini Epiſcopi. Manu d. Notar. ſub milleſimo Indict. & die predictis.

Qualiter d. D. Epiſcopus elegit in Rectorem Eccleſie S. Marie de Monte Fiore Plebatus de Ripoli, ſive de Villa Magna, Presbiterum Iacobum filium olim Bonſignoris Broncii de Vicchio. Manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indict. die II. Aprilis.

Qualiter d. D. Epiſcopus, Dominus, & Patronus Plebis S. Stephani de Campaule ipſam Plebem contulit Presbitero Alexandro q. Belnerii de Pogna. Manu d. Not. ſub MCCLXXXVIII. Indict. I. die XII. Septembris.

Qualiter Vguiccione q. Bonaiuti Populi S. Michaelis de Cigliano Plebatus Plebis Pomini Feſulane Dioceſis, fuit confeſſus, & recognovit D. Andree Epiſcopo Florentino ſe emiſſe a Sighinolfo Iunte fideli Epiſcopatus Florentini de Vico Vallis Sevic quaſdam terras poſitas in d. Populo S. Michaelis de Vico, de quibus d. Vguiccione promiſit dare, & ſolvere d. Epiſcopatui annuatim in perpetuum tres ſtarios grani. Manu d. Not. dicta die.

Qualiter D. Lambertus Plebanus de Quarazzano Vicarius d. D. Epiſcopi, ex commiſſione ſibi facta per d. D. Epiſcopum Patronum, & Dominum Eccleſie S. Marie de Vlmis Plebatus Burghi, ipſam Eccleſiam contulit Presbitero Guidoni Rectori Eccleſie S. Marie de Vico Feraldi. Manu d. Not. ſub MCCLXXX. Indictione IV. die XVII. Decemb.

Qualiter D. Andreas Epiſcopus ſupradictus contulit Eccleſiam S. Petri de Caſaglia, ſive de Pietra Santa Presbitero Iacobo filio olim Guidonis Populi S. Petri de Padule. Manu d. Notar. ſub dicto milleſimo, & Indictione die VIIII. Martii.

Qualiter D. Andreas Epiſcopus ſupradictus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Marie de Vimia Plebatus Burgi S. Laurentii de Mucello, ipſam Eccleſiam contulit Presbitero Azolino q. Cucche de Acone olim Rectori Eccleſie S. Margherite de Aceraia. Manu d. Not. ſub MCCXCII. Indict. V. die XXVI. Aprilis.

Qualiter D. Andreas Epiſcopus Florentinus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Margarite de Aceraia, ipſam Eccleſiam contulit Presbitero Beni Rectori Eccleſie S. Bartholomei de Montealto. Manu d. Not. ſub milleſimo, & Indict. predictis, die XVIII. Aprilis.

Qualiter d. Epiſcopus Dominus, & Patronus Plebis S. Reparate de Pomonte contulit Canonicatum d. Plebis Iohanni Clerico filio Vignani pa-rochiani d. Plebis ſub d. milleſimo, & Indictione die XXIX. Maii.

Qualiter Epiſcopus Florentinus commiſit Pelegrino Bernardi ad inducendum in tenutam Eccleſie S. Andree de Fabrica Presbiterum Paganum Cappellanum Plebis de Decimo, ut in imbreviaturis Iohannis Spade de Florentia Not. continetur ſub MCCXCVIII. Indictione XI. XIII. Aprilis.

Qualiter D. Franciſcus Epiſcopus Florentinus redegit antiqua ſervitia cum Presbitero Bernardo Rectore Eccleſie S. Zenobii de Caſignano Plebatus Giogolis, de quibus ſervitiis dare, & ſolvere promiſit d. Epiſcopo, & Epiſcopatus annuatim in perpetuum ſex ſtarios grani, ſex ordei, ut in d. imbreviaturis.

Qualiter Presbiter Guido Rector Eccleſie S. Lucie de Plebe veteri, recognovit, quod ipſe, & eius preceſſores dederant, & ſolverunt nomine cenſus perpetui Epiſcopatui Florentino de menſe Auguſti ſex ſtarios grani ad ſtarium Florentinum. & ſic promiſit ipſe ſolvere in futurum. Manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indictione, die XVIIII. Iunii.

Qualiter Beniincaſa Rector Eccleſie S. Laurentii de Galiga Plebatus Plebis de Doccia fuit confeſſus, & recognovit ipſam ſuam Eccleſiam fore ſubiectam D. Andree Epiſcopo Florentino, & Epiſcopatui, & ſe fuiſſe electum in Rectorem d. Eccleſie per d. Epiſcopum, ut in d. imbreviaturis continetur d. die.

Qualiter Presbiter Bene Rector Eccleſie Sancte Margerite de Aceraria Plebatus Aconis recognovit ſe ſolviſſe, & ſolvere debere annuatim in futurum Epiſcopatui Florentino nomine fictus perpetui ſtarios quatuor grani, & electum fuiſſe in Rectorem dicte Eccleſie per Dominum Franciſcum Epiſcopum Florentinum. Manu dicti Notarii dicta die.

Qualiter D. Vbertus Plebanus Plebis S. Reparate de Pomonte recognovit pro ſe, & Capitula dicte Plebis dare ſe debere, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui nomine fictus, & cenſus perpetui de bonis omnibus d. Plebis duodecim ſtarios grani ad ſtarium Florentinum; & quod d. Plebs eſt ſubiecta Epiſcopo, & Epiſcopatui Florentino, & quod electus fuit in Plebanum d. Plebis per d. Epiſcopum ſub d. milleſimo, & Indict. die XX. Iunii.

Qualiter Rector Eccleſie S. Benedicti de Mezzalla recognovit Guardianis Epiſcopatus Florentini pro d. Epiſcopatu recipientibus d. Eccleſiam ad Epiſcopatum totaliter pertinere, & dare promiſit, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui nomine cenſus perpetui quatuor ſtarios grani ſub milleſimo, & Indict. predictis die XVIII. Septembris.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus unicus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Sepulcri de Monticelli, elegit in Rectorem d. Eccleſie D. Ildibrandinum Canonicum Florentinum, ut in imbreviaturis Benvenuti Manetti Notarii continetur. Sub MCCLIII. III. Idus Aprilis Indict. undecima.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus uni-

unicus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Marie de Soli elegit in Rectorem d. Eccleſie Presbiterum Struffaldum, ut in imbreviaturis Ser Bencivennis Rabie Canina Not. ſub MCCLVIII. *Indict.* I. *pridie Idus Ianuar.*

Qualiter D. Ranerius Plebanus Plebis S. Caſſiani de Padule renuptiavit dictam Plebem, & omne ius, quod habebat in ea D. Iohanni Epiſcopo Florentino, qui Epiſcopus dictam renupciationem acceptavit, ut in d. imbreviaturis continetur ſub d. milleſimo, & Indict. III. *nonas menſis Martii.*

Qualiter Bandus Canonicus d. Plebis renuptiavit Canunicatum eius Plebis D. Iohanni Epiſcopo Florentino, qui Epiſcopus d. renupciationem acceptavit, ut continetur dictis imbreviaturis dicto die.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus unicus Dominus & Adminiſtrator d. Plebis S. Caſſiani de Padule conceſſit d. D. Ranerio olim Plebano d. Plebis unum modium grani annuatim habendi per eum a d. Plebe, donec d. D. Ranerio proviſum fuerit a d. D. Epiſcopo de aliquo Beneficiu in imbreviaturis d. Not. continetur ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus unicus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Caſſiani de Padule elexit in Plebanum d. Plebis Presbiterum Bencivennem Rectorem Eccleſie de Farneto, ut in imbreviaturis d. Not. continetur ſub d. milleſimo, Indict. & die.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus propter inhobedientiam d. Presbiteri Bencivennis caſſavit, & irritavit electionem, quam fecerat ei de d. Plebe. Manu d. Not. ſub d. milleſimo, Indict. & die.

Qualiter d. Epiſcopus elegit in Plebanum, & Paſtorem d. Plebis Presbiterum Spinellum Canonicum Sancte Marie de Ulmis preſente, & acceptante.

Item qualiter D. Guinizingus authoritate d. Epiſcopi induxit d. D. Spinellum in tenutam, & Poſſeſſionem d. Plebis coram Cappellanis, & Rectoribus Eccleſiarum d. Plebatus; Qui Cappellani, & Rectores eidem Plebano reverenciam preſtiterunt, & eum in Plebanum, & Dominum receperunt.

Item poſtea d. D. Spinellus Plebanus iuravit fidelitatem, & hobedientiam preſtitit d. D. Iohanni Epiſcopo tamquam unico ſuo Domino, & Patrono, de quibus omnibus patet in imbreviaturis dicti Notarii ſub dicto milleſimo, Indictione & die.

Qualiter d. D. Epiſcopus tamquam Dominus, & Patronus d. Plebis elegit in Canonicum d. Plebis Pontium Clericum d. Plebani, & Plebis: Qui d. Plebanus d. Pontium in Canonicum acceptavit. Manu d. Not. d. die.

Qualiter Frater Ardinghus ſolvit Camerario Epiſcopi Florentini, & Epiſcopatus pro annuo cenſu ſolidorum viginti annuatim ſolvendo d. Epiſcopatui per Abbatiſſam, & ſorores S. Donati de Turri detento per d. Abbatiſſam in ſumma librarum ſeptem. Item ſolvit d. Camerario pro Epiſcopatu recipienti pro quodam cereo annuatim ſolvendo d. Epiſcopatui per dictam Abbatiſſam detento per dictum tempus ſeptem annorum ſoldos XX. *f. p. ad rationem quadraginta ſex denariorum pro quolibet cereo; ut in imbreviatoris Ser Sinibaldi Alberci Not. continetur ſub milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Indict.* XI. *die* XX. *menſis Octubris.*

Qualiter D. Andreas Epiſcopus Florentinus elegit in Canonicum Plebis S. Laurentii de Monte Feſulis Franchinum Rinaldi Faville Populi S. Iacobi de Fraſtole, quem D. Mercatus Plebanus acceptavit, & recepit, ut fratrem, ut in imbreviaturis Ser Iohannis Perfecti Notar. continetur ſub MCCLXXXX. *Indict.* III. *die* XXIII. *Septembris.*

Item reperitur qualiter d. Plebanus aſſignavit eidem Franchino certam prebendam ſub MCCXCI. *die* XVIII. *Septemb.*

Qualiter D. Franciſchus Epiſcopus Florentinus elegit in Rectorem Eccleſie S. Iacobi Hoſpitalis de Ponte Pecrorio Plebatus Plebis de Fielctole Presbiterum Franciſcum, ut in imbreviaturis Arighi Gratie continetur ſub MCCLXXXXVI. *Indict.* X. *die* XXVI. *Septemb.*

Qualiter D. Franciſcus Epiſcopus ſupradictus unicus Dominus, & Patronus Plebis S. Viti de Suffignano contulit d. Plebem diſcreto viro Presbitero Cino Canonico d. Plebis, ut in d. imbreviaturis continetur ſub milleſimo, & Indict. predictis, die XXVIII. *Septemb.*

Qualiter D. Iohannes Theſaurarius Vicarius Capituli Eccleſie Florentine vacantis, elegit infraſcriptos Beccamortuos videlicet. Puccium dictum Baragalia, & Chelem Donati Populi S. Iacobi ultra Arnum pro ſextu Ultrarni Cuccium Cioſi, Populi S. Donati de Veghiis pro Sextu Burghi, Montinum Guiducci Populi S. Iacobi inter Foveas pro ſextu S. Petri Scheradii. Malſoliere Puccii pro ſextu Porte S. Petri. Betum Guidonis pro ſextu Porte Domus, & Nutum Calzolarium pro ſextu Sancti Pancratii, ut in d. imbreviaturis continetur ſub MCCCI. *Indict.* XV. *die* IV. *Ianuar.*

Qualiter D. Lotterius Epiſcopus Florentinus contulit Eccleſiam de Pagliariccio presbitero Iacobo; ut in imbreviaturis D. Franciſci de Barberino Not. continetur ſub MCCCII. *Indict.* XV. *die primo Decemb.*

Qualiter Presbiter Duccius Rector Eccleſie S. Zenobii de Caſignano recognovit, & dare promiſit, & ſolvere annuatim D. Lotterio Epiſcopo Florentino, & Epiſcopatui nomine fictus perpetui ſex ſtarios grani, & ſex ſtarios ordei ad rectum ſtarium Florentinum, ut in d. imbreviaturis ſub milleſimo, & Indictione predictis die XXIIII. *Maii.*

Qua-

Qualiter D. Lambertuc de Quaracthi Vicaeiut D. Andree Epiſcopi Florentini inluxit Balſium Clericam, & familiarem ipſiuc D. Epiſcopi electum pee eum in Hoſpitalarium & Dominus Hoſpitalit de Grievi ia poſſeſſionem domoeum, & poſſeſſionum d. Hoſpitalis, ut in imbeeviatarie Miaiatic Iacobi de Sancto Miniate continetur ſub MCCLXXXVIII. *Indict.* II. *die* V. *Octubeic.*

Qualitee D. Andreas Epiſcopuc Floreatiaut unicus Dominut, & Patronus Plebit de Vaglia elegit in Canonicum d. Plebic D. Baachum Plebanum Plebit de Cerciaa, ut in d. imbeeviatoric ſub MCCLXXXX. *Indict.* IIII. *die* XX. *Februarii.*

Qualiter D. Lambeetus Vicariut D. Andree Epiſcopi Florentini moauit ex parte d. D. Epiſcopi D. Tebaldum Archipeecbicerum Florentinum. ut in ceetum teeminum facere deberet eidem D. Epiſcopo obedientiam manualem, & iurare ipſam leevare, ut in d. imbreviaturit continetur ſub milleſimo ducenteſimo aonageſimo peimo Indict. V. *die Kal. Nvoembrit.*

Qualiter D. Lambertus Vicarius ſupradictus monuit D. Gerium Plebanum Plebit de Empoli, quod in certum terminum inraeet, & facoret obedieatiam manualem, ut in d. imbreviaturit continetur ſub d. milleſimo, & Indict. die II. *Novembris.*

Qualiter Frater Ardiagbellus Converſut Monaſterii S. Donati de Turri ſolvit Buono Albizi Cameeario D. Andree Epiſcopi Florentini unum cereum teee aove uniut libre, quem d. Monaſterium tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui aomiae cenſus perpetui ia feſto S. Iobannic Batiſte. Manu d. Not. ſub MCCLXXXXII. *Indict.* V. *die* XXIII. *Ianii.*

Qualiter Fratee Chiarut Familiaris Dominarum Monaſterii de Monticellis ſolvit Buono Albizii Cameraio d. D. Epiſcopi unum cereum cere nove uniut libre, quem d. Monaſterium tenetur, & debet dare, & ſolvero annuatim Epiſcopatui *Florentino nomine cenſus perpetui in feſto Sancti Zenobii. Manu d. Not. ſob* MCCLXXXXIIII. *Indict.* VII. *die* XXV. *Maii.*

Qualiter Prelati, & Rectores Eccleſiarum Civitatis, & dieceſis Florentine congregati ia Palatio Epiſcopali ad ſonum tampane Cleri, citati per literas, & nuptioc preſtiterunt, & feeerunt D. Franciſcbo Epiſcopo Floeentino eeverentiam debitam, & obedientiam manualem, ut ia dictis imbreviaturit continetur, ſub MCCLXXXXV. *Indict.* IX. *die* XIII. *Ianuarii.*

Qualiter D. Maunut Peior Canonicat de Capalle promiſit, & iuravit obedire mandatit D. Franciſci Epiſcopi Floeentini. Manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indict. die I. *Februarii.*

Qualiter D. Franciſcbus Epiſcopus *Florentinus elegit operarios in Opere Sancte Reparate manu d. Not ſub mileſimo, Indict. & die predictis.*

Qualiter D. Franciſcbus Epiſcopus Florentinus commiſit confirmationem, & infirmationem quondam pactorum Monaſterii S. Marie ſuper Cruœm de Via D. Lotterio Epiſcopo Faventino, ut ia d. imbreviaturit contiaetur ſub milleſimo, & Indict. peedictis die XV. *Martii.*

Qualitee D. Franciſcbuc Epiſcopus Florentinus unicus Dominus, & Pateonus Plebit de Vallia, contulit Canonicatum d. Plebit Tano Ianait Clerico de Carmignano. Manu d. Noc. ſub MCCLXXXXVII. *Indict.* VIIII. *die octavo Maii.*

Qualiter Fratee Deodatus Sindicus Eccleſie Fratrum Omnium Sanctorum dedit, & ſolvit D. Simoni Cameraeio D. Franciſci Epiſcopi Florentino unum ceeeum aovum unius libre pro cenſu perpetui annuatim d. Epiſcopatui debito per eamdem; manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indict. predictis die tertio Iunii.

Qualiter Salimbene filiut . . . . . . Spetiarius dedit, & ſolvit vice, & nomine dictarum Dominarum Monaſterii S. Donati de Turri D. Simoni Camerario predicto pro cenſu peepetuo d. Monaſterii debito annuatim. Manu d. Not. ſub milleſimo, & Indict. predictis XXIIII. *Iunii.*

Qualiter Guido Cleeicus familiaris Abbatis Monaſterii de Ripolit dedit, & ſolvit d. D. Simoni unum cereum novum ponderic uniut libre, quem d. Monaſterium tenetur dare, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui in feſto S. Iobannis Batiſte. Manu d. Not. d. die.

Qualitee D. Franciſcbus Epiſcopot Floeentinus unicus Dominut, & Patronut Eccleſie S. Stefani de Pitella vacantis, commiſit eeformationem ipſius Eccleſie Presbiteeo Claro Rectori Eccleſie S. Petri ad Steatam, ut in d. imbreviaturit continetur ſub anao, & Indict. predictis die XVI. *Iunii.*

Qualiter eeperitue quoddam compromiſſum factum incee D. Franciſcbum Epiſcopum Florentiaum & Epiſcopatum ex una paete, & Conſules Kalliſmale ex altera, in D. Iobannem Prioeem S. Petri Scberadii ſuper proviſione faciendæ d. Epiſcopo. Manu d. Not. ſob milleſimo, & Indict. predictic, die XXVII. *Iunii.*

Qualiter D. Iobannes prior Eccleſie S. Petri Scberadii pronuntiavit ſupee d. compromiſſo, ut in d. imbreviaturis continetur ſub milleſimo, & Indict. predictic die VIIII. *Auguſti.*

Qualiter Corſus Familiaric D. Cantit Prioris S. Michaelis Bertelde dedit, & ſolvit D. Simoni Camerario predicto ſoldos tres F. P. pro cenſu perpetuo annuatim d. Epiſcopatui debito in feſto S. Ioannis Batiſte a d. Eccleſia. Manu d. Not. d. die.

Qualiter Salimbene Spetiarius vice, & nomine dictarum Dominarum de Turri, ſolvit D. Simoni Camerario predicto unum cereum novum uniuc libre pro cenſu peepetuo pee d. Dominus annuatim debito d. Epiſcopatui. Manu d. Not. ſub MCCLXXXXVII. *Indict.* X. *die* XXII. *Iunii.*

Ttt

Qua-

Qualiter Fratres Paolus, & Deodatus Siodeci Fratrum Eccleſie S. Lucie Omnium Sanctorum dederunt D. Simoni Camerario predicto unum cereum novum unius libre, & ſoldos quindecim F. P. pro cenſu debito annuatim Epiſcopatui Florentino per d. Eccleſiam. Manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indict. die XXIII. *Iunii.*

Qualiter Volta Cioni Populi S. Romoli Florentie vice, & nomine Monialium Monaſterii de Gignoro ſolvit Ser Iohanni Spade Camerario D. Franciſci Epiſcopi Florentini quinque libras cere nove pro cenſu debito d. Epiſcopatui per d. Monaſterium in feſto S. Iohannis Batiſte. Manu d. Not. ſub MCCXCIX. *Indict.* XI. *die* XXVI. *Februarii.*

Qualiter Frater Iohannes Prior Eccleſie S. Anne districtus Prati dedit, & ſolvit Ser Bindo de Calenzano Camerario D. Lotterii Epiſcopi Florentini duos mazzos candelarum in compenſationem duarum librarum cere, quam dicta Eccleſia dare tenetur, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui nomine cenſus in feſto S. Iohannis Batiſte. Manu d. Not. ſub MCCCII. *Indict.* XV. *die quintodecimo Iunii.*

Qualiter D. Lotterius Epiſcopus Florentinus elegit Presbiterum Vbertinum de Campiano Archipresbiterum Eccleſie Florentine, & ipſe dictam electionem acceptavit. Manu d. Not. ſub MCCCIII. *Indict.* I. *die* V. *Ianuar.*

Qualiter Presbiter Vbertinus predictus inductus fuit in poſſeſſionem d. Eccleſie, & Canonice ipſius. Manu d. Not. d. die.

Qualiter Vbaldinus dictus Biſolcus familiaris Monialium de Ripalta dedit, & ſolvit Ser Bindo de Calenzano Camerario D. Lotterii Epiſcopi Florentini unum cereum cere nove ponderis trium librarum pro cenſu debito d. Epiſcopatui annuatim per d. Monaſterium. Manu d. Not. ſub MCCCVI. *Indict.* IV. *die* XIV. *Ianuar.*

Qualiter Faccius Fecis Procurator Monialium Monaſterii S. Franciſci de Monte Saxo dedit, & ſolvit Presbitero Donato Cappellano D. Anthonii Epiſcopi Florentini unam libram turis pro cenſu debito annuatim d. Epiſcopatui per d. Monaſterium. Manu d. Not. ſub MCCXII. XI. *die* XXX. *Decembris.*

Qualiter Ser Bindus de Calenzano Camerarius D. Anthonii Epiſcopi ſupradicti habuit a D. Iacobo Sacriſtano, & D. Franciſcho, Fratribus Eccleſie S. Lucie Omnium Sanctorum tres cereos, quemlibet unius libre, & ſolidos quadraginta quinque f. p. pro cenſu preſentis anni annuatim debito d. Epiſcopatui *per d. Eccleſiam ſub* MCCCXVI. *Indict.* XV. *die* XVII. *Iulii.*

Qualiter Ser Bindus predictus Camerarius d. Epiſcopi, habuit a Dopno Bonaventura Monacho, & Camerario Abbatie, & Conventus Monaſterii S. Marie Florentine ſolidos triginta f. p. pro annuo cenſu, quem d. Epiſcopus recipere debet ab Eccleſia S. Proculi Florentie pro ſex annis proxime preteritis de menſe Iunii in feſto S. Iohannis Batiſte, que omnia continentur in imbreviaturis d. Ser Miniati Not. ſub milleſimo, & Indictione predictis, die III. *Martii.*

Qualiter D. Andreas Epiſcopus Florentinus unicus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Andree de Monte Iovis Rectore vacantis, ipſam vacantem contulit Presbitero Bonaventure filio olim Aldobrandini de Valle Plebatus Montis Cuccholi. Carta manu Gratie Arighi Not. ſub MCCXCIII. *Indict.* VI. *die* XX. *menſis Aprilis.*

Qualiter d. D. Epiſcopus elegit, & confirmavit in Rectorem d. Eccleſie de Monte Iovis Arigum Clericum filium Arnaldi de Cerſina, ut in imbreviaturis d. Not. continetur ſub milleſimo, & Indict. predictis die XVIII. *Decemb.*

Qualiter D. Guelfus Plebanus Plebis Burgi S. Laurentii de Mucello ex ſpeciali commiſſione ſibi facta per Cuſtodes, & Vice Dominos Epiſcopatus Florentini vacantis Domini, & Patroni Plebis S. Petri de Vaglia elegit Presbiterum *Guidonem Canonicum S. Stephani in Pane in Plebanum d. Plebis de Vaglia, ut in imbreviaturis d. Not. continetur ſub* MCCLXXXII. *Indict.* XI. *die* VIII. *Februar.*

Qualiter D. Index Plebanus S. Iohannis Florentini ex ſpeciali commiſſione ſibi facta per Cuſtodes, & Vicedominos Epiſcopatus Florentini vacantis Patroni, & Domini Eccleſie S. Alexandri de Vitiliano, elegit in Rectorem d. Eccleſie Presbiterum Migliorem filium Michaelis de Rencine Feſulane Dioceſis, ut in imbreviaturis d. Not. continetur ſub MCCLXXXIII. *Indict.* XI. *die* IX. *Aprilis.*

Qualiter Presbiter Migliore Rector Eccleſie S. Iacopi de Caſigliano, conſtitutus coram D. Pariſio Vicario Epiſcopi Florentini, reaſignavit Eccleſiam S. Andree de Fabrica d. D. Vicario, quam Eccleſiam conduxerat ad affictum a Presbitero Bonavere Rectore d. Eccleſie de Fabrica. Carta manu d. Not. ſub MCCCVI. *Indict.* IV. *die* VIII. *Aprilis.*

Qualiter D. Amantus Prior Eccleſie S. Marie Maioris de Florentia recognovit ſe debere dare annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui in feſtivitate S. Iohannis de menſe Iunii denarios decem octo f. p. & ſic ſolverunt eius anteceſſores. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indict. die VII. *menſis Maii.*

Qualiter Bonaventura Monacus, & Camerarius Monaſterii S. Marie Florentine dedit, & ſolvit Epiſcopatui Florentino pro dicto Monaſterio nomine cenſus perpetui ſoldos decem f. p. quos d. Monaſterium dare tenetur, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui *in perpetuum nomine cenſus, ut in imbreviaturis d. Not. continetur ſub d. milleſimo, & Indict. die* IX. *Auguſti.*

Qualiter D. Orlandus Rector Eccleſie S. Cicilie dedit, & ſolvit pro Monaſterio Dominarum de Gignoro Camerario Epiſcopatus Florentini pro ſen-

cenſu perpetuo duorum annorum libras decem tere nove. Manu d. Not. ſub MCCCX. *Indict. . . . die* VIII. *Auguſti.*

Qualiter Frater Inata Converſus S. Salvatoris de Septimo Ordinis Ciſtercienſium dedit, & ſolvit pro Monaſterio Monialium S. Donati ad Turrim Epiſcopo Florentino pro cenſu perpetuo, quem d. Monaſterium dare tenetur, & ſolvere annuatim in perpetuum d. Epiſcopatui ſoldos quadraginta; & pro duobus tereis quolibet anno libre ſolidos tredecim. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indict. die IV. *Novemb.*

Heic deſunt quaedam ad Plebem S. *Criſti* de Valle Cova ſpectantia, quae adducentur inferius; & incipit in Regeſto alia pars Inſtrumentorum de Eccleſiis agentium.

Infraſcripta ſunt Inſtrumenta imbreviata, & completa per D. Franciſchum de Barberino Iudicem, & Notarium. Quae omnia ſunt in Epiſcopatu ordinarie poſita in quodam libro Cartarum pecudinarum figurata per numerum infraſcriptorum ſignorum in primis.

Qualiter D. Franciſchus Epiſcopus Florentinus tamquam unicus Dominus, & Patronus Eccleſie Plebis S. Stephani de Campoli contulit d. Plebem D. Tolano della Toſa, Carta manu d. Ser Franciſci Neri de Barberino ſub MCCXCVII. *Indict.* X. *die ultimo Aprilis.*

Qualiter D. Franciſchus Epiſcopus *ſupradictus conceſſit licentiam Religioſo viro D. Fratri Franciſcho de ordine Heremitarum Vicario D. Angioli Epiſcopi Feſulani pro ipſo Epiſcopo petenti, & recipienti, celebrandi ordinationem Clericorum, & ipſos ordinandi in Eccleſia S. Marie in Campo, vel alibi ubicumque voluerit. Carta manu dicti Notarii ſub* MCCLXXXXVII. *die* XX. *Septembri.*

Qualiter diſcretus vir Presbiter Tinus Rector Eccleſie S. Anthonii Plebatus S. Petri in Boſole recognovit D. Franciſchum Epiſcopum Florentinum, ſuum, & d. Eccleſie Dominum, & Patronum; & eidem preſtitit obedientiam manualem. Carta manu d. Not. ſub MCCXCIX. *Indict.* XII. *die* V. *Octubris.*

Qualiter Capitulum, & Canonici Plebis S. Stephani de Campuoli fecerunt, & ordinaverunt D. Stefanum Plebanum d. Plebis, eorum, & d. Plebis Procuratorem, ſpecialiter ad compromittendum queſtionem vertentem inter eos, & D. Epiſcopum Florentinum occaſione collationis, & reformationis d. Plebis, & ad d. collationem, & reformationem recipiendam ab Epiſcopo Florentino, tamquam a vero Domino, & Patrono d. Plebis ſi eidem videbitur. Carta manu dicti Notarii ſub MCCLXXXXVIIII. *Indictione* XII. *die* X. *menſis Auguſti.*

Qualiter D. Franciſchus Epiſcopus Florentinus contulit Eccleſiam S. Andree de Fabrica Presbitero Bonaveri. Carta manu d. Not. ſub MCCLXXXXVIII. *Indictione* XI *die* VIII. *menſis Octubris.*

Qualiter D. Franciſchus Epiſcopus Florentinus unicus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Marie Madalene contulit ipſam Eccleſiam Presbitero Palmerio. Carta manu d. Not. ſub MCCXCIX. *Indict.* XII. *die* VII. *Martii.*

Qualiter D. Franciſchus Epiſcopus antedictus contulit Canonicatum Plebis S. Severi de Egri Presbitero Iohanni Folcardini de Barberino de Mucello. Carta manu Not. ſub milleſimo, & Indict. predictis die XII. menſis Maii.

Qualiter d. D. Franciſchus Epiſcopus Florentinus confirmavit, & diſpenſavit Presbitero Uberto Rectori Eccleſie S. Martini de Schignano Piſtorienſis Dieceſis Plebem S. Reparate de Pimonte etiam Canonico d. beneficio, conſtitutione aliqua contraria non obſtante. Carta manu d. Not. ſub milleſimo, & Indict. predictis die XXIV. *menſis Maii.*

Qualiter D. Franciſchus Epiſcopus *Florentinus contulit Canonicatum Plebis de Piemonte Presbitero Pagno. Carta manu dicti Notarii ſub* MCCLXXXXVIIII. *Indict.* XII. *die vigeſimo quinto Maii.*

Qualiter diſcretus vir D. Ubertinus Plebanus Plebis S. Reparate de Piemonte cum conſenſu Canonicorum ſuorum, & d. Plebis recognovit, & confeſſus fuit, d. Plebem, & collationem ipſius pertinere ad Epiſcopum, & Epiſcopatum Florentinum pleno iure, & ipſum D. Epiſcopum, & eius ſucceſſores in veros Dominos, & Patronos d. Plebis. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indict. die XXIV. *Maii.*

Qualiter D. Pariſius Plebanus Plebis S. Petri de Vallia cum conſenſu Canonicorum d. Plebis confeſſus fuit, & recognovit D. Epiſcopum Florentinum & Epiſcopatum Florentinum pro unico Domino, & Patrono d. Plebis, & ipſam & collationem ipſius Epiſcopatui, & Epiſcopo pleno iure ſpectare. Carta manu d. Not. ſub anno, & Indict. predictis die VIII. *Iunii.*

Qualiter Presbiter Burgenſis Rector Eccleſie Sancti Iohannis de Senno recognovit, & confeſſus fuit ſe, & dictam Eccleſiam debere dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui in feſto Nativitatis Domini unum par capponum, & ſic promiſit vice, & nomine dicte Eccleſie dare, & ſolvere in futurum. Carta manu d. Not. ſub milleſimo, & Indict. predictis, die XI. *Iunii.*

Qualiter D. Guelfus Plebanus Plebis Sancti Laurentii de Mucello cum conſenſu Canonicorum d. Plebis recognovit, & confeſſus fuit Epiſcopum, & Epiſcopatum *Florentinum eſſe, & habuiſſe fuiſſe unicum Dominum, & Patronum d. Plebis; & eumdem D.* Epiſcopum, *& Epiſcopatum habere, & recipere debere annuatim a d. Plebe quatuor modios grani ad rectum ſtarium Florentinum, & quatuor ſtaria grani ad ſtarium Burgenſem, & ſic promiſit d. Plebanus vice, & nomine d. Plebis dare, & ſolvere annis ſingulis in futurum. Carta ma-*

manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indict. die XVI. *Iunii.*

Qualiter D. *Renerius Plebanus Plebis Sancti Caſſiani in Padule, & Canonici d. Plebis, recognoverunt, & confeſſi fuerunt d. Plebem dare debere, & ſolvere annuatim* Epiſcopatui *Florentino unum modium grani pro quibuſdam terris, quas d. Plebs tenet ab* Epiſcopatu *predicto, & ſic promiſerunt dare & ſolvere vice, & nomine d. Plebis d.* Epiſcopatui *annis ſingulis in futurum. Carta manu dicti Notarii ſub dicto milleſimo, Indictione & die.*

Qualiter D. *Iunta Plebanus S. Stefani in Botena cum conſenſu Canonicorum d. Plebis recognovit, & confeſſus fuit D. Franciſchum* Epiſcopum *ſupradictum eſſe unicum* Patronum, *& Dominum d. Plebis, & collationem ipſius ad eumdem* Epiſcopum, *&* Epiſcopatum *Florentinum pleno iure ſpectare, Carta manu d. Not. ſub milleſimo, & Indict. predictis, die* XVIIII. *Iunii.*

Qualiter D, *Franciſchus Epiſcopus ſupradictus unicus Dominus, & Patronus* Eccleſie *S.Gaudentii de Loncoſtro, contulit d. Eccleſiam Parenti filio olim Iohannis, qui Parente fecit eidem D. Epiſcopo reverentiam, & obedientiam manualem tamquam unico ſuo Domino, & Patrono. Carta manu d. Not, ſub anno, & Indict. predictis die* XVI, *Iunii.*

Qualiter D. *Talanus Plebanus Plebis S. Stefani de Campoli, & Plebanus Plebis S. Martini de Sexto, renuntiavit d, Plebem S. Stefani de Campoli, quia ambas retinere non poterat, D. Franciſcho Epiſcopo Florentino tamquam ipſius Plebis Domino, & Patrono. Carta manu d. Not. ſub* MCCLXXXXIX. *Indict.* XII. *die* XXII. *Auguſti.*

Qualiter D. *Franciſchus Epiſcopus Florentinus unicus Dominus, & Patronus Plebis S. Stefani de Campoli, contulit eam* D. *Stefano. Carta manu d. Not, ſub milleſimo, & Indict. predictis die* XXIV. *Auguſti.*

Qualiter D. *Simon de Caſtro Peri Canonicus Florentinus ex licentia, & auctoritate ſibi commiſſa induxit in corporalem tenutam poſſeſſionis d. Plebis, & bonorum ipſius,* Dominum *predictum, Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indict. die* XVI. *Auguſti.*

Qualiter diſcretus vir D. *Stephanus quondam Stephani de Broy Canonicus Florentinus pro ſe ipſo, & tamquam Sindicus, & Procurator Canonicorum, & Plebis S. Stefani de Campoli, renuntiavit omnibus & ſingulis eius literis, & ſcriptis per eum, vel eius nomine a Romana Curia impetratis, vel ex Romana Curia contra ipſum* D. *Franciſchum* Epiſcopum *Florentinum, vel* Epiſcopatum. *Carta manu d. Not. ſub milleſimo, Indict. predictis die* XXV. *Auguſti.*

Qualiter D. *Iohannes Epiſcopus Florentinus unicus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Angeli ad Argianum, contulit eam Roſtichello Clerico nato Iacobi Dolci Bene d. Populi; Qui Iacobus acceptavit eamdem per omnes articulos fidelitatis, iuravit fidelitatem d.* D. Epiſcopo. *Carta manu d. Not. exemplata cum aliorum Notariorum ſubſcriptione ex autentico ſcripta. Manu Guerrantis Alberti de Burgo ad S. Laurentium de Mutello Not. ex imbreviaturis Bencivennis de Rabio Caniaa Not. ſub* MCCLX. IX. *Kal. Octubris Indict.* III.

Qualiter D. *Iohannes* Epiſcopus *ſupradictus unicus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Stefani de Pozolatico, contulit eam Presbitero Paci filio Bencivennis, ſalvo omni iure patronatus, ſi quem haberet Plebes S. Marie in Pineta in d. Cappella. Carta exemplata manu d. Not. cum aliorum Notariorum ſubſcriptione ex autentico ſcripto manu Bonaiunte Not. ex imbreviaturis Benvenuti Not. ſub* MCCLII. *Kal. Auguſti, Indict.* X.

Qualiter Presbiter Ricchus filius olim Octavantis Popoli S. Chriſtofori de Strata, & Cappellanus Plebis S. Stefani de Campoli, recognovit ſe nullum ius habere in Eccleſia *S. Andree de Fabrica per aliquam electionem Parochianorum, cum collatio ipſius Plebis, & ipſa Plebes ſpectet pleno iure ad* Epiſcopum, *& Epiſcopatum Florentinum pleno iure. Carta manu d. Not. ſub* MCCXCIX. *Indict.* XI. *die* VII. *Decemb.*

Qualiter Pacinus Ricci Populi *S. Gaudentii de Loncaſtro, vice, & nomine d. Univerſitatis fuit confeſſus, & recognovit collationem* Eccleſie *ſupradicte ad d.* Dominum Epiſcopum, *& Epiſcopatum pleno iure ſpectare tamquam ad veros Dominos, & Patronos d. Eccleſie. Carta manu dicti Notar. ſub* MCCC. *Indict.* XIII. *die penultimo Ianuar.*

Sub numero ſupra ſignato per III. fit mentio de iuribus, que habet. Epiſcopatus contra Monaſterium S. Marie Florentiae. Hic autem dicitur quorum manibus ſcripta ſunt ipſa Inſtrumenta. Eſt enim unum Inſtrumentum continens in ſe

Qualiter D. *Iohannes Epiſcopus Florentinus dedit, & conceſſit nomine renovationis, & iure livellorum Dopno Placito Monaco Monaſterii Sancte Marie de Florentia Eccleſiam S. Proculi cum omnibus ſuis iuribus, recipienti pro ipſo Monaſterio, pro qua vero conceſſione, & datione Abbas dicti Monaſterii, & ipſum Monaſterium dare, & ſolvere tenentur, & debent annuatim Epiſcopatui Florentino nomine penſionis ſolidos quinque bonorum denariorum. Carta manu Ranerii Iudicis, & Notarii cum plurium aliorum Notariorum ſubſcriptione ſub* MCCXIII. V. *Kalendas Novembris, Indict.* III.

Item qualiter d. D. *Iohannes Epiſcopus Florentinus dedit conceſſit, & firmavit Dopno Plactо* (lege, *Placito*, ut ſupra, pro *Placido*) *Monaco, & Camerario Eccleſie, & Monaſterii S. Marie de Florentia pro ipſo Monaſterio recipienti Eccleſiam S. Proculi, pro qua vero datione, & conceſſione tenetur, & debet Abbas ipſius Monaſterii, & ipſum Monaſterium dare, & ſolvere*

Digitized by Google

re annuatim perpetuo Epiſcopatui, & Epiſcopis, qui pro tempore fuerint, nomine penſionis in octava S. Iohannis Batiſte ſoldos quinque bonorum denariorum expendibilium. Carta manu Guiglielmi Notarii cum unius alterius Notarii ſubſcriptione ſub MCCXI. XVII. Kalendas Maii, Indictione XIV.

Item reperitur quoddam aliud Inſtrumentum d. tenoris, & continentie ſcriptum manu d. Guiglielmi Notar. cum triam aliorum Notariorum ſubſcriptione ſub dicto millesimo, Indictione & die.

Item reperiuntur tria alia Inſtrumenta antiquiſſima eiuſdem tenoris, vel quaſi, quorum unum ſcriptum eſt manu Rodulfi Notaris ſub millrſimo ſeſageſimo quarto XVIII. Kalendas Februarii, Indict. III. & alia duo non ſunt publica, neque ſubſcripta.

Que quidem ſex Inſtrumenta ſunt ſimul ſignata.

Item reperitur quoddam aliud Inſtrumentum cuiuſdam queſtionis vertentis inter Ranerium Ormannini Sindicum Epiſcopatus Florentini ex una parte, & Orlandinum Sindicum Monaſterii S. Marie de Florentia ex altera, occaſione d. penſionis debite dicto Epiſcopatui per dictum Monaſterium, ſuper qua ſententia lata fuit in favorem d. Epiſcopatus. Carta manu Filippi Not. cum unius Not. ſubſcriptione ſub MCCX. Kal. Decembris Indictione XIIII.

Heic incipit aliud Caput, quod habetur in Regeſto pag. 337.

Qualiter Plebes S. Caſſiani de Padule ſpectat ad collationem Epiſcopi Florentini, tamquam ipſius Plebis unici Domini, & Patroni. Que Plebes tenetur, & debet annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui unum modium grani.

Qualiter Eccleſia S. Bartholomei de Molezzano ſpectat ad collationem Epiſcopi Florentini, tamquam ipſius Eccleſie unici Domini, & Patroni, & debet dicta Eccleſia dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui quatuor ſtarios grani ad ſtarium Florentinum.

Qualiter Monaſterium S. Gaudentii de Loncaſtro ſpectat ad collationem Epiſcopi Florentini tam in capite, quam in membris, tamquam d. Monaſterii unici Domini, & Patroni, & debet d. Monaſterium dare, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui nomine cenſus perpetui ſtarios VIII. grani, & ſtarios VIII. panici ad rectum ſtarium Florentinum, & in Natali Domini duas ſpatulas carnium portinarum annuatim, & in die feſtivitatis S. Stefani debet annuatim ſolvere d. Epiſcopatui nomine penſionis perpetue ſoldos octo, & denarios tres Piſanorum veterum. Et ille, qui apportaverit d. penſionem debet habere unum paſtum a Curia d. Epiſcopatus.

Qualiter collatio, & reformatio Eccleſie S. Felicitatis de Flumine ſpectat ad Epiſcopum Florentinum, tamquam ad unicum Dominum, & Patronum d. Eccleſie, & debet annuatim d. Eccleſia dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui unum par capponum.

Qualiter collatio, & reformatio Eccleſie S. Martini de Pagliariccio ſpectat ad Epiſcopum Florentinum tamquam ad unicum Dominum, & Patronum d. Eccl-ſie. Dare tenetur, & debet annuatim d. Epiſcopatui nomine cenſus perpetui de menſe Auguſti ſtarios duos, & dimidium grani ad rectum ſtarium Florentinum.

Qualiter collatio, & reformatio Eccleſie S. Stefani in Botena ſpectat ad Epiſcopum Florentinum tam in capite, quam in membris, tamquam ad unicum Dominum, & Patronum d. Plebis, & debet d. Plebs dare, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui nomine penſionis, & cenſus perpetui unam ſalmam vini de menſe Octubris, & ſtarios quatuor grani de menſe Auguſti ad ſtarium Florentinum, & in Nativitate Domini duas ſpatulas carnium porcinarum, & duas gallinas; & in die Beati Stefani duos panes, & ſex denarios Piſanos veteres, & tunc ille, qui apportaverit d. penſionem habere debeat unum paſtum a Curia Epiſcopatus.

Qualiter collatio, & reformatio Eccleſie S. Michaelis de Rabia Canina ſpectat ad Epiſcopum Florentinum, tamquam ad unicum Dominum, & Patronum ipſius Eccleſie. Et debet d. Eccleſia dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui ſtarios tres grani ad ſtarium Florentinum.

Qualiter Eccleſia S. Alexandri de Vitigliano ſpectat ad collationem, & reformationem Epiſcopi Florentini tamquam ad unicum Dominum, & Patronum ipſius Eccleſie, & debet annuatim dare, & ſolvere d. Eccleſia d. Epiſcopatui ſtarios duos grani ad ſtarium Florentinum.

Qualiter collatio, & reformatio Eccleſie S. Laurentii de Corniuole ſpectat ad Epiſcopum Florentinum, tamquam ad Dominum, & Patronum ipſius Eccleſie, & debet annuatim dare, & ſolvere d. Eccleſia Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui ſtarios undecim grani ad rectum ſtarium Florentinum.

Qualiter Eccleſia S. Bartholomei de Farneto debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui ſtarios quatuor grani ad ſtarium Florentinum.

Qualiter Eccleſia S. Donati de Paterno debet annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui ſtarios quinque grani ad rectum ſtarium Florentinum.

Qualiter Eccleſia S. Marie de Roſtolena debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine perpetui cenſus ſtarios duos ſpelte ad ſtarium Florentinum.

Qualiter Eccleſia Sancti . . . . . de Raſorio de-

debet annuatim dare, & ſolvere d. Epiſcopatui nomine cenſus perpetui ſtarios duos grani ad rectum ſtarium Florentinum,

Qualiter Monaſterium S. Gaudentii de Lancaſtro vendidit Epiſcopatui Florentino duodecim denarios Piſanos parvos veteres, & duos ſtarios grani ad ſtarium Burgenſem, quos denarios, & granum annuatim perpetuo recipere debebat d. Monaſterium a Guglielmo de Ferrone olim fideli, & colono d. Monaſterii,

Qualiter Presbiter *Albertus Rector Eccleſie S. Romuli de Campeſtri tenetur, & debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino pro poderi olim Buccii Bocchii fidelis dicti Epiſcopatus, quod ipſe tenet, ſtarios* IV. *grani.*

Et nota quod mortuus eſt dictus Presbiter Albertus, ita quod hodie tenet d. Podere Nutus Sartor q. Locti Guidi de Campeſtri pro annuo ficto ſex ſtariorum grani,

Qualiter Plebes S. Petri in Boſſole tenetur & debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus, & ficti perpetui de menſe Auguſti unum modium grani ad ſtarium Florentinum,

Qualiter collatio Canonice Sancti Geminiani de Petrori ſpectat ad Epiſcopum Florentinum, & alios de Domo Rufforum de Petrorio, tamquam Dominos, & Patronos *d. Eccleſie, de qua Canonica Epiſcopatus Florentinus tenetur, & debet annuatim perpetuo recipere, & habere de menſe Auguſti apud d. Eccleſiam ſtarios ſeptem grani,*

Qualiter collatio Eccleſie S. Antholini (videtur legendum *Antonii*) *Plebatus Sancti* Petri in *Boſſole pertinet ad* Epiſcopum *Florentinum tamquam* Patronum *ipſius* Eccleſie, *de qua* Eccleſia *Epiſcopatus prædictus recipere tenetur, & debet annuatim perpetuo modium unum grani ad ſtarium Florentinum, & duo paria capponum.*

Qualiter Eccleſia *S. Bartholomei de Palazzuolo* Plebatus *S. Petri in Boſſole tenetur, & debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere nomine cenſus de menſe Auguſti ſtarios quatuor grani ad ſtarium antiquum primum, & unum par capponum.*

Qualiter Eccleſia *S. Gaudentii de . . . tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim* Epiſcopatui *Florentino nomine cenſus & ficti perpetui ſtarios* IIII. *grani,*

Qualiter Eccleſia *S. Andree de Fabrica ſpectat ad collationem Epiſcopi Florentini, tamquam ad unicum Dominum, &* Patronum *ipſius Eccleſie, & dare tenetur, & debet perpetuo d. Epiſcopatui duos modios, & ſtarios ſex grani ad ſtarium Florentinum,*

Qualiter Eccleſie S. Margherite de Caſa roſſa, & Bugarellus filius q. Iohannis d. loci, debent annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui *Florentino in vigilia Nativitatis Domini pro poderi olim . . . fidelis d. Epiſcopatus, quod tenent, unam gallinam.*

Qualiter collatio, & reformatio Plebis S. Stephani de Campoli, pertinet ad Epiſcopum *Florentinum, tamquam ad unicum Dominum, & Patronum ipſius Plebis, que Plebes tenetur, & debet annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui ſtarios decem grani.*

Qualiter collatio, & reformatio Eccleſie S. Fabiani pertinet ad Epiſcopum Florentinum, & debet d. Eccleſia dare, & ſolvere annuatim perpetuo d. Epiſcopatui *nomine cenſus ſtarios octo grani.*

Qualiter collatio Eccleſie S. Marie de Campanlis pertinet ad Epiſcopum *Florentinum, & dare tenetur, & debet d. Eccleſia Epiſcopatui Florentino nomine cenſus annuatim ſtarios quatuor grani.*

Qualiter Eccleſia *S. Marie ad Argianum debet, & tenetur annuatim perpetuo ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui unum par capponum,*

Qualiter Eccleſia *Sancti Angeli ad Argianum debet annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui unum modium fabarum, & expectat collatio, & reformatio ipſius Eccleſie pleno iure ad Epiſcopatum Florentinum,*

Qualiter Eccleſia Sancti Caſſiani ad Decimum debet, & tenetur dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui in Nativitate Domini unum par capponum pinguium.

Qualiter Eccleſia *S. Petri Deſupra tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui quatuor urceos muſti ad rectum urceum Florentinum, & unum par capponum in Natali Domini, & denarios* IV. *F. P. nomine penſionis,*

Qualiter Plebes S. Cicilie de Decimo ſpectat ad electionem una cum Cappellanis d. Plebis Epiſcopi Florentini, tamquam ad Dominum, & Patronum, d. Plebis, & debet d. Eccleſia *dare, & ſolvere annuatim d.* Epiſcopatui *nomine cenſus perpetui unum congium vini, & ſtarios ſedecim grani.*

Qualiter collatio, & reformatio Plebis S. Reparate de Pomonte ſpectat tam in capite, quam in membris, ad Epiſcopum *Florentinum, tamquam ad unicum* Dominum, *&* Patronum *ipſius Plebis, & debet d. Plebes dare, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui nomine cenſus perpetui ſtarios duodecim grani ad ſtarium Florentinum, & unum par paſcadum.*

Qualiter Plebes S. Viti de Suffiguana diſtrictus Prati, Dioceſis Florentine ſpectat ad collationem, & reformationem tam in capite, quam in membris, Epiſcopatus Florentini, tamquam ad ipſius Plebis unicum Dominum, & Patronum, que Plebes

bet debet annuatim dare , & ſolvere d. Epiſcopa*tui nomine cenſus perpetui de menſe Auguſti u-num modium grani , & unum ſpelte , ad ſtarium Florentinum in granario d. Epiſcopatus .*

Qualiter Eccleſia S. Michaelis de Corza debet annuatim dare , & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui ſtarium unum grani , ad ſtarium Florent.

Qualiter Plebes Sancti Petri *de Vallia debet annuatim dare & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui de menſe Auguſti modios tres grani ad ſtarium Florentinum. Et ſpectat collatio d. Plebis tam in capite quam in membris ad Epiſcopum Florentinum, tamquam ad unicum Dominum, & Patronum ipſius Plebis .*

Qualiter Eccleſia S. Marie de Soli debet dare , & ſolvere annuatim Epiſcopatui *Florentino nomine cenſus perpetui ſex ſtarios grani ad rectum ſtarium Florentinum , & ſpectat collatio , & reformatio ipſius Eccleſie ad Epiſcopum Florentinum , tamquam ad Dominum , & Patronum ipſius Eccleſie .*

Qualiter Eccleſia S. Benedicti de Mezzalla , debet annuatim dare , & ſolvere Epiſcopatui *Florentino nomine cenſus perpetui ſtarios.* IV. *grani ad ſtarium Florentinum .*

Qualiter Eccleſia de Selmi debet annuatim perpetuo dare , & ſolvere Epiſcopatui *Florentino nomine cenſus in Natali Domini unum par capponum .*

Qualiter Abbatia S. Petri *in Moſcheta debet annuatim perpetuo dare , & ſolvere Epiſcopatui Florentino pro poderi de Grazano, quod eſt poſitum alla Montanina unum pullum , & medium ſtarium ſpelte , & denarios octo nomine penſionis .*

Qualiter collatio Eccleſie Sancte Marie de Ulmi ſpectat ad Epiſcopum Florentinum tamquam ad unicum Dominum , & Patronum ipſius , & debet annuatim dare , & ſolvere dicto Epiſcopatui nomine cenſus perpetui in granario d. Epiſcopatus duos modios grani ad rectum ſtarium Florentinum .

Qualiter Eccleſia de Montaczi debet annuatim perpetuo dare , & ſolvere Epiſcopatui Florentino pro terris cuiuſdam poderis olim Alberti Mingozzi fidelis d. Epiſcopatus , quas tenet d. Eccleſia, ſtarios tres grani ad ſtarium Burgenſem ; qui Albertus fecit ſe Converſum d. Eccleſie .

Qualiter collatio , & reformatio Plebis *Burgi S. Laurentii de* [illegible]*cello tam in capite , quam in membris ſpectat ad Epiſcopum Florentinum tamquam unicum Dominum , & Patronum d.* Plebis *, & debet ipſa* Plebes *dare , & ſolvere annuatim* Epiſcopatui *Florentino nomine cenſus perpetui apud d. Plebem* IV. *modios , &* IV. *ſtaria grani ; Videlicet ſtarios* IV. *pro cenſu antiquo , &* IV. *modios pro terris Caſaggii , que tenet a d. Epiſcopatu .*

Qualiter Abbatia de Razzolo debet annuatim dare , & ſolvere Epiſcopatui Florentino in Natali Domini unam ſpatolam carnium porcinarum nomine cenſus perpetui .

Qualiter collatio , & reformatio Eccleſie S. Marie de Ulmi ſpectat tam in capite , quam in membris ad Epiſcopum Florentinum tamquam ad unicum Dominum , & Patronum ipſius Eccleſie , & debet d. Eccleſia *annuatim dare , & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui duos modios boni , & puri grani apud granarium d.* Epi*ſcopatus .*

Qualiter Presbiter *Albertus Rector Eccleſie S. Romuli de Ca*[illegible]*oeſtri debet annuatim perpetuo dare , & ſolvere* [illegible] *Epiſcopatui Florentino pro poderi olim Buccii Bet.bi u*[illegible]*. Campeſtri fidelis d.* Epiſcopatus *, quod ipſe tenet a*[illegible] *denarios decem octo .*

Qualiter Eccleſia *S. Creſci ad Valcavam debet annuatim dare , & ſolvere.* Epiſcopatui *Florentino nomine cenſus perpetui pro toto ſuo poderi apud ipſam Plebem modios duos , & ſtarios quindecim grani ; & pro domo , & poderi d. Epiſcopatus de Colle , quod tenet , ſtarios tres grani , & pro quadam petia terre , quam tenet a d. Epiſcopatu in medio Chinſure de Colle , quod tenuit Epiſcopatus predictus a quadam Domina de Giannazzis, nomine Domina Teſſa filia Tucci de Giannazzis, ſtarios* III. *grani .*

Qualiter Eccleſia S. Martini de Valcava debet annuatim perpetuo dare , & ſolvere Epiſcopa*tui Florentino nomine cenſus perpetui , pro ſuo poderi ſtarios duos grani ; & pro poderi olim Ferruccii Meliorati fidelis d.* Epiſcopatus *, quod tenet , ſtarium unum grani .*

Qualiter Eccleſia *S. Margherite de Aceraia debet annuatim dare , & ſolvere* Epiſcopatui *Florentino nomine cenſus perpetui ſtarios* IV. *grani pro ſuo poderi , & pro quodam prato , quod tenet a d. Epiſcopatu , poſito in monte Iovis , ſtarios* II. *grani .*

Qualiter collatio , & reformatio Plebis *S. Euſtaſii de Acone ſpectat ad Epiſcopum Florentinum tamquam ad unicum Dominum , & Patronum ipſius Plebis , & debet d. Plebes dare , & ſolvere* Epiſcopatui *Florentino nomine cenſus , & penſionis perpetue in die feſtivitatis Beati Stephani Martiris ſoldos octo f. p. & unum par gallinarum , & debet etiam annuatim perpetuo de menſe Auguſti dare , & ſolvere* Epiſcopatui *Florentino pro terris , & poſſeſſionibus , quas tenet a d.* Epiſcopatu *poſitis in villa de Capiteto ſum ſuis confinibus , quas terras olim tenebat a d. Epiſcopatu Bernardus Vulpis fidelis d.* Epiſcopatus *, qui obiit ſine filiis , ſtarios* II. *cum dimidio grani , ut conſtat de predictis manu Ser Biodi de Calenzano Not. ſub* MCCCIII.

Qualiter Eccleſia *S. Martini de Petrorio* Ple*batus Aconis, debet dare , & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui unam Albergariam quatuor perſonarum ad plus, unum*

unum ſtarium avene, unum fruſtum carnium porcinarum, duos panes de frumento, ut conſtat manu Ser Iunte Brindi de Aſciano Not. ex imbreviaturis Ser Franciſci de Barberino Not. Eſt etiam aliud inſtrumentum recagnitionis eius, quod d. Eccleſia facere debet d. Epiſcopatui, manu Ser Guiglielmi, & ſunt in ſacco Eccleſiarum.

Qualiter Eccleſia *S. Nicchola i de Vito ſpectat ad collationem, & reformationem* Epiſcopi, *& Epiſcopatus Florentini, & tenetur annuatim perpetuo dare, & ſolvere dicto Epiſcopo, & Epiſcopatui pro ſua poderi nomine cenſus ſtarios tres grani.*

Qualiter Eccl.ſia S. Lucie de Plebe veteri debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino de menſe Auguſti apud d. locum nomine cenſus pro ſua poderi ſtarios ſex, & dimidium grani.

Hactenus ea, quae ſub titulo Eccleſiarum in Regeſto Epiſcopatus Florentini habentur, producta ſunt occaſione Plebis S. *Lazari* Lucardi, quae in hiſce iiſdem memoratur. Nunc monumentum vetuſtum proferam ex Charta Archivi Capitoli Florentini depromtum, in quo pariter Lucardi mentio habetur; quae quidem Charta prodit, quod *Pimmo* filius b. m. *Tacli* vendit *Bertae* filiae *Rolandi* bona poſita in locis Scooo, Caſenova Podio, Balbiano, Bonule, Pronita, Marciano, Monte Biſulli, Curzano, Curte Frido, Olivito, Cerrito, Fulignano, Guercille, Cillionile, Sucille, Cortevecchia, a Liquoſi, & in Summaria, in Caſtello, Campi, quae bona ſunt infra Plebatus S. *Donati* ſiti Marinae, S. *Stephani* ſiti Campi, S. *Pancratii* ſiti Locardo, S. *Petri* ſiti Buſſile, S. *Appiani*, & S. *Donati* ſito Poce, S. *Mariae* ſiti Novello, & S. *Iuſti* ſito Silice. Anno ab incarnatione Domini MXX. Imperii in Italia *Enrici* Septimo, Kalend. Iunii, Indictione III.

Talbertus)) *Raineriat* Nota-
Enrigus filius b. m. *Vvidi*,) teſtes) rius inſtrumen-
Vbertus filius *Vvinizi*)) tum confecit.

Villuſelmus)
Tenzo) Notarii d. inſtrumentum exemplaverunt.
Rodulphus)

Sed ut ad *Morgianum*, ſeu *Morcianum*, poſt haec diverticula, tandem redeamus, ea heic in medium adducere lubet, quae de eo in laudato Regeſto Epiſcopatus Florentini continentur; quae quidem quum in iis comprehendatur, quae de Caſtro Florentino, & eius territorio habentur, etiam, quae ad Caſtrum Florentinum attinent, proferemus, adrepta occaſione edendi ea, quae multum ad huius operis abſolutionem olim conferre poſſunt. Illa autem ſunt, quae ſequuntur.

Quin-

Quinta pars eſt de Caſtro Florentino, & eius curie de Morzano.

Qualiter Miglioratus, Falconectus, & Vbertus, q. Fantis fuerunt confeſſi ſe habere a Domino Iohanne Epiſcopo *Florentino certas terras, pro quibus promiſerunt dare annuatim perpetuo unum ſtarium frumenti, & tres ſtarios ſpelte. Carta manu Iohannis Not. ſub* MCCXXIII. *Idus Februarij Indict.* XII.

Qualiter Vbertus Galigaii deſignavit confinia terrarum, que tenebat ab Epiſcopatu Florentino. Carta manu d. Not. ſub MCCXVIIII. *ſexto nonas Iulii, Indict. ſeptimo.*

Qualiter Signorectus *Remberti renuntiavit Caſtaldioni Epiſcopatus Florentini duas petiolas terre. Carta manu d. Iohannis ſub* MCCXXIII. V. *Idus Martii Indict.* XII.

Qualiter D. *Ardingus* Epiſcopus *Florentinus locavit in perpetuum Bologneſi Bocchabelli de Caſtro Florentino duas petias terrarum pro annuo ficto quinque ſtariorum grani. Carta manu Aldobrandini Romei de Calenzana ex imbreviaturis Ser Benvenuti Monecti Not. ſub* MCCLII. *Indict.* XV. *Kal. Iunii*, (legendum videtur MCCXLII.)

Qualiter D. *Iohannes Epiſcopus Florentinus fuit confeſſus ſe habuiſſe a Gino Benvenuti & Cathaio Nicchole dantibus pro comuni Caſtri Florentini libras* XXV. *de condepnationibus factis a d. Comuni. Carta manu d. Aldobrandini Not. ex imbreviaturis Ser Bencivennis de Rabia Canina Notarii ſub* MCCLVII. *Indict. prima* IV. *Idus Martii.*

Qualiter Vgolinus Vulpellus filius quondam Guidonis, vendidit Bernardo Plebis Celi Aule Procuratori D. *Azzi Epiſcopi Florentini omnes caſas, terras, molendina, & alia, que ipſe habebat in curte, & Caſtello de Tignano. Carta manu Aldobrandini Not. ſub* MCXLVIII. V. *Nonas Martii, Indict.* XII.

Qualiter Stodium populi, & hominum S. Michaelis de Valecchio Curie Caſtri Florentini promiſit parere mandatis D. Epiſcopi *Florentini ex eo, quod expulerat Presbiterum, quem ipſe Epiſcopus miſerat in dictam Eccleſiam. Carta manu d. Aldobrandini ex imbreviaturis Senibaldi Not. ſub* MCCLXVII. *Indict.* XI. *die quinto menſis Novembris.*

Qualiter Ricciardus Ricoveri pro ſe, & Bovarello fratre ſuo vendidit Provinciali Vecbii Procuratori D. Iohannis Epiſcopi Florentini medietatem unius ſtarii frumenti, quod eidem reddebat Amideus quondam Timignani de una petia terre poſite al Guado a Timignano. Carta manu Raneriі Brunati Not. ſub MCCXXII. *Indict.* XI. *pridie Nonas Februarii.*

Qualiter dictus Ricciardus vendidit Provinciali predicto tres partes unius ſtarii grani, quod ſibi debebat reddere Diotiguardi quondam Martinelli Rancaldi, de una petia terre poſite a Colti-

ia

ia, & unum ſtarium. frumenti, quod ſibi reddebat d. Amideas de una petia terre poſite ultra Elſam a Guado & Tignanu. Carta manu d. Not. ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Qualiter Talentus Dati dedit D. Epiſcopo Florentino ſoldos tres pro una pario capponum. Carta manu Guerinntis Not. ex imbreviaturis See Benvenuti Manetti Not. ſab MCCLII. XII. *Kal. Iunii, Indict.* XV.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus de conſenſu hominum de Caſtro Florentino ordinavit, & mandavit quod non fierent domus alte niſi tredecim bracbiis. Carta mana Iohannis Notar. ſub MCCXV. XIV. *Kalendas Iulii, Indictione tertia.*

Qualiter quidam de Caſtro Flosentino recognoverant ſe debere dare annuatim D. Epiſcopo Florentino, & Epiſcopatu pro ſictu certas quantitates . . . pro quibuſdam ſerviciis, & ſictibus. Carta manu Ser Aldobrondini Romei de Calenzano Not. ex imbreviaturis Ser Benvenuti Notarii de la Corte. Sub MCCXLIII. *Idot Ianuarii, Indict.* XIIII.

Qualiter D. Alberigus Index D. Octonis Poteſtatis Communis Florentini talit ſententiam in contradictorio Iudicio, quod Epiſcopatus Florentinus poſſit mittere Rectorem in Caſtro Florentino. Carta manu Benvenuti Not. ſub MCCXVIII. *pridie Idus Septemb. Indict.* VI.

Qualiter D. Ardinghus Epiſcopus Florentinus ex una parte, & Sindicus communis Florentini Caſtri predicti ex altera, fecerunt compromiſſum, quo compromiſſo ſecutum eſt laudum continens iu ſe iura, que habet Epiſcopatus Florentinus in Caſtro Florentino in facto Poteſtarie & aliis in d. Inſtrumento contentis ſcripto manu Dioniſii Bindi de Calenzano Notarii, ex imbreviaturis Bonaiuote Branelli Notarii ſub MCCXXXI. *Indict.* V. *Nonis Novembris.*

Qualiter ſententia lata fuit in favorem Epiſcopatus Florentini continens Vgactionem Monaccii, & Renerium de Gabiola de IV. *ſtariis grani, &* IV. *ſtariis ordei, &* IV. *ſtariis ſpelde annuatim perſolvendis Epiſcopatui predicto ad ſtariam decimale. Carta manu Ranerii Not. ſub* MCCXXI. XI. *Kal. Iunii Indict.* IX.

Qualiter Viſtonte Sindicus D. Iohannis Epiſcopi Florentini, & Ricoverus, & Ramone q. Aſtonis, & Raſtichellus q. Oddonis, fuerunt concordes de quibuſdam ſervitiis eis communiter debitis a Timignano. Carta manu Iohannis Notarii ſub MCCXI. *Indict.* XIV. *Sexto Idus Iunii.*

* *Item qualiter laudum latum fuit inter dictas partes de dictis ſervitiis in hunc modum videlicet: quanta pars ſit Epiſcopatus Florentini, & quanta ſit pars dictorum Rocoveri, & ſotiorum. Carta manu d. Iohannis Not. ſub milleſimo, & Indict. predictis Kal. Iulii.*

Qualiter D. Sichellinus Vir Beatiſſimus Eccleſie Florentine Epiſcopus, locavit Rodulfo q. Ildebrandini Donicatum Epiſcopatus Florentini poſitum loco dicto Cella Dominni, ubi Piſango vocatur pro ſictu XXIV. *denariorum argentorum annuatim.*

Item qualiter D. Raimbaldus Epiſcopus Florentinus locavit Atripaldo q. Ardimodi, & Ghiſani Prandi q. Atriparti quaſdam terras poſitas ubi Riomalore vocatur in populo Plebis S. Ipoliti pro annuo ficta duodecim denariorum argentoram. Carta manu Iacobi Not. ex imbreviaturis Petri Not.

Qualiter Guiſcardus q. Baldovini de Podio Novo poſito in Populo S. Marie Oltrorme, & quidam alii, donaverunt D. Iohanni Epiſcopo Florentino omnes terras, domos, & iura, eis pertinentia in d. Podio Novo, & ut fideles morari promiſerunt ibidem, & ſolvere annuatim tertum cenſum. Carta manu Iohannis Galitii Not. ſub MCCXIII. XII. *Kal. Iulii, Indict.* I. *& etiam debent habere a dicto, & Epiſcopatu poteſtatem.*

Item qualiter Berardone olim Drudoli de d. Podio Novo, & quidam alii de Taatilno, & Mueſignana, & Lerciano, & de Celitcinola, & de Friganao, & quidam alii, donaverunt Epiſcopo Florentino omnes domos, & terras, quas habent in d. Popalo Podii Novi, & qualiter promiſerunt ſolvere annuatim pro ſictu perpetuo denarios decem octo pro quolibet focolari cum certis aliis pactis in d. inſtrumento contentis ſcripto manu d. Iohannis Galitii Not. ſub milleſimo, & Indict. predictis VII. *Kal. Iunii.*

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus reamanſiavit quamdam domum poſitam in Caſtro Florentino loco dicto Nelſondo, Matteo Martini de Colle Polli. Carta manu Iohannis Galitii Not. ſub MCCX. *Indict, tertiadecima,* XI. *Kal. Aprilis.*

Qualiter multi teſtes recepti fuerunt in favorem. Epiſcopatus Florentini pro iuriſdictione, quam d. Epiſcopatus habet in caſtro Florentino.

Qualiter ſententia lata fuit. in quibuſdam bonis, que tenebat Contadinus colonus Epiſcopatus Florentini in favorem d. Epiſcopatus, poſitis in curia Caſtri Florentini. Carta manu Ranerii Not. ſub MCCXXIIII. *nonis Novembris, Indict.* IX.

Qualiter reformatio facta fuit per Commune Florentinum, quod Poteſtas Florentinus non tenenetur recipere querimonias. contra Epiſcopatum Florentinum pro facto Signorie Caſtri Florentini. Carta manu Benvenuti Not. ſub. MCCXVII. *decimo ſeptimo Kal. Maii, Indict.* IV.

Qualiter Nicholo Sindicus D. Ardinghi Epiſcopi Florentini locavit in perpetuum Provinciali Melani quoddam podere, quod tenebat Sanctore in Villa Plebis Caſtri Florentini pro annuo ſictu novem ſtariorum grani. Carta manu Rogerii Notarii ſub MCCXXXVI. *Indict.* IX. *pridie Idus Auguſti.*

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus fuit confeſſus ſe recepiſſe ab Andrea Gratie Notario

rio de Caſtro Florentino dante, & ſolvente pro univerſitate Communis Caſtri Florentini libras quindecim pro parte condepnationum factarum in dicto Caſtro. Carta manu Aldobrandini Romei de Calenzano Notarii ex imbreviaturis Ser Sinibaldi Not. ſub MCCLXVIII. Indict. XII. die XI. Decembris.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus ſupradictus excommunicavit commune, & homines de Caſtro Florentino, quia nitebantur auferre d. Caſtrum Epiſcopatui Florentino. Carta manu Renerii Not. ſub MCCXVIII. XIV. Kalendas Maii, Indictione VI.

Qualiter D. Chiaralbana Vxor Latini de Putilinno, Curia Sancti Michaelis de Morciano, conſignavit Presbitero Baroni Procuratori D. Iohannis Epiſcopi Florentini certas terras. Carta manu Amannati Arrighetti Not. ſub MCCLXXIII. Indict. II. IV. Idus Octubris.

Qualiter Miglioratus Fantis, & Renerius Diotiſeti, & Cambius Valecchieſi, & Guido Bunagnide, recognoverant ſe dare debere unum albergariam Epiſcopatui Florentino. Carta manu Aldobrandini Romei de Calenzano Not. ex Imbreviaturis Ser Benvenuti Manetti ſub MCCLII. Indict. XV. IX. Kal. Iunii.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus locavit Bottignario pro ſe, & Iacobo q. Roggerii quamdam domum poſitam in Caſtro Florentino in Burgonuovo, & quamdam petiam terre poſitam a la Lama, quas olim tenebat diricta fide Talenti pro annuo ficto unius boni capponis. Carta manu Ranerii Not. ſub MCCXXIII. Indict. XII. IX. Kal. Martii.

Item qualiter Nuntius Communis Florentie miſit in tenutam Sindicum Epiſcopatus Florentini in dictam petiam terre, quam tenebat tunc Deus Adocti, & in dictam domum, quam tenebat Cerinus Diotacorri, quam hodie tenet Nuccius del Bene.

Qualiter laudum latum fuit inter Epiſcopum Florentinum ex una parte, & Herigam Sirimanni pro ſe, & Vpezzino nepote ſuo ex altera, quod quarta pars molendini de Timignano eſt d. Epiſcopatus Florentini. Carta manu Pancii Notarii ſub MCCVIII. tertio Nonas Martii, Indictione XII.

Qualiter D. Gottifredus Epiſcopus Florentinus locavit livellario nomine Petro, & Gherardo filiis Dominici certas terras poſitas loco dicto Cupezzano, & Terra Ruben, pro annuo ficto trium denariorum ſub MCXXVII. Indict. VI. XIV. Kal. Aprilis.

Qualiter D. Ardinghus Epiſcopus Florentinus locavit ad affictum Lamberto Bonſervigia de Caſtro Florentino certas terras poſitas in Curia d. Caſtri prope Boſcum Plebis, & in Fraina, & ſupra Caſtellum, pro annuo ficto ſeptem ſtariorum grani, & duorum ordei. Carta manu Ser Guerriantis Alberti Not. ex imbreviaturis Ser Benvenuti Manetti Not. ſub MCCXLVI. Indict. XV. pridie Idus Maii.

Qualiter D. Ardinghus Epiſcopus ſupradictus locavit in perpetuum Bologneſi Barbarelli de Caſtro Florentino duas petias terrarum, quarum una eſt poſita ad Montem Maiorem, & alia ad Peſciola pro annuo ficto V. ſtariorum grani. Carta manu d. Not. ex d. imbreviaturis ſub anno, & Indictione predictis Kal. Iunii.

Qualiter Iohannes Ruffinelli fuit confeſſus in preſentia D. Ardinghi Epiſcopi Florentini, quod ipſe Iohannes eſt ſolitus dare annuatim Epiſcopatui Florentino pro ficto ſtarios II. grani ad ſtarium Paſſignanenſem. Carta manu Guerriantis Alberti ex imbreviaturis Ser Benvenuti Manetti Notarii ſub MCCXLVIII. Indict. XIII. Kal. Februarii.

Qualiter Lambertus Bonſervigii, & Gualterius Dati, de Valecchio dederunt, & ſolverunt pro ſe ipſis, & Diotiguardi, & heredibus Albertini, Epiſcopo Florentino pro duobus capponibus detentis per duos annos ſoldos tres. Carta manu d. Not. ex d. imbreviaturis ſub MCCXLII. Indict. XV. XI. Kal. Iunii.

Qualiter Miglioratus q. Fantis de Valecchio fuit confeſſus ſe debere dare annuatim Epiſcopatui Florentino octavam partem unius Albergarie, & Rudulfus Tignoſi aliam octavam. Carta manu d. Guerriantis Notarii ex d. imbreviaturis ſub milleſimo, & Indictione predictis VII. Kalendas Iunii.

Qualiter Maſtovarius filius Pepuccii promiſit dare annuatim Epiſcopatui Florentino unum ſtarium inter granum, & ordeum.

Item qualiter Forte Calamite promiſit dare Epiſcopatui Florentino annuatim cum Donato ſtarium I. ordei pro poderi, quod habuerunt de eorum uxoribus.

Item qualiter Gariglianus promiſit dare II. ſtarios grani annuatim Epiſcopatui Florentino pro quadam petia terre poſita in Fraina.

Item qualiter Albertonus, & Iacobus fratres filii Diotiſalvi confeſſi fuerunt ſe dare debere annuatim Epiſcopatui Florentino medietatem unius ſtarii grani, & unius ordei, & unius ſpelde pro annuo ficto, & Alpiſgiana ſoror eorum dare debet ſimiliter annuatim IV. ſtarios grani pro ficto cuiuſdam petie terre poſite al Borgo Vecchio, & idem Iacobus, & Alpigiana ſic dare promiſerunt annis ſingulis in futurum. Carta manu d. Guerriantis Not. ex d. imbreviaturis ſub MCCXLIII. Idus Ianuar. Indict. XIV.

Qualiter Venturo de Plebe Veteri Curie Caſtri Florentini, & quidam alii de d. Caſtro, & eius curte, ſolverunt Fratri Manfredo Siniſcalco D. Ardinghi Epiſcopi Florentini certas pecuniarum quantitates pro quibuſdam Albergariis, quas tenentur dare annuatim Epiſcopo, & Epiſcopatui Florentino. Carta manu d. Guerriantis Not. ex d. imbreviaturis ſub MCCXL. Indictione XIV. XV. Kal. Maii.

Qua-

Digitized by Google

Qualiter Bonavita, & Ranerius de Valecchio dederunt Albergariam D. Ardingo Epiſcopo Florentino, ut tenebantur. Carta manu d. Guerriantis Not. ex d. imbreviaturis ſub MCCXLII. *Indict.* XV. *Kal. Iunii.*

Qualiter Guido Bonaguide recognovit ſe dare debere annuatim D. Ardingo Epiſcopo Florentino, & Epiſcopatui quartam partem unius Albergarie. Carta manu d. Guerriantis Not. ex d. imbreviaturis ſub MCCXLII. XV. IV. *Kalendas Iunii.*

Qualiter Ranerius Diotiſeci promiſit dare quartam partem unius Albergarie D. Ardingo Epiſcopo Florentino, & Epiſcopatui. Carta manu d. Not. ex d. imbreviaturis ſub milleſimo, & Indict. predictis IX. *Kal. Iunii.*

Qualiter Combius Valecchio promiſit dare annuatim Epiſcopo, & Epiſcopatui Florentino quartam partem unius Albergarie. Carta manu d. Notar. ex d. imbreviaturis ſub milleſimo, & Indict. predictis III. *Kal. Iunii.*

Qualiter Sermellinus q. Signorelli de Caſtro Florentino vendidit, & renuptiavit D. Iohanni Epiſcopo Florentino quamdam petiam terre poſitam in Burgo Vecchio in cultum d. Epiſcopatus. Carta manu Bomgiorini quoodam Iacobi Not. ſub MCCXLIII. *Indictione* VII. *die ultimo Decembris.*

Qualiter D. Gottiſredus Epiſcopus Florentinus donavit Plebi S. Ipoliti de Caſtro Florentino quamdam maſſam terre pro d. Epiſcopatu. Carta manu Sigiſmundi Not. ſub MCCXXXVI. IV. *Kal. Iunii Indict.* XII. (Error eſt in numero annorum, & ſcribendum videtur MCXXXVI. quo anno vertebat Indictio XIV.)

Qualiter Provinciale Caſtaldus D. Iohannis Epiſcopi Florentini nomine d. Epiſcopatus locavit in emphyteoſim perpetuam Orlandino Sidonee tres petias terrarum poſitarum in Podio Amiziago pro annuo ficto trium ſtariorum grani annuatim ſolvendorum. Carta manu Ser Iohannis Notarii ſub MCCXVII. *quinto Nonas Iunii, Indictione* V.

Qualiter Volonterius q. Oddonis, & Tolentus Munachelle de Caſtro Florentino recognoverunt ſe debere dare annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino unum par capponum. Carta manu Iohannis Not. ſub MCCXX. XVI. *Kalendas Maii Indict.* VIII.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus locavit Semplicteri filio Melani tamquam ſuo homini, & colono totum podere, quod olim tenuit Mattheus olim Guercii, & nominatim ſeptem petias terrarum pro annuo ficto novem ſtariorum grani. Carta manu Ser Iohannis Notar. ſub MCCXXI. IV. *Kal. Ianuar. Indict.* X.

Qualiter Contadinus de Monte Ravoli filius q. Aldobrandeccii, & Aldobrandinus q. Gherardi recognoverunt ſe dare debere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino ſtarios II. *ordei. Carta manu d. Ser Ioannis Not. ſub milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio.*

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus locavit in emphiteoſim perpetuam Petro filio Turdi de Maſſa Curia Caſtri Florentini duas petias terrarum ſitarum in Populo S. Ippoliti de Caſtro Florentino pro annua penſione denariorum ſex. Carta manu Bulgarini Not. ſub MCCXXVI. *Idus Aprilis, Indict.* VIII.

Qualiter Albertone filius q. Diotiſalvi de Caſtro Florentino vendedit Vgulino q. Benenati eiuſdem loci recipienti pro Epiſcopatu, & nomine Epiſcopatus Florentini omnia iura, que habet in quadam petia terre poſite prope Caſtrum Florentinum loco d. Burgovecchio. Carta manu Iunte Manetti de Caſtro Florentino Not. ſub MCCXLIII. *Indict.* VII. *die* IV. *Aprilis.*

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus iens ad Caſtrum Florentinum, in d. Caſtro advocatis, & conſtitutis coram ſe in Clauſtro Plebis ipſius multis hominibus dicti loci, diſtricte precepit eis nomine Iuramenti, quod ſibi tenetur, ut non faciant aliquam ſotietatem, vel diviſionem in d. Terra, & Conventu Caſtri Florentini. Carta manu Iacobi Not. ſub MCCXXIII. *Indict.* XII. *Idus Decemb.*

Qualiter Viſconte Sindicus D. Iohannis Epiſcopi Florentini recepit recognitionem, & confeſſionem a Ricovero, & Ramono filio Aſtunis, & Ruſticbello filio q. Oddonis de ſervitiis, redditibus que Poderis de Timignano de quarta parte pertinente ad d. D. Epiſcopum. Carta manu Iohannis Notarii ſub MCCXI. VII. *Idus Ianuar. Indict.* XIV.

Et qualiter d. Viſconte Sindicus nomine d. Epiſcopatus ex una parte, & Ricoverus Ramone q. Aſtonis, & Ruſticbellus Oddonis, & filii Dandi ex altera, ſuper diviſione facienda de hominibus, colonis, & poſſeſſionibus ſupradictis, compromiſerunt in Presbiterum Leggerium, Ildibrandinum Manfredi, & Niccolectum, tamquam in arbitros. Carta manu Iohannis Not. ſub MCCXI. X. *Kal. Iulii Indict.* XIV.

Qualiter Vguiccione q. Venuti Manecti de Villa Plebis S. Ipoliti Caſtri Florentini, & D. Bonaſera mater eius, & uxor olim d. Venuti renuptiaverunt Vgolino q. Bonaviti de Caſtro Florentino Caſtaldo D. Epiſcopi Florentini vice, & nomine d. Epiſcopatus recipienti omnia eorum iura. Carta manu Tebaldi Not. ſub MCCLVIII. VII. *Kal. Iunii, Indict.* I.

Qualiter D. Gottiſredus Epiſcopus Florentinus providit dare Tebaldino unum modium grani. Carta manu Petri Notarii ſub MCCXLII. XIV. *Kal. Aprilis, Indict.* VI. (Reſtituendum videtur ſub MCXLII.)

Qualiter Diotaiuti olim Borſolini de Morciano, & quidam alii, vendiderunt Puccio de Monte Spertoli quoddam podere poſitum a Morciano, ex quo poderi debebant ſolvere Epiſcopatui Florentino annuatim IV. *ſtarios grani, & ſic promiſit d.* Puc-

Puccius ſolvere dictum fictum annis ſingulis in futurum. Carta manu Bencivennis olim Iannis de Mootelupo Not. ſub MCCLXX. *Indict.* II. *die* XXII. *Iulii.*

Qualiter Guido, Henricus, & Alamannus Ildibrandinelli de Sambucho vendiderant Megliorello della Fosa, qui tunc erat Vicedominus Episcopatus Florentini, recipienti vice, & nomine d. Episcopatus omne ius eis competens in Capella S. Michaelis de Valecchio, & a S. Quirico usque ad Montem Riboli, videlicet, fideles, & alia iura eis pertinentia. Carta manu Andree Notatii ſub MCLXXXI. *Indictione* XV. II. *Nonas Novembris.*

Qualiter certi homines de Casteo Florentino fecerunt certum pactum cum D. Episcopo Florentino Ardingo. Carta manu Aldobrandini Notarii ſub MCCXXXI. *Nonis Novembris Indict.* V.

Qualiter D. Andreas Episcopus Florentinus fecit finem Alamanno Notario q. Iacobi de Castro Florentino Sindico hominum d. Castri recipienti pro Communi, & hominibus d. Castri de omni, & toto eo, quod d. D. Episcopus hactenus recipere, & habere debebat a d. Communi, nomine, & occasione partis condepnationum pertinentium ad ipsum D. Episcopum, & Episcopatum. Et d. Episcopus fuit confessus se recepisse pro tertia parte condepnationum factarum in dicto Castro libras centum viginti f. p. Carta manu Guiglielmi Iohannis Not. de Casteo Florentino ex imbreviaturis Iohannis Perfecti de Podio Bonitii Not. ſub MCCLXXXVIII. *Indictione ſecunda, die* XXVI. *menſis Iannaris.*

Qualiter omnes homines Communis, & Universitatis Castri Florentini ſponte iuraverant ad Sancta Dei Evangelia, & firmaverant obſervare, & perpetuo firmam tenere ſententiam, atque pro nuptintionem latam a D. Alberigo Pascalis ex delegatione D. Ottonis Mandalle Potestatis Florentini ſcriptam manu Benvenuti Iudicis, & Notarii inter D. Iohannem Episcopum Florentinum, & Episcopatum ex una parte, & Guidonem Cornacchii, & Navanzatum Pieri Rectores, & Sindicos ex altera. Carta manu Restauri Notarii cum plurium aliorum Notariorum ſubſcriptione ſub MCCXVIII. XI. *Calendas Decembris, Indictione* VII.

Qualiter D. Stoldus de Prescobaldis tenetur annuatim perpetuo ſolvere Episcopatui Florentino de Poderi de Marciano, quod olim emit ab hominibus de Monte Spertoli ſtarios XIV. *grani, ut constat ex duobus Instrumentis, quorum unum ſcriptum est manu Ser Iohanois Perfecti de Podio Bonitis Not. ſub* MCCLXXXXIII. *Indict.* VI. *die* XVIII. *Iunii, & aliud manu Ser Boni de Ognano Notarii ſub milleſimo, Indict. & die predictis.*

Qualiter ſtantiatum fuit per D. Priores, quod Episcopus Florentinus debent habere brachium ſeculare a Communi Florentie in ſubſidium ſui, & iurie Episcopatus, & quedam ſtatuta facientia pro libertate Ecclesie. Et ſunt d. ſtatuta in quodam rotulo duarum cartarum ſimul ſutarum publice ſcripta manu Ser Lotti Puccii de Florentia Not. qui rotulus incipit: Pro reſiſtendo maleficiis, & exceſſibus; & finit ſub anno Domini MCCCXXI.

Qualiter D. Petrus Iudex, & Collateralis Curie Florentine commiſit, & mandavit Iordano Bonſignoris Nuntio Communis Florentie, quatenus vadat, & precipiat ex parte D. Vicarii Florentini, & d. D. Petri Collateralis, Iusto Bentii Aunti Capitaneo Lige Castre Florentini, quod ipſe exercendo officium ſuum in dicto Liga non impediat Vannem D. Gaccii de Rubeis Potestatem Castri Florentini. Qui Iordanus retulit ſe feciſſe d. preceptum ſubſcriptum manu Ciuti Ciallini Not. ſub MCCCIX. *Indict.* II.

Qualiter Nichola de Castro Florentino quondam Uliverii Victoris, Castaldus, vel Nuptius D. Ardinghi Episcopi Florentini locavit in emphiteuſim perpetuam Guidoni q. Iunte de Gricciano unum petium terre, quod fuit de poderi olim Peruccholi, & promiſit dare annuatim in futurum pro afficto perpetuo unum ſtarium grani de menſe Augusti. Carta manu Ser Ruggerii Not. ſub MCCXLII. *Indict.* XV. *Kal. Augusti.*

Item in d. rotulo continetur, qualiter Nichola de Castro Florentino Castaldus d. D. Ardinghi Episcopi Florentini, investivit, & locavit Magistro Raoerio de Gricciano unum petium terre ſitum in culta dalle Citene in populo de Gricciano, de qua d. terra dare promiſit pro annuo ficto unum ſtarium grani. Carta manu Roggerii ſupradicti ſub milleſimo, Indictione, & die predictis.

Item in d. rotulo continetur, qualiter Ugolinus Benenuti de Castro Florentino Nuptius, & Castaldus D. Episcopi, & Episcopatus predicti, locavit ad affictum in perpetuum Dato de Gricciano olim Dainelli duo petia terrarum poſitarum in populo de Gricciano, quæ Datus promiſit d. Ugolino recipienti vice, & nomine Episcopatus predicti dare annuatim pro ficto unum ſtarium boni ordei. Carta manu Veemigli Gentilis de Paſſignano Not. cum ſubſcriptione unius alterius Notarii ſub MCCLVI. *Indictione quintadecima,* IX. *Kalendas Aprilis.*

Qualiter in d. rotulo continetur quod Peſo filius olim Ritoveri populi S. Felicis in Piazza Nuptius Communis Florentie ex licentia ſibi data a Civitate Florentina induxit, & immiſit Ciapperonem q. Ubertini Sindicum, & Procuratorem D. Iohannis Episcopi Florentini, & Episcopatus in tenutam, & corporalem poſſeſſionem unius petie terre poſite in Villa Plebis S. Ipoliti Castri Florentini. Carta manu Iacobi Notarii cum ſubſcriptione cuiuſdam alterius Notarii ſub MCCLXXI. *die duodecima menſis Decembris, Indictione quintadecima.*

Item in d. rotulo continetur, qualiter dictus Nic-

Nicchola q. Vliverii de Caſtro Florentino Caſtaldus, & Nuptius D. Ardinghi Epiſcopi Florentini vice, & nomine d. Epiſcopatus locavit, & inveſtivit in emphitheoſim perpetuam Duto filio Danelli de Griccinno unum petium terre ſitum ad dominicatum in d. Populo de Griccinno, que terra fuit de podere Bencivennit Perictiuoli, de qua terra dare promiſit d. Dutus annuatim perpetuo de menſe Auguſti I. ſtarium ſpelde Epiſcopatui Florentino. Carta manu Ranuccii Notarii ſub MCCXXII. Indictione XV. Kalendis Auguſti.

Qualiter homines Caſtri Florentini, & etiam D. Foreſe D. Bonacurſi de Adimaribus, electus in Poteſtatem Communis Caſtri Florentini, conſtitutus in preſentia D. Iohannis Epiſcopi Florentini petierunt licentiam, & confirmationem a d. D. Iohanne Epiſcopo. Quam confirmationem Poteſtarie d. D. Epiſcopus commiſit in d. Orlandum Camerarium ſuum, & dictus D. Orlandus viſa dicta commiſſione confirmavit D. Foreſem in Poteſtatem d. Communis Caſtri Florentini. Qui D. Foreſe predictus coram D. Orlando predicto iuravit ad Sancta Dei Evangelia ſalvare, & manutenere iura D. Epiſcopi, & Epiſcopatus predicti, ſecundum tenorem pactorum Epiſcopatus & Communis Caſtri Florentini. Carta manu Bencivennit Vgolini Notarii ſub MCCLII. die quarta Ianuarii, Indictione prima. Cuius imbreviatuee ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus fuit confeſſus ſe habuiſſe a Cino Benvenuti, & Bocchaccio Nictole dantibus, & ſolventibus de denariis, & pecuniis Communis, & hominum Caſtri Florentini pro parte coodepnationum ſuctarum in d. Communi pertinentium ad Epiſcopum, & Epiſcopatum libras quindecim. Carta manu Bonavencti Not. ſub MCCLVII. ſeptimo Martii, Indict. I. Que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter Sichelmus Ormanni Michaelis ſolvit Epiſcopatui Florentino ſoldos triginta quatuor pro duabus medaliis, quas ſolvere debet nomine cenſus perpetui annuatim. Carta manu Ser Benvenuti Manetti Not. ſub MCCXXVIIII. Indict. XIII. die VII. Febr. Que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter Amadore Boninſegne, & Navanzatus Incontri, de Plebe Veteri Caſtri Florentini recognoverunt, & promiſerunt annuatim in perpetuum Epiſcopatui Florentino unum ſtarium grani, & unum ſtarium ordei, & unum ſtarium ſpelte, & partem unius Albergerie. Quas debent dare homines de Valecchio, & etiam multi de Caſtro Florentino recognoverunt ſimiliter ſimili modo. Carta manu d. Ser Benvenuti Notarii ſub MCCXLI. Indict. XIV. die Calendarum Ianuar. que imbreviature ſunt in Epiſtopatu.

Qualiter Ser Mannus Presbiter Rector Eccleſie S. Cerbonis Sindicus, & Camerarius D. Antonii Epiſcopi Florentini habuit, & recepit pro diſtrictu, & iure D. Epiſcopi Florentini, & Epiſcopatus, a multis perſonis de Caſtro Florentino pro multis bonis, que emerunt, tertas quantitates pecunie. Carta manu Ser Micchelis Ser Franciſci Not. ſub MCCCIX. Indict. VIII. die XI. menſis Ianuarii.

Qualitee D. Iohannes Epiſcopus Florentinus pro melioramenta ſui Epiſcopatus locavit, & conceſſit in perpetuum Vguiccioni q. Venuti de Populo Plebis Veteris S. Ipoliti unum podere d. Epiſcopatus poſitum in d. populo pro annua ficta IV. ſtaiorum grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu Ser Corſiſchi Not. ſub MCCLXVIII. Indict. XII. die XX. Novemb. cuius imbreviaturas habet Ser Pagnus Ser Bonaſ dis.

Qualiter D. Antonius Epiſcopus Florentinus confirmavit electionem D. Baudini de Rubeis in Poteſtatem Communis Caſtri Florentini. Carta manu Benedicti Magiſtri Martini Not. ſub MCCCXII. die XXIV. Decemb.

Qualiter Vannes D. Gucci de Rubeis fuit confirmatus per d. D. Epiſcopum in Poteſtatem Caſtri Florentini, & ipſe iuravit more ſolito. Carta manu d. Not. ſub MCCCXIII. die XI. Novembris.

Qualiter d. D. Epiſcopus confirmavit electionem Guidonis D. Lapi in Poteſtatem Caſtri Florentini, & ipſe iuravit, ut moris eſt. Carta manu d. Notar. ſub dicto milleſimo die XVII. Decembris.

Qualiter Tuccius Delli de Scialinguntis electus fuit in Poteſtatem Caſtri Florentini, & confirmatus fuit ut moris eſt per Epiſcopum Florentinum predictum. Carta manu d. Not. ſub MCCCXV. die XV. Novemb.

Qualiter idem D. Epiſcopus confirmavit electionem Schiatte de Forabofchis in Poteſtatem d. Caſtri. Carta manu d. Not. ſub MCCCXVI. die XXII. menſis Iunii.

Qualiter d. D. Epiſcopus confirmavit electionem D. Iohannis D. Pini de Rubeis in Poteſtatem Caſtri Florentini. Carta manu d. Not. ſub d. milleſima die XXIV. Decemb.

Qualiter d. D. Epiſcopus confirmavit electionem D. Malingai in Poteſtatem Caſtri Florentini. Carta manu d. Notar. ſub MCCCXVII. die XIIII. Decemb.

Qualiter d. D. Epiſcopus more ſolito confirmavit electionem D. Franciſci de Medicis in Poteſtatem Caſtri Florentini. Carta manu d. Not. ſub MCCCXIX. die VI. Novemb.

Qualiter D. Iohannes Epiſcopus Florentinus locavit ad affictum perpetuum Vguiccioni q. Venuti Populi Plebis Veteris unum podere d. Epiſcopatus poſitum in d. Populo pro annuo ficta IV. ſtariorum boni, & puri grani ad ſtarium Florentinum annuatim de menſe Auguſti d. Epiſcopatui perſolvendorum, prout continetur in imbreviaturis Ser Corſeſchi Not. quas imbreviaturas habet Ser Pagnus Ser Bonafedis ſub MCCLXIX. Indict. XII. die XX. Novemb.

Qualiter Pandus olim Sardi de Caſtro Florentino

rentino promiſit dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino de quodam petio terre poſite iuxta foſſum d. Caſtri Florentini, I. ſtarium grani ad ſtarium Florentinum annuatim perpetuo d. Epiſcopatui perſolvendum, prout continetur in imbreviaturis Benedicti Magiſtri Martini Not. ſub CCCIV. *Indict.* III. *die* XV. *Maii*.

Qualiter Sindicus D. Anthonii Epiſcopi Florentini, & Epiſcopatus locavit ad affictum perpetuum Mino q. Fortis Veczoſi de Caſtro Florentino quaſdam terras & poſſeſſiones poſitas in Populo Plebis Caſtri Florentini loco dicto Gibalela pro annuo ficto duorum ſtariorum grani, ut in imbreviaturis d. Not. continetur, ſub MCCCXIII. *Indict.* XI. *die* XIV. *Iulii*.

Qualiter Benocius Sindicus Communis hominum Caſtri Florentini preſentavit Fratri Andree de Fabiano Vicario D. Franciſci Epiſcopi Florentini electionem Bertini D. Berti de Freſcobaldis Poteſtarie d. Communis, qui D. Vicarius ipſum confirmavit; & d. Bertinus iuravit ſecundum formam pactorum, que ſunt inter Epiſcopum Florentinum, & d. Commune, ut in imbreviaturis Mainittis Iacobi de S. Miniate Notarii continetur ſub MCCLXXXXV. *Indictione* VIII. *die* VIII. *Decembris*.

Qualiter Magiſter Benvenutus, & Ioannes Notarius Sindici Communis Caſtri Florentini dederunt D. Simoni de Caſtro Picti Camerario D. Franciſci Epiſcopi Florentini libras decem pro parte condepnationum factarum in d. Caſtro, quas d. Epiſcopus annuatim recipere debet a d. Communi. Manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indict. die XX. *Ianuar.*

Qualiter Benvenutus de Caſtro Florentino Ambaxiator d. Communis dedit D. Franciſcho Epiſcopo Florentino decem libras ſ. p. pro parte ipſi Epiſcopo contingente condepnationum factarum in d. Communi de anno proxime preterito, Mano d. Not. ſub MCCXCVII. *Indict.* XI. *die* XXVI. *Februar.*

Qualiter Ser Franciſchus Camerarius D. Epiſcopi Florentini vice, & nomine d. Epiſcopi, & Epiſcopatus locavit ad affictum perpetuum Guidoni filio Martini de Plebe Veteri Caſtri Florentini quaſdam terras & poſſeſſiones, & domos poſitas in Valle d. Plebis pro annuo cenſu novem ſtariorum grani, ut continetur in imbreviaturis Arigi Gratie Not. ſub MCCC. *Indict.* XIV. *die* VII. *Novembris*.

Qualiter Gettus filius Michi olim Venuti Populi S. Bartholomei de Sala Curie Caſtri Florentini fuit confeſſus, & recognovit Panziere Benvenuti de S. Creſcie a Valcava Sindico Epiſcopatus Florentini, ſe a d. Epiſcopatu tenere medietatem pro indiviſo unius poderis poſiti in d. Populo S. Bartholomei de Sala, & quod Nutus eius frater tenet aliam medietatem d. poderis. Qui Gettus recognovit ſe, & d. Nutum tenere, & poſſidere de novem partibus unam partem quarumdam terrarum poſitarum in d. Populo loco dicto Carpineta, de quibus poderi, & terris d. Gettus pro ſe, & d. Nuto promiſit dare, & ſolvere annuatim nomine fictus perpetui Epiſcopatui Florentino de menſe Auguſti ſtarios tres boni, & puri grani ad ſtarium Florentinum, prout ſolverunt habentes annuatim, ut in imbreviaturis d. Not. continetur ſub MCCC. *Indict.* XIV. *die* IX. *Martii*.

Qualiter Mellinus Cionis Falconecti de Valecchio reaſſignavit Epiſcopatui Florentino quinque petias terre, quas d. Cione tenebat ab Epiſcopatu in d. loco de Valecchio, ut in imbreviaturis Ser Bindi Romei de Calenzano Not. continetur ſub MCCCIV. *Indict.* II. *die ultima Maii*.

Qualiter Pierus q. Philippi Piſzadoris de Populo Plebis Veteris Caſtri Florentini recognovit, ſe dare debere, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino de ſuo Poderi nomine ſervitii, & fictus perpetui unum quartum grani ad menſuram Florentinam, ut in d. imbreviaturis d. Not. continetur ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Qualiter Benvenutus q. Bellagatti, Populi S. Petri de Piſsago, recognovit ſe dare debere, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine fictus perpetui de ſuo poderi unum quartum grani, & quartam partem unius albergarie ſub anno Indict. & die predictis, manu d. Not.

Qualiter Preſbiter Roſſus, Rector Eccleſie S. Iacobi de Gricciano, diſtrictus Caſtri Florentini, recognovit ſe dare debere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino unum ſtarium grani, & unum medium ſtarium ordei ſub anno, Indict. & die predictis, ut in imbreviaturis d. Not.

Qualiter Vogliu, & Tingus fratres filii q. Bencii Amadoris Populi Plebis Veteris Curie Caſtri Florentini pro ſe ipſis, & pro Cile Miſo, & Nicholao eorum fratribus, filii q. Bencii predicti, recognoverunt ſe dare debere, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine ſervitii & fictus perpetui de ſuo poderi ſtarium unum grani, & unum ordei, ut in imbreviaturis d. Not. continetur d. die.

Qualiter Martinus q. Bonaventure Populi Plebis Veteris districtus Caſtri Florentini recognovit ſe dare debere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine ſervitii, & fictus perpetui de ſuo poderi medium quartum grani, medium quartum ordei, medium quartum ſpelde, ad rectam menſuram ſtarii Florentini. Manu d. Not. ſub anno, Indict. & die predictis.

Qualiter Bonarlus q. Dini Populi S. Andree de Monte Raoli diſtrictus Caſtri Florentini, & Mannuccius q. Cambii Ormanni de d. Populo, recognoverunt ſe dare debere, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino de eorum poderi nomine ſervitii, & fictus perpetui ſtarium unum grani, Manu d. Not. ſub MCCCIV. *Indict.* II. *die ultima menſis Maii*.

Qualiter Neri filius q. Dini Biliocti Populi S. Ipoliti Curie Caſtri Florentini, & Domina Fior-

Digitized by Google

Fiordivilla mater eius, recognoverunt ſe dare debere, & ſolvere annuatim Epiſcopatui *Florentino nomine ſervitii, & fictus perpetui medium ſtarium grani ad ſtarium Florentinum. Manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indictione, die primo menſis Iunii.*

Qualiter Piſanus q. Fecini *Populi S. Iacobi de Gricciano Curie Caſtri Florentini recognovit ſe dare debere, & ſolvere annuatim d.* Epiſcopatui *nomine ſervitii, & fictus perpetui unum ſtarium grani, ut in d. imbreviaturis ſub d. milleſimo, & Indict. & die.*

Qualiter Scrachinus q. Montis de Caſtro Florentino recognovit ſe dare debere, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui nomine fictus perpetui de ſuo poderi ſtarios tres grani. Manu d. Not. ſub d. milleſimo, & Indict. & die.

Qualiter Bonnintus Benvenuti Populi S. Iacobi de Gricciano recognovit ſe dare debere, & ſolvere annuatim in perpetuum Epiſcopatui *Florentino de ſuo poderi medium ſtarium grani ſub milleſimo. Indict. & die predictis ex imbreviaturis d. Not.*

Qualiter Ser Micchael q. Ricchardini Sindicus univerſitatis hominum Communis Caſtri Florentini petunt a D. Franciſcho Epiſcopo *Florentino confirmationem D. Simonis D. Roſſi della Toſa electi in Poteſtatem d. terre, ut in imbreviaturis Ser Bindi Romei de Calenzano Not. continetur ſub* MCCLXXXVIII. *Indictione* XII. *die* XII. *Novembris.*

Qualiter Iunta filius Tecini Sacchetti de Caſtro Florentino recognovit ſe dare debere, & ſolvere Epiſcopatui *Florentino nomine fictus, & ſervitii perpetui ſtarios duos grani ad ſtarium Florentinum, ut in d. imbreviaturis continetur ſub* MCCCIV. *Indict.* II. *die* II. *Iunii.*

Qualiter Forte Vezzoſi fuit confeſſus, & recognovit ſe dare debere, & ſolvere annuatim Epiſcopatui ſtarios duos grani, ut in d. imbreviaturis ſub d. milleſimo, & Indictione, die II. *Iulii.*

Qualiter Taccinus Geſis de Monte Raoli Curie Caſtri Florentini, *promiſit dare, & ſolvere annuatim in perpetuum* Epiſcopatui *Florentino dimidium ſtarium grani, & unum ſtarium ſpelde, ut in d. imbreviaturis d. die.*

Qualiter Nutus Michi de Sala diſtrictus Caſtri Florentini promiſit dare, & ſolvere annuatim in perpetuum Epiſcopatui *Florentino tres ſtarios grani, ut in d. imbreviaturis continetur dicta die.*

Qualiter Domina Berta de Valecchio uxor olim Ariguccii Curie Caſtri Florentini promiſit dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui *Florentino unum ſtarium ſpelde ad ſtarium decimale, & unum par capponum, ut in d. imbreviaturis ſub* MCCCIV. *die* III. *Iunii, Indict.* II.

Qualiter Tanus Gherardi de Caſtro Florentino recognovit ſe dare debere, & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino duos ſtarios grani, ut in dictis imbreviaturis continetur dicta die.

Qualiter Ricoverus Bonaiuti Bertulocci promiſit dare, & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino unum quartum grani ad menſuram decimalem, & unum quartum ſpelde, & unum quartum ordei, & quartam partem unius albergarie, & quartam partem unius capponis, dicta die.

Qualiter Tuste q. Giglincti promiſit in perpetuum dare, & ſolvere nomine fictus perpetui Epiſcopatui Florentino tres quartos grani, ut in d. imbreviaturis continetur ſub d. milleſimo Indict. & die.

Qualiter Gentile, & Puccius fratres filii q. Gualterii de Valecchio Curie Caſtri Florentini promiſerunt annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine fictus perpetui medium ſtarium, ordei, medium ſtarium ſpelde, ad ſtarium decimale, & mediam albergariam. Manu d. Not. dicta die.

Qualiter Iohannes q. Ricchomanni Salimbenis de Campora diſtrictus Caſtri Florentini promiſit dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui *Florentino nomine fictus perpetui ſtarios duos grani ad ſtarium Florentinum, ut in imbreviaturis d. Notar. continetur ſub d. milleſimo, Indict. & die.*

Qualiter Bertuccius Gherardi populi S. Ipoliti de Caſtro Florentino promiſit dare, & ſolvere Epiſcopatui *annuatim in perpetuum nomine fictus* IV. *ſtarios boni, & puri grani ad rectum ſtarium Florentinum, ut in imbreviaturis dicti Ser Bindi Not. continetur ſub d. milleſimo, & Indict. die* IV. *Iunii.*

Qualiter Vbertinus Navanzati Mercatantis de Valecchio, qui moratur in Caſtro Florentino, promiſit dare, & ſolvere annuatim in perpetuum nomine fictus ſtarios tres grani ſub dicto milleſimo, & die.

Qualiter Iunta Piſcadoris de Caſtro Florentino promiſit dare, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui nomine fictus perpetui tres quartos grani, ut in imbreviaturis dicti Notarii continetur dicta die.

Qualiter Simon Vivianni de Caſtro Florentino dare, & ſolvere promiſit annuatim d. Epiſcopatui in feſto S. Stefani nomine penſionis perpetue denarios ſex. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo, Indictione, & die.

Qualiter Iacobinus Pieri de Caſtro Florentino dare, & ſolvere promiſit annuatim d. Epiſcopatui nomine fictus perpetui medium quartum ordei, ut in imbreviaturis d. Notarii continetur dicta die.

Qualiter Comuccius Ricoveri de Valecchio Curie Caſtri Florentini dare promiſit, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui unum quartum ſpelde, ut in d. imbreviaturis continetur ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Qualiter Nutus Navanzati de Caſtro Florenti-

Digitized by Google

tino promiſit ſolvere annuatim d. Epiſcopatui nomine ſictus perpetui medium quartam grani, medium quartum ordei, & medium quartam ſpelde ad ſtarium decimale, ut in imbreviaturis dicti Notarii continetur ſub dicto milleſimo, Indictione, & die.

Qualiter Bertinellus q. Dini de Piſignano Curie Caſtri Florentini dare promiſit, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui *unum quartum grani ad rectum menſuram Florentinam, & quartam partem unius albergarie, ut in imbreviaturis d. Notarii continetur ſub milleſimo, Indictione, & die predictis.*

Qualiter Teractius, & Vivianus fratres filii q. Mazzetti Ricchardini de Stagno Curie Caſtri Florentini dare promiſit, & ſolvere annuatim nomine ſictus perpetui medium ſtarium grani ad rectum menſuram Florentinum, ut in imbreviaturis d. Notarii continetur ſub anno, Indict. & die predictis.

Qualiter Vannes Vivegini de Caſtro Florentino *dare promiſit, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui nomine ſictus perpetui* IV. *ſtaria . . . . ad ſtarium* Florentinum, *ut in imbreviaturis dicti Notarii continetur ſub d. milleſimo, Indictione, & die.*

Qualiter Benuccius Gionis Venuti de Caſtro Florentino dare promiſit, & ſolvere annuatim Epiſcopatui nomine ſictus perpetui quatuor ſtarios boni, & puri grani ad ſtarium Florentinum, *ut in imbreviaturis d. Not. continetur, ſub anno, Indict. & die predictis.*

Qualiter Pierus Bonaiati Fornarius de Caſtro Florentino dare promiſit, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui in perpetuum duos ſtarios grani, ut in imbreviaturis d. Not. continetur ſub milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Diotaiuti Guidi Ildibrandini de Monte Raoli Curie Caſtri Florentini dare promiſit, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine ſictus perpetui unum ſtarium grani ad rectum ſtarium Florentinum, ut in imbreviaturis d. Ser Bindi Romei de Calenzano Not. continetur ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Qualiter Gherardinus q. Benvieni, & Corſus eius filius, & Barone q. Pinte Benevieni nepos d. Gherardini de Caſtilione dare promiſerunt, & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui ſtaria ſeptem boni, & puri grani nomine ſictus perpetui, ut in imbreviaturis d. Notarii continetur ſub d. milleſimo, & Indict. die nono menſis Decemb.

Qualiter Sigerius q. Arrighi Rinaldi de Caſtilione dare promiſit, & ſolvere annuatim nomine ſictus perpetui Epiſcopatui Florentino duos ſtarios boni & puri grani ad rectum ſtarium Florentinum, ut in imbreviaturis d. Not. continetur ſub d. milleſimo, Indict. & die.

Qualiter Iohannes q. Tuccii Vliverii de Caſtro Florentino dare, & ſolvere promiſit annuatim d. Epiſcopatui nomine perpetui cenſus pro quodam Caſolari, ſive orto annuatim in perpetuum denarios duodecim, ut in imbreviaturis d. Not. continetur ſub d. milleſimo, & Indict. die XI. *Decemb.*

Qualiter Chele, & multi alii de Caſtro Florentino ſolverunt, & recognoverunt Piero Iohannis Sindico Epiſcopatus Florentini ſe dare debere, & ſolvere d. Epiſcopatui *pro domibus, & Caſolaribus, que emerunt in Caſtro Florentino ad rationem quatuor denariorum pro qualibet libra, ut in imbreviaturis d. Ser Bindi Not. continetur ſub* MCCCXV. *Indict.* XIII. *die* II. *Novemb.*

Memoriale iurium Epiſcopatus Florentini officium, cenſuum, & redditaum Caſtri Florentini, & eius Curie.

Qualiter Sanna quondam Vrſacchi debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui *Florentino unum quartum grani ad rectum ſtarium Florentinum.*

Qualiter Viſconte Piazzeſis debet annuatim dare, & ſolvere d. Epiſcopatui medium quartum ordei.

Qualiter heredes Seraini Montis debent annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino ſtarios tres grani ad ſtarium Florentinum.

Qualiter Titia Vinelli debet annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino ſtarios duos grani.

Qualiter heredes Deuſſi Adalti, & heredes Ameroſi Chelli, debent annuatim dare, & ſolvere dicto Epiſcopatui medium ſtarium ordei.

Nota quod Guccius, Tontellus, & Ceſtus ſunt filii heredes d. Deuſſi; & Dreuc, Bertus, & Chelinus ſunt filii, & heredes d. Chelli.

Qualiter Scorra q. Benzini debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere d. Epiſcopatui ſtaria duo grani.

Qualiter Cambinzius Iohannis debet annuatim dare, & ſolvere perpetuo d. Epiſcopatui ſtarium medium boni grani.

Qualiter Bertinellus Grizzalerbe tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine penſionis denarios ſex.

Qualiter Simon Vivagelmi tenetur & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine penſionis denarios ſex.

Qualiter Caſſuola q. Iannis tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim d. Epiſcopatui ſtarios tres grani.

Qualiter Gentile filius Gualtieri de Valecchio, qui moratur in d. Burgo Novo de Caſtro Florentino debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere d. Epiſcopatui Florentino unum quartum grani, & unum quartum ordei, & unum quartum ſpelte, & etiam quartam partem unius capponis.

Qualiter Riccardus, & Vannes fratres filii Ginghi debent, & tenentur dare, & ſolvere annuatim ad certum tempus pro dominicatu Epiſcopi, &

Digitized by Google

& Epiſcopatui ſtarios quinquagiuta grani.

Qualitee Corſuc Mietini de S. Quieieo tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſeopatui Florentiao ſtarios tres grani.

Qualiter Bouuccius Benti Mattaleonis tenetur, & debet annuatim doee, & ſolvere Epiſcopatui Florentino ſtaeios octo, & cum dimidio grani.

Qualiter Ciutus Octovantis, & nepotes eius dare eenentur, & debent anuuatim perpetuo dare, & ſolveee Epiſtopatui Florentino ſtarium uoum ordei.

Qualiter Miniatus quondam Lungini debet annuatim perpetuo dare, & ſolveee Epiſcupatui Florentino ſtarios octo geani, & unum ordei.

Qualiter Nuctins Germundi debet annuatim daee, & ſolveee Epiſcopatui Florentino ſtaeios ſex grani.

Qualiter Forte Vezzoſi debet annuatim dare, & ſolvere Epiſtopatui Florentino ſtarios duos grani.

Qualiter Vanauccins Benvenuti debet oonnatim daee, & ſolvere Epiſcopatui Floeentiao ſoldos quinque.

Qualiter Vannes q. Vivaggini debet annuatim dare, & ſolveee Epiſcopatui Floreutiao ſtarios quatuor boni, & puri grani.

Qualiter Ariguccius Simonis tenetur, & debet daee, & ſolvere annuatim Epiſcapotui Florentino ſtarium unum grani.

Qualiter Bencivegna Baldovini, & Volpe filii quondam Venture teneutur, & debent dare, & ſolveee annuatim perpetao ſtarios octo geani,

Qualitee beedes Bidde debeat annuatim peepetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Floreatino ſtarios duoſ geani.

Qualiter Cerraductius q. Neei debet annuatim perpetuo dare, & ſolveee Epiſcopatui Florentino ſtarios tres geani.

Qualiter Pandus Sardi debet annuatim perpetuo daee, & ſolveee Epiſcopatui Florentino ſtarium unum groai.

Qualitee Grigellus Bonaventure tenetur, & debet daee, & ſolveee Epiſtopatui Florentino ſtarium unum grani.

Qoaliter Ser Tinus Ser Vernuli debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino ſtarios tres grani.

Qualiter Peteus Fornariuſ q. Bonaiuti tenetur, & debet dare, & ſolveee Epiſcopatui Florentino annuatim duos ſtarios grani.

Qualiter Tuccius Oddi debet annuatim perpetuo daee, & ſolvere Epiſcopatui Florentino ſtarium unum grani.

Qualiter beredee Tuttii Vliverii tenentur, & debent dare, & ſolvere annuatim Epiſcopo Florentino nomine penſionis peepetue denaeios duodecim.

Qualiter Bonamitus Bonaiuti fratee ſupraſcripti Petri tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino ſtarios duos geani.

Qualiter Barone q. Comecti del Vento debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Floreatino ſtarios quinque grani.

Qualitee beredes Giove Aglionis de Floeentia debeat annuatim perpetuo dare, & ſolveee Epiſcopatui Florentino ſtarium unum geani.

Bocca Compagni laboratoe eorum ſolvit pro eis.

Qualiter Dieei filius q. . . . . . debet annuatim dare, & ſolveee Epiſtopatui Florentiao pro ſuo poderi unum quaetum geani. Quod podere laborat Nutus Tieei.

Qualiter Inata, & Davitius fratees filii Terini debent annuatim dare, & ſolvere Epiſcopo Florentiao ſtarios duos grani.

Qualiter Iacomiauſ Pieri debet annuatim dare, & ſolveee perpetuo Epiſcopatui Florentino medium quartum grani.

Affictus peepetui de Plebe Veteri Diſtrictus Caſtri Florentini.

Qaoliter Puttius, & Benuccius fratres filii q. Cionis debent annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentiao ſtarios quatuor grani.

Qualitee Mentuccius Navaazati debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino teeſ quartos grani, tres quartos ordei, & teet quartos ſpelde, de ſuo poderi.

Nota quod Plebes Caſtri Floeentini tenet dictum podere, & non eeſpondet,

Qualiter Tinguſ filius Benitii, & fratres ſui beeedes dicti Benitii debent annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentiao tres quartoſ groni, treſ quartos olei, & tres quartos ſpelde.

Qualiter Pierus Philippi debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Floeentino de ſuo podeei unum quartum grani,

Nota, quod Plebes Caſtri Florentini tenet podeee dicti Pieri, & nou eeſpondet.

Qoaliter Neei Pagliarini debet annuatim peepetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino unum ſtarium grani, & unum ſtaeium ſpelde.

Qualiter Vanna Pagliarini debet annuatim perpetao dare, & ſolveee Epiſcopatai Florentino medium quortam groui, medium quartum ordei, & medium quartum ſpelde.

Qualitee Neri Domine Fiordevilla debet annuatim perpetuo dare Epiſcopatui Florentino medium ſtarium geani,

Qualiter Iuuta Piſcadoeiſ debet oannatim perpetuo daee, & ſolvere d. Epiſcopatui teeſ quartos geani,

Qoaliter Faldus Piſcadoeis debet dare, & ſolvere Epiſcopatui predicto ſtarios quiaque grani.

Qualiter Guido Martini debet annuatim dare, & ſolveee Epiſcopatui Florentino ſtarium unum grani.

Qua-

Qualiter Martinus Bonaveature debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentiao medium quartum grani, medium quartum ordei, & medium quartum ſpelde.

Qualiter Bertuccius Gherardi debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino ſtarios quatuor grani.

Qualiter Guido & Godi fratres, & filii olim Johannini debent annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino unum ſtarium . . . . .

Affictus perpetui de Prato Maggio Curie Caſtri Florentini.

Qualiter Nutus Scarlatti debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino ſtarios tres, & quartos tres grani.

Qualiter Tante Gagiotti, qui moratur in podere Tucci de Roma, tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino tres quartos grani.

Qualiter Pericciuolus de Gello debet annuatim dare dicto Epiſcopatui medium ſtarium ordei.

De Piſagno Curie Caſtri Florentini.

Qualiter heredes Bonarditi debent annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino pro eorum poderi ſtarium unum grani.

Qualiter Paganellus Balduccii debet annuatim ſolvere d. Epiſcopatui unum quartum grani.

Qualiter Bertinellus Dini debet annuatim dare, & ſolvere dicto Epiſcopatui unum quartum grani.

Qualiter Benveautus Bellagotti debet annuatim dare, & ſolvere d. Epiſcopatui unum quartum grani.

Qualiter Nutus Bonacoſe de Caſtel Vecchio tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino pro caſolari dicti Caſtel Vecchii ſtarios ſex grani.

De Valecchio Curie Caſtri Florentini.

Qualiter heredes Cioais Falconetti tenentur & debent dare, & ſolvere annuatim Epiſcupatui Florentino ſtarium unum, & unum quartum grani, & duos ſtarios ſpelde.

Qualiter Ricoverus quondam Bonaiuti debet annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino unum quartum grani, & unum ordei, & unum ſpelde, & medietatem unius capponis.

Qualiter Comuccius Dati debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino ſoldos quatuor.

Qualiter Micchele Iacobi debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino unum quartum grani, & unum quartum ordei, & unum ſpelde, & quartam partem unius capponis.

Qualiter Domina Berta vidua uxor olim Arigucci de Valecchio tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentiao in perpetuum ſtarios duos ſpelde, & unum par capponum.

Qualiter Puccius filius Gualterii de Valecchio tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino unum quartum grani, unum ordei, & unum ſpelde, & quartam partem capponis.

De Monte Ragoli Curie Caſtri Florentini.

Qualiter Taccius Geſis debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino medium ſtarium grani, & unum ſpelde.

Qualiter Lippus Ciamſi Andree debet annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino medium ſtarium grani, & unum ſtarium ſpelde.

Qualiter Cinolus Bonarli tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino medium ſtarium grani.

Qualiter Mannuccius Cambiucci tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino medium ſtarium grani.

Qualiter Dettus q. Dietaiuti tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino unum ſtarium grani.

Qualiter Natus Michi de Sala tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino ſtarios tres grani.

De Gricciano, & eius partibus Curie Caſtri Florentini predicti.

Qualiter Franciſchus Tieri Guerini debet annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino medium ſtarium grani, & medium ſtarium ordei.

Qualiter Donatus Fecini tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino unum ſtarium, & unum quartum grani.

Qualiter Bonaiutus Benvenuti debet annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino medium ſtarium grani.

Qualiter Daniellus Dati debet annuatim perpetuo dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino ſtarios duos grani.

Qualiter Ser Bonſignore Teruccii, & Vivianus fratres filii Mazzetti de Stagno tenentur, & debent annuatim dare, & ſolvere Epiſcopatui Florentino medium ſtarium grani.

Qualiter Iohannes de Campore tenetur, & debet dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentiao ſtarium unum grani.

Qualiter heredes Guerrieri de Campore tenentur, & debent dare, & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino ſtarium unum grani.

Haec

Eccleſia Coferciani *a*; Eccleſia Poppiani *b*; Eccleſia & Mo- 250

na-

a Haec in Valle Elſae, ſeu Peſae, in Plebatu S. *Petri* in Mercatu, ſita eſt. Proprie ſcribendum eſt *Coferciani*, quamvis vulgo *Coverciani* dicatur, ut conſtat ex vetuſto libro membranaceo ſcripto ab anno MCCLX. ad annum MCCLXVI. qui adſervatur in Archivo Magiſtratus Partis Guelphae Florentiae. In eo libro notatae ſunt aeſtimationes domorum, quae Guelphorum erant, a Gibellinis everſarum in univerſa Florentina ditione, indicatis locis, villis, Caſtris, & Paroeciis, in quibus exſtabant. Ibi igitur, ubi de Sextu Vltra Arnum in Florentino Comitatu agitur, memoratur Populus Sancti *Miniatis* in *Coferciano*; quamquam alibi, puto per errorem, *Corferciano* ſcribitur. In Catalogo Eccleſiarum Suburbanarum Dioeceſis Florentinae Eccleſia Sanctae *Mariae* in Covarchiano occurrit; quod quidem Coverciano diverſum videtur ab eo, quo de agimus. Eccleſia enim S. *Miniatis* in Coferciano eſt, ut diximus, in Plebatu S. *Petri* in Mercatu; quae quidem Plebes in Valle Elſae, ſeu Peſae, ſita eſt, & ab urbe Florentina remotior. Hodie tamen haec Eccleſia S. *Miniatis* in Catalogo Eccleſiarum Parochialium Dioeceſis Florentinae non recenſetur. Plebis S. *Petri* in Mercatu non ſemel ſuperius meminimus, ut *pag.* 141. 215. 244. 246. ubi eius memoria occurrit uſque ab anno MVIII. atque inde diſcimus eam certum cenſum quotannis Epiſcopatui Florentino ſolvere debuiſſe. In hoc Plebatu olim erat Eccleſia S. *Romani*, quae memoratur in membrana Archivi Riccardiani, anno MCCCCLI. & quae forte fuerit Eccleſia, quae Voltigiani eſt, D. *Romano* ſacra, cuius mentio occurrit in alia membrana eiuſdem Archivi anno MCCCCXCI. Inter Plebanos S. *Petri* in Mercatu fuit *Balthaſſar Machiavellius*, Patricius Florentinus, qui anno MDXLVII. mortem obiit, ut conſtat ex Charta laudati Archivi; nam hoc anno ſpolium illius *Machiavellii* Plebani fieri iubetur, quod deinde anno inſequenti *Pandulfo Puccio* tributum fuit. Inſuper reperio in Chartis illius Archivi, *Paullum III.* Pont. Max. penſionem in Eccleſiis S. *Petri* in Mercatu, & S. *Mariae* in Fagna, conſtituiſſe *Alexandro Puccio* ſolvendam; & *Pium V.* Pont. Max. anno MDLIX. juſſiſſe, ut penſio illa exacte eidem *Puccio* quotannis ſolveretur; cui *Puccio* anno MDLX. Eccleſia & Plebes S. *Mariae* Coeli Aulae collata fuit; quam tamen illum retinuiſſe minime videtur, quum anno MDLXIII. *Vgo Cantius* Plebanum S. *Mariae* Coeli Aulae ageret, qui hoc eodem anno a reſidendo in eadem Eccleſia diſpenſatus fuit, & alia deinde obtinuit, quorum memoria in Membranis laudati Archivi adſervatur. Et quidem *Alexander Puccius* anno MDLXV. Magiſtrali Laurea Piſis ornatus eſt, & anno MDLXX. Canonicus Florentinus electus; annoque MDLXXI. tribus diebus feſtis, impetrata venia, ſacris ordinibus initiatus. Anno vero MDLXXII. a *Gregorio XIII.* Pont. Max. penſionum in Plebibus S. *Petri* in Mercatu, & S. *Mariae* de Fagna, confirmationem, ſeu ampliationem, idem *Alexander* obtinuit; qui quum Abbas eſſet commendatarius S. *Nicolai* de Magliole in Dioeceſi Squillacenſi, quaedam bona anno MDLXXIII. locavit. Anno vero MDLXXVI. *Gregorius XIII.* Abbatiam D. *Geneſii* Brixellenſem eidem *Puccio* contulit; qui *Puccius* pariter anno MDLXXXV. penſionem in Canonicatu ſibi reſervavit. Aſt anno MDLXXXX. Abbatiam S. *Nicolai* de Magliole, *Franciſco de Francia* Decano Squillacenſi, *Puccius* locavit; qui deinde, anno videlicet MDLXXXXVI. litteras perhonorificas a *Clemente VIII.* Pont. Max. accepit, quibus Pontifex eum de morte *Aſcanii* fratris conſolatus eſt. Et quidem Pontifex ille adeo *Alexandrum* dilexit, ut anno MDLXXXXVII. ei concesſerit facultatem de reditibus Eccleſiaſticis diſponendi; de X. M. ſolidis argenteis, ſcilicet, ad favorem *Antonii Naſii*, & de mille pro ſua familia. Haec quidem omnia, e re nata, breviter excerpſi ex Membranis Archivi Riccardiani de *Alexandro Puccio*, qui anno denique MDCI. ab homine furioſo caeſus vivere deſiit, & in D. *Mariae Annunciatae*, in ſuae Aediculae S. *Sebaſtiano* ſacrae ſepulcro conditus eſt. Viri huius eruditi non minus quam nobilis mortem luxerunt Litterati Florentini, variis carminibus Latinis, & Italicis editis, occaſione ſolennium Exſequiarum, quas *Puccii* manibus Monachi Servitae celebraverunt; quaſque deſcripſit *Michael Archangelus Ianius* Servita libello publici iuris facto anno MDCI.

b Poppiani mentio occurrit ſuperius *pag.* 141. Eccleſia autem S. *Miniatis* in Poppiano memoratur in Regeſto Epiſcopatus Florentini ſuperius *pag.* 247. 252. Ibi dicitur Epiſcopus Florentinus, qui tunc erat *Ioannes Mangiadorius*, elegiſſe Rectorem huius Eccleſiae anno MCCLIX. eamque exſtare in Plebatu Plebis Campoli. Haec electio contigit Kalendis Septembris; sed forte quia Rector ille aliquo renuit, aut non potuit, acceptare hoc Sacerdotium, Idibus Septembris eodem anno Epiſcopus, tamquam Dominus & Patronus huius Eccleſiae, elegit alterum Rectorem eiuſdem, Presbyterum videlicet *Angelum* Canonicum Campoli. Poppiani meminit *Vgolinus Verinus* De Illu-

luſtrat. Vrbis Florentiae Lib. III. & ex ea duas illuſtres gentes Florentinas derivatas eſſe ait, *Guicciardinam* videlicet, & *Buliaſſam*, ita eaneos:

Teque ſuos inter Guiſcarde Bononia cives
Adnumeras; nec te earum inficiatur alumnum,
Qui tibi, Guicciardine, pater fuit; unde nepotes
Nomen, & aerea ſumſerunt cornua ſigna;
Quamquam alii primas ſedes a flumine Peſae,
A Popiana trahant veteres caſtella colonas.
Nobilis & priſca eſt, longeque potentia durat.
Praeſertim noſtra, rara hoc contingit in urbe.

Et ex intervallo:

Ex agro venit proles Buliaſſa paterno,
Quae Doni cognomen habet; cunabula prima
Peſa dedit, primos tribuit Papiana penates.
Nunc extincta jacet: nova, tali nomine, dives,
At Plebeja, novis decoravit honoribus ortus.

Alias Eccleſias in Poppiano reperio, unam ſcilicet SS. *Blaſii* & *Nicolai* ſacram, in Plebatu S. *Pancratii* Vallis Peſae; & alteram titulo S. *Petri* inſignem, cujus *Gherardinii* juſpatronatus habent, & de qua *Eugen. Gamurrinius Tomo II. Hiſtoriae Genealog. pag.* 120. Sed quoniam in Campi Paulli, ſeu Campauli, aut Campoli, in cujus S. *Mariae* Plebatu haec S. *Miniatis* Eccleſia exſtat, mentionem incidimus, juvat quaedam de Campoli heic recenſere. Iam mentio Campoli frequens ſuperius habita eſt *pag.* 101. 149. 152. 153. 177. 204. 247. 249. 250. 251. 252. 254. 257. 258. 259. 262. 263. 264. 266. alia de eodem ſunt, quae ſequuntur. Memoratur Campus Pauli in Inſtrumento exarato anno DCCCCIII. apud *Fidel. Soldanium* in *Hiſtoria Paſſinianenſi*. Illud autem ita habet:

In Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Bergarius Rex gratia Dei, anno Imperii Regni ejus ſexto decimo, ſexta Calendas Aprilis, Indictione ſexta &c. Conſtat me Stefano Diaconus fr. Ildiprandi, ſecundum convenientia noſtra, quia dare atque venundare & tradere previdi vobis in Eccleſia S. Michaelis, in locus, qui dicitur Paſſiniano, & Ioannis Abbas Monaſterii S. Michaeli, & Clemente Presbitero & Prepoſito ipſius Monaſterii, & a veſtris poſteris & ſucceſſoris . . . res & ſubſtantias meas, quem avere viſu ſum infra comitato Florenti . . . . . . ſulano (*hoc eſt, Florentino, & Feſulano*) locas, qui nominatur Lignano, Pleve ſancti Petri. ſito Sillano, ſeo & in . . . . ſeo & in Monte Monzano Pleve ſanti Stefani Campo Pauli, vel per aliis locis. Ser . . . . . . olis tam de ereditatem paterna, quam & de materna, aut de qualivet ſucces . . ne, aut per qualivet ingenium ad me revulitum eſt, aut de qualivet meos pertinentes eſſe inveniuntur ideo, tam caſis quam edificiis, ſeu ſolamentis, curtis, ortis, terris, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, ſalectis, cultum & incultum, diviſum & indiviſum, muvilibus & immovilibus, omnia & in omnibus ubiſcumque deſuper tota res & ſubſtantias meas eſſe invenitur; omnia in integrum eas vobis in ipſum ſancto & vene . . . . . loco, ſeu & in Ioannis presbiter & Abbas, & in Clemente Presbitero & Prepoſito ipſi . . . . . rii tradedit poſedendum pretium vero per iſta res vendictio mea re . . . . . Stefano Diaconus venditor a vos Ioannis Abbas, & Clementem Prepoſi . . . . . onaſterii emptoris ſicut manifeſtus ſum & inter nobis convivet inter . . . . . . r merce invaliente in ſoledus quadragenta fenito pretio tantum & . . . . . in unde ex eodem pretio amplius nulla res, devire dixit . . . . & quod fieri non eredo, ut ſi aquecunque omine de iſta res venditio mea taxati fueritis, & ſi egu Stefano Diaconus, vel meis heredes, aut ſuumiſſa perſona, quem nos miſerimus, vel quicumqualivet noſtro facto veniat per qualivet ingenio, cui nus eas dediſſemus aut dederimus, qui vobis ſancto Michael & Ioanni Presbitero Abbas & Clemente idem Presbitero & Prepoſito ipſius Monaſterii ſancti Michaelis, vel veſtris heredibus aut ſucceſſoris ipſius Monaſterii, aut ille Abbas, qui pro temoore ividem fuerit in aliquit exſinde vobis contraee aut retullere vel minuare queſierimus, aut ſi eas vobis iſta venditio mea da omnem omine defendere non potueri . . . . dupla tanta & tale res, quale tunc fuerit, una cum omni & def . . . . . nis ſuper extimatione ivique & conſimile loco nobis aut a veſtris po . . . . . & ſucceſſoris ego & meis heredes reſtituere & perſolvere debeamus, aut ivique in ipſum Monaſterio Sancti Michaeli f.

✠ Egu Stefano Diaconus ac me facta ss.
✠ Ego Petrus Diaconus rugatus ad Stefano Diacono ss.
✠ Eg . Munue Presbiter & Monachus rogatus a Stefano Diacuno ss.
✠ Ego Alpranda rogatus a Stefano Diacono as.
✠ Ego Franciano rogatus ad Stefano Diaconu as.
✠ Ego Willo rogatus ad Stefano Diacono ss.
✠ Ego Hiarlues Diacono rogatus ad Stefano Diacono.
✠ Ego Ragiuberto rugatus ad Stefanus Diacono ss.
Ego Franco ro . . . ad Stafano Diacono es.
Ego Andreas Not. ſcriptor poſt tradita complevit.

In tribus etiam Chartis Archivi Capituli Florentini anno MLXX. ſcriptis Campi Pauli &

& eius Plebis S. *Stephani* mentio occurrit. In prima enim dicitur, quod *Actia*, qui & *Cnebene*, fil. b. m. *Ildebrandi*, & *Romulus*, & *Ildebrandus* eius filii, promittunt *Florentio* Clerico, qui & *Ruſticus* vocatur, fil. b. m. *Florentii*, & *Burgne*, quae & *Banion* vocatur, iugalibus, filiae b. m. *Florentii* Clerici, qui & *Corbizo* vocatus fuit, & *Faruiſo*, qoi & *Iacula* vocatur, & *Gherardo* Presbytero, & *Petea*, germanis fil. b. m. *Ioannis*, qui & *Bonusfante* vocatus fuit, & *Ioanni* filio b. m. *Benni*, nun moleſtare ſortem & rem in l. d. Novole cum Eccleſia ſuper ſe exſiſtente intra territorium Plebis S. *Stephani* de Campauli, anno MLXX. II. Octobris Indict. nona.

Petrus fil. b. m. *Petrani* qui vocatus fuit *Boccalata*)
Rodulphus filius *Banitii* del Ferclone,) teſtes
& *Ioannes* fil. b. m. *Albitii* de loco Monte Feſuli.)
Rodulpous Not. ſcripſit.
Albertus, *Villelmus*, *Canitia*, *Benna*, Notarii, qui ſubſcripſerunt tranſumto.

In ſecunda ſcribitur, quod *Actia*, qoi & *Carbone* vocatur, fil. b. m. *Ildebrandi*, vendit *Faruiſo*, vocato & *Iacu'a*, *Gherarda* Presbytero, & *Petea*, germanis filiis b. m. *Ioannis* vocati *Bonfante*, integram tertiam portionem ſortis, & rei cum Eccleſia ſuper ſe exſiſteote in loco dicto Novole, in territorio Plebis Sancti *Stephani* de Campauli. Actum in loco, qui dicitur Pitiana, Iudiciaria Florentina, anno ab Incarnatione MLXX. menſe Octobris, Indict. nona, praeſentibus dictis teſtibus, & eodem Notario ſtipulaote &c. Tertia vero babet, quod *Actia* vocatus *Carbone* quondam *Ildebrandi* vendit *Florencio* Clerico, qui & *Ruſticus* vocatur, fil. qu. *Floeentii*, & *Burgne* vocatae *Boninae*, iugalibus, filiae qu. *Florenſii* Clerici vocati *Corbizi*, integram tertiam partem ſortis & rei in l. d. Novole cum Eccleſia ſuper ſe exſiſtente intra territorium Plebis S. *Stephani* de Campaoli, anno MLXX. menſe Octobris, Indictione nona, praeſentibus ſupradictis teſtibus, & eodem Not. Alia membrana exſtat in eodem Archivo, exarata anno MLXXXVII. in qua pariter Plebes S. *Stephani* de Campauli memoratur. In ea enim dicitur, quod *Florentius* Clericus vocatus *Ruſticus* filius qu. *Ploeentii*, profitens lege vivere Romaoa, pro remedio animae ſuae, & qu. *Ioannis* filii ſui, & qu. *Boninae* ſoae uxoris, offert Eccleſiae, & Canonicae S. *Ioannis Baptiſtae*, & S. *Reparatae* Virginis, quae ſunt poſitae in Civitate Florentiae, ubi *Razo* Archipresbyter & Praepoſitus praeerat, integram ſuam portionem Eccleſiae, & Oratorii S. *Andreae*, poſitae in locu, qui dicitur Novoie, cum integris caſis, caſcinis, terris, vineis, ſortis, & domnicatis, & omnibus rebus ad eamdem Eccleſiam pertinentibus, intra territoriom Plebis S. *Stephani* ſitu Campopauli. Actum prope Civitatem Florentiae, an. ab Incarnatione MLXXXVII. VIII. Idus Aprilis, Indict. X.

Martinus, & *Ioannes* filii qu. *Ioannis*, qui fuit Clericus.
Ioannes qu. *Gheeardi*, &) teſtes
Ildebrandus qu. *Grimaldi*)
Radulphus Not. Scriptor.

Sed quoniam ex hiſce Inſtrumentis conſtat, Presbyteros & Clericos per ea tempora uxores, & filios habuiſſe, ut ex Hiſtoria Eccleſiaſtica etiam liquet; quaedam hic occaſione ſumta in medium adducere iubet, ex quibus illorum ſaecolorom corruptela, & Clericorum concubinatus, amplius eluceat. Et primum proferam antiquam narrationem, quam *Lud. Ant. Muratorius Tomo V. Antiquit. medii Aevi Diſſert. LXII.* publici iuris fecit, qoaeque ita habet:

In nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Regnante *Ludovica filio prioris Caroli* facta eſt Conventus Synodi, eo praecipiente, in loco, qui dicitur Aquiſgrani (*anno DCCCXVI.*); multiſque praeceptis ab eo rite compoſitis, praeceptum prae omnibus hoc ſalutiferum ſtatuit, *praecipiens cunctis congregatis Epiſcopis, ut omnes darent ſtudium Canonicam conſtruendi*. Filius aotem eius *Lotharius* poſt mortem illius (*haec contigit anno DCCCXL.*) Patrem ſecutus, per regnum tranſiens, *non inveniens Eccleſias Epiſcopales ordinatas cum Canonica Congregatione*, ſicut ipſe & Pater eius praeceperat; contra *Epiſcopum* illius Eccleſiae (*Arretinae, ſcilicet*), nomine *Petrum* (*Petrum II. Epiſcopum Arretinum, qui anno DCCCXLIII. ampliſſimum privilegium ab* Lothario *obtinuit*), eſt indignatus quamplurimum. *Iccirco praemonuit Epiſcopos, praecipue ipſum Petrum Antiſtitem Aretinum, per ſe & ſuos Optimates, ut praeceptis ſuis & Patris obedirent*. Ipſe autem Dei famulus Petrus obedivit, & eam conſtruxit. Congregatione ab eo facta, aliquanta bona ibi conceſſit. Inſuper & quatuor manuales perſonas ad ſerviendum dedit, ſcilicet Piſtorem, Cocum, Lavandarum, & Bifulcum, ſicut in ſuo ſcripto continetur. Deinde aucta fama *illius Congregationis communiter viventis*, per multa loca terrarom, a bonis hominibus ibi bona mundi plorima ſont conceſſa. Denique *Vgo Rex* com *Lothario filio ſuo*, ob devotionem ad corpus Sancti Donati veoiens (*anno DCCCCXXXIII. ut conſtat ex eius Diplomate apud* Muratoriom Tom. V. *pag.* 237.) talibus auditis, magna praedia contulit *ipſis Canonicis*, ſicut in Praeceptis eius ſcripta ſunt, ut inopia procul ab eis remota in Dei & Sancti Donati *ſalis Congregatio* maneret ſemper ſervitio conſtituta, & ut perpetuum Regem exorarent cotidie pro incolumitate Regni, & pro eorum ſalute. *Plurimum poſt tempora evoluta, exardeſcente Diaboli nequitia, Canonicarum talis Congregatio, & Ec-*

cleſiae officio diu fuerunt diſperſo, Et hoc evenit pro Epiſcoporum deſidia, & pro Rectorum negligentia, ac pravorum hominum cupiditate, qui eis abſtulerant, unde tunc uſque vixerant. Sicque permanſit paene mortua uſque ad *Helperti* digni *Paſtoris* (Helpertus *hic*, *idem eſſe videtur*, *ac* Elimpertus, *ſeu* Alpertus. *Unus enim ac idem eſſe videtur Epiſcopus* Alpertus *&* Elimpertus, *eoſque male diſtinguere* Vghellius, *ut indicant anni Privilegiorum* Ottonis III. *apud* Vghellium *ipſum*, *&* *apud* Muratorium Tomo V. pag. 201. *ubi hic Epiſcopus dicitur* Helmpraxus. *Diceretur autem* Hubertus *in Privilegio* Ottonis I. *anno DCCCCLXIII.* *apud* Muratorium Tomo III. pag. 183. *niſi ambiguum eſſet*, *an ille* Hubertus *eſſet Arretinus Epiſcopus*; *& an nomen ibidem corruptum non ſit ex* Everardo *qui interfuit illo anno Concilio Romano*. Helpertus *igitur ſaltem anno DCCCCXCVI. Epiſcopus Arretinus erat*, *cui ſucceſſit* Albertus, *ac deinde* Teodaldus *anno MXXII.*) religioſam prudentiam, Eo quidem praeſidente in Eccleſia praedicta, cum maximo labore reaedificavit Eccleſiam Sanctae Mariae. Et veniente ibi Romano Pontifice (*Romani Pontifices ab anno DCCCCXCVI. uſque ad annum MXXII. plures fuere; ſed forte circa initio Epiſcopatus* Helperti *fuit* Gregorius V.) cum maximo honore ac deſiderio conſecrare eam ab eo fecit. *Inſuper etiam Canonicam reaedificavit*, *& Clericos*, *quantos potuit*, *ad communem vitam congregavit*, *aliquando precibus*, *aliquando minis*, *& quaſi bonus pater ad Fraternam Societatem conſtituit*. Qui etiam, quae erant ſuae utilitatis, plurima bona eis conceſſit. Inter haec & quartam partem Eccleſiae, quae Anteceſſores ſui ſibi reſervaverant, ſine refragatione donavit, ſicut in Privilegio ſuo invenitur. Inſuper etiam *Otto Imperator*, cum tranſiret per Tuſciam, deveniens (*anno DCCCCXCVI.* Otto III. *Imperator erat Arretii*, *ut conſtat ex eius Diplomate apud* Muratorium Tom. V. pag. 201.) ad Corpus Sancti Donati cauſa orationis, *conduxit ſuos Canonicos*, *quos ordinaverat*, ante Imperatorem, & Praeceptum ab eo accepit de omnibus, quae ad illos pertinebant, vel quaecunque adquiſituri erant, ſicut legitur in ipſo Praecepto. Et plurima quae fuerunt praedicta (*lege*, perdita) priſcis temporibus, *ex antiqua Canonica*, cum adiutorio ſuo, & Imperatoris, receperunt. Sed ut retro redeamus, ne Epiſcopi anteceſſores (*Epiſcopi anteceſſores* Helperti *poſt* Petrum II. *fuere* Ioannes, Petrus III. Theodoricus, Gulielmus, Everardus, Beloſius *qui deeſt in ſerie Epiſcoporum Arretinorum apud* Vghellium *&* Buralium, *& forte ſtatim poſt* Petrum II. *recenſendus eſt*.) praedicti Helperti Praeſulis ex toto videbantur eſſe gregum ſuorum diſperſores, quartam partem omnium obligationum Eccleſiae propria manu retinuerunt; tres alias partes *Presbyteris & Clericis*, *quos conſtituerant in ipſa Eccleſia*, cum aliis beneficiis dederant. De tribus ipſis partibus quatuor partes factae ſunt. Tali pacto & tenore illis *Clericis* hoc beneficium ab Epiſcopis fuit conceſſum, ut Eccleſiae pavimenta mundarent, ac lampadas accenderent, & ſtuderent, & campanas horis competentibus ſonarent, atque Eccleſiae ianuas cum omni eius theſauro viciſſim cuſtodirent, & pro Eccleſiae cuſtodiis cum ſuſpenſo ſomno noctibus ſingulis requieſcerent. Ita factum eſt, ut pro tali beneficio ipſis conceſſo divites effecti, mulieres conduxerunt, filioſque ex eis generaverunt, & dehinc Eccleſiam in ſe diviſerunt, ſicut in antea dicetur; Sed quoniam ſolitum eſt, ut divitiae homines in ſuperbiam elevent, pro quo beneficium habuerant, dedignabantur ſtudere. Illis autem curam Eccleſiae male tractantibus, contra eos clamor Populi exarſit. Tunc illi pro pavore eius Eccleſiae tunc Epiſcopi, atque Populi, inito conſilio, quendam Monachum acquiſiverunt, ut eorum vice Eccleſiae deſerviret, & omnia, quae neceſſaria erant, ibi ſtuderet; & hoc conſtituerunt, ut pro beneficio tempore meſſis & vindemiae ei ſexdecim ſextaria de grano ſimiliter & de vino pro unaquaque parte, & de oblatione, ſicut videretur. Diebus vero feſtis, vel Letaniis, vel ſi aliquo modo oblatio ſederat, mittebat unuſquiſque illorum ſervum vel mercenarium, aut ipſe per ſe, ad ea requirenda. Tunc fiebant furta, rapinae, rixae, garritiones, & diviſiones, ita ut multoties unum panem per quatuor partes dividerent, & candelam ſimul cum altercatione. Praedicto Cuſtode poſt parvum tempus mortuo, vice illius intromiſerunt Vrſum Presbyterum, qui Torellus vocabatur, cum ſupradicto beneficio. Ille autem Presbyter inſcius, nec campanas noverat ſonare horis matutinalibus, nec per horas conſtitutas diei, neque hoc facere in Eccleſia, quod decebat. Inter haec fames in Comitatu Caſtellano maxima orta eſt. Quidam Presbyter, nomine Teuzo inde veniens, eiecto ſupradicto Cuſtode Torello a Presbyteris & . . . . . eſſe per ſe debuerant, in Eccleſia Cuſtos factus eſt. Hic namque Presbyter iuſtus, bonus, & ſtudioſus in officio erat. Inſpirante autem Domino, quamplures homines ex Aritio Hieruſalymam (*ſcilicet inter annos MXXII. & MXXXVII. qui ſunt anni Epiſcopatus* Teodaldi) perrexerunt. Ipſe Presbyter Teuzo cum eis perrexit. Tunc ipſi Cuſtodes non habentes alium, remiſerunt eumdem Vrſum Presbyterum. Reverſo itaque Teuzone Presbytero ex Hieruſolymis, propter ſuam bonam converſationem *Canonicus* factus eſt. Igitur ſupradictus Vrſus nihil ſciebat facere, ſicut prius. Hinc omnis Populus per Cuſtodum ſummiſſionem *Epiſcopum Teodaldum*, qui tunc temporis erat

Digitized by Google

erat, implorsverunt, ut eundem Teuzonem ad Eccleſiae cuſtodiam reverti iuberet. Quia *Canonicus* factus erat, *Canoniti* talia ſacere non conſentiebant. Ad ultimum tamen propter Epiſcopi iuſſionem & Populi obſecrationem, contenſerunt. Sed & hoc toto anno contradixerunt, ne cum eis comederet, ne deveniret in malam cosſuetudinem. Tunc praedicti Cuſtodes ſuper *Canonicam* ſe vindicabant in praediis, & quae facere poterant. Inde etiam poſt Populi obſecrationem, eiuſdem Epiſcopi & Populi ſtatutum eſt, ut ipſe Teuzo Presbyter in Eccleſia ebdomadam Miſſarum, ſicut *Canonici Presbyteri* faceret, & ebdomadam Coquinae ſimiliter, & Coſodia officia impleret. Sicut permiſſum eſt ei tantum comedere. Adquiſito autem cibo, abſtulerunt ſupradicti Cuſtodes medietatem de grano, quod ſoliti erant dare. Quo mortuo, intromiſerunt Iohannem Turphum, Nepotem illius, quem ſecus duxerat ac nutrierat. Deinde maxima conceitatio inter *Canonicos* & ipſos Cuſtodes iterum exorta eſt de victu ipſius. Cuſtodes, ſicut Avunculum, illum facere volebant, ſed omni uiſu *Canonici* repugnabant. Hoc autem *Canonicis* opponebant, quod quartam partem tunc habèrent de Eccleſiae oblatione. *Canonici* e contra talia reſpondebant: *Quando Elpertus Epiſcopus, ſuique antecеſſores, quartam partem manu ſua habebant, quam poſtea ipſi nobis conceſſerunt, Cuſtodes victum ab eis non requirebant. Inſuper beneficium aliud vobis eſt conceſſum pro Eccleſiae cuſtodia.* Denique praedictus Iohannes Turphus, eo quod victum non habebat aliqua parte, nec campanas ſonabat, ſaepius per tres dies vel quatuor, vel plures. Illi interim cauſam *Canonicorum*, ubicumque poterant, male tractabant. Interea *Epiſcopus Immo* (*Hic Teudaldo ſucceſſit anno MXXXVII.*), quia tunc temporis fuerat partim clamore Populi, partim mala voluntate atque virtute, & quia Eccleſiae iniuriam non valens ſuſtinere, in Clauſtrum veniens cum populo maxima altercatione; hoc inter *Canonicos* & Cuſtodes diffinitum eſt, ut per cotidianos dies unam coppam de vino, & unum panem, *Canonici* Cuſtodi illi darent ad feneſtram coquinae: Dominicis & feſtis diebus ad tertiam cum eis pranderet. Revertente tempore meſſis & vindemiae, Cuſtodes ſupradicti Vicario ſuo, quod ſoliti erant dare de vino & grano, aut non dabant, vel ſi eorum aliquis dabat, alius non dabat; vel ſi forte dabant, cum maxima importunitate praebebant. Quando autem non accipiebat, nec campanas ſonabat, nec quae erant in Eccleſia facienda faciebat. Talia paſſa eſt Eccleſia, uſque dum ad Canonicus devenerat, & cetera alia mala, quae Deo iuvante dicentur ad memoriam, Superius diximus, quia Cuſtodes illi filios generaverunt. Nunc dicendum eſt, qui fuerint, & quomodo Eccleſiam inter ſe diviſerint. Fuit quidam Presbyter

Pe-

Petrus, qui a loco, De Nuce vocabatur, qui plures filios habuit, ſicut alii Cuſtodes. Sed nolumus dicere, niſi de illis, qui Eccleſiam habuerunt. De Petro Presbytero geniti ſunt Presbyter Salomon, & Andreas Clericus. Qui Presbyter Salomon habuit quartam partem ex quatuor ſupradictis partibus, quam diviſerunt inter ſe Filii ſui & Nepotes. De Salomone illo geniti ſunt Leo Laicus, & Sizzo Clericus. De Leone genitus eſt Bonicus. Bonicus in ſenectute ſua factus eſt *Canonicus*. Partem ſuam ipſis *Canonicis* conceſſit. Ex Sigizone genitus eſt Vngarinus Laicus. De Vngarino geniti ſunt Teuzo Clericus, & Raginerius, & Salomon Laici, qui ſimul partes ſuas dederunt *Canonicis* pro uno modiore de terra in Agare in concambio, quod dedit Paganus filius Suppi de Montercle pro anima filii ſui Guberti. Andreas Clericus frater Salomonis Presbyteri habuit aliam quartam partem, quam diviſerunt Filii eius & Nepotes. De Andrea geniti ſunt Blancus Clericus, & Mannulus Laicus. De Blanco geniti ſunt Veellittolus, & Guidolus Laici. Veellittolus iudicavit medietatem ſuae partis *Canonicis* pro anima ſua, & accepit decem ſolidos pro altera medietate. Widolus accepit viginti ſolidos pro ſua parte. De Manoulo geniti ſunt Priccus & Pioeus. De Bicco geniti ſunt Widulus Clericus, & Bertus, & Mincos. Widolus accepit pretium quatuor ſolidorum pro ſua parte. Bertus & Mincus vendiderunt partem ſuam Picuccio Medico. Moriente Picuccio Medico iudicavit Canonicis ſolidos viginti. Poſt mortem eius filius Helias non habens unde daret, dedit ſuam partem Eccleſiae. De Pinco geniti ſunt Iſphus & Guidolus Laici, & Bonatrus Clericus. Iſphus pro ſua parte accepit quatuor ſolidos e *Canonicis*. Partem Guidonis & Bonatti Presbyteri habuerunt pro anima Ipſius Bonatti Presbyteri. Leo quidam Presbyter fuit, qui habuit filios Pecionem, & Iohannem Presbyterum, Canem dictum, propter iracundiam, qui habuit quartam partem de Eccleſia. Qui Presbyter Iohannes genuit filium Ioannem Blancum Laicum. Ioannes Blancus non habuit filium, ſed filias. Vna ex illis, quae Cara vocabatur, dedit ſuam partem de Eccleſia Sanctae Mariae; & dedit eam in coniugium Signurello filio Aritii: ex qua natus eſt Vgolinus, quem pater & mater fecere *Canonicum*, & pro ipſo in *Canonicam* dederunt ipſam Eccleſiam. De Pecione geniti ſunt Martinus & Iohannes Clerici. De Martino genitus eſt Cunizellus Clericus. De Cunizello genitus eſt Brittolos, & Boſolus Laici. De Brittolo genitus eſt Gunigildolus, & Guiducius Laici. De Iohanne Peci geniti ſunt Iohannes Clericus, & Rodulfus, & Boſo Laici. Supraſcriptus Iohannes Blancus dedit ſuam partem de Altario Sancti Stephani nepotibus ſuis ſupradictis, ſcilicet Cunizoni Clerico, & Iohanni Cleri-

ri-

rico, & Rodulfo, & Boſoni Laicis fratribus. Praedicto Iohanne Clerico moriente, iudicavit Canonicis viginti ſolidos. Fratres eius Buſo & Rodulfus pro ipſis ſolidis dederunt partes ſuas de Altario Sancti Stephani *Canonicis*. Cunizellus Clericus iudicavit *Canonicis* medietatem ſuae partis eiuſdem Altaris. Pro alia medietate filius eius Boſus & nepotes ſui, filii Brittoli, acceperunt duodecim ſolidos ab ipſis. Iohannes Presbyter filius Atai genuit filium Gerardum Presbyterum, qui habuit aliam quartam partem. Idem Gerardus Laicus, qui Gerardus habuit filios & filias, unam quidem ex eis nomine Antilia, dedit in coniugium Vbaldulo filio Gerardi Furchi de Monte Pupe. Poſtea ipſe Vbaldus dedit ſocero ſuo unum modiorem de terra in loco, qui dicitur Rupone, & in Scarniceto, pro ipſa parte Eccleſiae, & miſit fratrem ſuum Vgolinum cum ipſa in *Canonicam*. Hactenus quae mala in Eccleſia Sancti Stephani perpetrata, & qualiter ad *Canonicos* devenerit, ſub brevitate memoravimus. Nunc, iuvante Domino, quid in Eccleſia Sancti Donati geſtum fuerit, antequam ad *Canonicos* deveniret, ad memoriam noſtris poſteris relinquemus. Ex eo tempore, quo *Belaſius Praeſul* (*Hic* Belaſius, *ſeu verius* Blaſius, *Epiſcopus Arretinus*, *Scriptoribus hactenus ignotus*, *multo ante* Albertum *Epiſcopatum obtinuit*; *quare forte in ſerie collocandus eſt poſt* Petrum II.), qui Oratorium Sancti Donati parvum aedificavit, ſic autem permanſit per plurimum tempus uſque ad *Albertum huius Eccleſiae Epiſcopum*. (*Hic reperitur Epiſcopus anno MXIII.* Helperto *autem ſucceſſit*: *&* Alberto *ſucceſſit* Teodaldus *anno MXXII. ut etiam heinc patet*) Denique ipſe ſecutus Anteceſſorem ſuum *Helpertum*, qui Eccleſiam Sanctae Mariae a fundamentis renovaverat, ſic & iſte a fundamentis Eccleſiam conſtruxit Sancti Donati, eamque ad medietatem deduxit. Sed preventus morte, ſucceſſor quidam *Teodaldus* perfecit. Vſque ad horum tempora ordinarii Clerici celebrabant omnia ſacra myſteria in Eccleſia Sancti Stephani, ubi manet Sedes Epiſcopi. Conſecrata vero Eccleſia ipſa a Teodaldo Praeſule cum maximo honore, ab eo conſtitutum eſt, *ut Canonici manentes in praedicta Canonica a die Conſecrationis uſque in Coena Domini, maiora officia ibidem peragerent propter honorem Sancti Corporis, minora quoque in Eccleſia, ubi eſt Sedes Epiſcopalis*. A Coena Domini uſque ad Conſecrationis Anniverſarium propter honorem Epiſcopi, faciant maiora & minora in Eccleſia Sancti Donati. Sed quia ſuperius diximus, quomodo Praeſules poſuerunt Cuſtodes in Eccleſia Sancti Stephani, & quomodo ſuam cuſtodiam ad deſidiam & ad ſuam utilitatem conduxerunt; nunc conſcribendum ſimiliter eſt de Sancti Donati Cuſtodibus. Fuit quidam Presbyter Monachus, nomine Petrus, cui datae ſunt a Praeſulibus tres partes oblationis Eccleſiae cum alio beneficio, propter illius Eccleſiae cuſtodiam: quartam vero ſit de ipſa Eccleſia . . . . . . & de alia retinuerunt propria manu, quam etiam ſuperius ſcriptus Helpertus Epiſcopus dedit *Canonicis*. De Petro Monacho genitus eſt Martinus Clericus, qui vice ſua adhibuit Vicarium. Eo defuncto, ſigillatim conſtituit alios, ut facerent Eccleſiae neceſſaria, adiuncto beneficio de ipſa tantum oblatione, ſicut & inter eos complacuit. Igitur propter abundantiam oblationis unus ex Servis ipſius ſemper morabatur cum ipſis. De Martino genitus eſt Cucius. Cuius temporibus translatum eſt Corpus beati Donati, (*poſt annum MXXIV. nam huic translationi ab Epiſcopo* Teodaldo *factae interfuit* Lambertus *Epiſcopus Florentinus*, *ut apud* Baralium *in* Epiſcopis Arretinis *videre eſt*) & Eccleſia ipſius conſecrata, factaque ibi ſunt plurima miracula meritis beati Donati, quae nec valent cuiuſquam lingua enumerari, propterea concurrit tota Tuſcia cum infinitis oblationibus ad eius impetranda ſuffragia. Tunc quaſi pro Cuſtodia omnes Servi & Mercenarii praedicti Cucii altare circumdabant. Demum cupiditas inſatiabilis, quae nec in quopiam expleri valet, tale facere paene totum Populum circa Eccleſiam ſtantem commovit. In tantum quippe talis militia rapinae crevit, ut multoties illis trahentibus aliquid cum intentione, Altare totum diſcooperirent. Sic conſuetudo mala aucta eſt, adeo ut ruſtici & feminae, ob devotionem ibi venientes, depraedabantur; & volentes ſe defenſare, caedebantur, &, quod nequius, eſt vulnerabantur, & ſanguis ante Altare effundebatur. Miniſtri vero Eccleſiae circa Altare opponebant artificium lignorum cum firmis trabibus, ſed ſemper a raptoribus fuerat exterminatum. Heu heu, quanta mala non ſolum ante Altare, ſed per totam Eccleſiam, & per totum Mercatum fuerunt tunc temporis perpetrata! Inſuper etiam ruſtici, qui ſuis ſaccis frumentum cuiuslibet generis deferebant, ſi non poterant auferri, ſaccos eorum cultellis ſcindebant. Sic & adhuc noſtris oculis cernimus. Vnde etiam bella ſaepius orta ſunt. Epiſcopi, qui tunc erant, venientes in Eccleſiam, ſi quos poterant invenire raptores, flagellis caedebant; illiſque recedentibus peiora fiebant. Nec hoc ſolum autem, ſed qui videbatur adiuvare, ut melius rapere poſſet ac fugere, pro ſacco retinendo, ad oblationem annualiter tortam cum gallinis, & tres vel quatuor ſolidos, ſicut adquiſitum ſibi videbatur, deferebat ſuo Domino Cuſtodi. Cetera Altaria, quae erant infra Eccleſiam, ſupradictus Cucius quaedam vendidit, & quaedam donavit Laicis. Altare ſcilicet Sancti Iohannis Baptiſtae dedit Brigicio Aquatico, & Ildibrando filio Petri. Sancti Petri Altare de-

Digitized by Google

dedit filiis Brichi. Altare Sanctae Luciae dedit Cizoni Teuzorum, & Letanias de Gropina. *Canonici* autem videntes tanta mala, & quia eorum pars quarta ad nichilum devenerat, conſilio cum Cucio facto, dederunt ſibi unum Manſum, & quemdam modiorem de terra iuxta Civitatem pro unaquaque parte. Aliam etenim quartam partem antiquitus habebant ab Epiſcopo Helperto conceſſam: Conventu *cum Canonicis* facto, ſpontanee in manu *Epiſcopi Immonis* ipſam tantum quartam partem refutavit. Idem Epiſcopus Immo acceptis viginti libris denariorum Lucenſium a *Canonicis*, facto Privilegio, conceſſit eam ipſis. Hucuſque in ſcriptis invenimus, & quae ab idoneis teſtibus didicimus, & quae ex parte vidimus, brevi ſtilo tradidimus. Nunc mala, quae Eccleſia inde cotidie patiebatur, ſcribenda curabimus. Mos erat, ut quandocunque Letaniae veniebant ad Sanctum Donatum cauſa orationis, audiebant Miſſam ad altare Sancti Stephani, & omnes candelas accenſas Cucius habere ſolitus erat. De ipſis candelis regebat Eccleſiam per omnes matutinas horas a Feſtivitate Sancti Donati uſque ad Feſtivitatem Sancti Stephani. Menſura cotidiana candelae erat a cubito uſque ad pollicis ſummitatem, & accendebantur Matutino inchoante. In feſtivis diebus augebatur menſura. In Feſtivitate Sancti Stephani non eſt ſolitum in Civitate Miſſa cantari, donec finiatur Evangelium in Epiſcopali Eccleſia S. Stephani. Et huc ad maiorem Miſſam omnes Cives ſunt ſoliti venire, & propter honorem & devotionem, ac magnas candelas ibi offerre. Similiter & in Domini Reſurrectione. De praedictis candelis Sancti Stephani regebatur Eccleſia uſque ad Reſurrectionem Domini. Cum candelis etiam de Reſurrectione uſque ad feſtivitatem Sancti Donati. Mortuo vero ſupradicto Cucio, filius eius Raginaldus paternum ſuſcepit dominium. Oblatione praefatae Eccleſiae parumper deficiente, moreque rapinarum nec decreſcente. Raginaldus Cucii filius, quod beneficium paternum, ut conſuetudo erat, non haberet, multoties candelas, & corrigias linguis Campanarum non dabat, nec funes, & quidquid Eccleſiae competebat, nec faciebat, nec ſuis ſubiectis Cuſtodibus facere videbat. *Epiſcopus* igitur *Conſtantinus*, (*hic Arretinam Eccleſiam rexit ab anno MLXIV. ac deinceps*) qui eo tempore Aretinae Eccleſiae reſidebat, cum omni conventu Clericorum & Laicorum, ex praedicta cauſa, Raginaldum in praeſentiam iuſſit aſſiſti, Interrogatus illico eſt: Cum ipſe Raginaldus Eccleſiae beneficium haberet, cur eam non ſtudioſe, & ut ſolitum erat, regeret? Reſponſum ab eo eſt: *Cuſtodes Sancti Stephani, & alii homines, quae mea & Eccleſiae ſunt, tollunt: regere eam idcirco non poſſum*. Tunc Raginaldo, conſilio accepto a ſuis fidelibus & amicis, & quia ingenioſus erat, reputans qualiter ſibi prodeſſet & Eccleſiae decus auferret, hoc viſum ſibi melius eſſe, ut candelas praedictas in manu Epiſcopi refutaret, exceptis duodecim optimis candelis ſibi retentis. Feſtivitate Sancti Stephani, & ſimiliter duodecim in Reſurrectione Domini, ſicque completum eſt. Poſt idem Raginaldus, acceptis viginti ſolidis, *Canonicis* tradidit eas. Videns interea Raginaldus oblationem Eccleſiae deficere, cotidie timens in horrendum Dei iudicium incidere, & quod ſibi parum prodeſſet, & quia verecundiam inde multoties paſſus eſſet; accepto & invento ſalubri conſilio, ſuam Cuſtodiam, & partem Eccleſiae, coram Clero & Populo in manu Epiſcopi refutavit, acceptis inde a *Canonicis* Libris quadraginta quinque ex Lucenſibus denariis. Tunc praefatus Epiſcopus Privilegio facto, cum *Canonicis* conceſſit eo tempore, ut *Canonici* ſemper in Cuena Domini Oleum pro Chriſma, & Oleum pro Exorciſmis, & Oleum pro Infirmis darent, & Lampadam ardentem omne nocte ante Altare Sancti Donati, & corrigias Campanarum, & funes ad Campanas minores ſonandas, & ceram viginti Libras ſimiliter, quam Raginaldus ſibi conſueverat dare. Poſtea Epiſcopus acceptis a *Canonicis* quatuor Libris denariorum Lucenſium, per ſcriptum praedictam ceram illis conceſſit, quatuor Libris propter Miſſam, quas ipſe Epiſcopus Gerardo Primicerio dederat. Deinde Canonicis decem ſolidos Primicerio dantibus, illis conceſſit ſuam partem cerae, Revertente autem Berardo Clerico, filio ipſius Raginaldi, de Scholis, coepit ex hoc indignari, & infringere factum patris voluit. Dicebat, ſe ab Epiſcopo inveſtitum de eadem Eccleſia, quando eſt factus Clericus. *Canonici* autem videntes aſtutiam Berardi, & calliditatem Raginaldi, pro pace adiunxerunt eis decem libras Lucenſium denariorum. Iterumque ab patre & ipſo filio receptum ſcriptum, cum omni definitione Eccleſiae, & de aliis cauſis, quibus contra eos agere videbantur, ſicut in eorum ſcripto legitur. Sed & ipſi *Canonici* omnia cum pace habere volentes, adquiſierunt Altaris, quae erant in ea Eccleſia, a nepotibus Briguli & Ildebrandi, quorum avibus Cuccios dederat, & a Guinigildo filio Giti Teozi, Ildebrando filio Cani, nepoti Ildebrandini pro ſua parte Altaris Sancti Iohannis, dederunt octo Solidos. Filius Ruſtichelli conſobrinus illius ſuam partem eiuſdem Altaris dedit ipſis *Canonicis* pro anima ſui patris. Nepotibus Briguli Teuderico & Buſoni dederunt ſexdecim Solidos. In Altare Sanctae Luciae, & Letaniss de Gropina, dederunt Guinigildo ſexdecim ſolidos. Nunc de Confeſſione, quam praetermiſimus, quae eſt ſub Altare Sanctae Mariae, prout Dominus donaverit, veritatem dicamus. Denique ſicut praefati ſumus, praedicti Pontifices tres partes de Altare Confeſſionis ſimiliter Clericis dederunt, Idem Gebi-

zoni Presbytero filio Pcci, & Boſuni Clerico filio Ropulti, quem ſecum Elpertos Epiſcopus conduxit, & Viventio Clerico filio Iohannis Ati, Vcbiro Presbyter non habens filium, ſed filias, unam ex illis Teuza nomine Griſuni Notario in domo ſua in coniugium dedit cum ſua parte illius Altaris, & cum omnibus terris ſuis. Ex qua natus eſt Ildibrandus, qui accipiens quindecim Solidos, dedit ea *Canonicis*. De Poſone geniti ſunt Guidolus, & Carellus. Guidolus adquiſivit partem fratris, & poſt utraſque dedit *Canonicis* pro anima ſua. Tamen recepit inde veſtimentum bambacinum. Viventius Clericus, & Signorellus, fratres non habentes filios, reliquerunt partem illius Altaris & omnia ſua nepotibus ſuis filiis fratris ſui Teozonis, ſcilicet Boſoni & Iocundo, qui fuit *Archidiaconus* & *Praepoſitus*, qui & reliquit omnia ſua Boſoni fratri ſuo, cum praedicta parte Altaris. Boſo autem dedit illam *Canonicis* & accepit pro ea terram de Villalba, quam dedit *Sophia Comitiſſa* pro anima Henrici filii Vguizonis mariti. Ne fallaces compoſitores iudicemur, qualiter partes oblationis Eccleſiae Sancti Stephani & Sanctae Mariae ante noſtris oculis multoties diviſae fuerunt, breviter dicamus. Si eſſent ſexaginta quatuor Panes, aut quilibet, in primis Canonici tollebant ex eis ſexdecim, quae erat quarta pars. Relinquebantur quadraginta octo, & fiebant ex eis quatuor partes. Tunc ex ipſis Gerardus Maſcari tollebat duodecim, & duodecim Iohannes Blancus. Duodecim erant inter Sizonem & Bonicum. Alii duodecim, qui remanebant, taliter diviſi erant. Vcellitos, & Widolus filii Blanchi habebant unum. Alios undecim, qui remanſerant, habebant Pincus & Bricus fratres. Alter eorum habebat tres filios & tres panes, & alius ſimiliter. Omnia, quae a nobis hic ſcripta ſunt, teſtem Dominum ſecretorum agnitorem habemus, nihil eſſe adiunctum ſtudioſe, ſed compendioſe deſcripſimus veritatem.

Hactenus antiqua illa narratio, quae Saeculo XI. ad finem vergente ſcripta fuiſſe videtur. Hunc abuſum in Eccleſia Arretina ad ſaecula proximiora protractum indicat Epiſtola *Hieronymi Aliotti*, Abbatis Monaſterii SS. *Florae* & *Lucillae* Arretii, quam ſcribit *Laurentio Acciarolo*, Patricio Florentino, Epiſcopo Arretino, qui illam Eccleſiam ab anno MCCCCLXI. ad annum MCCCCLXXIII. moderatus eſt, de matris obitu eum conſolans. Eam ineditam ex Bibliotheca Riccardiana, in qua aliae *Hieronymi* Arretini Epiſtolae adſervantur, heic ex parte exhibeo.

Ad Reverendiſſimum Patrem & Dominum Lau. de Acciarolis Epiſcopum Arretinum, Hieronymi Abbatis Sanctae Florae Arretinae Conſolatoria pro dulciſſimae matris obitu.

De obitu ſanctae memorandaeque matris tuae, par & aequum eſt Reverendiſſimam Dominationem tuam non modo dolere atque angi, ſed etiam lacrimis & ſqualore ſuffundi. Nam quae talem te genuit filium, ut de fratribus tuis ſileam ornatiſſimis profecto & ſpectatiſſimis viris, qualis fuerit mater, etiam qui illam neque norit, neque viderit, facile queat intelligere ac iudicare. Quae enim aut qualis aeſtimanda ſit vita noſtra carorum & amicorum ſublato conſortio conſuetudineque convolſa? Mihi quidem videri ſolet, amicis & caris vita hominum excedentibus, portionem aliquam vitae noſtrae demigraſſe. Quamquam enim plerumque locorum intercapedo nos ab amicis cariſque disiungit: non idcirco aut illi nobis, aut nos illis, mortui ſumus. Neque enim dormientis oculos dicimus lumine caſſos, quod dormiendo nil videant. Nec Muſici nomen titulumque amiſit, qui aliquando feſſus cantandi officium paululum intermittat. Si quos igitur diſtantia locorum aut conſuetudine amicorum nos dirimit, ſpes nihilominus certa nos tenet, vel litteris vel praeſentia corporis poſſe illos ſaepius alloqui, ſaepius cernere, ſaepius convenire. At cum ex hominum vita rapiuntur, non minus nos illis morimur, quam illi nobis. Ut merito portio quaedam vitae noſtrae demigrare videatur, quotiens amicus aut carus quiſpiam migrat. Proinde ſane dolendum eſt tibi pro obitu ſuaviſſimae matris tuae, quae Dominationem tuam tenerrimo affecto diligebat; quae tanto ſtudio valetudinem tuam vel litteris vel nuntiis explorabat, quae infantiam, quae pueritiam, quae adoleſcentiam tuam tanta cura labore diligentia enutrivit; quae te denique ſanctiſſimis formavit moribus, & probatiſſimis inſtitutis. Nobis vero filiis tuis ac ſervulis, quibus illius vel conſuetudo vel notitia nulla fuit, dolendum eſt pariter & ingemendum pro ipſo dolore Dominationis tuae. Nam quo pacto fieri poſſit, ut dolorem capitis cetera membra non ſentiant? qui enim poſſumus te non diligere colere obſervare verum caput noſtrum ac ſummum, qui nos tua membra tueris ac praeſervas ab omni offendiculo, & ut pupillam oculi ab omni laeſione cuſtodis & protegis? Nemo noſtrum a te unquam male contentus diſceſſit. Nemo non conſolatus. Nulli moleſtus, nulli iniquus fuiſti. Nullius munera ſuſcepiſti. Nec profecto inter nos reperitur quiſquam ſive bonus, ſive malus, qui gloriari poſſit ſua abs te munera eſſe accepta. Quae virtus & rara eſt, & apud nos hactenus inſueta. Quandoquidem inter alios reditus huius Epiſcopatus non contemnenda portio numerari ac ſupputari ſolent ea, quae ex munerum oblatione defertur. Bonos quoſque amplecteris ac ſinu foves. Delinquentium errata occulere ac veluti pallio ſtudes obducere, ac ſi peccantium pudor & ignominia in te reflecti & redundare videatur. Ut rite queas cum Apoſtolo dicere.

Quis

Digitized by Google

Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror? tanto amore, tanta caritate, ampl·ēteris nos popalum tuum, & oves paſcaae tuae. Ex quo ſit, ut tua haec compaſſio & delinquentium pia & lacrimoſa correctio, multo plus morbis ſaraadis proficiat, quam quorumdam ſeverior diſciplina. Inde ſecutum eſt id, quod mihi miraculi loco saboritur, ut ſine ullo ſtrepitu, ſine ullo murmure reclamantiam Sacerdotam, pellicum & concubinarum gregem a tuae dioeceſis limitibus ubactum profligaveris extermiaaveris extorrem feceris. Ex quibus, veluti ex armento quodam equarum, plerique ſuperiores Epiſcopi cenſum ac lucrum aſſuerant emungere. Deaique oviculas tuas, quae vetus & vatiqua praeda paſtorum eſſe iam multa ſecula conſaeverant: tu ſolas timore liberas, tu ſolus in lib·rtatem aſſeris, tu ſolus retia & ingenioſa latrocinia extorquendarum a clero pecaniarum tua virtute, tua liberalitate, tua ſanctimonia conteris. Inveſticurac Eccleſiarum & taxac non parum lucri & emolumenti Curiae Epiſcopali afferre conſuetac penitus ſuſtuliſti, Simoniacam labem ſapere huiaſmodi ac redulere affirmans. Pleraque etiam artificia ſubtili ingenio ad extorquendas pecunias iam multis ſeculis excogitata convulſiſti radicitus. Quis igitur in noſtro numero tam erit ferreus, uſque adeo erit ingratus, qui pro tuo dolore, quem de obitu ſanctae matris tuae digne ac merito concepiſti, non angi, & adſtictari non debeat? Eliminanda eſt a nobis in hoc caſu Stoica diſciplina; & virtus illa non tam vera quam pulcra, non tam ſolida quam ficta, umbratilis, & ementita. Ea profecto traditio naturae hominem contraire praeſumit, quae nobis mollia corda dedit, lacrimaſque effundere iuſſit &c.

Tamdem iuvat heic deſcribere, quae *Petrus Damiani* habet de *Regembaldo* Epiſcopo Feſulano. Hic Epiſcopus floruit ab anno MXVII. ac deinceps, atque ita de eo *Petrus* ille Cardinalis & Epiſcopus Beatiſſimus ſcribit, in libro, qui *Gratiſſimus* inſcribitur, *Cap. XVIII.*

„ Imo quid mirum, ſi per malos Mini-
„ ſtros Omnipotens Deus in Eccleſia ſua pro-
„ pageri officium Sacerdorale permittat, quum
„ per eoſdem etiam virtutum ſigna frequenter
„ exhibeat, non videlicet ob religioſae vitae
„ meritum, ſed propter acceptum Sacerdota-
„ lis miniſterii ſacramentum? Nam ut ex mul-
„ tis pauca perſtringam, Feeſulanus Epiſcopus,
„ Raimbaldus nomine, erat manifeſtiſſime ſi-
„ moniacus, &c. ut ſuperius *pag.* 94. & 95.
Et ex intervollo . . . . „ Et ſaepe
„ tales terribili morte percuſſi luce clarius in-
„ dicant, quam re vera reprobi fuerint, qui ſpe-
„ cie tenus quaſi mirabiles adparebant. Nam
„ & is, cuius paullo ante meminimus, Feſu-
„ lanus Epiſcopus, quum tantae pravitatis eſſet,
„ & laicus eius frater honeſtae, ac modeſtae
„ vitae cum eo familiaritatem habere minime
„ dignaretur, ſignorum tamen adeo virtutibus
„ coruſcabat, ut in dedicatione unius dumta-
„ xat Eccleſiae quinque curam omni populo
„ daemoniacos curaſſe conſtanter a perhibenti-
„ bus adſeratur. Sed quia non ſuis, ſed alie-
„ nis miraculis claruit; ad obitum veniens ul-
„ trici ante ignem ingenti corporis animadver-
„ ſione ſignavit. Populo ſiquidem pernicioſae
„ uredinis in pede eius peſtilenter exorta ſic
„ totam plantam, tibiam, coxamque, cum ingui-
„ ne ſimul ac genitalibus comprehendit; ut
„ uſque ad vitalia ſerpendo procederet, & ve-
„ lut aridi materiam ſtipitis viſcera eius inter-
„ na depaſcens, occultis eum vaporibus con-
„ flagraret: quamvis hic iam primitias ignis ac-
„ cenderet, quem flamma poſtmodum nunquam
„ deficiens abſorberet. Tam quippe intolerabi-
„ lis, atque immaniſſimi, languoris nimietate
„ conſtrictus, nec dignam cognoſcitur poeni-
„ tentiam ſubſcepiſſe, nec mulierum a ſe con-
„ tubernium, quarum etiam tunc impudenter uti
„ miniſterio non verebatur, voluit abſentare.
„ Porro autem, quum Redemtor noſter dicat:
„ *quia in digito Dei eiiceret ipſe daemonia*; digitus
„ autem Dei procul dubio Spiritus Sanctus ac-
„ cipitur, evidenter adgnoſcitur, quia numquam
„ daemones e corporibus hominum, niſi per
„ virtutem Spiritus Sancti expelluntur. Unde
„ liquido manifeſtum eſt, quia Epiſcopus ille
„ licet indignus, licet fuerit ſimoniacus, & il-
„ lecebroſae luxuriae ſpurcitia maculatus, dae-
„ monas tamen effugare nullatenus potuiſſet,
„ rurque hominum millia ſolus trucidare, niſi
„ eum fortitudo Sancti Spiritus roboraſſet. Ha-
ctenus *Petrus Damiani*.

Haec autem obiter, & adcepta occaſione, dicta ſunto: iam ad Campum Paulli revertamur, & Capita quaedam Regeſti Epiſcopatus Florentini ad eum ſpectantia producamus,

Decima pars eſt de Campoli.

Qualiter Epiſcopus Florentinus privavit per ſuam ſententiam Preſbiterum Bencivcanem Plebanum Plebis Sancti Stefani de Campoli, mandalis Epiſcopatus, de dicta Plebe, & iuribus, que habet in ea, ut continetur in inſtrumentis publice ſcripture manu Corſeſchi Bonainti Notarii ſub MCCLXIX. die ſexto Maii, Indict. duodecima.

Qualiter Dominus Alexander Plebanus Plebis Sancti Stefani de Campoli vendidit Domino Riccardo Domini Thomaſii de Mozzis pro duabus partibus cuiuſdam poderis cum quibuſdam domibus, poſſeſſionibus, & terris dicte Plebis pro pretio librarum ducentarum ad Florenos. Qui Dominus Thomaſius promiſit revendere eidem. Carta manu Ricoveri Aldobrandini de Campoli Notarii ſub MCCLXXXXI. Indictione quarta, die quartodecimo Iunii.

Qua-

Qualitee reperiuntur quidam teſtes recepti ſuper facto Eccleſie de Campoli publice ſcripti in quattuor petiis cartarum, manu Ser Franciſci Neri de Barberino Not. in ſupra ſcripti ex aliis, & libro Curie Venerabilis Patris Domini Franciſci Dei gratia Epiſcopi Florentini.

Qualiter Dominus Epiſcopus Florentinus contulit Plebem Sancti Stefani de Campoli Domino Alexandro. Carta manu Gratie Arighi Gratie Notarii ſub MCCLXXXVIII. Indictione prima, die duodecimo Septembris.

Qualiter Montonus, & Lapus Luti Calzolarii Populi Sancti Fabbiani Plebatus de Campoli dicentes ſe eſſe fideles, & colonos Epiſcopatus recognoverunt ſe ſolvere debere annuatim Epiſcopatui Florentino de quodam podere dicti Epiſcopatus ſtarios novem grani, ex quo podere venddiderunt aliaſ petias terrarum. Carta manu Ser Franciſci de Barberino Notarii ſub MCCLXXXIX. Indictione duodecima, die quintodecimo Decembris.

Qualitee Presbiter Bene Plebanus Plebis de Campoli renuntiavit ipſi Plebi in manibus Domini Ardingi Epiſcopi Florentini, & qualitee idem Epiſcopus eamdem Plebem contulit, & recommendavit Domino Bernardo Plebano de Panzano. Carta manu Iacobi q. Aldobrandini de Cerreto Not. ſub MCCXXXII. XIX. *Kal. Septembris, Indict. quinta.*

Qualitee Magiſter Cambius de Sexto comparuit coram Auditore Domini Pape occaſione queſtionis vertentis ſuper Plebe Sancti Stefani de Campoli inter Dominum Alexandrum de Pugna ex una parte, & Dominum Stephanum Canonicum Florentinum ex altera; & preſentavit eidem Auditori quedam Inſtrumenta & litteras D. Franciſci Epiſcopi Florentini. Carta manu Petri quondam Ricibaldi de Bucellano dicti Auditoris Notarii ſub MCCLXXXXVII. Indictione X. die primo Martii. (Tunc erat Pontifex Romanus *Bonifacius VIII.* ille autem *Stephanus* Canonicus Florentinus videtur fuiſſe *Stephanus de Broy* Gallus, de quo ſuperius *pag.* 264. qui fuit etiam Plebanus S. *Stephani* Campi Pauli, ut magis patebit in decurſu)

Qualiter Bonamicus olim Talenti, & Sinibaldus eius filius, & quidam Nepotes dicti Bonamici, Populi Sancti Nicholai de Monte Campoleſe, venddiderunt Sindico Domini Andree Epiſcopi Florentini quaſdam domos. Carta manu Ricoveri quondam Aldobrandini de Campoli Notarii ſub MCCLXXXIX. Indictione ſecunda, die vigeſimo quarto Augusti.

Qualiter per veram, & Canonicam privationem factam, vacavit Prepoſitura maioris Eccleſie Florentine de Domino Tebaldo olim Prepoſito Eccleſie Florentine predicte per Dominum Andream Epiſcopum Florentinum &c.

Item in eodem Inſtrumento Dominus Thomas Compromiſſarius vigore d. compromiſſi, & balie, & poteſtatis eidem tradite, & conceſſe a ſuis Canonicis antedictis, elegit in poſtulando, & poſtulavit Dominum Herigum in Prepoſitum Florentinum. Carta manu Petri Ambr. ſic Notarii ſub milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto, Indictione octavo, die vigeſimo primo Septembris.

Qualiter Lutus Cambii Cittadini Populi Sancti Fabiani Plebatus de Campoli recognovit unum podere ab Epiſcopatu Florentino poſitum prope predium de Campoli, quod podere fuit eiuſdem ſuorum ſuorum, de quo podere prefatus Lutus fuit confeſſus ſe debere dare in perpetuum annuatim ſex ſtarios grani Epiſcopatui predicto. Carta manu Iunte filii Braidi de Miano Notarii ex imbreviaturis Ser Franciſci de Barberino Notarii ſub MCCC. Indictione tredecima, die tertio Augusti.

Qualiter Dominus Ardingus Epiſcopus Florentinus permutavit cum Bonafede filio Guidonis, ſub certa conditione videlicet, quia ſolitus erat ſolvere Epiſcopatui Florentino tertiam partem duorum ſtariorum grani ad ſtarium Florentinum, & debebat facere alia ſervitia dicto Epiſcopatui; ex qua permutatione obligavit ſe dictus Bonafede Epiſcopatui predicto, & annuatim dare annuatim ſtarios duos grani apud Montem Campoleſem ſub pena librarum viginti quinque. Carta manu Bonacurſi Migliorelli ex imbreviaturis Abertini de Monte Campoleſi Notarii ſub milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſexto, decimo Kalendas Iulii, Indictione nona.

Qualiter Dominus Alexander Plebanus Plebis de Campoli conſtitutus in preſentia Domini Franciſci Epiſcopi Florentini iuravit ad Sancta Dei Evangelia, quod ipſe aliquem procuratorem per inſtrumentum, vel litteras, non fecit, nec conſtituit. Carta manu Ser Franciſci olim Neri de Barberino Notarii ſub MCCLXXXXVII. Indictione decima, die XXIII. Menſis Februarii.

Qualiter Mirus Cibrarius de Burgo Sanctorum Apoſtolorum de Florentia, filius quondam Cambii Cittadini olim de Curia Montis Campoleſis, fidelis, & colonus Domini Epiſcopi, & Epiſcopatus Florentini, recognovit & confeſſus fuit ſe eſſe fidelem Epiſcopi, & Epiſcopatus predicti, & promiſit ſolvere annuatim nomine fidelitatis, & ſicut perpetui, de omnibus ſuis bonis quinque minas grani pro parte ſibi contingente ad ſextum ſtarium Florentinum. Carta manu Ser Aldobrandini Romei de Calenzano Not. ex imbreviaturis Ser Iohannis Spade Not. ſub MCCLXXXXVIII. Indict. XI. die X. Menſis Novemb.

Qualiter reperiuntur quedam littere confirmationis de Plebano Sancti Stefani de Campoli, quod talis confirmatio non preiudicet Iuri Epiſcopatus Florentini.

Item reperiuntur quedam littere, qualiter quidam Procurator nomine Alexander renuntiavit cauſe, & omni iuri, quod habebat in dicta Plebe.

Qualitee Pacinus Botticini Populi Sancti Stefani ad Pontem de Florentia, recognovit ſe debere dare Epiſcopatui predicto annuatim unum ſtarium

tium grani ad rectum ſtarium Florentinum nomine ſicut perpetui, de quibuſdam terris apud Montem Campoleſem, que terre fuerunt Domine Ricente uxoris olim Ceriti. Carta manu Aldobrandini Romei de Calenzano Notarii ex imbreviaturis Ser Iohannis Lupi Spade Not. ſub MCCLXXXXVIII. Indict. XI. die XI. Novemb.

Qualiter Truſſectus Dandi Populi Sancti Bartholi de Ripole Epiſcopi, debet annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino ſtarios tres grani. Carta manu Bonacorſi Meliorelli Not. ex imbreviaturis Bertini Not. ſub MCCXXXVI. decimo Kal. Iulii, Indict. IX.

Qualiter Ionta Brunettii Populi Sancti Andree Florentine diœceſis recognovit ſe debere annuatim Epiſcopatui Florentino ſtarios ſex grani. Carta manu Ser Franciſci de Barberino Not. ſub MCCLXXXXIX. Indictione duodecima, die XIV. *Decembris.*

Qualiter Convocati Canonici, & Cappellani Populi Plebis Sancti Stefani de Campoli deliberaverunt inter ſe, quod ipſi non haberent deinceps aliquod ius eligendi Plebanum in ipſa Plebe, cum ipſa Plebes plene ſpectet ad Epiſcopum, & maiorem Eccleſiam Florentinam, & fecerunt procuratorem Dominum Stephanum Plebanum ad compromittendum omnes lites, & queſtiones vertentes inter eos ex una parte, & Epiſcopum Florentinum ex altera. Carta manu Ricoveri quondam Aldobrandini Not. ſub MCCLXXXXIX. Indict. duodecima die X. menſis Auguſti. (Hic etiam *Stephanus* Plebanus videtur eſſe *Stephanus de Broy* Canonicus Florentinus, quemadmodum & in ſequentibus paragraphis)

Qualiter Dominus Acto Prior Eccleſie Sancte Marie de Caſtello Prati, executor Apoſtolice Sedis, & delegatus Domino Stefano Plebano Plebis de Campoli revocavit quoſdam proceſſus factos contra Epiſcopum Florentinum. Carta manu Cambii quondam Iannis Malabocte de Florentia Not. ſub MCCLXXXXVII. die tertiodecimo menſis Iulii.

Qualiter Dominus Acto predictus mandavit per ſuas litteras Epiſcopo Florentino, quod revocaret certos proceſſus factos contra Dominum Stephanum Plebanum dicte Plebis de Campoli.

Qualiter Epiſcopus Florentinus locavit livellario nomine Iohanni filio quondam Guidonis de Luciano quaſdam terras poſitas in dicto loco de Luciano, loco dicto Papiano; & alibi. Carta manu Petri Notarii ſub MCXXXIX. quarto Kalendas Septembris.

Qualiter Ser Albertus Notarius quondam Beniatendi, Populi Sancti Martini de Coſſoli, & Vannes eius nepos, permutaverunt cum Cambio fratre dicti Ser Alberti, & filio dicti Benintendi quaſdam poſſeſſiones, & res poſitas in Villa de Rignolla, promittens prefatus Ser Albertus eidem Cambio fratri ſuo predictas poſſeſſiones, & terras defendere ab afictu Epiſcopatus Florentini. Carta manu Ricoveri Aldobrandini de Campoli Not. ſub MCCLXXXIII. *Indict.* XII. *die* XVI *Ianuar.*

Qualiter Bernardinus de Poſignano q. Bernardi, finivit in perpetuum D. Iohanni Epiſcopo Florentino quinque petias terrarum, & d. Bernardinus recognovit dictas terras ſpectare ad Epiſcopatum Florentinum. Carta manu Ser Aldobrandini Not. ſub MCCLVII. *Indict. prima* V. *Idus Martii.*

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus Florentinus redegit antiqua ſervitia cum Riſtoro Bencivenni, & fratre ſuo, in ſex ſtarios grani ad rectum ſtarium Florentinum annuatim preſtandos de menſe Auguſti, vel de menſe Septembris Epiſcopatui Florentino. Carta manu Bonaccurſi Megliorelli Notarii ſub MCCXXXVI. *pridie Kal. Iulii, Indict. nona.*

Qualiter Cambius q. Benintendi Ruggerii Populi S. Martini de Coſſoris Plebatus Campolis recognovit quandam petiam terre, & cultore cum caſolari ſuper ipſam petiam terre poſito in Populo Sancte Lucie de Ligliano loco, qui dicitur Rignola, de qua promiſit dare prefatus Cambius pro fictu annis ſingulis in futurum Epiſcopatui Florentino tres ſtarios grani. Carta manu Ricoveri quondam Aldobrandini de Campoli Notarii ſub MCCLXXXVIII. Indictione ſecunda, die undecimo Aprilis.

Qualiter titulo permutationis data fuerunt Epiſcopatui Florentino quedam iura poſita a Vicchio, & ad Nuovole, & ad Sanctum Petrum in Celano. Carta manu Guidonis Not. tempore Imperatoris Ottonis. (Incerto ſub quo *Ottone* Imperatore id actum ſit; ſed veriſimile eſt, ante *Othonem VI.* ut ſuperius *pag.* 249. expendebamus)

Qualiter Epiſcopus Florentinus locavit in perpetuum ad affictum Cenni Cambii Roggerii de Coſſeris terras tres, & res, que fuerunt Domini Adimaris Cattalani pro annuo fictu Epiſcopatui ſolvendo decem octo ſtariorum grani. Carta manu Aldobrandini Not. ex imbreviaturis Ser Sinibaldi Not. ſub MCCLXVII. *die penultimo menſis Ianuarii.*

Qualiter D. Anthonius Epiſcopus Florentinus, locavit ad affictum Leſſo olim Bonaguida de Florentia quaſdam terras cum domo poſitas in Populo S. Stephani de Campoli, loco dicto Valecchio; que poſſeſſiones fuerunt olim Cambiuccii Lotterii Populi predicti, in termino vigeſimo nono annorum pro annuo fictu ſeptem ſtariorum grani ad rectum ſtarium Florentinum, & unius paris capponum dicto Epiſcopatui ſolvendorum, ut in imbreviaturis Benedicti Magiſtri Martini Not. continetur ſub MCCCXIII. Indict. XI. die XIII. Iunii.

Qualiter Pandolfinus Bilicti de Tigliano, Populi S. Stefani de Petriuolo, recognovit ſe, & fratres ſuos eſſe fideles homines, & colonos D. Iohannis Epiſcopi Florentini, & Epiſcopatus, & ſic fuiſſe eius patrem, & anteceſſores, & ſolvebant annuatim

 tim

tim pro omnibus eorum bonis de menſe Auguſti d. Epiſcopatui nomine fictus ſedecim ſtarios boni, & puri grani. Qui Pandolfinus pro parte ſibi contingente de d. bonis dare, & ſolvere promiſis annuatim d. Epiſcopatui nomine fictus perpetui de menſe Auguſti, ut in imbreviaturis Iacobi Petri de Pino Not. continetur ſub MCCLXX. *Indict.* XIII. *die* XXV. *Martii*.

Qualiter Lopus filius olim Gherardi Lamberti Populi Sancti Appolinaris de Florentia fuit confeſſus, & recognovit Ser Franciſcho olim Guidonis Camerario, & Sindico D. Franciſci Epiſcopi Florentini, ſe tenere, & poſſidere unam petiam terre cum olivis, & medietatem unius caſolaris, & platee poſite in Populo Sancti Andree de Nuovole Plebatus S. Stefani de Campoli, de qua terra dare promiſit, & ſolvere annuatim d. Epiſcopo, & Epiſcopatui nomine fictus perpetui de menſe Auguſti quinque ſtarios grani, ut in imbreviaturis Arighi Gratie continetur ſub MCCCI. *Indict.* XIV. *die primo Decembris*.

Qualiter Ghinus Bencivenni, & Dada, filii q. & heredes Meghorati quondam Vgonis Populi S. Gaudentii Plebatus Plebis de Campoli promiſit Chiaro de Coſavecchia Sindico Epiſcopi Florentini, & Epiſcopatus, pro ipſo Epiſcopatu recipienti dare, & ſolvere annuatim nomine fictus perpetui de quodam eorum podere poſito in dicto Populo loco d. Sabiaia de menſe Auguſti duo ſtaria grani, ut in imbreviaturis Gratie Arighi Gratie Not. continetur d. milleſimo, & Indict. die octavo Martii.

Qualiter Ser Franciſchus Guidonis Sindicus, & Camerarius Epiſcopi, & Epiſcopatus Florentini locavit pro d. Epiſcopatu in perpetuum ad affictum Iohanni q. Viventii Populi S. Fabiani, Plebatus S. Stefani de Campoli, unam petiam terre d. Epiſcopatus poſitam in d. Populo S. Fabiani, loco d. Matereto, de qua dare promiſit & ſolvere annuatim in perpetuum nomine fictus, & cenſus perpetui d. Epiſcopatui de menſe Auguſti unum ſtarium grani ad ſtarium Florentinum, ut in imbreviaturis Ser Arighi Gratie Not. continetur ſub MCCC. *Indict.* XIV. *die ſecundo Martii*.

Qualiter Montanus, & Lapus Calzolarii Populi S. Fabiani Plebatus Campoli recognoverunt, & confeſſi fuerunt ſe eſſe fideles, & colonos Epiſcopatus Florentini, & dare debere, & ſolvere annuatim nomine fictus perpetui de quodam eorum Poderi poſito in Parochia S. Fabiani predicti Epiſcopatui ſtarios novem boni grani, & ſic promiſit dare, & ſolvere annis ſingulis in futurum ipſi una cum d. eorum patre. Carta manu Ser Franciſci Neri de Barberino Not. ſub MCCLXXXXVIIII. *Indict.* XII. *die* VII. *Martii*.

Qualiter Matus Cambii Cittadini d. loci, & Populi, qui moratur Florentie in Populo Sanctorum Apoſtolorum, recognovit, & confeſſus fuit ſe dare debere, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine fictus perpetui quinque ſtarios grani ad ſtarium Florentinum, & ſic promiſit ſolvere annis ſingulis in futurum. Carta manu dicti Notarii ſub MCCC. *Indict. tredecimo, die* XI. *Martii*.

Qualiter Luti filius Cambii predicti recognovit, & confeſſus fuit ſe dare debere, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine fictus perpetui de menſe Auguſti ſex ſtarios grani ad rectum ſtarium Florentinum, & ſic promiſit dare, & ſolvere annis ſingulis in futurum. Carta manu d. Not. d. die.

Vndecima pars eſt de Monte Campoleſi, & Ripolis Epiſcopi.

Qualiter homines Caſtri, & Curie de Monte Campoleſis, & Ripolis Epiſcopi, iuraverunt mandata Teris olim D. Rinucci de Vicedominis Poteſtatis electi a Venerabili Patre D. Iohanne Epiſcopo Florentino, prout de d. iuramento conſtat in inſtrumento publico ſcripto manu Aldobrandini Bencivenni de Monte Campoleſi Not. ſub MCCLIII. *pridie Kal. Martii Indict.* XII.

Qualiter Pierus de Monte Campoleſi ex una parte, & D. Ardingus Epiſcopus Florentinus ex altera, compromiſerunt queſtionem quam, habebant occaſione ſervitiorum d. D. Epiſcopo promiſſorum per d. Pierum. Carta manu Ser Bonacurſi Meliorelli Not. ſub MCCXXXVI. XVI. *Kal. Iulii Indict.* IX.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus ſupradicta permutavit cum ſupradictis opera, & ſervitia a tres iminas grani. Carta manu d. Not. ſub d. milleſimo, X. *Kal. Iulii, Indict.* IX.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus ſupradictus pro melioramento Epiſcopatus Florentie permutavit cum Guido filio Pieri, & aliis de Campoli certa ſervitia, & affictus. Carta manu d. Not. ſub MCCXXXVI. *die* X. *Kalendas Iulii, Indict.* IX.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus Florentinus redegit Ceacio filio Piloſi fideli d. Epiſcopatus certa ſervitia, que facere tenebatur d. Epiſcopatui in duobus ſtariis grani annuatim ſolvendis in perpetuum d. Epiſcopatu. Carta manu Ser Bonacurſi Meliorelli Not. ſub d. milleſimo, X. *Kal. Iulii, Indict.* IX

Qualiter d. D. Ardingus Epiſcopus ſupradictus redegit certa ſervitia, & opera, que recipere debebat a Fide de Monte Campoleſis in quatuor ſtariis grani, quod granum d. Fide ſolvere promiſit annuatim Epiſcopatui Florentino. Carta manu d. Not. ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus ſupradictus redegit omnia ſervitia, & affictus, que Bonafidus filius Deodati, & fratres, tenebantur Epiſcopatui Florentino in duobus ſtariis grani annuatim perpetuo eiſdem D. Epiſcopo, & Epiſcopatui ſolvendis per eamdem Bonafidem, & fratres. Carta manu d. Not. ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Qua-

Qualiter D. Iobannes Epiſcopus Florentinus emit certas terras ab Aldobrandino Gordonis Rubei per libris quindecim, & ſolidis decem, quos denarios d. venditor eidem D. Iobanni dare & ſolvere tenebatur. Carta manu Ser Reſtauri Not. ſub MCCXIIII. IIII. *Nonas Septembris, Indictione* II.

Qualiter Dominus Iobannes Florentinus remiſit Bonacurſo, & Boninſegne Soracini de Sicciano certa ſervitia, que ipſi preſtare tenebantur d. Epiſcopatui, pro qua remiſſione promiſerunt perpetuo eidem dare quatuor ſtarios grani. Carta manu Monetti Not. ſub MCCXI. Idus Septemb. Indictione XIV.

Qualiter Adimari filius q. Catelani refutavit, & finivit D. Iobanni Epiſcopo Florentino pro ipſo Epiſcopatu recipienti certas terras, & poſſeſſiones, & res, que continentur Carta publico ſcripto manu Ser Federighi Not. ſub MCCXXV. VII. *Idus Decemb. Indict. XIV.*

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus Florentinus permutavit certa ſervitia, & affictus cum Bonainta filio Guerrucci ſibi D. Epiſcopo debita, que ſervitia redegit in octo ſtariis grani annuatim ſolvendis Epiſcopatui Florentino per dictum Bonaiuntam. Carta manu Bonacurſi Meliorelli Notarii ſub MCCXXXVI. X. *Kalendas Iulii, Indict.* VIIII.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus ſupradictus permutavit cum Herito filio Bertalotti certa ſervitia, & opera, que tenebatur preſtare annuatim Epiſcopatui Florentino; & ipſa omnia ſervitia redegit in quinque ſtariis grani ad ſtarium Florentinum ſolvendis d. Epiſcopatui in perpetuum annuatim per d. Heritum. Carta mano Ser Bonacurſi Meliorelli Not. ſub MCCXXXVI. *die* X. *Kal. Iulii Indict.* IX.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus ſupradictus peractavit cum d. Henrico certa alia ſervitia, que preſtare, & facere tenebatur d. Epiſcopatui de poderi Truſſetti, que ſervitia redegit in quinque ſtariis grani annuatim ſolvendis d. Epiſcopatui per d. Hericum. Carta manu d. Bonacurſi Not. ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus ſupradictus permutavit cum Bonaiuto filio Pieri, & filiis olim Ionis nepotibus ſuis certa ſervitia, & affictus, que facere tenebantur Epiſcopatui Florentino, & ea redegit in tribus ſtariis grani boni, & puri ad ſtarium Florentinum, annuatim in perpetuum ſolvendis Epiſcopatui predicto. Carta manu d. Bonacurſi Not. ſub MCCXXXVI. X. *Kal. Iulii, Indict.* IX.

Qualiter Viſtanta Cerreterii de Vicedominis vice, & nomine D. Iobannis Epiſcopi Florentini, & Epiſcopatus, emit a Brunaccio filio Ruſticbelli Peruzzoli de Monte Campoleſi tres petias terrarum poſitas apud Montem Campoleſem. Carta manu Iobannis Galitii Not. ſub MCCXIII. XVI. *Kal. Decemb. Indict.* II.

Qualiter D. Petrus Epiſcopus Florentinus pro utilitate, & melioramento d. Epiſcopatus vendidit (Buccetto, ut videtur) *filio Murandini quondam pettam terre poſitam prope Caſtrum de Ripole, de quo d. Buccettus promiſit dare, & ſolvere eidem D. Epiſcopo, & Epiſcopatui, pro ficto perpetuo annuatim ſtarios grani duodecim. Carta manu Ser Lapi Ianais Notarii ſub* MCLXXXXVIIII. *Indictione* III. *Kalendis Octubris.*

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus Florentinus permutavit cum quibuſdam certa ſervitia, & ipſa ſervitia redegit in quinque ſtariis grani annuatim ſolvendis d. Epiſcopatui. Carta manu Bonacurſi Meliorelli Not. ſub MCCXXXVI. *pridie Kal. Iulii, Indict.* IX.

Qualiter D. Marſoppus Vicedominus Epiſcopatus Florentini pro D. Ardingo Epiſcopo Florentino Poteſtas, & Rector Montis Campoleſis, & Ripolis Epiſcopi, eorumque Curiarum, & diſtrictus, cum conſenſu hominum dictarum contratarum, ordinavit forum publicum, & ſolepne in Corte Montis Campoleſis, loco dicto Becchamorto. Carta manu Bentivennis Aldobrandini Notarii ſub MCCXXXVII. *tertio Kal. Martii, Indict. tertia.*

Qualiter Bentivenni Clericus Canonicus Eccleſie Sancti Fridiani, Executor, & Nuptius in hac parte D. Clari Canonici Sancti Laurentii ſubdelegati D. Bellondi Canonici eiuſdem Eccleſie, induxit ſe poſſeſſionem corporalem cuiuſdam petie terre, & domus poſite loco, ubi dicitur Monte. Carta manu Guerrantis Alberti Notarii ex imbreviaturis Ser Bencivenais de Rabia Canina Notarii ſub MCCLVII. V. *Kalendas Decembris, Indictione prima.*

Qualiter Foſcinnus de Nuovole fuit confeſſus, & recognovit coram D. Iobanne Epiſcopo Florentino, ſe eſſe hominem, & colonum Epiſcopatus Florentini, & iuravit fidelitatem eidem D. Epiſcopo, & promiſit facere aſſueta ſervitia. Carta manu Iobannis Galitii Not. ſub MCCVI. *die Kalend. Novembris, Indict. X.*

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus Florentinus permutavit cum Orlando della State, filio olim Campoli, certa ſervitia, & affictus, & ipſa ſervitia redegit in quatuor ſtariis grani annuatim in perpetuum ſolvendis Epiſcopatui Florentino per d. Orlandum. Carta manu Bonacurſi Megliorelli Notarii ſub MCCXXXVI. *decima Kalendas Iulii, Indictione* VIIII.

Qualiter d. D. Ardingus permutavit cum Cambio filio Mercati certa ſervitia, & affictus, que ipſe Cambius tenebatur facere Epiſcopatui Florentino, & ipſa ſervitia redegit ad unum ſtarium grani, quod granum ſolvere promiſit dicto Epiſcopatui annis ſingulis in futurum Cambius antedictus. Carta manu d. Bonacurſi Not. ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus ſupradictus permutavit cum d. Cambio certa ſervitia, videlicet, unum denarium in certis operis manuales,

Qua- *&*

& cum bobot, que tenebatur, & ſolebat facere Epiſcopatui Florentino. Que ſeevitia redegit in uno ſtario grani annuatim ſolvendo Epiſcopatui predicto pee d. Cambiam. Carta manu d. Not. ſub anno, Indict. & die predictis.

Qualitee D. Iohannes Epiſtopus Florentinus inveſtivit, & conceſſit Gherarda Baroncetti omnes terras, quat d. Baeoncettus pater eius habebat, & tenebat ab Epiſtapatu Florentino, de quibus terris d. Gherardus promiſit eeddere & dare annuatim medietatem fructuum Epiſcopatui ſupradicto. Carta manu Iohannis Galitii Notarii ſub MCCXIII. XVI. Kalendas Decembris, Indictione II.

Qualiter Gaiglielmus Banainate arbiter, & arbitratoe, queſtionis vertentis intee Raneeinm Bencivennis ex una parte, & Tamceedum Bonaſine pro Epiſcopatu Florentino ex altera, laodavit & ſententiavit, quod idem Reneeius det & ſolvat annuatim Epiſcopatui Florentino unam medaliam, & unam iminam vini. Carta manu Guerrantis Alberti Notarii ex imbreviaturis Ser Benvenuti Maneſti Notaeii ſub MCCXLIII. Nonis Febr. Indict. XIV.

Qualitee D. Ardingus Epiſcopus Flarentinus permucavit cum Ruggerina filia Peei serta ſervitia, & aſictus, videlicet, tres iminas grani, & certas op ras manualre, quos tenebatur facere, & ſolveee Epiſcopatui antedicto, & ea ſervitia redegit in duobus ſtariis grani annuatim ſolvendis d. Epiſcopatui per d. Ruggerinom. Carta manu Bonacurſi Benvenuti Not. ſub MCCXXXVI. pridie Kal. Iulii.

Qualiter D. Aedingus Epiſcapus ſupradictus permutavit cum Aldobeandina Calvi certa ſervitia, & affictus ſibi Epiſtopo, & Epiſcopatui debita, que ſervitia redegit in duobus ſtariis boni, & puri grani annuatim ſolvendis Epiſcopatui predicta pee d. Aldobrandinum. Carta manu Ser Banacurſi Meliorelli Not. ſub MCCXXXVI. pridie Kal. Iulii, Indict. IX.

Qualitee D. Ardingus Epiſcopus Florentinus permutavit cum Vgolino Abrazze certa ſervitia, & affictus ſibi Epiſcopo, & Epiſcopatui debita, & d. ſervitia eedegit in duobus ſtaeiis grani annuatim ſolvendis Epiſcopatui predicto pee dictum Vgolinum. Carta manu d. Not. ſub milleſima Indict. & die predictis.

Qualitee D. Gottifredus Epiſcapus Flarentinus locavit livellario nomine certas teeras, & res Riouccio Goiglielmi. Caeta maou Pieei Ser Pieri Not. ſub MCXXX. Idus Auguſti, Iadictione VIII.

Qualiter D. Epiſtopus ſupradictus permutavit cum Bonamicbo Pieei, & eius nepotibus, certa ſervitia, & affictus ſibi Epiſcopo, & Epiſcopatui debita, & ea eedegit in tribus ſtaeiis grani ad ſtaeiam Floeentinum, qaod granum d. Boaamicus ſolvere promiſit annis ſingulis in futuenm d. Epiſcopatui. Carta manu Ser Bonacurſi Meliorelli Notarii ſub MCCXXXVI. X. Kal. Iulii, Indictione IX. (error ineſt in hoc articulo: & legi non debet: D. Epiſcopus ſupradictus, ſed D. Ardingus Epiſcopus &c. ut annus, & Notarius, & inſequens articulus, peeipicue indicant)

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus predictus permutavit cum Ionta Guidi de Silva Donnba, & Renerio fratre d. Iunte, certa ſervitia, & aſictus, que olim facere tenebantur Epiſcopatui Florentino, & ipſa ſervitia redegit in quatuor ſtariis grani ad ſtarium Florentinum. Quod granum ſolvere promiſerunt annis ſingulis in futurum d. Epiſcopatui. Carta manu d. Not. ſub milleſima, Indict. & die predictis.

Qualitee D. Iohannes Epiſcopas Florentinus emit a Berlingerio filio olim Becchay de Vicchio perſonas Banamentis filii Tignoſi de Rignola, & Bonamentis filii Gaerriſgii de Planeta, & Bonaiuti filii d. Bonamentis cum eorum reſidio, terris, & vineis ooſitis ad Rignola. Carta mano Iohannis Galitii Not. ſub MCCIX. Kalendas Aprilis, Indict. XIII.

Qualiter Thebaldus, & Banaconte fratres filii olim Altanpi vendiderunt D. Petro Epiſcopo Florentino perſonam Benintaſe Fortis filii Guiducii de Valle, & alia in dicto inſtrumenta contenta, Carta manu d. Iohannis Galitii Not. ſub MCCIII. Kal. Aprilis, Indict. VI. (Ex his, & aliis huius Regeſti locis ſuperius editis, & inferius edendis, patet, tunc temporis colonos, inſtar ſervorum, habitos fuiſſe, quore emebantur paſſim, & vendebantur)

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus Florentinus permutavit cum Cambia Mercati, & ſuis conſortibus unum denarium. & certa alia ſervitia olim per ipſos debita Epiſcopatui Floreotino, & ipſum deoarium, & ſervitia redegit in uno ſtario grani ſolvendo aooie ſingulis in futurum Epiſcopatui predicto per d. Cambium. & Conſortes. Carta manu Ser Iacobi Not. ſub MCCXXXVI. X. Kal. Iulii, Indict. IX.

Qualiter Catelanus Procuratar D. Petri Epiſcopi Florentini emit a Ridolfo q. Guidaloſti, & ab Abbate eius filio, terras, vineas, & res immobiles paſſim loco io d. inſtrumeota contentis. Carta manu Fedeeighi Not. ſub MCXCI. VI. Kal. Novemb. Indict. X.

Qualiter D. Petrus Epiſcopus Florentinus emit a Tebaldo, & Boncoute olim Alcampi perſonas Benincaſa de Tigliano, Fortis Guiducii de Voglia, & aliorum hominum, & colonorum ipſorum in d. inſtrumento contentorum, publice ſcripto manu See Ioanois Galitii Not. ſub MCCIII. Kal. Aprilis Indict. VI.

Qualitee Manuuccius Prunetti, & Bona uxor ſua, aſſeruerunt ſe eſſe homines, & fideles Epiſcopatus Florentini in reſedio poſita ad Liglionum in Curte Montis Campoleſis. Carta mano Iohannis Galitii Not. ſub MCCXIII. IV. Kal. Octobris, Indict. II.

Qua-

Qualiter D. Gottiſredus Epiſcopus Florentinus inveſtivit ſidus nomine Melliorellum filium Guidonis Iocioli de una petia terre, & domicata poſito ad Campoli prope Eccleſiam Sancte Marie, de qua terra, & domicata promiſit dare annuatim Epiſcopatui Florentino in perpetuum unum modium grani & unum urceum olei. Carta manu Ser Alexandri Notarii ſub MCXLII. V. *Kal. Septemb. Indict.* V.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus Florentinus permutavit certa ſervitia, & afictus cum Guidone filio Gherardi Baroncetti, & fratribus ſuis, & cum Bondino patruo ſuo, olim per ipſos debita Epiſcopatui Florentino, que ſervitia redegit in quinque ſtariis grani. Quod granum ſolvere promiſerunt Epiſcopatui predicto annis ſingulis in futurum. Carta manu Bonacurſi Megliorelli Not. ſub MCCXXXVI. IV. *Kal. Iulii, Indict.* IX.

Qualiter D. Petrus Epiſcopus Florentinus emit a Piero del Ruſſo perſonas, & filios Vgolini de Capanna, & alia in inſtrumento contenta, publice ſcripta manu Iohannis Galitii Notarii ſub MCC. II. *Kal. Aprilis, Indict.* V.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus ſupradictus permutavit cum Paſquali filio Vgolini certa ſervitia, & affictus d. Epiſcopatui olim debita per d. Paſqualem, & ea redegit in novem ſtariis grani. Quod granum ſolvere promiſit d. Epiſcopatui annis ſingulis in futurum. Carta manu Bonacurſi Megliorelli Not. ſub MCCXXXVI. X. *Kal. Iulii, Indict.* IX.

Item permutavit cum eo certa alia ſervitia. Carta manu d. Not. ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Qualiter D. Berta vidua, uxor olim Scotti de Burgo, Populi Plebis S. Stephani de Campoli, vendidit Roſſo Bonfiglioli de Paſſignano certas terras, domos, & res poſitas in d. Populo Plebis, que bona olim fuerunt Arlotti patris ſui, in qua venditione reſervavit iura Epiſcopatus Florentini, videlicet affictus ſeptem ſtaiorum grani, prout hec plenius continentur Carta publice facta manu Bonaſere Luti de Paſſignano ſub MCCCXII. *Indict.* XI. *die* XV. *Ianuar.*

Qualiter Presbiter Bonavere Rector Eccleſie Sancti Andree de Fabrica, Procurator D. Franciſci Epiſcopi Florentini, intravit poſſeſſionem bonorum, & rerum olim D. Buone olim Rigoglioſi de Silva Donica fidelis Epiſcopatus Florentini Carta manu Ritoveri Aldobrandini Not. ſub MCCC. *Indict.* XIII. *die* XVIII. *Iulii.*

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus ſupradictus locavit, & inveſtivit in perpetuum Pariſiu filio q. Teggbii de Liliano totum podere, & terras, quot, & que olim fuerunt Manetti Brunetti Marsinelli, pro quibus promiſerunt dare annuatim unum modium grani. Carta manu Palmerii Franciſci Notarii ſub MCCXXIV. *Kalendis Ianuarii, Indict.* IX.

Qualiter Biondus Cecchi Lamfredini Populi S. Iacobi ultra Arnum promiſit D. Franciſcho Epiſcopo Florentino nomine fidelitatis de terris, & poſſeſſionibus ſuis quatuor ſtarios grani. Carta manu Benedicti Magiſtri Mattini ex imbreviaturis Ser Iohannis Pane ſub MCXCVI. *Indict.* XI. *die* XXVII. *Febr.*

Qualiter D. Ardinghus Epiſcopus Florentinus permutavit cum Ceccho Vberti ſervitia, & afictus, que facere tenebatur d. Epiſcopatui, & ea ſervitia redegit in XXVIII. *ſtarios grani, quod granum d. Cecchus ſolvere promiſit d. Epiſcopatui annis ſingulis in futurum. Carta manu Bonacurſi Meliorelli Not. ſub* MCCXXXVI. *die Kalend. Iulii.*

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus ſupradictus permutavit cum Cambio Vbertini certa ſervitia, & afictus ſibi, & Epiſcopatui debita, & ea redegit in viginti octo ſtariis grani ſolvendis d. Epiſcopatui annis ſingulis in futurum per d. Cambium. Carta manu d. Not. ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus ſupradictus permutavit cum Guido filio Pieri de Tigliano certa ſervitia, & afictus olim ſibi, & Epiſcopatui debita a d. Guido, que ſervitia redegit in ſex ſtariis grani boni, & puri ſolvendis d. Epiſcopatui per d. Guidonem annis ſingulis in futurum. Carta manu d. Bonacurſi Not. ſub d. milleſimo X. *Kal. Iulii.*

Qualiter Palmerius Iohannis Vgolini de Fabrica, & Gherardus Bentii pro ſe, & cognatis ſuis, & Bonaiunta Guineldi, & quidam alii promiſerunt dare annuatim perpetuo certas res nomine ficlus perpetui D. Iohanni Epiſcopo Florentino, de quibus publice patet. Carta manu Iohannis Galitii Not. ſub MCCXII IX. *Kal. Febr. Indict. prima.*

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus Florentinus permutavit cum Migliorato filio Bonavoltei certa ſervitia, & afictus olim d. Epiſcopo, & Epiſcopatui debita, & ea redegit ad tres iminas grani d. Epiſcopatui ſolvendas per d. Miglioratum annis ſingulis in futurum. Carta manu Bonacurſi Meliorelli Notarii ſub MCCXXXVI. X. *Kal. Iulii Indictione* IX.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus ſupradictus permutavit cum Bono filio Ranerii, & Ranerio eius fratre, de Macereto certa ſervitia, & afictus olim d. Epiſcopo, & Epiſcopatui debita, & ea redegit in octo ſtariis grani annis ſingulis in futurum ſolvendis d. Epiſcopatui per dictos Bonum, & Ranerium. Carta manu d. Bonacurſi Not. ſub milleſimo, Indict. & die predictis.

Qualiter D. Petrus Epiſcopus Florentinus recepit donationem de duabus petiis terrarum a Gualberto filio q. Acberiſi, & eius uxore, de qua donatione patet inſtramento publice ſcripto manu Ser Bernardi Not. ſub MCXCV. VIII. *Kal. Decemb. Indict.* X.

Qualiter homines Montis Campoleſis, & Rip-

Ddd d

Digitized by Google

polis Epiſtopi, iuraveeunt mandata D. Marſoppini kuſtichelli Vi ecomis, Rectoris, & Poteſtatis predictorum pro Epiſcopatu Florentino. Carta manu Ser Bencivenuis Aldobrandini Notarii ſub MCC-XXXVI. tertio Nonat Februarii, Indictione decima.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus Florentinus permutavit cum Lenzutendi filio Ruggerii de Caſfiei certa ſervitia, & afictus olim per eum dicto Epiſcopo, & Epiſcopatui debita, & ea redegit in uno modio geani. Carta manu Bonacurſi Meliarutli Not. ſub MCCXXXVI, pridie Kal. Iulii, Indict. IX.

Qualiter D. Iohaunes Epiſcopus Floeentinus amit certas teeras, & poſſeſſiones a Ianne filio olim Beenaedi, & Beenardino filia ſuo. Carta manu Iohannis Galitii Not. ſub MCCXI. XIV, Kal. . . . . Indict. XIV.

Qualiter Chiarus Renerii de Caſavecchia recepit peo Epiſcopatu Florentino poſſeſſionem cuiuſdam Silve poſite in populo Sancti Bartholi de Repolit Epiſcopi a Prebitero Guidone Proturatore D. Laſgie q. D. Tegbiay de Boudelmonte. Carta manu Ser Bonaverit Roſſi Not. ſub MCCXCI. die IX. Martii.

Qualiter Ionta Guernecii Arconis promiſit Renerio Proturatori D. Iohannis Epiſcopi Florentini in perpetuum ſtare, & morari pro colono, & fideli Epiſcopi Florentiai, & Epiſcopatus in reſedio Moutis Campoleſis, & facere, & preſtare ſervitia conſueta. Carta manu Ser Riſtori Not. ſub MCCV. VIII. Idus Iulii, Indict. VIII.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus Florentinus permutavit cum Guidone filio Gherardi Baeoncetti certa ſervitia, & afictus olim per d. Guidonem d. Epiſcopatui debita, que ſervitia redegit in quinque ſtariis grani, quod granum d. Guido ſolvere promiſit d. Epiſcopatui annis ſingulis in futurum. Caeta manu d. Bonacurſi Not. ſub MCCXXXVI. X. Kal. Iulii, indict. IX.

Qualiter D. Ardingus Epiſcopus ſupradictus permutauit cum Dono filio Carcbelleni ceeta ſeevitia, & afictus, & ea redegit in duobus ſtaeiis grani. Quod granum d. Danus ſolvere promiſit d. Epiſcopatui annis ſingulis in futurum. Carta manu d. Not. ſub milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Buccettus filius Morandini conduxit a D. Petro Epiſcopo Florentino quamdam petiam terre pro affictu duorum ſtaeiorum grani, quod granum d. Buccettus ſolveee promiſit annuatim Epiſcopatui Florentino. Carta manu Bonacurſi Meglioretli Notarii ex imbreviaturis Iohannis Galieii Notarii ſub MCLXXXXVIIII. Kalendis Octubris.

Ideſt primum omnium interrogavimus Semeris Presbitera, de Manaſteeio Sancti Ampſani, iam ſeniorem, ut nabis diceret veritatem, de cuius Diocea eſſet, aut ad qualem Epiſcapum habuiſſet ſacratianem. Qui nobis dixit: Iam Ambroſio Miſſo Domoo Regi de eauſa iſta profeſſionem feci. Et vobis veritatem dico: quia ab antiquo tempore Oraeulus fuit de ſub Eeeleſia Sancte Marie in Pacina, & Corpus Sancti ibi quieſcit. Nam tempore ſuo quondam Wilerat & eius filius Rottu eum a fundamentis reſtauraſſet. Et interrogavimus eum: Te quis ſacravit Presbiterum? Reſpondit: Bonushomo Epiſcupus Eeeleſie Aretine (Hic vivebat anno DCXCV. vide inferius *pag.* 315. 316.) ipſe me cunſecravit, & manu mea in S. Donato feci, & ſacramentum ſeeundum conſuetudinem ibidem prebui, Nam in ipſu Monaſterio me Willerat & Rotto ordinaverunt, quia ſervus eorum proprius ful. Et interrogavimus eum. Quando te Epiſcopus Arretine Eceleſie conſecravit, in Sena erat Epiſeopus? Reſpondit: Memoro, quia erat bone memorie Magnus Epiſeopus, (fallitur ergo *Vgbellius*, qui *Magnum* Epiſcopum facit anno DXX. niſi alter *Magnus* ille eſt, & hunc omiſit) qui poſt ordinationem meam Epiſeopus Magnus de Sena ibidem conſeeravit duo Altaria: Altare priorem renovavit ad ipſum Corpus Sanctum, & alterum plantavit in honote Sancte Marie, & Sanctorum Petri, & Iuliani. Iterum Interrogavimus eum: Quando Epiſcopus Senenſis iſta Altaria conſeeravit, erat Epiſcopus in Aretio? Reſpondit . . . Interrogavimus eum: Ad quales Epiſcopos obediebat? Qui nobis dixit: Vecibus ad S. Donatum ambulabam & ſalu . . . . (f. *ſalutationes*, hoe eſt *ablationes*) Aretine Eccleſie pro ſacratiune mea portabam in me dotem, nec aliquid de ipſo Monaſterio Epiſcopo Senenſi numquam per . . . . excepto per Sanctorum benedictionem de Civitate Senenſi portabam. Item interrogavimus eum: Anteceſſor tuus, qui ibidem officia faciebat, quomodo

dictus eſt? Reſpondit: Dominicus de Eccleſia Sancte Marie in Pacena. Et interrogavimus eum: Ipſe Dominicus Presbiter, ubi fuit conſecratus? & Baptiſterium eius ubi pertinebat? aut de qualem Criſma accipiebat? Reſpondit: Ab Epiſcopo Aretino, unde & ego poſt eius deceſſo per annos quinque, dum ipſa Eccleſia tenui, Criſma excepi.

Item ſetuadus Presbiter introductus eſt Genteram ſenex, de Eccleſia & Baptiſterio Sancti Stephani Acennana; qui interrogatus dixit: Veritatem dico, & non mentior per iſta ſancta quatuor Dei Evangelia, & Crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia ſacrationem ab Epiſcopo Aretine Civitatis, nomine Vitaliano, (hic fuit Epiſcopus anno DCLXXVI.) accepi, & manu mea in Sancto Donato ſcripſi, & ſacrationem prebui. Et ab illo tempore uſque modo iam quinto Epiſcopo Aretine Eccleſie ſemper inde Chriſma omnem annum accepi, & ſalutationem & obedientiam ibidem habui. Et quando nobis Oraculus intra Plebe noſtra ſacrari fuit opportunum, per manus Pontifici Aretine Eccleſie factum eſt. Nam anteceſſores mei ſimiliter exinde ſacrationem habuerunt, nec umquam ad Epiſcopum Senenſem condicionem habuimus, niſi ſi de ſeculares cauſas nobis oppreſſio fiebat, veniebamus ad Iudicem Senenſem, eo quod in eius territorio ſedebamus.

Tertius Presbiter Maurianus, de Baſilica Sancti Simpliciani in Sextanu, interrogatus dixit; Per iſta ſancta quatuor Dei Evangelia, & iſtam Crucem Domini, quia non mentior, ſed veritatem dico, quia Baſelica iſta dedicavit Vitalianus (hic erat Epiſcopus anno DCLXXIX.) Epiſcopus de Sena, & me ſacravit Aibaius (videtur eſſe idem, ac *Alphaties*, vel *Aipharius* apud *Vghellium*, qui vivebat anno DCLXXXV.) Epiſcopus de Aritio, & manu mea ibidem feci, & ſacrationem prebui. Electus ambolavi eum Epiſtola Iudici de Sena: & Baptiſterium habeo in Pacena. Pro ipſo Baptiſterio, Epiſcopo Aretino obedientiam & Chriſma exinde tuli.

Quartus Presbiter Quninus, de Baptiſterie Sancti Ipoliti Reſſine, interrogatus dixit: Per Deum vivum & verum, & iſta quatuor Dei Evangelia, & Crucem Domini, quia ſacrationem de Epiſcopo Arretine Eccleſie, nomine Bonumhomine ſuſcepi, & anteceſſores mei, & ego ſemper de Epiſcopo Aretino omnem annum Chriſma tuli, & obedientiam ſecundum Canones ibidem habui uſque modo, & ſacramentum ad Sanctum Donatum prebui, & manu mea ſcripſi. Et quando Oratorius opus fuit dedigare, per manus Epiſcopi de Aritio facta eſt.

Quintus Presbiter Diaſdedit ſenex, de Baptiſteria Sancti Iohannis in Rancia, interrogatus dixit: Per iſta quatuor Dei Evangelia, quia veritatem dico, & non mentior, quia miſit me Vilarat ad Bonumhominem Epiſcopum Aretine Eccleſie, ut ipſe me conſecraret. Ille vero erat ad Epiſcopo electus, & non erat adhuc ſacratus. Fecit me iu are ſecundum anteceſſorum maorum conſuetudinem: & feci manu mea ad Sanctum Donatum, & ſic eum Epiſtola ſua miſit me ad Vitiglianum Epiſcopum de Sena, & per rogum eius me conſecravit. Nam ſemper obedientiam ad Epiſcopum Aretine Eccleſie habui, & hodie, triginta & ſeptem anni ſunt, quod Presbiterato accepi, ſemper Criſma de Epiſcopo Aretine Civitatis tuli, & filiu (*nota vetuſtatem tonſurii Clericorum Aretii, de quo ſuperius pag. 283. & ſeqq.*) meo in Diaconato & in Presbiterato Epiſcopus Aretinus conſecravit, & oratio aut oblatio in Plebe noſtra ſimiliter.

Sextus Presbiter Theodeus, de Eccleſia ſupraſcripta Sancti Iohannis, interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Evangelia, & Crucem Domini, quia cum Epiſtola Wineſrit ambulavi ad Aritio: & me conſecravit Lupercianus Epiſcopus de Aritio: & Chriſma inde tollemus, & obedientiam ibidem facimus ſemper. Et manu mea ſcripſi, & ſacramentum prebui ſecundum conſuetudinem anteceſſorum.

Septimus Presbiter Garibaltus, de Monaſterio Sancti Archangeli in Fuadalme, interrogatus dixit. Monaſterio iſto fundavit Totto, & pecunia ibidem dedi. (num ut quis Monaſterium ingrederetur, pecuniam eum temporis dabat?) Et per iſta ſancta quatuor Dei Evangelia, & Crucem Domini, quia me conſecravit bone memorie Vitalianus Epiſcopus Aretine Eccleſie per rugo quondam Tottoni, quia cum Epiſtola eius ad eum ambulavi.

Item interrogatus eſt Germanus Diaconus de Eccleſia & Baptiſterio Sancti Andree in Malteis, qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Evangelia quia veritatem dico; quoniam prelectus a Plebe cum Epiſtola Wineſrit rogaturos ambulavi ad Lupercianum Aretine Eccleſie Epiſcopum; & per eum conſecratus ſum, & ſacrationem ad Sanctum Donatum prebui & obedientia, ſicut decet, ad Epiſcopum ſuum ibidem habemus & nos & anteceſſores noſtri uſque modo, & Chriſma ſemper exinde tulimus.

Item introductus eſt Aado Presbiter, de Baptiſterio Sancti Petri in Pava, qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Evangelia & Crucem Domini, & ſanctum Calicem eius, quia ſacrationem ab Epiſcopo Aretine Eccleſie ſuſcepi, Diacono per manus Epiſcopo nomine Bonushomo. Presbiterato per manus Epiſcopo nomine Vitaliano, ambo Aretine Civitatis Epiſcopos: & Chriſma ſemper uſque modu ſuſcepemus & nos, & ſuo tempore anteceſ-

ceſſores noſtri; & obedientiam ſecuodum Canones Epiſcupo Aretino fecimus; & ſacramentum in Sanctum Donatum prebui, & manu mea promiſſa ſecundum conſuetudinem ibidem feci, quia Diocea Sancti Donati fuit & eſt.

Item introdutlet eſt Vrſus Presbiter, de Baptiſteria Sancte Marie Coſona, qui ieterrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Evangelia, & Crucem Domini, & ſanctum Calicem eius, quia ego ſacrationem ab Epiſcopo Aretine Ecleſie, nomine Lopercianum, accepi, annus eſt tertius, (*hinc patet* Luperrianum *Epiſcopum Arretinum fuiſſe etiam anno DCCXII. quare hinc corrigendus eſt Vghellius in* Abieo, *&* Lupertiano, *ut etiam ex ſequenti articulo; & hinc quoque conſtat* Lupertianum *ſucceſſiſſe* Adeodato, *qui anno DCCXI. adhuc vivebat, ut ſuperius pag. 309. habetur. Quare dicendum reſtat* Abieum, *ſeu* Eiſeum, *inter* Adeodatum, *&* Lupertianum *interſerendum non eſſe, vel paucos tantum menſes in Epiſcopatu vixiſſe*) & Chriſma ſemper exinde tuli, & manu mea in Sancto Donato feci, & ſacramentum iuſta anteceſſorum conſuetudinem ibidem prebui, & quia Diocea Sancti Donati fuit & eſt.

Item introductus eſt Rodoald Presbiter ſenex, de Baptiſteria Sancti Quirici & Iohannis ie Vico Pallecino, (ſuperius *pag.* 312. dicitur *Falcino*) *qui interrogatus dixit*: Per iſta ſancta quatuor Dei Evangelia. & iſtam Crucem Domini, quia cum Epiſtola Warnefrit ambulavi ad Aritio, & per manus Luperciani Epiſcopi ſacrationem, odie annus eſt tertius, eo quod Sena minime Epiſcopum habebat; nam exinde Criſma numqoam tuli, nec obedientiam ibidem habui, nec manu mea feci, nec ſacramentum prebui, niſi poſteris Epiſcopis in Sena eſt ordinarus, ſemper & obedivi iuxta Canonicam inſtitutionem.

Item introductus eſt Taeigis Presbiter, de ſupraſcripta Eccleſia Sancti Andree Malecino, interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Evangelia, & Crucem Domini, quia in Eccleſia Senenſe ad Calica militavi, & per manus Epiſcopo Senenſi, nomine Magno, ſacrationem Presbiterati ſuſcepi, odie ſunt anni duodecim, (*hinc habet anno DCCIII. Epiſcopum Senenſem fuiſſe* Magnum) & per ipſo in Eccleſia S. Andree ordinatum ſum, & obedientiam Epiſcupo Senenſi feci, & Criſma exinde ſuſcepi. Nam Diacono meo, Germano nomine, Lupercianus Epiſcopus Aretine Eccleſie conſecravit, per rogo Warnefrit Iudici meo, pro eo quod in Sena Epiſcopus in diebus illis non eſſet: ſimiliter & uno Altario.

Item introductus eſt Maurianus Presbiter, de Eccleſia Sancte Marie in Pacina, qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Evangelia, & iſta Crucem Domini, quia me conſecravit Albanus Epiſcopus de Aritio, & manu mea feci, & ſacramentum prebui, & Criſma exinde tuli. Nam & quoties de Sena tuli Chriſma; nam habeo aliam Baſilicam Sancti Simpliciani, ubi ſededeo. Illa Epiſcupus Senenſis ſacravit, nomine Vitalianus.

Item ietroductus eſt Florentinus Presbiter, de Baptiſteria Sancte Reſtitute in feedo Reſciano, qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Evangelia, & iſta Crucem Domini, quia cum Epiſtula rogatoria Warnefrit Iudici ambulavi ab Aritio, & ſacrationem ab Epiſcopo Eccleſie Aretine, nomine Luperciano, ſuſcepi, & manu mea & ſacramentum prebui ſecundum conſuetudinem. Nam anteceſſor meus nomine Auoigis in peccatis incriminatus eſt; nam & ille ibidem habuit ſacrationem. Et Chriſma, quando erat Epiſcopus in Aretio, tollebam inde; quando non erat, ſuſcipiebam de Sena aliquoties, & de Ruſcellas (*hoc eſt*, *Raſellie*) accipiebam Chriſma.

Item ietroductus eſt Firmolus Presbiter, de Baptiſterio Sancti Felici in Avala, qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Evangelia, & Crucem Domini, quia eluctus a Plebe cum Epiſtola Warneſrit Iudici (*Varnefridi bunus quaedam habentur apud Vghellium in Epiſcopus Senenſibus*) ambulavi ad Aritio, & per manus Luperciano Epiſcopo Aretine Eccleſie conſecratus ſum, & ibidem manu mea feci, & ſacramentum prebui, ſicut & anteceſſor meus. Sed tunc Epiſcupus in Sena non erat, & Chriſma inde tuli. Nam poſt eius Epiſcupus in Sena ſictus eſt, ſemper de Sena ſuſcepi Chriſma.

Item introductus eſt Bonushomo Presbiter, de Baptiſteria Sancti Viti, qui interrogatus dixit: Per iſto Palio Sancti Quirici, & Evangelia, que hic lecta ſunt, quia me conſegravit Presbiterum Bonushomo Epiſcopus de Aretio. Et Fontis, & Eccleſia ipſa, ubi ſervio, conſagravit Vitalianus Epiſcopus Aretinus; & inde ſemper Chriſma tollemus, quia Diocea Sancti Donati ſumus.

Item introductus eſt Mauricius Clericus ſenex, de ſupraſcripta Baptiſteria, qui dixit, ut ſupra: quia ſemper Diocea Sancti Donati fuemus, & inde fuet Sagratio, & Chriſma inde accepemus.

Item Godelricus, de ſupraſcripta Baptiſteria Sancti Viti, qui dixit: Habeo annos pene cento. Semper Diocias iſtas Sancti Donati; & Chriſma inde tolemus. *Et* ſi coves infantes interroga, ipſi vobis ſimiliter veritatem dicunt.

Item introductus eſt Leo Presbiter, de Baptiſteria in Meſſala ſancte matris Eccleſie, qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Evangelia, quia me conſegravit Presbiterum Bonushomo Epiſcopus de Aritio, odie ſunt anni viginti; (*Hinc caſtigandus Vghellius qui* Boni-

nihominis *aetatem ad annum DCLXXVI. tantum deducit, eodemque anno* Vitalianum *ſucceſſorem ſubſtituit. Hinc enim patet* Bonumhuminem *anno DCXCV. adhuc in vivis fuiſſe; hinc etiam patet* Bonomhuminem *collocandum eſſe poſt* Cyprianum, *qui anno DCLXXX. ſextae Synodo Romanae interfuit; & etiam collocandum eſſe poſt* Alphatium, *ſeu* Alparium, *ſeu* Albanum, *ut hic adpellatur, ſi vere hic anno DCLXXXV. Epiſcopus Arretinus erat, ut vult* Vghellius, *&* Buralius. *Ita igitur digerenda videatur ſeries horum Epiſcoporum*: Vitalianus, Cyprianus, Albanus, Bonushumo, Adeodatus, Abieus, Lupertianus) & manu mea in Sancto Donato feci, & ſagrationem prebui, & Chriſma iuxta anteceſſorum meorum conſuetudinem ſemper inde accepi, & obedientiam ibidem abuemos, quia Aretina Diocia ſumus.

Item introductus eſt Bonifacius Presbiter, de Eccleſia & Baptiſteria ſancti Valentini in Caſale Morſea, (ſuperius *pag.* 312. ſcribitur *Caſale Vrſina*) *qui interrogatus dixit*: Per iſta ſancta quatuor Dei Evangelia, quia ab infantia in iſta Eccleſia Sancti Valentini militavi, & ſemper anteceſſores mei in Eccleſia Aretina, & ab eius Epiſcupo ſacrati ſunt, & obedientia ibidem fecerunt. Nam me, dum Epiſcopos in Aritio minime eſſet, electus a Plebe, ambulavi in Aritio ad Iordano Vicedomino, & ipſe cum Epiſtola ſua, & Sacerdotum & Iudicei, eo quod Epiſcopom non habebat, miſit me ad Epiſcopo Senenſe, nomine Magno, (*Hinc etiam vera aetas* Magni *Epiſcopi Senenſis elucet, ut & ſuperius animadverti pag.* 313. 315.) rogandum, ut ipſe me conſegrare deverit: quod per ipſe eius petitione factum eſt. Nam poſt ſagrationem meam, bodie ſunt anni numero quindecim, ſemper obedientia ad Sanctum Donatum feci, & Criſma omnem annom inde ſuſcepi; ſicut & anteceſſoſes mei numquam fecerunt. Habeo annos pene ſexaginta, nec vidi, nec audivi, neo a parte Senenſe uſque modo moleſtatus numquam fui. Sed, ut dixi, voluntatem de Epiſcopo Sancti Donati ſemper obtemperavimus & fecimus.

Item introductus eſt Aufrit Presbiter, de Monaſteria Sancti Donati ab Abſe, qui interrogatus dixit: Quia Oraculus iſte fuit antiquus de ſub Eccleſia Sancte Marie Coſona. Et quando inveniebat Angelo de Sancto Vito, Ausfrido Domnus Presbiter de Coſona, & faciebat ibidem Officio, & quod inveniebat a Chriſtianis, totom ſibi tollebat. Et interrogavimus eum: Presbiteros de Eccleſia Sancte Marie Coſona, aut Sancti Quirici, cuius erant? Reſpondit: Aretio Epiſcopo. Et interrogatus eum: Tu ubi tonſus? Hic reſpondit: In Roma. Et ab infantia mea poſtea fui in Coſona. Militavi in Diocea Sancti Donati. Et hic veniebam cotidie, faciebam Officio. Et interrugavimus eum: Te quis ſacravit Presbiterum? Reſpondit: Lupercianus Epiſcopus Aretine Eccleſie adhuc per rogo de Presbiteros ſuos de Eccleſia Sancti Quirici de Palecino, & de Eccleſia Sancte Marie de Coſona. Et ambo Presbiteri mecum fuerunt, quandu ſagratus ſum, ideſt Vrſus Presbiter de Coſona, & Rodald Presbiter de Sancto Quirico, pro eo quod ipſe Oraculus Sancti Petri anteceſſores eorum ab antiquo tempore. Et Dominicos Presbiter ſenex, qui tunc ſupererat in ipſa Eccleſia Cuſtos. Et poſtea ipſi occurrebant, & Officio faciebant. Nam iſto Monaſterio Domnus Aripertus Rex inſtituit; atque donavit propter ſuam mercedem. Sed Warnefrit Gaſtaldus de ſua ſubſtantia hic beneficio fecit. Nam cum Epiſtola Warnefrit fuemus, & toti tres Vrſus, Rodald, & ego per manus Luperciano Epiſcopo Aretine Eccleſie inſimul ſagrati ſumus. Et tunc Sena Epiſcopum habebat nomine Adeodatus, qui nunc eſt. Et hec omnia per Evangelia, quia omnia veritatem locutus ſum. Nam & iſte Vrſus ſagratus fuit, ut eſſe in Oraculo Sancti Donati in Cintiliano, qui tunc Barbas ipſius Dominicus Presbiter erat in Quoſuna. Et tam ipſa Eccleſia in Quoſona, quamque ipſa Eccleſia Sancti Quirici in Palecenu, & iſtu Sancto Petro ad Apſubiano Doegoſum Presbiter, ipſe Dominicus Presbiter de ſua manu habebat. Sed poſt eas mortuus eſt Dominicus; ſic ibidem ordinatus eſt ſupraſcriptus Vrſus Presbiter. Nam & Sancto Donato in Cantiliano Vitalianos Epiſcopus de Sena ſagravit per rogo Sacerdotum Aretine Eccleſie. Et mihi bene conſtat, eo quod tunc Epiſcopum non habebant. Et poſt eas ſuper ipſe ordinatus de ſub Presbitero Eccleſie Sancte Marie Quoſona fuit, qui eſt, ut dixi, Diocea Sancti Donati. Item dixit nobis ſupraſcriptus Aufrit Presbiter: Homines fueront Senenſis; ambulabant ad Sancto Felice, Diocea Cluſina. Poſtea quod viderat, feberaxit eus de Plebe Cluſina. Illi vero fecerunt ſibi Baſelica in onore Sancti Ampſani, Dedicavit ea Epiſcopus de Sena per rogo Sacerdotum Aretine Eccleſie, eo quod in eorum Docea erat. Nam ipſa Baſelica uſque in anno iſto ſemper ſub Presbiteros de Sancto Vito fuit, qui eſt Diocia Sancti Donati. Et ipſe ibit, & Miſſa & omnem Officio fieri faciebat. Et ipſi homines ibidem ad Sancto Vito, & ad Sanctu Quirico, & alii in Quoſuna baptizabamos. Sed poſtea ego Presbiter factus ſum, ſemper ego ibidem Miſſa faciebam. Nam in iſto anno infra Quadragesima fecit ibi Deodatus Epiſcopus de Sena Fontes, & per nocte eas ſagravit, & Presbiterum ſuum poſuit uno infantulo de annos duodecim. Antea, ut dixi, ſemper ipſe Tedolus de ſub Eccleſia Sancti . . . . . . fuit.

Item introductus eſt in preſentia noſtra Ma-

tuchis Presbiter, de Monaſterio S. Peregrini in loco Paſſeno prope Baptiſterio S. Stephani, qui interrogatus dixit: Monaſterio iſto Vrſus Ariman, (*videtur deeſſe* fundavit) & eum dedicavit Bonushomo Epiſcopus Aretine Eccleſie. Semper Tedolus iſte fuit ſub Presbitero Sancti Stephani, qui eſt Diocia Sancti Donati. Ego vero fui tonſus in Roma. Monaſterium habui Preſſo in fines Cluſinos, Inde me tollerunt. Et ſacravit me Magnus Epiſcopus de Sena. Nam in iſta Baſelica ordinavit me Vrſus fundator. Nam certiſſime, ut dixi, Diocia Sancti Donati fuit, & eſt.

Item Audechis Clericus Cuſtos de ipſa Baſelica Sancti Ampſani, iam ſenex, dixit: Semper ab infantia mea ſcio Baſelica iſta Sancti Ampſani eſſe de ſub Eccleſis & Baptiſterio San cti Viti, ubi eſt Bonushomo Presbiter, qui eſt Diocias S‸ucti Donati. Et iſti homines ibidem uſque in anno iſto preſente, Indictione Tertiadecima, ſemper Baptiſmum ibidem ambulavemus, quia Diocea Sancti Donati fuemus & ſumus. Nam modo Paſca iſta venit Epiſcopus de Sena. Sic fecit hic Fontis; & poſuit Presbiterum ſuum. Nam & in Eccleſia Sancti Quirici in Diocea Sancti Donati ambulabamus: ſed quia fuemus homines Senenſes, ſubtraxit nos exinde Wilerat Gaſtaldus, & fecit nos Plebe Sancti Donati, ut diximus, quando ad Sancto Quirico, quando ad Sancto Vito intra fines de Dioceas Sancti Donati abitabamus.

Item Manechis Exercitalis de eodem loco ſimiliter dixit.

Item Teudo Exercitalis ſimiliter dixit.

Item Audoin Exertitalis germano ipſius ſimiliter dixit.

Item Candidus Exercitalis patrinus eorum ſimiliter dixit: Quia ex quo natus ſum, ſemper ad Epiſcopum Sancti Donati abuemus conſegrationem, & ipſius Diocia ſumus. Simili modo fortia patemus, & non preſumemus favellare.

Item introductus Epiſcopus de Feſola (hoc eſt, Teudaldus) *dixit*: Per plures annos in Eccleſia S. Donati notritus & litteras edoctus ſum. Cum Epiſtola *W*illerat multuties electus Clericus venire ad Eccleſiam S. Donati, & ſagrationem ab Epiſcopo Aretino ſuſcipere, & manus ſuas facere, & ſagramenta prebere, ideſt Presbitero Dominicus de Pacena, & Conſtantio de Eccleſia Sancti Iuliam, & Conſtantino, & reliquos: nam & Epiſcopo de Aritio quotiens per iſtas Diocias fui. Item Damianus Presbiter de Eccleſia Sancti Antonii de Caſtello edificavit Eccleſiam in Plauſena. Propter ſanctuaria ad ipſa Eccleſia ſanctificandum miſit u.e, ut pergere, & adducere Reliquias Sancti Ampſani. Veritatem dico coram Domino, quia tribui munera Epiſcopo Aretine Eccleſie, & ipſe miſit Miſſus ſuos, qui mihi de Sancto Corpus panocias dederunt.

Item Gaudioſus Epiſcopus de Roſella teſtificatus eſt per Miſſo: Quia Diocias iſta Sancti Donati eſſet ſcio, & multuties per rogo de Epiſcopos Aretinos ibidem Altaria & Fontes ſagravi, & Presbiteros, & Diaconos multoties feci per rugo de Sacerdotes Aretine Eccleſie, quando fortaſſis nun |habebant. Sed & Chriſma per rogo eorum dedi. Nam per impoſitione Epiſcopi Senenſi, aut Sacerdotum eius ibidem numquam nulla feci, nec me numquam facere imperarunt, quia eorum Diocia numquam fui.

Item Trabanus Clericus de fines Roſellanus dixit: Quia ſemper Diocias iſtas ſcio eſſe Aretinas, & parentes per ipſas ecce habeo multas: cum eos ad Aritio ambulavi, & Chriſma exinde tollebamus, & Altaria multas vices Epiſcopos Aretinos hic ſacrare per iſtas Diocias vidi, & cunſignationem in Populo facere, quia pecunia hic habeo. Nam Epiſcopo de Sena nec vidi, nec audivi, quod aliquando eius fuiſſet, niſi anno iſto exorta audivi intentione.

Item Campanianus Clericus ſimiliter dixit:

Item Gundoald Exertitalis de Vico Reunina de prope Sancta Reſtituta. Sciu ab infantia mea, & parentes meus dicentes audivi, & per me poſt eis natus sum; scio iſtas Diocias, sed & iſto Baptiſterio Sanctae Reſtitutae semper sagrationem apud Episcopo Aretino habere & consegrationem in Populo facere, & Presbiteros sagrare & Altaria.

Item Tiſo Exertitalis de eodem Vico ſimiliter dixit.

Item Ellerad Centenario de Vito Pantano dixit: Avus, & Besavus meus tenuerunt Eccleſia Sancte Reſticute. (Nota coniugium Clericorum) Semper sagrationem a S. Donato abuuruut; & semper usque modo eius Dioces fuit.

Item Sindari Centenario ſimiliter dixit.

Giſulſi Centario ſimiliter dixit.

Item Alechis ſimiliter dixit.

Gunfrit ſimiliter dixit: Diocia Sancti Donati fuit, & infantes noſtri conſignationem ad Episcopum Aretinum habuerunt.

Item Decoratus Exertitalis ſimiliter dixit: Quia ex ipsa Plebe sumus.

Item Troctoald Exercitalis ſimiliter dixit:

Item Landoari Exercitalis de Caſona dixit: Quia semper Diocia Sancti Donati fuemus, & conſignationem in Plebe noſtra inde habuemus & nos, & noſtri habuerunt parentes.

Item Allerat Clerecus dixit; Quia ab infantia mea usque modo abeo pene annos quinquaginta, semper Diocias iſtas, unde mihi brevu oſtendis, a Sancta Matre Eccleſia in Meſola usque in Sancto Angelo Abollenis fines Piſanas, & usque in Sancta Maria fines Cluſinas in

in fundo Sexta ſemper Sancti Donati eſſe ſcio, & ſagrationem & Pontificem Aretine Civitatis habere.

Item Viſus Pretbiter ſenex de Sancto Felice fines Cluſinas dixit: Vecinus ſum cum iſtas Diocias, de quibus mihi breve oſtenditis, ſemper Sancti Donati eſſe ſcio, & ſagrationem a Pontifice Aretine Eccleſie habere. Nam Epiſcopus Senenſe numquam ibidem habui nulla dominationem nec numquam vidi, quod ad Senenſe Epiſcopo pertinuiſſent, niſi ſemper ab Aretino Epiſcopo ſagrationem & obedientia habuerunt, niſi anno iſto in Vico nomini Oraculo Sancti Ampſani, que intra ſua Diocea Epiſcopus Aretinus ſagravit nomine Bonushomo. Iſte Adeodatus Epiſcopus iſto anno fecit ibi Fontis, & ſagravit eas a lumen per nocte. Et fecit ibi Presbitero uno infantulo habente annos non plus duodecim, qui nec Veſpero ſapit nec Madodinos facere, nec Miſſa cantare. Nam Conſubrino eius coetaneo ecce mecum habeo. Videte, ſi poſſit cognoſcere Presbiterum eſſe.

Item Romanus Clericus de Caſtro Policiano dixit: Warnefrit Gaſtaldius mihi dicebat: Ecce Miſſus venit inquirere cauſa iſta. Et tu, ſi interrugatus fueris, quomodo dicere habes? Ego reſpondi. Cave, ut non interroget; nam ſi interrogatus fuero, veritatem dicere habeo. Sic reſpondit mihi; Ergo tace tu viro, qui eſt Miſſus Domni Regis. Modum inveniſti, & non te poteſt concedere, Deo teſte, quod veritatem ſcio. Tibi dico, quia Diocias iſtas Meſtolas, & Caſtello Pullicianas, que in Sancto Angelo fine Fiſana cum Oraculis ſuis, unde modo mihi breve legis, ſemper Sancti Donati Diocias eſſe ſcio uſque in die iſtu ab infantia.

Item Teudal filius quondam Auſicui Exercitalis de Vico, qui dicitur Amante, ſimiliter dixit.

Item Pato liber homo ſenex dixit: Ecce ſunt anni quinquaginta & ſupra, que de Trans-Pado hic me collocavi. Semper, ſemper iſtas Diocias Sancti Donati eſſe cognovi, & omnem ſagrationem & obedientiam ab Aretio habuerunt.

Item Daminicus liber ſimiliter dixit.

Item Caſtarius Exercitalis ium ſenex de Vico Cemonia dixit, ut ſupra: Et meo tempore Epiſcopus Aretine Eccleſie hic in Plebe Sancti Petri in Paba tres Altares conſegravit, & Diaconos, & Presbyteros ſimiliter.

Item Godegis Clericus, Cuſtos Sancti Marcellini probe Sancto Petro in Pabu dixit: Odie ſunt anni ſexaginta, quos . . . ſemper Diocias iſtas Sancti Donati ſcio.

Item Maria de Vico Ceuneſum, ſenex, de Plebe Sancti Angeli in funda Lucti dixit: Scio ſemper, ex quo Eccleſia iſta facta eſt, ſemper
ad

ad Sancti Donato ſagrationem in Presbiteros & Diaconos habere, & ibidem obedire, & Dioceas eius eſſe,

Item Marcus ſenex liber homa ſimiliter dixit.

Item Iohannes liber homo Exercitalis de Vico Greveno ſimiliter dixit.

Item Radulfus ſenex ſimiliter dixit: Quia Diocias iſtas ſemper Sancti Donati fuerunt, ſed & parentes meos ſic dicentes audivi.

Item Preto ſenex, Scorion Egis de Curte, qui dicitur Sexiana, dixit: Scio, ſemper Diocias iſtas Baptiſterio Sancti Andree in Malceno, & Baptiſterio Sancti Epoliti, Diocia Sancti Donati eſſe.

Item Cunoald liber homo ſimiliter dixit: Omnes iſtas Diucias ſemper S. Donati eſſe ſcio.

Item Amari homo ſenex dixit; Scio, ſemper Sancto Petro in fundo Gallino, & Baſelica Sancti Vincentii in Fundo Bonuſpagi; deſub Eccleſie Sancte Marie in Alteſerra, & ipſa Eccleſia Sancte Marie cum ſuis Oratoriis, Diocia eſſe Sancti Donati; & ſagrationem exinde procedere. Ex eo natus ſum abeo annos ſeptuaginta. Niſi anno iſto venit Deodatus de Sena Epiſcopus, & fecit in Oratorio iſto Sancti Petri Fontes. Nam & nos & iſte Oradorius de Eccleſia Sancte Marie fuemus: de Diocea Sancti Donati eſſe volumus, ſi nos propter Iudicem aut Epiſcopum de Sena liceat.

Item Bonefazius ſenex liber homo de Altiferra ſimiliter dixit.

Item Iuvenalis liber homo ſimiliter dixit.

Item Gaudioſus liber homo ſimiliter dixit: Quinquaginta anni ſunt, quod de Locana Civitate hic me collocavi. Et ſedeo in terra quondam Zottani. Semper iſtas Baſilicas Sancti Petri & S. Vincentii, ubi modo Deodatus Epiſcopus Fontes fecit, ſcio eſſe de ſub Eccleſia S. Marie Alteſerra. Et ipſa Eccleſia fuit a die fundationis ſue Diocea Sancti Donati: & modo eſt.

Item Gaafould liber homo ſimiliter dixit:

Item Veneroſa ſenex dixit: Habeo annos plus cento. Semper Eccleſia Sancte Marie Alteſerra Diocia fuit Sancti Donati, & Oracula iſta Sancti Petri. & Sancti Vincentii de ſub ipſa fuerunt. Nam quando Sancti Vincentii Oradorius ſagratus eſt per manus bone memorie Servando Epiſcopo Aretine Eccleſie, (*hic praefuit Arretinae Eccleſiae* anno . . .) interfui. Et poſteas tempore novo renovabemus, & ampliare fecimus ipſum Sanctum Vincentium, ſic nobis ibidem Lupercianus Epiſcopus Aretine Eccleſie nunc ſupereſt, & duo Altaria conſagravit in onore Sancti Quirici, & Sancti Laurentini.

Item Tanuald liber homo dixit: Oradorio iſto Sancti Viti ſemper eſſe ſcio de ſub Eccleſia Sancte Marie in Pacena, qui eſt Diocia Sancti Donati. Niſi duo anno ſunt, quod Epiſcopus de Sena preſumptivu more fecit hic Fon-
tes

tes contre ratione in oliene Dioeie, & Ecclefia.

Item Cuoolſus ſimiliter dixit.

Item Fuſtulus liber bomo dixit, ut ſupra: Secundus onnus eſt, quod iniquitas iſto provenit. Nam ſemper ontea Diocia Sancti Donoti fueront.

Item Pitio liber bomo, de Plebe Sancte Marie Alteſerra ſimiliter dixit.

Item Vitalinnus iam ſenex liber bomo ſimiliter dixit.

Item Secundo Decanus iam ſenex ſimiliter dixit.

Item Manolſus liber bomo ſimiliter dixit.

Item Piſo Decnnus de Plebe iſta dixit, ut ſupra, cum filiis ſuis duo.

Item Priaculo,

Deuſdedit,

Rodald,

Mainald, dixerunt: Quia Diocie ſumus Sancti Donoti, ſi nos lieebit propter Vornefrit Gattoldus & Epiſcupo Deodaro. Et ſemper a Baptiſterio Sancte Morie in Alteſerro ambolobamus. Et iſte Oroculus Sancti Petri de ſub ipſa fuit; niſi modo fecit hic Fontes Epiſcopus de Seno onno iſto; & invitus nos hic feeit nos Baptiſmos facere. Nam nos & parentes noſtri ſemper Pleve Sancte Marie fuemus, qui eſt Diocia Sancti Donati, & ſagrationem & Conſigootionem Criſmo, & nos uſque in onno iſto, & noſtri parentes preſentes credimus Eeeleſie habemus, & amodo ſi nos lieet, goudenter habere deſideromus.

Liutprendi Longobardorum Regis Deeretum, quo controverſiom de nonnullis Poroeciis vertentem inter Epiſeopum Arretinum, & Senensem, a quibusdom Episeopis & Miſſis Regalibus eugnitam oc diremtam pro Arretina Eceleſia & ipse confirmot, anno DCCXV.

Flaviac Liutprandus praecellentiſſimus Rex Sanctae Catholicae Aretinne Eccleſiae, in qua Corpus Chriſti Confeſſoris & Martiris quieſcit Donati, & beatiſſimo Viro Patri noſtro Lopertinno Epiſcopo. Dum intentio borta fuiſſet inter ſupraſcriptum Lupertinnum Epiſcopum, & Adeodatum ſanctae Seneuſis Eccleſiae, idemque Epiſtopum, de Dioeeſis Eccleſiis & Monaſteriis atque Oeaculis in Senenſe territorio conſtitatis: ideſt in primis Monaſteria Sancti Ampſuni, Baptiſterio Sancti Stephani in Accinno, Baptiſterio Sanctae Mariae in Pacion, Bapsiſterio Sancti Ipoliti in Sexiano, Bapciſterio Sancti Iobannis in Rancin, Mounſterio Sancti Andreae in Melina, Baptiſterio Sancti Petri in Pava, Baptiſterio Sanctae Mariae in Coſoan, Baptiſterio Sancti Quirici, & Iobannis in Vico Pakinn, Baptiſterio Sancte Reſtitutae in Fundo Seſciano, Baptiſterio Sancti Felicis in Avann, Baptiſterio Sanctae Matris Eccleſiae in Miſolas, Baptiſterio Sancti Valentini in Caſale Viſioo; Monaſterio Sancti Petri ad Abſo, Baptiſterio Sancti Viti in Rutilinno, & Sanctn Matre Eccleſia in Caſtello Pullicinno. Et ambae partes in noſtra conianxiſſetis praeſentia, aſſerebas tu, ſupraſcripte Lopertinne Epiſcope, quia Eccleſiae iſtas & Moonſterin cum ſuis Oraculis per diverſa Vicora conſtituta a tempore antiquo uſque modo, in quo ſunditus conditae ſunt, ſemper nd Sedem beati Donati Aricio ſubiectae fuerunt, & noſtra vel anteceſſorum noſtrorum fuit ſacratio tam in Presbiteros, quam & in Diaconos, & noſtra uſque actenus manſit poſſeſſio, & nos debemus babere. Ad baec replicabat Adeodatus Senenſis Eccleſiae Praeſul: Veritas eſt, ut aſſeris, quia Eccleſiae iſtae, & Moonſterin, atque Oracola, quae in territorio Senenſe conſtitutae ſunt, ab Anteceſſoribus veſtris ibidem ſemper fuit ſacratio. Sed ideo quia Eccleſia Senenſis minime Pontificem abebat. Nunc autem ad nos debent pertinere. Cui & iterum replicabas, tu ſuperius Lupertinne Epiſcope. Ab antiquo tempore uſque ad introitum in Italia Longobardorum, ex quo Chriſti praedicatio Tuſciae finibus perſonavit, Sena Epiſcopum abuit. Et poſt ingreſſum Longobardorum in Italia a tempore Rotbaris Regis uſque actenus, ſemper Epiſcopus ibidem fuit. Sed tam Romanorum tempore, quamquae Longobardorum abendo & non abendo Sena Epiſcopum, uſque in preſentem diem ipſas Eccleſias, Baptiſteria, & Monaſteria cum ſuis Oraculis ad nos pervenerunt, & de nobis Chriſma ſuſceperunt per ſingulis annis, & conſignationem in Popolo fecimus, & ſecundum Canonicam Regulam babere debemus; quia & Presbiteri ſupraſcriptarum Eccleſiarum ſemper, tam qui transierunt, quam & qui ſuperſunt, ſacrationem a Sede beati Donati ſumpſerunt. Et ecce manus eorum ſcriptas, ubi fidem & obedientiam ſecundum conſuetudinem Aretinae promiſerunt Eccleſiae. Nam & de hac cauſa iam Miſſus ſupraſcripti Domni ex ellentiſſimi Regis, nomine Guntheram, Notarius, directus eſt. Qui & cauſas cum merito tam per ipſos Presbiteros & Diaconos, quia ſacrationem a noſtra Eccleſia ſuſceperunt, ſeu & per ſingulos Arimaoos ipſius Senenſis Civitatis inquiſivit; & rei veritatem compertus uſque in Concilium Epiſcoporum deduxit; ideſt in preſentia ſanctiſſimorum Fratrum noſtrorum Teudvald Feſolanae Eccleſiae, Maximo Piſanae, Specioſo Florentinae, atque Taleſperinno Lucenſis Eccleſiae Epiſcopo; in quorum preſentia, ut ſupra, altercavimus; & ipſi Canonico ordine relata inquiſitione, quam Miſſus Domni noſtri fecerat, terminum poſuerunt, & cum ſex Presbiteros meos tibi ſacramentum prebui, quod ipſa Dioceſis Eccleſiae cum Monaſteriis atque Oracolis ſuis ſemper ad beati Donati pertenuiſſent Sedem, nec per legem eas perdere deberemus.

Tunc noſtra Excellentia una cum venerandis vi-

viris Theodora Epiſtopo Caſtri noſtri, & Emulino Abbate, atque Seiguel, Albino Presbiterie, necnon illuſtres Iudices noſtris, qui nobiſcum aderant, ideſt Audwald Ducem, Guidwald, & Gauduald, Landoari, Auſus, & Aufrit Stratores, Senonem, Ratfrit, & Ratbertum Maior Domus: hanc audientes veſtram allegationem, interrogavimus, & per Deum factorem Celi & Terra, & beatum Petrum, cui Dominus ligandi ſolvendique in Celo, & in Terra tribuit poteſtatem, adiuravimus ipſum Adeodatum Epiſcopum Senenſis Eccleſiae, ut nobis de hac cauſa ſine peccato finire deberemus. Qui ſtatim coram omnibus prorupit in faciem, & ita profeſſus eſt, dicens: Coram Domino non mentior, quoniam iſtae ſaepius dictaq Eccleſiae & Monaſteria tam ſuis Oraculis conſecrationem & obedientiam a Sede beati Donati Aretinae Eccleſiae Praeſulis, vel ab eius Defenſore habuerunt & ibidem pertinuerunt. Nam ad Senenſem Eccleſiam nihil debentur, niſi contra Deum & Canonicam inſtitutionem. Dum inter Aretinae Civitatis habitatores & Senenſem Populum inimicitias de morte Godebert Iudicis Conſobrini mei tempore glorioſiſſimi Ariperti Regis fuiſſet, ſic doloſe ibidem ab antecessore meo unum tantummodo annum, per aliquanta Oracula intra ipſa Diocia intromiter ſacratio pervenit. Sed & anno iſto, dum inſante & contra iuſtitiam cauſam promoverent, ex iuſſu bonae memoriae Apoſtolici Conſtantini, & per me extra ordinem & rationem ibidem in Presbiteros duas & uno Oracula ſacratio facta eſt. Hanc igitur profeſſionem noſtra Excellentia una cum iam dictis venerabilibus viris, ſeu illuſtres Iudices noſtros audientes, rectum nobis paruit eſſe, ut qualiter ſupraſcriptae Eccleſiae & Monaſteria a longo tempore ad Sedem Beati Donati pertinuerunt, & in antea pertinere debeant, & omnis ſacratio in Presbiteros & in Diaconos per Praeſulem Aretinae Eccleſiae, qui nunc eſt, aut fuerit, omni in tempore in eos perveniat, ſicut & prefati ſanctiſſimi Patres noſtri Teodald, Maximus, Speciosus, & Taleſperianus Epiſcopi per ſuum Iudicatum ſtatuerunt. Et nolla amoda hic ipſe Adeodatus Senenſis Eccleſiae Epiſcopus, vel Succeſſores eius adverſus te Luperſianum Epiſcopum vel tuos Succeſſores de ipſis Dioeciis, Monaſteriis, & Oraculis faciendam (lege Facundiam) ad loquendum habere, niſi veſtra in ipſis Eccleſiis aut Oraculis, qui ſunt, aut in tempore fuerint, maneat ordinatio, nullo contradicente, ſicut & antiquitus uſque actenus fuit. qualiter ipſe Adeodatus Epiſcopus Senenſis Eccleſiae, Warnefris, & Agripert Caſtaldu einſdem Civitatis nobis profeſſi ſunt, quod veſtra manſiſſet ſemper poſſeſſio. Unde & damus in mandatis cunctis Iudicibus & gentibus, atque ſub Regni noſtri ditione pertinentibus, ut nullus eorum contra hoc noſtrum deiudicatum audeat ire quandoque Praeceptum: ſed noſtris, perpetuis, & infinitis preſens noſter Iudicatus ſtabilis perſiſtat temporibus.

Ex dicto Domni Regis per Senonem illuſtrem virum ſcripſi ego Iohannes Notarius.

In hac cauſa vel ſimili, de iuriſdictione enim agitur, datum fuit Reſponſum Prudentis, cuius fragmentum publici iuris factum eſt a *Muratorio Tom. III.* operis laudati *pag.* 889.

Fragmentum Libelli contra Senenſem Epiſcopum pro Aretino confecti, ubi Digeſtorum auctoritas adhibetur, Anno DCCLII.

. . . .
. . . . ſacrilegio proximum eſt, nedum Sanctorum, verum etiam quorumlibet hominum Sepulcrorum violationem, nemini Iuris perito non eſt Indubitatum; Poteſtateſque Loci, ſi huc vendicare neglexerint, infamia laborare, ut in Codicis Libro Nono, Titulo de Sepulcro violato: Si quis Sepulcrum laeſura attigerit, locorum Iudices, ſi hoc vendicare neglexerint, pene nomine . . . . quam viginti Librarum auri in Sepulcrorum violatores ſtatuta pena damnari. Preterea locus ipſe in quo Sepulcrum reponitur, publicetur, ut in eodem Titulo. Et ſi forte detractum aliquid de Sepulcro ad domum eius villamque aſportaſſe reperiretur, villa, ſive domus, aut edificium, quodcumque eſt, Fiſci iuribus vendicetur. Ergo Senenſis Epiſcopus non poteſt petere iura Eccleſiae non ſuae, preſertim cum neglexiſſet dare vindictam, & ob hoc infamia laborare; cum etiam meo, quod ratum habuit, mandaſſe intelligatur, ut in Digeſtis ratihabitio mandato comparatur, cum ratihabitionem etiam in maleficiis locorum habere valet. Ergo idem iubere maleficium, & ratum habere, poſtquam factum eſt. Sora autem habet ratum, qui in Eccleſia, cui preeſt, ſacrilegio rem ablatam tenet. Item in Octavo libro Codicis legitur: Si quis in tanto furoris pervenerit audacia, ut poſſeſſionem rerum apud Fiſcum, vel apud quoslibet homines conſtitutarum ante eventum iudicialis arbitrii, violenter invaſerit, dominus quidem conſtitutus poſſeſſionem, quam abſtulit, reſtituat poſſeſſori, & dominium eiuſdem rei amittat. Sin vero alienarum rerum poſſeſſionem invaſit, non ſolum eo poſſidentibus reddat, verum etiam eſtimationem earumdem rerum reſtituere compellatur. Quod autem hec Queſtio procedere debeat, Nonus Codicis Liber teſtatur Titulo ad Legem Iuliam de Vi publica & privata: Si quis ad ſe fundum & quodlibet aliud aſſerit pertinere, ac reſtitutionem ſibi competere poſſeſſionis potat: *inter cetera*: Quod ſi omiſſa appellatione vim poſſidenti intulerit, ante omnia calumnie cauſam examinari precipimus. Liber quoque Digeſtorum concordat, ut prius de Criminali diſcetetur. Quando autem inſcriptum habet, da-

tam

t-m fuiſſe ſeutentiam, ut ſacramenti para ita ſe tuetetur, & per Seneuſes remanſiſſe, babetur in Quarto Libro Codicis, Titulo de rebus creditis, generaliter de omnibus iuramentis, intet cetera. Si Iudex appellationis praefidens bene eidem illatum ius iurandum a parte arte recuſatum prononciaverit, tes ſeeundam quod iudieata eſt, permsnebit.

Porro & *Carolus Magnus* Imperator in hac eadem eauſa iudicavit anno DCCCI. & eius Diploma profertur ab *Vgbellio* in *Epiſcopis Arretinis.*

Karolus Gratia Dei Rex Francorum, & Romsnorom, atque Longobardorum.

Quicquid iu noſtra, & iu Proeerum noſtrorum praeſentia, iuſto, ac recto tramite diligenti examinatione, ſecundum iuſtitiam ſanctorum Patrum, fuerit terminatum, vel diffinitum, oportet noſtris eonfirmare oraeulis, ita ut Chriſti propoſitum perpetuis temporibus maneat ineoneuſſum. Igitor notum ſit omuibus, Epiſeopis, Abbatibus, Dueibus, Comitibus, Guaſtaldis, ſeu reliquis Tronariis, (forte *Proceribus*) & eunctis fidelibus noſtris, praeſentibus, & futuris: Quia dum nos Domino protegente Romam, ad limina Sanctorum Principum Apoſtolorum, Petri, & Pauli, pro quibuſdam eauſis ſanctae Dei Ecelefiae, ae Domini Leonis Papae, perveniſſemus; ibidem una cum ipſis Dueibus, Guaſtaldiis, ſeu reliquis fidelibus, ac Proceribus noſtris reſidentes. Pervenit Aribertus Sanctae Arretinae Vrbis Eccleſiae Venerabilis Epiſcopus, in praeſentia noſtra ſuggerendo, ac proclamando, ſuper Andream ſanctae Senenſis Vrbia Eeeleſiae venerabilem Epiſcopum dieeus. Quia Dioecefis Eeeleſiae ſuae, quam a Priſcis temporibos praedeceſſores ſui Epiſcopi. vel ipſe tenebat, tempore Adriaui quondam Papae, iuvaſiſſet Rodobertus quondsm ſanctae Seneuſis Vrbis Eeeleſiae Epiſeopus, & poſtmodum eam detinuiſſet Haimo quondam Epiſeopus ſupradictae Senenſis Eeeleſiae, & oſque uunc eam detineret pracfatus Andreas Epiſcopus entedictae Senenſis Eeeleſiae, ideſt Monaſterium ſanct. Anſaui, ubi ipſe eorpore requieſcit, cum reliquis Eccleſiis. Et dum inter eos pro ea re maxima verteretur eontentio, rogavimus ſanctiſſimo, ac Reverendiſſimo Domiuo, & iu Chriſto Patri Leoni ſummo Pontifiei, & uuiverſali Papae, ot ſecundum Canonicam authoritatem eos una eom ſuis Sacerdotibus paeificare deberet, ſicot & fecit, oude & iudicatum, & praeceptum, authoritatis ſuae, ſupra nominato Ariberto ſanctae Aratinae Eeeleſiae Vrbis Epiſcopo quatenus deinceps ad partem Eeeleſiae Parochiam ſuam eum omoi integritate, ſicot ab antiquitus fuit, tenere, & poſſidere debeat. Sed pro integra firmitate petiit Serenitati noſtrae memoratus vir venerabilis Atipertus ſuprsſcriptae ſanctae Aretinae Eccleſiae Epiſcopus, ut ei nos demus, (forte *daremus*) & eirca ipſam ſanctam Eecleſiam Dei, ſeeundum quod Dominus noſter Leo ſummus Pontifex, & venerabilis Papa, cum venerabilibus omnibus eeteris fidelibus ſanctae Eccleſiae, iuſto tramite, & aequitatis ordine, diffinimus (forte *diffeivit*), & per praeceptum authoritatis ſuae eonfirmavit; plenilſima deliberatione cedere, & eonfirmare deberemos. Cuius poſitionem (forte *Petitionem*) pro Divino eultu, & reverentia ipſius ſanctae Ecelefiae denegare noluimus; ſed in omnibus ita eoneeſſiſſe, vel confirmaſſe cognoſeat. Praeeipientes ergo iubemus, quod perpetualiter dictam eommemoratam ſanctam Dei Eeeleſiam iure firmiſſimo manſuram eſſe volumos, & inſpecta ipſa authoritate, vel eonfirmatione, praedicti Domini bonae memoriae Patris Leonis ſummi Puntificia, & oniverſalis PP. fieot per ipſum declaratum, ita deineeps valere ſopranominatus Aripertus ſanctae Aretinae Eccleſiae Epiſeopos, ſoique imperpetuum ſoeeeſſores, qoi fuerint Rectores in S. Dei Eecleſia ſua, & monaſteria, & baptiſteria, ſicut a priſcis temporibus tenere, & puſſidere, & iuxta ſanctorem Patrum, & aequitatis ordinem regere, & gubernare. Et ot haec autboritas firmior habeatur, & per tempora melius eonſervetur, manu propria ſubter eam firmavimus, & de anulo noſtro ſigillari iuſſimus.

Signum Karoli Magni ✝. Imperatoris.

Data quarto Nonas Martias, trigeſimo tertio, & trigeſimo quarto, anno Imperii noſtri. Actum Romae in Ecelefia ſancti Petri Principis Apoſtolorum, ubi ipſe io corpore requieſcit, felieiter,

Hic idem Imperator, antequam Imperator eſſet, anno videlieet DCCLXXXIII. *Ariberto* Epiſcopo privilegium indulſerat, quo omnia bona & poſſeſſiones Eecleſiae Arretinae eonfirmabat, quodque editum eſt a *Muratorio Tomo VI.* eitati operis *pag.* 359. atque ita habet:

Caroli Magni Francorum & Langobardorum Regis Privilegium conceſſum Eecleſiae Arretinae, Anno Chriſti DCCLXXXIII.

Carolus gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum, ac Patricius Romanorum. Si petitionibus Sacerdotum, vel Servorum Dei, ie qua noſtris fuerint auribus prolatae libenter obaudimus, & eas in Dei nomine effectui mancipamus, Regiam conſuetudinem exercemus, & hoc nobis ad mercedem vel ſtabilitatem Regni noſtri pertinere confidimus. Igitur notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini preſentium videlicet & futurorum,

eum, qualiter venerabilis vir Aripertus ſancte Arretinenſis Eccleſie Epiſcopus, que eſt conſtructa in honore Sancti Donati, ad noſtram acceſſit clementiam, & petiit Serenitati noſtre, ut omnes res ipſius Eccleſie, que ibidem a longo tempore & uſque nunc viſe ſunt pertinuiſſe, tam Monaſteria vel Senodochia, quamque & Eccleſi e Baptiſmales, ſeu reliquas poſſeſſiones, quicquid per donationes vel confirmationes Regum, ſive vinditiones, commutationeſque ex bonorum hominum largitate ibidem date vel condonate ſunt, vel etiam aliud Monaſterium Sancti Benedicti, in ſupraſcripta ipſa Civitate, quod bone memorie Cunemundus quondam Epiſcopus anteceſſor ſuus legibus comparavit, vel ſuo fundavit opere, una cum rebus ſuis propriis, quas de iure parentum ſuorum habuit, & ad ipſam Eccleſiam Dei viſus fuit delegaſſe; inſpectas ipſas preceptiones, vel confirmationes, ſive vinditiones, vel commutationes, denuo per noſtram auctoritatem circa ipſum ſanctum locum redere & confirmare deberemus. Cuius petitionem pro reverentia ipſius ſancti Loci noluimus denegare; ſed in elimoſina noſtra ita preſtitiſſe & confirmaſſe cognoſcat. Precipientes ergo iubemus, ut ſicut conſtat ipſa Eccleſia Sancti Donati de predictis rebus a longo tempore iuſte & rationabiliter legibus veſtita fuiſſe, & preſenti tempore memoratus vir venerabilis vir Aripertus Epiſcopus recto tramite poſſidere videtur, inſpectas ipſius preceptiones vel confirmationes Regum, ut diximus, ſeu vinditiones, vel commutationes, ſive traditiones bonorum hominum ita in antea per hanc noſtram auctoritatem atque confirmationem valeat iam ſatus Aripertus Epiſcopus, ſuique ſucceſſores, qui fuerint Rectores ipſius ſancti Loci, ipſis, ut ſupra memoravimus, rebus quiete ordine tenere & poſſidere; & nullus quidlibet de fidelibus noſtris amodo & deinceps ſepe dicto Epiſcopo vel ſucceſſoribus ſuis de iam ſupraſcriptis rebus inquietare aut calomniam generare quoque tempore non preſumat, ſed noſtris & futuris temporibus ad ipſam Caſam Dei proficiant in augmentis. Et ut hec auctoritas firmior habeatur, vel per tempora melius conſervetur, manu propria ſubter eam decrevimus roborare & de anulo noſtro iuſſimus ſigillari.

Signum Caroli glorioſiſſimi Regis.

Ercambaldus ad vicem Radoni ſubſcripſi.

Datum VII. Idus Octobris, Anno XVI. & Decimo Regni noſtri.

Actum Varmaſia Civitate, in Dei nomine feliciter, Amen.

Sed poſt heec omnia lis iterum inter Epiſcopos ſuſcitata eſt, ut ex ſequenti Inſtrumento patet, quod *Muratorius* laudatus edidit loco citato pag. 387.

Ste-

Stephani I. Papae Bulla, qua decernit contra Epiſcopum Senenſem, quaſdam Parochias ſpectare ad Eccleſiam Arretinam, Anno DCCLII.

Stephanus Epiſconos ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo & ſanctiſſimo fratri Stabili Epiſcopo Sanctae Eccleſiae Aretinae, & per eum in eandem Eccleſiam in perpetuum. Convenit Apoſtolico moderamini venientibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium deſideriis congruum impertire ſuffragium, ut quae moto vel acta ſunt, atque confirmata, perpetuis temporibus maneant inconcuſſa. Igitur quia tempore praecellentiſſimi bonae memoriae Liutprandi Regis gentis Longobardorum, intentio orta eſt inter Lopertionum tunc Epiſcopum ſupraſcriptae Eccleſiae Aretinae, & Deodatum illo tempore Epiſcopum ſanctae Senenſis Eccleſiae, pro Dioceſi, ideſt Baſilica Beati Ampſiani, cum diverſis Oraçulio, atque Baptiſterio eiuſdem Dioeceſeos ſubiacentibus, quae eſſe manifeſtum eſt ſub conſecratione & regimine praefatae ſanctae Aretinae Eccleſiae, Territorium vero eſt praefatae nominatae Civitatis Senenſis, ex qua intentione inter utraſque partes non parva facta eſt vexatio. Quae partes dum in praeſentia praefati Liutprandi tunc Regis advenissent, poſt multam altercationem praenominatus Deodatus Epiſcopus ſanctae Senenſis Eccleſiae confeſſus eſt coram Sacerdotibus atque Iudicibus & praefato Rege, quod ex occaſione iurgius ille proveniret; quia in tempore illo factum eſt, quo per Praecepti ſui ſeriem, indiciumque ipſam Dioceſim, ut fuit a tempore Romanorum, ſanctae Aretinae Eccleſiae eſſe confirmavit, & a tunc uſque ad praeſentem dudum Quartam Indictionem prenominata Dioceſis cum Eccleſiis atque Oraculis, ſeu Baptiſteriis inconcuſſe poſſeſſa eſt, Ex occaſione autem transmigrandi intra eandem Eccleſiam Beati Ampſiani Corpus, in qua Altare conſtruxit Gaudpertus Senenſis Gaſtaldus ex devotione dedicandi, ſine cognitione & praeſentia iam dicti Stabilis ſanctae Aretinae Eccleſiae Epiſcopi de ducato (*forte dedicato*) Anſfredo Epiſcopo ſanctae Eccleſiae Senenſis, Sanctorum Canonum inſtituta, & beatorum Patrum traditiones tranſgreſſus ſub ſimulatione & violentiae ſibi ingeſtae praefati S. Ampſani Corpus tranſmigravit, & Altare intra eamdem Eccleſiam dedicavit. Interpellatione autem Praeceſſori noſtro ſanctae recordationis Zachariae Papae a ſupraſcripto Stabili Sanctiſſimo Epiſcopo praedicto Anſfredus Epiſcopo provocationis & interdictionis Apoſtolicae miſſae ſunt Literae, Ipſe vero ſubterfugiens reatus ſui culpam apud Aſtulſum excellentiſſimum Regem fugam petivit. Qui praecellentiſſimus Rex a Sedis Apoſtolicae iudicio illum ſubtrahere noluit. Pro quo per Apoſtolicis ortatus Thomas Epiſcopus

Iſn-

ſanctae Eccleſiae Volterrenſis, & Tacipertus Epiſcopus Caſtri Feliciratis, Gilulfus Cluſinae Eccleſiae Epiſcopus, inter praefatus Epiſcopos convenit. Quod & factum eſt, & poſt multam altercatiunem profeſſus erat ſupraſcriprus Gusfredus Epiſcopus Senenſis, quod per nulla invaſione Corpus Beati Ampiani tranſmigraſſet, aut Altare dedicaſſet, niſi quod volentem, nolentemque eum coegiſſet prefatus Guaſpertus Caſtaldus Senenſis in praeſentia multorum virorum, quorum & nomina in Iudicato emiſſo ad predicto Thomas Epiſcopo continerur aſcripta. Iteratoque Iudicata confirmationis tam excellentiſſimae memoriae Liutprandi Regis, quamque etiam & praefatorum ſanctiſſimorumEpiſcoporum intuentes iuſto libramine eſſe exaratam, & nos Apoſtolica auctoritate utramque confirmationes per hunc Apoſtolicum Praeceptum decernimus omni tempore firmiter ſtabilitate perſiſtere. Et ſi quiſquam temerario auſu quandoque contraire voluerit, aut eadem Dioceſim invadere, ſciat ſe in diem futuri examinis diſtrictam reddere rationem.

✠ Bene Valete.

Data XIII. Kalendas Iunias Imperante Domno piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno Imperatore, Anno Triceſimo Secundo, poſt Conſulatum eius Anno Duodecimo, Indictione Quinta.

Sed adhuc controverſia Epiſcoporum fervebat, quare in Concilio Romano iterum in ea iudicatum fuit, ut ſequens inſtrumentum, quod *Muratorius* loco citato *pag.* 389. exhibet, manifeſtat.

Iudicatum Leonis Papae IV. & Ludovici II. Imperatoris in Concilio I. Romano, pro Epiſcopo Senenſi contra Epiſcopum Arretinum, in controverſia de diverſis Eccleſiis ſive Parochiis, Anno DCCCLIII.

In nomine Domini. Amen: Dum nos Leo ſummus Pontifex & univerſalis Papa Quartus, conſtitutus in Beati Petri Apoſtoli Cathedra, una cum piiſſimo & glorioſiſſimo Lodoyco Lotharii filio Imperatore Auguſto, pluribuſque Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Synodale habentes Concilium, congregatum Romae, videlicet in Eccleſia beati Petri Apoſtolorum Principis: advenit in praeſentia Sancti Concilii Senenſis Eccleſiae Epiſcopus nomine Cantius, & retulit, qualiter iam ſaepe petierat apud iam dictum Lotharium, Epiſtolis Adriani Papae ſpecialiter conſcriptis, quatenus . . . . iudicii cenſuram inter Senenſem Eccleſiam & Petrum Aretinae Eccleſiae Epiſcopum de Eccleſiis, ſeu Baptiſteriis, & Monaſteriis, quae infra Comitatum Senenſem ſunt

cum

cum eorum pertinentiis, item iam multis vicibus prolixa fuit contentio, finitivam ſecundum Canonicam auctoritatem perciperet ſententiam. Tunc nos Leo ſummus Pontifex ita diximus: Et quoniam Sacerdotali officio, quo modo, licet inviti fungimur . . . . oportet nos ſpirituali mucrone talium altercationum, quae veternoſi ſerpentis ſaeva aguntur aſtutia, funditus incidere & extirpare radices, ne forte diſcordia ibi vigeat, ubi inveteratae pacis debent conſiſtere bona: ſimul omne Concilium: Iuſta, inquit, & vera Catholica & Apoſtolica definivit Cathedra. Tunc autem Epiſcopus manibus Decretalia & Iudicialia tenens, ubi finitiva ſententia Sena ſervat, & auctoritate Adriani ſummi Pontificis & univerſalis Papae, & Conſtantini, queritando dixit: Frater & Coepiſcopus noſter Petrus Aretinae Eccleſiae, Senenſis Eccleſiae Paruchias atque Dioceſim perverſo ordine, & contra Canonicam regulam invaſit, & per vim detinet. Tunc nos, & Lodoicus Imperator in praeſentia magni Concilii Decretalia ab Epiſcopo Cantio oſtenſa relegi iuſſimus. His igitur perlectis, nos Leo ſummus Pontifex, ſic ad univerſalem plebem loqui exorſi ſumus: Quantum enim praecellit dignitas omnium ordines dignitatum, ſuperna diſpenſatione animarum nobis credita, tanto amplius cogimur, cuique petenti ſolvere rationes. Aliud enim eſt unumquemque ſui curam gerere, aliud Eccleſiae Dominicae curam, & regimen tenere, Quapropter Canonicam ſequentes doctrinam, diſſenſiones atque diſcordias Sacerdotum Apoſtolica nos pertinet obviare cenſura, Redemptoris noſtri ſequentes praecepta dicentis: Pacem meam do vobis. Pacem relinquo vobis. In hoc enim cognoſcent omnes, quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem. Pretioſi enim pedes evangelizantium bona, gratia Sancti Spiritus inquit. Quatenus vero orta fuerit immoderata quaeſtio, ſpirituali debeat mucrone amputari, ne adoleſcat, & Chriſti conculcat plebem, & ne occaſione diſcordiae fideles delinquant, Sancti Petri Apoſtolicis monitis parentes, omni ſorde perdita, pura frumenta in horreo Domini reſidere valeant. Igitur dum per aliquot iam lapſos terminos Longobardorum gens diverſa eripiens territoria, invaſa deſolabatur loca, contigit, ut Dioceſes Epiſcoporum alter alterius invadere, & temerario auſu immoderate eas detinere, atque in magno nunc uſque permanent errore, & ignorantes Canonum definitiones, alterutrum anhelantes arripere Parochias, periurii reatum contrahunt. Inſuper callida verſutia inter ſe dimicantes, peiora peragunt exitia, errore ita in malum incidunt piaculi facinus, dum procul abiiciunt Canonum cenſuram, tranſgredientes ſanctiſſimorum praedeceſſorum noſtrorum Pontificum decreta Canonicis auctoritatibus fulcita. Propterea

rea

rca talia iohibentes Apoſtolica inſtitutiooe, una cum glorioſiſſimo & piiſſimo Loduico, & ſanctis Epiſcopis, in coruoa buius ſacri Concilii reſidentibus, Apoſtulicae Conſtitutionis privilegio promulgantes ſancimus, ut ſicut Canonice io decretis conſtituunt, ſecundum territoria ſeu pertinentias Civitatum, ſic Parochias & Dicceas ad diſponendum Epiſcopos tenera cenſemus, obſervantes Canonicam cenſuram, quae ait, Epiſcopum ooo licere alienam Parochiam propria ſecta pervadere. Et iterum: Epiſcopus alienam Civitatem, quae non eſt illi ſubiecta, non iovadat, nec ad uliam poſſeſſionem eius accedat, quem ad eum non pertinet, nec conſtituat Presbiteros aut Diaconos alteri Epiſcopo ſubiectos, niſi forte ex conſenſu & voiuntate regionis Epiſcopi. Si quis autem taie aiiquid facere tentaverit, irrita ſit eius ordinatio, atque cohcrceatur a Synodo. Et ſicut Praedeceſſoris noſtri beati Caeleſtini Papae continent Conſtituta; ut ſit contenptus unuſquiſque Epiſcopus ſuae Civitati conceſſis hominibus, alter in alterius Provincia nibil praeſumat: ita & nos Beati Petri Apoſtolorum Principis, cuius vicem, quamvis immeriti, Dei benignitate gerimus, ſumentes auctoritatem, decernimus, ut ſicut ſtatutum eſt, unuſquiſque Epiſcopus Parochias ſeu Dieceſes, iuſta limites ſuae Civitati pertinentes, imperturbate poſſideat, ſub divini Iudicii obteſtatione, & anathematis interpoſitione.

Dum igitur nos Leo ſummus Pontifex ſanctae adhortationis ſermonem claudimus, Decretalibus ſupra nominatis per ordinem oſtenſis & relectis, tunc Petrus Aretinae Eccleſiae Epiſcopus dixit Cantio Epiſcopo: Iſta tua Decretaiia & Iudicata, quae hic oſtendiſti, nuliam poſſunt facere iacturam meae Eccleſiae, neque diſpendia; quoniam nos & Anteceſſores noſtri Monaſteria & Baptiſteria cum eorum Oraculis ſeu pertinentiis, ſeu adiacentiis, quae intra fines Comitatus Senenſis ſunt conſtituta, unde tu, frater & Coepiſcope, adverſus meam Eccleſiam queris, poſſeſſa habemus amplius quam quadraginta annos. Tunc Cantius Epiſcopus ad haec; Semper enim (inquit) Monaſteria & Baptiſteria, quae infra fines Senenſis territorii ſunt, Parochiae noſtrae Eccleſiae fuerunt & ſunt. Et Criſma ibi dedimus, & Conſecrationem fecimus. Presbiteros & Diaconos ego & Anteceſſores mei ibi ſacravimus, & Eccleſias conſecravimus. Sed tu, frater, callide & fraudulenter predicta Monaſteria ſeu Baptiſteria contra ſacrorum Canonum inſtituta uſurpaſti. Petrus vero Epiſcopus Civitatis Aretii haec audiens, dixit: Vere iſta Monaſteria, ſeu Baptiſteria, quae intra fines tui territorii ſunt, unde adverſus nos queritas, a tempore Longobardorum Eccleſiae Sancti Donati pervenerunt. Nam Iudicatum habeo, quod tempore Liuprandi Regis

gis Longobardorum a tuis Predeceſſoribus . . . . . . , ad meae Eccleſiae utilitatem coniuncta fuerunt. Et Praeceptum etiam habeo, quod Carolus Rex confirmavit in Eccleſia Sancti Donati. Sed hic modo prae manibus non habeo: quooiam ſuper hac re altercationem hic habere non arbitrati ſumus. Inducias & ſpatium a ſacro Concilio peto, donec Aretiam celeriter petens, aſſertionis meae Iudicatum atque Praeceptum, quemadmodum pollicitus ſum, in conſpectu Domni noſtri ſummi Pontificis, atque Imperatoris piiſſimi, & totius Concilii, veſtriſque partibus . . . . Inducias uſque ad duodecim dies contulerunt, quatenus unuſquiſque eorum in praedicto ſpatio quicquid firmitatis per Praeceptorum ſanctiones ſeu Decretorum inſtitutiones haberet deferre, necnoo teſtes idoneus de praedicta Eccleſia unuſquiſque ad indagationem veritatis ſecum duceret, Finitis igitur dictis duodecim diebus Petrus Epiſcopus Aretinae Eccleſiae, & Cantius Epiſcopus Senenſis in praeſentia noſtri & Imperatoris Ludovici piiſſimi Auguſti perſonaliter venerunt, & in coſpectu eorum Epiſcoporum, quorum nomina ſubter adnexa ſunt, Iohannes Archiepiſcopus Civitatis Ravennae, Ambroſius Epiſcopus Lucenſis Eccleſiae, Otchesis Epiſcopus Piſturienſis, Donatus Epiſcopus Fetulanae Civitatis, Iobannes Epiſcopus Piſae, Andreas Epiſcopus Volaterranenſis Civitatis, Taceprandus Epiſcopus Civitatis Ciuſi, Osho Epiſcopus Roſellenſis, Tanimundus Epiſcopus Suanenſis, Petrus Epiſcopus Civitatis Orbevetanenſis, Iohannes Epiſcopus Tuſcanenſis, Iohannes Epiſcopus Centumcellenſis, Petrus Epiſcopus Spoletinus, aiiique piures. In praedictorum itaque praeſentia ambo Epiſcopi, hoc eſt, Cantius Epiſcopus Senenſis, & Petrus Aretinae Eccleſiae, cum ſanctionibus Praeceptorum, atque inſtitutionibus decretorum, idoneis teſtibus ex utraque parte, ut impetratum fuerat, adhibitis, iterum corona ſancti Concilii in eadem Eccleſia Beati Principis Apoſtolorum; ubi prius fuerant, reſidentibus cum nobis in Concilio, & volentibus tantae altercationis litigium rectiſſima lance penſare, & libratum aequitatis trutino finire; ecce Petrus Aretinae Eccleſiae Decretalis atque Praecepta, iuſta quod promiſerat, in manibus retinens, ex iuſſu noſtro & Auguſti Loduici piiſſimi Ioſepho Archicapellano edita ſunt ad legendum. Cumque perlecta fuiſſent in conſpectu magni Concilii, Loduicus Imperator ſic in aures totius Eccleſiae concionatus eſt: Et quoniam uniuſcuiuſque rei poſſeſſio talis debet eſſe, ut principium poſſeſſionis in ſe nullum habeat vitium, liquido colligere poſſumus, dum conſtat has Parochias Eccleſiam Aretinam ex tempore Longobardorum tenuiſſe tantummodo, non ſibi ſufficere poſſeſſionis oppoſitionem; dum, antequam

Digitized by Google

quam Longobardorum gladius Italiam populando devaſtaret, Romanis Imperatoribus tranquillae pacis felicitate Orbem regentibus, Senenſis Eccleſia, ſicut mos antiquus ſtatuit, eaſdem Parochias rexit & tenuit. Tunc omne Concilium, verum & probabile, laudeque digniſſimum, Imperatorem protuliſſe acclamabat. Ad haec Petrus Epiſcopus Aretinus: Et quoniam Imperatoria maieſtas, & Apoſtolica ſublimitas, non tolum ſcripturarum, verum & teſtium iuſſit in hoc teſtimonium adhiberi, iubeant illi, Sacerdotes teſtimonii veritatem proſerre, qui in eiſdem inhabitantes Parochiis incorruptam veritatem, antiquorum relatione hominum per parentelae gradus inſigniter conſociantur.

Tunc nos Leo Pontifex univerſalis Papa, & Lodovicus Imperator iuſſimus exhiberi Sacerdotes, aliosque fideles. Qui ſubito vocati ſunt in conſpectu magni Concilii. In primis venit Giſulpherianus de Plebe Sancti Quirici in Auſinora: Aterpalianos Presbiter, & Monachus de Plebe Sancti Stephani de Cinnano, Geſilaros Archipresbiter, Sanctae Mariae in Pava: Malperianus Presbiter de Plebe Sanctae Mariae de Soleta: Lamfrancus Presbiter de Plebe Sanctae Mariae de Cuſona: Benedictus Archipresbiter de Plebe S. Viti Vitalino: Agiptandus Archipresbiter de Plebe Sancti Andreae Malcino: Leucari Presbiter de Plebe Sanctae Mariae in Sexta: Alipertus Archipresbiter de Plebe Sancti Donati de Ziliano. Hii ſunt mei Archipresbiteri de iam dictis Plebibus, dixit Petrus Aretinus Epiſcopus. Tum nos Leo Papa iuſſimus, Librum Evangeliorum in medio Concilio poni, ſimulque ſanctae Crucis vexillum iuibi collocari. Atque per haec ſciſcitati ſumus: Audite vos, Sacerdotes, quibus reddendi teſtimonium facultas a ſanctiſſimo Concilio tribura eſt, in virtute obedientiae, & ſub obteſtatione divini iudicii, vobis praecipimus, ut in continenti nobis de hac re veritatem dicatis. In primis ergo omnium Geſolfrandus iam dictus Archipresbiter ait: Quoniam nefarium eſt ſub tanta obteſtatione iurantem reticere, ſacrilegium eſſe arbitror in conſpectu huius ſacri Concilii falſum teſtimonium dicere. Idcirco quod a meis parentibus didici, & ego ipſe, cum ſim fere nonagenarius, memini, abſque falſitatis colore narrabo. Scio namque ſecundum meorum parentum relationem, Senenſem Eccleſiam uſque Longobardorum tempora praedictas Parochias inconcuſſe, & abſque ullo litigio, tenuiſſe. Sed eorum iniquus gladius cuncta diripiens, ſubiectasque hominibus terras, multis Populis refertas, redegere in ſolitudinem. Contigit denique ex illius temporis deſolatione, invaſione callida alter Epiſcopus alteri Parochiae nefario auſu commutare, & invaſam totis viribus detinere. Sic itaque Senenſi Eccleſiae ab Aretina accidiſſe ſcimus. Quamlibet Petrus Aretinus Epiſcopus nos huc ſui cauſſa duxit, tamen veritatis rationem celare nefas eſſe credimus; ita nimium re in ambiguo poſita, utriuſque Eccleſiis parere, alteri quidem ex neceſſitate, alteri vero ex voluntate, praedictas Parochias meminimus: Senenſi quippe ex voluntate, Aretinae ex neceſſitate. Conſtat nos Eccleſia Senenſi uſque hodie reddidiſſe Eccleſiae & conſtitutum ſervitium, & Criſma ab eadem Eccleſia cepiſſe, conſecrationemque Diaconorum & Presbiterorum actenus ab ea ſumpſiſſe. Aretinae vero Eccleſiae armorum viribus concuſſos ſervitium nos coacte exhibere non negamus. Iure igitur Apoſtolica ſublimitas, & Imperatoria maieſtas, nos, noſtraſque Parochias a tali periculo eripiat, & huius ſacri Concilii decreto ſtatuat, Eccleſiae poſthac libere & inconcuſſe ſervire nos oporteat. Tamen hoc, ſicut unum, ſingillatim unuſquiſque eorum interrogatus, teſtimonium Geſolfrandi aſſerebat veriſſimum. Aripaldus Presbiter & Monachus de Plebe Sancti Stephani de Anciano, ut Geſolfrandus ita refert. Et Geliſarius Archipresbiter de Salcu, ſimiliter confeſſus eſt. Benedictus Archipresbiter Sancti Viti ſimiliter dixit. Aliprandus de Plebe Sancti Donati ſimiliter dixit. Aliprandus de Plebe Sancti Andreae ſimiliter dixit. Laufridus Archipresbiter Sanctae Mariae de Oſona ſimiliter dixit. Laucari Archipresbiter de Plebe Sanctae Mariae de Sexta ſimiliter dixit. Omnes itaque, ac ſi uno hore, Senenſi Eccleſiae praedictas Parochias pertinere, & rectiſſimo iure pariter conſtanter aſſerebant. Petrus vero haec audiens, predictos Sacerdotes, teſtimonium ferentes, periurii reatum incurriſſe arguebat. Tunc iubentibus nobis, & piiſſimo Imperatore, & univerſo Concilio, iuraverunt omnes praedicti Sacerdotes, quod in teſtimonium perducti ſatis vera, & probabilia narrarent, & ſicut dixerant, ſe habet veritas.

Tunc nos Leo ſummus Pontifex ſic ad Petrum Epiſcopum & ad omne Concilium effati ſumus: Similiter oportet nos, Fratres, huiuſmodi aequitatis lance penſare, quoniam eorum affectionem, qui teſtimonio ſupradicto frater noſter Petrus iuſtitiam ſuae Eccleſiae adipiſci ſperabat, Senenſis Eccleſia triomphum ſui certaminis eſt conſecuta. Ad haec univerſum Collegium dixit: Liquido patet, praenominatas Parochias Senenſis Eccleſiae eſſe, quoniam eiuſdem Comitatus limitibus pertinere probatum evidenter eſt, & teſtium veriſſimorum aſſertio clamat, & ſcripta ſanctiſſimorum Pontificum haec roborant. Iubeat ergo veſtra Sanctitas & Imperatoria Maieſtas, Senenſi Eccleſiae ea, quae ſua fuere, reſtituantur: quatenus diſcordia de medio ſublata, unuſquiſque eorum propter hoc, & ſicut in omnibus ſtatutum eſt,

ſibi ſubiectas Parochias regat, nec ad vicinam Dieceſim ſui fratris nullatenus accedere praeſumat. Tunc Comeranus Epiſcopus dixit omnibus: Sunt mihi adhuc teſtes idonei, quos de mea Civitate huc duxi, quibus propoſitae altercationis patet ambiguum: qui antiqua relatione nobilium parentum quicquid inde eſt, inſiguiter noverunt. Ipſi ſi introducti fuerint, veritatem nullo modo celabunt. Tunc ingreſſus Witirradus bonae memoriae Merempridi filius, & Gunteramus filius quondam Sicheradi Ginnonis, qui erant Milites Regis; & Lamfredus Miles praedicti Epiſcopi Aretini. Et Willeradus ſub teſtatione Divini nominis a nobis interrogatus dixit: Scimus igitur, quod praedictae Plebes & Monaſteria, iuxta relationem meorum antiquorum parentum, Senenſis Eccleſiae fuerunt, Conſignationes, Rectorum Conſecrationes, & Presbiterorum Ordinationes, Epiſcopus Senenſis Eccleſiae ibi feciſſe vidimus. Nullum inibi fuiſſe litigium, manifeſta res docet, niſi ab ingreſſu gentis Langobardorum in Italiam, Senenſis quippe Eccleſia uſque ad eorum tempora inconcuſſe praedictas Parochias poſſederat. Reliqui vero omnes cum ſingillatum interrogati fuiſſent, teſtimonium veritatis Willeradum protuliſſe teſtati ſunt: illi vero una voce teſtimonium veritatis proferentes, ſacroſanctis Evangeliis in medio poſitis, tactis iuraverunt, ... praenominatae Parochiae iam Senenſis Eccleſiae ſint propriae, quod Eccleſiae Aretinae recto iure non pertinent. Hoc ſacramento expleto, nos Leo ſummus Pontifex diximus Petro Epiſcopo: Oportet te, frater Petre, iam nunc tuis tantommodo Parochiis contentum eſſe, & ab illicita praeſumptione ceſſare, & primam de hac inuſitata finire, aut ſi quid ad opponendum potes, quod utile ſit, adhibere. Nam nihil vanum neque ſuperfluum, aut quod a veritate ſit alienum, hoc ſacrum recipit Concilium. Petrus vero Epiſcopus inquit: Iuſta eſaminationes veſtras ſanctas litigium rectum penſavit, nec in ambiguo, quod a vobis hic definitum eſt, pono. Et iam neque aliorum praeſentiam hominum, quibus vos magis credere poſſitis, exhibere valeo, neque aliorum ſcriptorum decreta, praeter quae a me hic ſunt oſtenſa.

Ad haec Imperator: Conſtat itaque evidenter, Petrum Epiſcopum ſuperatum; quoniam teſtimoniis eorum, a quibus ſe ſalvari putabat, Senenſis Eccleſia victoriam eſt conſecuta, Iuſtum eſt, inquit, ut propter hoc ſileat, neque amplius huius rei altercationem adhire praeſumat, Superfluum eſt ei, ut cum ſuae Civitati Parochias ſubiectas retinear, ad alterius Epiſcopi Dieceſim illum temerario auſu tranſire. Quapropter volumus, ut in hoc ſacrum & venerabile Concilium ita huius litis altercationem aequiſſimo termino includat atque definiat, quatenus futuro tempore ulla poſſit inter eos ſcrupoloſitas renovari. Tunc Imperator relictis nobiſcum Miſſis ſuis ad iſtam cauſam finiendam, ideſt Ioſeph Archicappellano, Angelberto Archiepiſcopo, Notingo Epiſcopo, & Adelehelſi Comite, a Concilio diſceſſit, Remanſere autem Cantius cum duodecim Sacerdotibus idoneis, quorum non fuerat adhuc in teſtimonio iusiurandum receptum. Tunc iuravit Cantius cum duodecim Sacerdotibus, quod in ſacramentis ſupradictorum teſtium veritas abſque ullo dolo verſata eſt, Tunc omne Concilium ſimul clamavit: Iubeat ergo Apoſtolici culminis ſanctitas ex totius Concilii decreto, praedictarum Parochiarum, quas temere invaſit, Petrum Epiſcopum reſtitutionem Senenſi Eccleſiae facere, ac deinceps ſuper hac re penitus ſilere. Tunc iubente Apoſtolico, & Legatis Imperatoris ac univerſo Concilio, penitus poſuit, & refutavit Petrus Epiſcopus, Senenſis Eccleſiae Parochias ſupra nominatas, quas illicite & nefario auſu invaſerat. His igitur ita expletis, nos Leo ſummus Pontifex ſic dicendo definivimus: Opportunum itaque valde reor in huius litigii definitionem auctoritatem noſtram accommodare, atque ſub anathematis interpoſitione aequiſſima ratione finitum litigium hinc inde ſopire, ne forte in futuro tempore aliquis pravitate plenus, quod modo iuſte & Canonice a nobis definitum eſt, audeat violare. Nam firmum & ſtabile in Senenſi manere Eccleſia ſancimus quicquid per teſtium indagationem eidem pertinere eſt compertum. Si quis igitur adverſus huius noſtri Privilegii decretum aliquo tempore quilibet violare temptaverit, ſive Clericus, ſive Laicus, ſive dignitate praeditus, ſive honoribus decoratus, aut qualibet magna parvaque perſona, ſciat ſe auctoritate Domini noſtri Petri Apoſtolorum Principis omni honore privatum, atque anathematis maranatha vinculis innodatum, & cum Iuda proditore Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Anania & Saffira perpetuo ſupplicio deputandum. Et quoniam in Dei ſumus nomine collecti, Dominus vere inter nos eſſe creditur, cuius auxilio quidquid agimus vel definimus, credimus eſſe fulcitum; idcirco praedictae maledictionis ſe innodat, quiſquis violare tentaverit quidquid a nobis eſt Deo auxiliante decretum.

Leo Dei gratia Catholicae & Apoſtolicae Romanae Eccleſiae Epiſcopus, huius Iudicati decretum propria manu roboravi.

Ioſeph Archicapellanus Domni Imperatoris ſubſcripſi.

Iohannes Archiepiſcopus Ravennae ſubſcripſi.

Angelbertus Archiepiſcopus Mediolanenſis ſubſcripſi.

Notingus Epiſcopus Brixienſis ſubſcripſi.

Ambraſius Epiſcopus Lucenſis ſubſcripſi.

Oſcbiſi Epiſcopus Piſtorienſis ſubſcripſi.

Do-

Donatus Epiſcopus Feſulanus ſubſcripſi.
Gerardus Epiſcopus Florentinus ſubſcripſi.
Iohannes Epiſcopus Piſae ſubſcripſi.
Andreas Volaterrae Epiſcopus ſubſcripſi.
Taceprandus Epiſcopus Cluſinus ſubſcripſi.
Otto Epiſcopus Roſellenſis ſubſcripſi.
Tanimundus Epiſcopus Suanenſis ſubſcripſi.
Dominicus Epiſcopus Centumcellenſis ſubſcripſi.
Petrus Epiſcopus Orbivetanus ſubſcripſi.
Iohannes Epiſcopus Toſcanenſis ſubſcripſi.
Petrus Epiſcopus Spoletanus ſubſcripſi.

Habemus in his ſubſcriptionibus alium Epiſcopum Florentinum hactenus ignotum, *Gerardum.* Cauſſae huic finem imponere tentavit etiam Benedictus Portuenſis Epiſcopus, quum iterum excitata fuiſſet, cuius iudicii tenor eſt, qui ſequitur, ex laudato *Muratorio* loco citato *pag.* 397. extractus.

Acta Benedicti Portuenſis Epiſcopi atque aliorum Epiſcoporum in controverſia de Parochiis inter Epiſcopos Arretinum atque Senenſem, Anno MXXIX.

In nomine Domini Dei eterni Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Dum ex iuſſione Domni Iohannis Apoſtolici, & univerſalis Papae, coniunxiſſemus nos Domnus Benedictus Portuenſis Eccleſiae Epiſcopus, & ſanctae Sedis Apocriſiarius, & Domnus Petrus Caſtri Felicitatis, & Gonfredus Volaterrenſis Epiſcopi, apud Plebem Sancti Marcellini, qualiter nos Deo adiuvante diffiniremus intentionem Plebium, quas Aretina Eccleſia detinet in Senenſi Comitatu, de quibus Leo Senenſis Epiſcopus in Synodo proclamavit, repreſentavit ſe Domnus Theodaldus Aretinae Sedis Epiſcopus cum Petro Plebitano Sancti Petri in Pava, & cum Raifredo Sanctae Mariae in Salſu, & cum Petro Sancte Agathe in Sciſſiano, & Rainaldo Sancti Viti in Corſignano, & cum Lioperto & Bonizone Sancti Iohannis in Veſcona, Iohanne & Barocio Sancti Viti in Verſuris, & cum Donato & Martino Sancte Marie in Pacina, & cum Purizone & Liuzone Sancti Victoris, & cum Petro Sancti Quirici in Auxenna, & Adamo Sancti Marci in Conſona, & Liuzone Sancti Andree in Malcenis, religioſis Plebitanis; & cum nobilibus Vaſſis eiuſdem Aretinae Eccleſiae, ideſt cum Hubaldo & cum Rainerio filio Ildibrandi, Gottizone filio Gottizonis, Vrſone filio Griffonis, Griffone & Saſſone filiis Ildebrandi, & Everardo filio Walcapi, Rolando filio Benzonis, & Rainerio Willelmi & Rainerio filio item Rainerii de Doſſena, & cum Iudicibus Vrſone, Anſelmo, Alberto, Iohanne, Sigifredo, & Arnulfo; & ceteris compluribus Clericis ac Laycis, Domni Apoſtolici decretum, & Synodalia precepta complere paratis, ideſt fines ſue Eccleſie Diœceſis oſtendere, & poſſeſſionem Eccleſiaſticam & mundanam ad partem ſancte Aretine Eccleſie iurare, adſtantibus Ardingo & Walfredo Comitibus. Predicti vero reverentiſſimi Epiſcopi & Comites videntes prefatum Domnum Theodaldum Epiſcopum cum ſuis Presbiteris ac Laycis preceptum Apoſtolicum implere paratum, dixerunt: Si vobis placeat, inquiratur, ſi Domnus Leo Epiſcopus hoc recipere voluerit. Ad quod inquirendum predicti Epiſcopi cum irent, directi ſunt a Domno Theodaldo Epiſcopo, & ſupradicti Iudices, & ſue Eccleſie Archidiaconus, qui audirent, quod prefatus Leo Epiſcopus reſponderet Epiſcopis & Comitibus, & ſibi veraciter cuncta, que diceret, referrent. Qui vero, que dixit, audierunt, & inſuper Viventius Archidiaconus Vite Domni Theodaldi ſui Epiſcopi, per prefatos Preſules & Comites invitavit eum, ut Diœceſis fines videret, & ſacramento canonice & legalis poſſeſſionis ſecundum quod preceperat Domnus Apoſtolicus reciperet. Qui penitus hoc recipere . . . . in hoc ſpreto Apoſtolico, & Synodali decreto. Quod videntes predicti Epiſcopi & Comites, & qui a Domno Theodaldo Epiſcopo ſunt directi, reverſi, que audierunt, retulerunt, ſcilicet, quod ipſe Leo Epiſcopus nec fines Diœceſis Aretinae Eccleſiae videre, neque ſacramenta audire voluiſſet. Tum Domnus Petrus S. Quirici Archipresbiter & Aretine Canonice Prepoſitus, ante omnes Archipresbiteros Evangeliorum Librum coram ſe habens, talem prorupit in vocem: Cum ſemper in mente mea propoſuiſſem, numquam in vita mea ſacramentum facere, tamen quia ſcio, me verum iurare, & in hoc non offendere, hoc iuro, quod Aretina Eccleſia ſemper illas Plebes tenuit ab eo tempore, quo natus fui, & Eccleſiaſticam obedientiam Aretine Eccleſie facere vidi. Item ceteri Archipresbiteri dixere ſecundum quod & Avi noſtri dixere Patribus noſtris, & Patres noſtri dixere nobis, & nos qui iam ſenes ſumus, neque ab his audivimus, quod illas Plebes aliquo in tempore a centum annis & ſupra Senenſis Eccleſia teneret, ſed ſancta Aretina Eccleſia tenuit, & omnem Eccleſiaſticam obedientiam a nobis & a Patribus noſtris habuit. Et hoc ſumus iurare parati. Poſtea Vbaldus Aretine Eccleſiae nobilis Vaſſus, cum Ildiprando, Rodulfo, Griffone, Saſſone, Rainerio, Heverardo, Gottizone, Rollando, Vrſone, itemque Rainerio, ſibi ſimilibus, & predicte Aretine nobilibus Vaſſis, accepto Evangeliorum Libro profeſſus eſt, ſe iurare canonicam & mundanam poſſeſſionem ad partem ſancte Aretine Eccleſie. Epiſcopi autem hoc cernentes dicere. Nos vidimus, quia vos parati eſtis, ſed nos non recipimus, quia Senenſis Epiſcopus recipere non vult. Nos tamen hec omnia Domno Apoſtolico debemus renunciare, & Deo favente renunciabimus. Ipſe cum ſuis Epiſcopis Deo auctore inveniat, qualiter Aretina Eccleſia, ut ſemper tenuit, teneat, & ſupradictus Leo

Epi-

Epiſcopus, ſuique ſucceſſores in perpetuum exinde ſileant. Quia hec omnia vidimus, & ut hec nos vidiſſe credatur, manu noſtra ſubſcripſimus.

Hoc autem factum eſt anno Dominice Incarnationis Mille vigeſima nono, regnante Currado Imperatore piiſſimo, anno Imperii eius Tertio, menſe Maio, Indictione Duodecima.

Ego Benedictus Portuenſis Epiſcopus & Apocriſiarius ſancte Apoſtolice Sedis, hec omnia vidi, & pro defenſione ſancte Aretine Eccleſie ſcribi iuſſi, & manu mea inferius ſcripſi.

Ego Petrus Caſtellanenſis Epiſcopus interfui ut ſupra.

Ego Goufredus Volaterrenſis Epiſcopus, miſſus a Domno Apoſtolico, interfui, & ſubſcripſi.

Albertus Iudex Domni Imperatoris ſcripſit hec ac fideliter adnotavit.

Tamdem Alexander II. Papa, quae Arretina Eccleſia poſſidebat, eidem confirmavit, & Bullam inſequentem edidit, quae apud *Buralium* & *Vghellium* exſtat, atque ita habet:

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Conſtantino Epiſcopo Arretinae Eccleſiae, eiuſque ſucceſſoribus promovendis in perpetuum.

Convenit Apoſtolica moderamini pia Religione pollentibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis alacri devotione impertiri; aſſentimus ut ea, quae mota, & legaliter examinata ſunt, atque Apoſtolica authoritate firmata, perpetuis temporibus maneant inconcuſſa. Quapropter noſtrae Pontificatus authoritatis praeceptum fieri decrevimus, confirmantes ſcilicet ſanctae ſedis Aretinae Eccleſiae omnia, quae ab anteceſſoribus noſtris, Leone videlicet, & Stephano, atque Paſchali, Hadriano, Victore; item Stephano Pontifice Nono, per Apoſtolici privilegii ſeriem iuſte canonice, & perpetuo iure firmata ſunt, videlicet. Plebem ſanctae Felicis in Brolio, Plebem ſanctae Mariae in Pacina, Eccleſiam ſancti Anſani, cum omnibus ſuis pertinentibus, Plebem ſancti Victoris, Plebem ſancti Viti in Verſure, Plebem ſancti Andreae in Malcena, Plebem ſancti Stephani in Aciviano, Plebem ſanctae Mariae in Pava, Plebem ſanctae Mariae in Saltu, Plebem ſanctae Agathae, & Plebem ſancti Ioannis in Veſcona, Plebem ſancti Viti in Curſignano, Plebem ſanctae Mariae in Coſona, Plebem ſancti Donati in Sintigliano, Monaſterium S. Petri in Aſſo, cum omni ſua pertinentia. Praeterea confirmamus eidem ſanctae Aretinae Eccleſiae, praefatam Eccleſiam ſancti Anſani, cum omnibus ſuis pertinentibus; itaut ſynodica Sanctio, quae (tempore Liutprandi Regis Longobardorum) inter Adeodatum Senenſis Eccleſiae Epiſcopum, & Lupertianum Aretinum Epiſcopum; nec non quae tempore Karoli Magni inter Aribertum praefatae Eccleſiae Aretinae Epiſcopum, & Andream Senenſem Epiſcopum, nihilominus canonice data eſt. Haec noſtra authoritate perpetuo firma, ac rata habeantur, nec ulla deinceps calumnia Senenſium Epiſcoporum audiatur. His ita corroboratis, Apoſtolica cenſura, ſub Divini nominis conteſtatione, atque diſtricto decreto, anathematis interpoſitione, interdicimus; ut nulla quamlibet quantumlibet, & quantumlibet, magna vel parva perſona, ſeu cuiuſcumque conditionis homo, tam de praefatis Plebibus, & ſancti Anſani Baſilica, quam etiam ex cunctis, quae ſanctae Aretinae Eccleſiae de iure competunt, rebus mobilibus, vel immobilibus, ſeſe moventibus, eam inquietare, ſeu diſveſtire, vel calumniare praeſumat. Si quis autem, quod non optamus, contra hoc noſtrae conſtitutionis edictum, temerario auſu inſurgere tentaverit, quod molitus fuerit annihiletur, & inſuper Divino anathemate percuſſus, niſi forte ſatisfaciendo reſipiſcat, damnetur. Conſervator vero huius noſtri Apoſtolici privilegii benedictionis gratia donatus, intra Paradiſi moenia, cum Sanctis omnibus in ſempiternum gaudeat. Amen

Data in Epiſcopatu Aretino, VI. Idus Iunii per manus Petri Clerici, fungentis vice Petri S. R. E. Cardinalis, anno ab Incarnatione Domini MLXX. Pontificatus autem Domini Alexandri Secundi nono, Indictione octava.

Vt melius autem ea omnia, quae in iſtis iudiciis acta ſunt, intelligantur, lubet heic proferre, quae huc facientia habet *Hieronymus Lilius* in ſecunda Parte ſui *Diarii Senenſis*, ubi de ſtatu Eccleſiae Senenſis agit *pag.* 702. & ſunt quae ſequuntur:

La Dioceſi di Arezzo, che molto ſi avanza per la Toſcana, comprende diverſi luoghi dello Stato di Siena. In maggior numero ve ne ha avuti in altri tempi, ma le furono tolti dal Ponteſice Pio II. per aggrandire di eſſi le Dioceſi di Montalcino, e di Pienza, che iſtituite avea. Ora al Prelato Aretino ſono ſottopoſti Aſciano, Caſtelnuovo Berardenga, Rigomagno, Rapolano, Poggio S. Cecilia, Farnetella, Armaiolo, Modanella, S. Guſmè, le Serre, la Torre a Caſtello, e S. Anſano a Doſono, terminando la giuriſdizione Aretina alle Taverne dell' Arbia. Che più innanzi ne veniſſe di verſo Siena anticamente, ſi è indubitato, perchè a lei ſi perveniva la Chieſa, e Cura di S. Eugenio, che è viciniſſima ad una delle ſue Porte. Si vuole anche da molti, che ella entraſſe nella Città, e che la Chieſa e Parrocchia di S. Donato ſi atteneſſe

ſe nello Spirituale ad Arezzo. Ciò però da altri ſi nega, perchè la Chieſa e Moniſtero di S. Lorenzo, che è più in là da quella banda, ed altri Luoghi Pii di quelle vicinanze, ſonoſi ſempre tenuti al Veſcovato di Siena. Queſti due Prelati a' tempi più lontani da' noſtri ebbono tralloro diverſi contraſti a cagione delle Diogeſi, e ſegnalatamente per S. Anſano a Doſana, a cui amendue uſavano ragione, I noſtri l' occuparono parendo loro di avervi ſopra un giuſto diritto, e per la vicinanza alla Città, e per eſſervi il Corpo di S. Anſano Battezzatore, e principal Protettore di Siena. Ma e dal Pontefice, e dall' Imperadore Carlo Magno, fu data ſentenza a favore dell' Aretino; come ſi legge nel Privilegio di queſto Imperadore, che citaſi dall' Vghelli, e da noi rammentaſi parlando di Andrea Veſcovo di Siena. La Collegiata di Aſciano ſi è l' unica che abbia il Veſcovo di Arezzo nel Saneſe. Ella è del titolo di S. Agata, e già non era che ſemplice Pieve, e fu fatta Collegiata nel 1548. I Canonicati non furono che quattro con un' oneſto aſſegnamento, che fu tolto dalle rendite della Pieve. A queſti altri due ne furono aggiunti; onde preſentemente ella è formata dal Propoſto, dall' Arciprete, e da ſei Canonici. La collazione di eſſi ſpetta alla Comunità, ed un ſolo Canonicato è iuspadronato di particular Famiglia, da cui fu fondato. L' antica Pieve di Aſciano fu in molta conſiderazione, ed aſſai ragguardevole, avendo molti beni, e dipendendo da lei moltiſſime Chieſe. Queſte vengono tutte rammentate in un ſuo Breve dal Pontefice Aleſſandro III. il cui Originale conſervaſi nell' Archivio della Collegiata. S. Anſano a Doſana fu un' antico Monaſtero poco diſcoſto dall' Arbia fabbricatovi a' tempi antichiſſimi, onde ſarà ſtato de' Monaci Benedettini. Quivi ſi venerava il Corpo di S. Anſano, e la devozione a queſto Santo Martire, che quivi pure fu morto per la Fede, avrà dato il motivo alla fabbrica di queſto Moniſtero. Di eſſo ſi fa memoria in un Decreto dell' Imperadore Carlo Magno a favore de' Veſcovi di Arezzo contro queſti di Siena, in cui leggonſi le ſeguenti parole: *Monaſterium S. Anſani, ubi ipſe corpore quieſcit*. Traportatoſi poi il ſagro Corpo a Siena, e rovinato il Moniſtero e dagli anni, e dalle guerre; le rendite di eſſo furono applicate all' Oſpedale della Miſericordia di Siena, e dal Pontefice Gregorio XII. furono concedute alla noſtra Sapienza, come altrove fu detto. Aveva titolo di Priorato, e dell' antico edificio veggonſi ancora in oggi non piccoli avanzi. La Badia di S. Salvatore della Berardenga è di queſta Dioceſi verſo Caſtel nuovo. Apparteneva a' Monaci Camaldoleſi, e fu molto ricca a' tempi più antichi. Di lei ſi è favellato per opera in altro Luogo di queſto Diario. La Badia di S. Giacomo, e di S. Criſtofano di Roſſena è di antica fondazione, perchè di lei trovanſene memorie fino dall' anno 1245. Col tempo mancò e di rendite, e di oſſervanza, non eſſendovi che due ſoli Monaci. L' ultimo ſuo Abate detto Biagio morì lontano dalla Curia Romana, ed il Pontefice Gregorio XI. nell' anno quarto del ſuo Pontificato, che riſponde all' an. 1375. concedette queſta Badia al Moniſtero di Monte Oliveto Maggiore, che preſentemente la gode. Era de' Benedettini, e avea goduti molti beni come vedeſi da un Decreto dell' Imperatore Corrado, che aſſeriſce eſſer ſtata fondata, ed arricchita da' ſuoi Maggiori. Dal Veſcovo di Arezzo le fu aggionta la Chieſa de' SS. Simone, e Giuda, di Sartiaoello nella Pieve di S. Giovanni in Veſcona, ma ella ora è in rovina. La Badia di Rapolano, detta di S. Maria di Rapolano, non è molto antica. Fu fondata da un tal Falciani di Rapolano aſſegnandole alcuni Beni. A lei poi fu unita la Badia di S. Maria di Farneta, che è però nel Cortoneſe, e che già teneaſi da' Monaci Olivetani del Finale della Riviera di Genova, e vi è Cura di Anime. Queſta di Rapolano ſi è una delle quattro Badie che gode l' Ordine Olivetano nel Saneſe. Quella di S. Maria in Farneta, che già era della Dioceſi di Arezzo prima che Cortona aveſſe Veſcovo, fu de' Cluniacenſi, e fu antichiſſima, e molto potente, come puote vederſi da un Breve di Gregorio IX. che rammenta tutte le Chieſe, e le Ville, che da lei dipendeano. Andò poi in Commenda, e nel Secolo ſedicеſimo teneaſi da Luigi del Carretto. Col buon volere di eſſo il Pontefice Giulio II. nel 1512. la concedette agli Olivetani del Moniſtero del Finale della Riviera di Genova, con obligo di pagarne a quel Signore, finche vivea, 150. ſcudi d' oro ogni anno. Altri hanno detto, che queſta donazione ſi faceſſe a quel Moniſtero da Paolo III. allorche ſi portava a Nizza di Provenza. Forſe la raffermò a' Monaci, eſſendo a quell' ora morto quel Signore, che godeva la penſione. L' Abate D. Ippolito Vecchi la comperò da quel del Finale l' anno 1666. col denaro laſciato dal Sig. Aleſſandro Falciani di Rapolano, per la fondazione di queſto Moniſtero, l' anno 1639. Ma la Badia di Farneta è lontaniſſima in oggi da quelle facoltà, che di prima godeva. Il Moniſtero di Rapolano con la ſua Chieſa furono a pieno terminate l' anno 1677. Della Badia, o Priorato di S. Alberto di Montalceto non rimangono in oggi altre memorie, che nell' Archivio del Moniſtero della Roſa; ove trovaſi che nel 1260. un tal D. Matteo era Priore del Moniſtero di S. Alberto di Montalceto, onde anche può dirſi con probabilità, che queſto Moniſtero foſſe

150 ſina *a*; Eccleſia in Senenſi agro, & Dioeceſi, ut mihi quidem

de' Camaldoleſi. Il Luogo di Montalceto è ora nel ripartimento della Podeſteria di Aſciano, dalla cui Plebe dipendeva anticamente la Chieſa, ed il Luogo di Montalceto, che ora è ſemplice Villa, come vedeſi eſpreſſo in un Breve del Pontefice Aleſſandro III. a favore di queſta Pieve. Hactenus *Lilius*.

a Huius Eccleſiae mentio eſt apud *Ughellium* in Epiſcopis Cluſinis, in Inſtrumento inſequenti:

In nomine ſanctae, & individuae Trinitatis.

Arnulphus, divina favente clementia, Imperator Auguſtus.

Cognoſcat generale collegium omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſeculorum, atque futurorum, qualiter Abbas Petrus Coenobii in honorem Sancti Salvatoris in Monte Amiato conſtituti quoddam Praeceptum detulit ad manus noſtras bonae memoriae domini Ludovici Imperatoris per interventum Catonis venerabilis, atque dilectiſſimi Archiep. noſtri deprecans clementiam noſtram, ut h c noſtra auctoritate roboraremus. Continebatur autem in eodem Praecepto, qualiter antelibatus dominus Ludovicus Imperator illud coenobium cuidam fideli ſuo Adulprehr nominato ad regendum commiſit, ipſe autem ob iniuriam eorum, qui ipſum monaſterium prius providere debebant, cum fratres ibidem Domino famulantes, inopia cuiuſcumque boni confectus, & divina obſequia neglecta, penitusque collapſa, repeririſſet, eorundem fratrum uſibus haec loca contulit, ut ſufficientiam victus, & habitus habentes, regulariter vivere, & ſine alicuius animoſitatis impedimento divinis laudibus ſana mente inſiſtere quiviſſent. Hoc eſt Eccleſiam Sancti Benedicti, Cortem de Palea, Cellam Sancti Stephani in Monticello, & Eccleſiam Sanctae Mariae in Lamula, Curticellam de Muſtia, necnon Curticellam de Antinano, & in terras Angariales, ſeu in Seroniano, & manentes eius, Inſuper Cellam Sancti Salvatoris de Valle Raucana, & Curticellam de Cuniclo, cum ipſo gaiolo de Portiano, & Cellam Sancti Stephani in Tarquino, & Cellam Sancti Severi ſuper lacum, cum ipſa Curticella de Biſentio, & Cellam etiam ſancti Miniati, cum Cella ſanctae Mariae de Valle Ratina, cum ipſis rebus de curticula, & omnibus pertinentiis, & appendiciis ſuis, ea videlicet ratione, ut ipſum collegium Coenobitarum haec omnia ſuis tantummodo utilitatibus habentes, indeque victum, & habitum regulariter percipientes, abſque murmurio die, noctuque divinis vacarent obſequiis; ſed praefatus vir, ut hoc quod bono ſtudio, & zelo divino fecit, perennem ſtabilitatem teneret, precatus eſt clementiam predicti Imperatoris hanc collationem, ut cum ſuae auctoritatis ſcripto roboraret, atque firmaret, quod & ita fecit, veluti in eodem Praecepto ſcriptum habetur. At nos huic iuſtae, ac rationabili petitioni libenter annuentes hoc noſtrae munificentiae Praeceptum ſcribi iuſſimus, per quod decernimus, atque firmiſſime iubemus, ut ipſa collatio fratrum, omnes res ante promulgatas, ſine inquietudine, & abſque ulla publica repetitione, aut rectoris loci ipſius ſubtracta, in ſuos uſus, ac neceſſitates habeant, ordinent, & diſponant, quatenus inde ſufficientiam habentes divinis laudibus inſiſtere, atque pro noſtra, omniumque Chriſtianae Religionis ſalute, melius delectentur orare. Inſuper etiam antedictum Abbatem, & fratrum ſuo regimini ſubditorum ſub regulari diſciplina ſecundam Dominum ſervientem rogatu ipſum monaſterium cum Abbate, & cum omni ipſa monachorum turba, omnibusque hominibus, vel rebus ad ipſum coenobium rite pertinentibus, pro remedio animae noſtrae, parentumque noſtrorum, mundibundum, ac defenſionem ſuſcipimus, & idcirco praecipientes iubemus; ut nullus de fidelibus noſtris comes, miſſus, aut iudex, vel de iudiciaria poteſtate, in villas, aut cortes, ſeu loca ipſius monaſterii, tam per donationes, quam per confirmationes Regum, quaecumque etiam per bonorum hominum largitatem ipſi monaſterio collata, ſeu quolibet iuſto ſtudio augmentata, ad ipſam cauſam Dei legibus aſpicientia, ad cauſas audiendas, vel feudi exigendi, ſeu fideiuſſores tollendos, ſive manſiones, aut paratas faciendas, aut ullas publicas redhibitiones, vel ſanctiones requirendas, quoque tempore invadere, aut ingredi ullatenus praeſumant, ſed noſtro mundibundo, & defenſione ipſa D. . . . quieta tranquillitate potiatur . . . . Eccleſias . . . . ad dictum coenobium pertinentes, idem Eccleſiam S. Petri in Carmarita, atque Cellulam ſancti Savini, & ſanctae Reſtitutae, vel ſancti Petri, & ſeu ſancti Stephani in Tarquino, cum omnibus rebus parvis, atque magnis, quaecumque dici, ſeu nominari poſſent, praeſenti tempore illuc aſpicientibus, ſeu quas antea divina clementia in augmentum ipſius ſaepe nominati monaſterii venire conceſſerit ſub noſtrum mundibundum, ac tuitionem aſſumentes ſ . . . . . & confirmamus. Pari modo etiam concedimus, ut quandoquidem Abbas ipſius monaſterii de hac luce divina iuſſione diſceſſe-

Digitized by Google

ſerit, habeant licentiam inter ſe eligendi Abbatem, de eadem collectione, quemcumque inter ſe caeteris digniorem, & promptiorem indagare puſſunt, ... familiam divinitus gubernandam, & noſtram ſecundum virtutem humanitus peragendam. Si qua autem quaelibet mortalium perſona temerario auſu huius praecepti violatrix exiſtere conata fuerit, ... centum libras auri perſolvat, medietatem Camerae palatii noſtri, & alterem partem, quibus iniuria facta eſt. Et ut huc Praeceptum abſque ulla inquietatione in ſua ſolidicate ſtabile perſeveret, manu noſtra illud firmavimus, ac more noſtro inſigniri iuſſimus.

Sign. D. Arnulphi inviciiis. Imperatoris Auguſti.

Quirichengris Cancellarius ad vicem Themari Archicancellarii recognovit.

Data IV. Kal. Martii die, anno Incarnationis Domini DCCCXCVI. Indict. XIV. anno regni Arnulphi Regis in Francia nono, in Italia tertio. Actum Romae in Dei nomine feliciter, Amen.

Eccleſiae Sancti *Miniatis* in hac Dioeceſi mentio quoque occurrit io Charta apud *Muratorium Tomo V. Antiquit. Medii aevi pag.* 450. quae ita habet:

Conradi Auguſti II. Diploma, quo omnia iura ac bona confirmat Guinizoni Abbati Monaſterii Sancti Salvatoris in Amiate Cluſinae Dioeceſeos, Anno MXXVII.

In nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Cunradus divina ſavente clementia Imperator Auguſtus. Dignum eſt, ut qui prudenter Dei obſequia ordinare procurant, & hoc ad ſtabilitatem noſtra corroboratione confirmaremus expoſcunt, ut tanto libentius obaudiamus, quanto Deo placita intelligimus, & prudentia Deo protegente bono ſtudio ad effectum perducere procuravimus. Igitur omnium fidelium ſancte Dei Eccleſie ac noſtrorum, preſentium ſcilicet & futurorum, comperiat ſollertia, quia dum nos dilecto fideli noſtro Guinizoni Abbati Cenobii Domini & Salvatoris in Monte Amiate conſtructum ad regendum cummiſerimus, & ibidem neglecta Dei obſequia, & procuratiunem Deo ibidem famulantium, Predeceſſorum ſuorum incuria, multis modis repperiſſet, ſtudioſius decertavit Congregationem Monachorum Deo ibidem ſervientium regulariter corrigere, & ſolummodo divinis obſequiis deditos, ... ad ſufficientiam ſuorum largiremus, quatenus Prelati iam fati Monaſterii Domini Salvatoris, qui per tempora fuerint, ac ſucceſſores illius Abbates vel Prepoſiti cum ſubiectis Monachis, victum ibidem Deo ſerventium in futurum ſufficienter habere mereantur. Ob amorem Dei, remediumque animae noſtre, ac ſucceſſorum noſtrorum Regum aut Imperatorum, conferimus eis ad ſufficientiam ſuorum Cellam Sancti Benedicti in Bucino, Curtem & Plebem Sancte Marie in Lamule, Curtem Sancti Stephani in Monticolo cum Caſtro Montelatronis, Curtem de Muſtra cum Caſtro Montenegro, Curtem de Lamioiana cum Caſtro Montepenzutulo, ſicut Vbertus ad manum ſuam detinuit, Curtem Sancti Miniati, Curtem Sancti Quirici in Paſcinule, & Sancti Simeonis, & Sancti Peregrini, & Curtem Sancte Marie de Offena cum Rocca, que vocatur Sanine, Curtem de Palea, & Sancti Sebaſtiani, Curtem Sancti Stephani in Tniona, Curtem Sancti Clementis in Titiniano cum terris, & angariales, Curtem de Muſſona cum terra de Redula maiore & minore, & Bitena, & Canneta, & Herminula, medietatem de Curte Sancti Lazari cum ſua Eccleſia, Curtem de Feroniano, Curtem de Citiliano, & Curtem Sancti Salvatoris in Vigugnanu, Curtem Sancti Severi ſuper Latum, & Curticellam de Biſenzo, Curtem Sancti Iohannis in Vafriano, & Sancti Satenreni, Curtem Sancti Columbani, & Curtem Sancti Salvatoris in Villa Raçana, Cellam Sancte Marie in Valeriano, Curticelle in Cartutule cum terra & vinea, que eſt prope fluviu Varano, Curtem Sancti Salvatoris in Campagnatico, Curtem Sancti Petri in Cervaria, & Curtem Sancti Stephani in Viniano, Curtem Sancti Severi in Paterna cum Campo Albiniano, Curticella, que nominatur Cruſcule, & Curticella in Curſiniano cum omnibus pertinentiis & adiacentiis ſuis. Cellam Sancti Petri in Latera, & Cellam Sancti Petri in Garmarita cum Sancto Anaſtaſio. Cellam Sancti Savini, & Sancte Reſtitute, & Sancti Petri, & Sancti Stephani in Terquino. Cellam Sancte Marie in Corgnitu per locas deſignatas. De una parte ripa cum petra, quee diviſa eſt a ripa. De alia parte via publica, que venit per portam, & terra Azonis filii Benzi cum ſuis conſortibus. De quarta vero parte eſt terra filii Alonis. Ea videlicet ratione, ut ab hac in futurum predicta ſancta Congregatio his omnibus denuminetis Cellulis & Curtibus cum ſuis omnibus pertinentiis & adiacentiis, tantummodo ſuis utilitatibus habentes, victum veſtitumque regulariter ſumentes ab ulla dilatione, ſolummodo divinis die noctuque perſiſtant obſequiis, ac pro ſtabilitate totius Imperii nobis a Deo commiſſi ſtudeant exorare. Sed quod bono ſtudio, bonaque vuluntate fecimus, perhennem habeat ſtabilitetem, petiit pietatem noſtrem, ut eamdem ordinationem noſtram conſirmaremus conſcriptione, ſicut & fecimus. Denique etiam concedimus predicto Monaſterio omnes decimas, frea, & iudiciarie, vel omnem com-

Digitized by Google

compoſitionem & exhibitionem publicam ex omnibus manentibus deſuper memoratis Cellulis & Curtibus ob remedium anime noſtre, ſuceſſorumque noſtrorum Regum vel Imperatorum, qui per tempoea fuerint, ad portam ipſius Monaſterii conferendam ſempee ad uſus peregrinorum ſuſtentandos in elemoniam & augmentum anime noſtre propter offenſiones malorum ac pravorum hominum, que ſufferre minime, & ſuſtentare potuerant. Quapropter eidem ſancto Luco hoc noſtrum Preceptum fieri iuſſimus, per quod precipimus, ut ab hoc in futurum eadem ſancta Congregatio cum omni quietudine abſque ullo publico reperitu, ac Rectoris loci ipſius ſubtractu, eaſdem Cellulas & Curtes in ſuis utilitatibus ac neceſſitatibus habeant, & ordinent, faciant, & diſponant, quatenus exinde ſufficientiam habentes in divinis obſequiis; & nobis eorum famulatio perficiat ſempiternale remedium. Si qua vero, quod futurum minime credimus, magna parvaque perſone contra hoc noſtrum &c.

Signum Domini Cunradi Invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Hugo Cancellarius vice Domini Aribonis Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovit.

Data Anno Dominicae Incarnationis MXXVII. Regni vero Domini Cunradi Secundi Regnantis III. Imperii eius Primo, Indictione X.

Data in Civitate Leoniane, Nonis Aprilis.

Aliud Inſtrumentum eiuſdem Imperatoris eſt apud *Vghellium* in *Epiſcopis* pariter *Cluſinis*, & eſt quod ſequitur, quodque in paucis differt a Diplomate, quod iam ex *Muratorio* protulimus.

In nomine ſanctae, & individuae Trinitatis.

Conradus, divina favente miſericordia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Dignum eſt, ut qui prudenter divina obſequia agere procurant, & ad ſtabilitatem perpetuam hat noſtra confirmatione corroborari expoſcunt, ut hic tanto libentius obſequamur aſſenſu, quanto Domini placita intelligimus, pro quo ad effectum id peoducendum procuramus. Igitur omnium ſanctae Dei Eccleſiae fidelium, ac noſtrorum, praeſentium s. & futurorum comperiat ſolertia, qualiter nos per interventum dilectiſſimae coniugis noſtrae Gillae, & chariſſimi filii noſtri Henrici Regis, Winizo nobis dilecto Abbati coenobium domini, & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti in Monte Amiato conſtitutum ad regendum commiſimus, & cum ibidem neglecta Dei obſequia ſuorum praedeceſſorum incuria reperiſſet, ſtudioſe decertavit ordinare, & congregationem inibi Deo ſervientium monachorum regulariter corrigere, & ſolummodo divinis obſequiis deditis ad ſufficentiam largiremur, quate us hoc ad ſalutem noſtrae animae, noſtrorumque ſucceſſorum, Regum videlicet, vel Imperatorum perveniat, & iam dicti monaſterii domini, & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti Abbas, vel Praepoſitus, & monachi, qui peo tempore inibi Deo militaverint, ad ſuffitientiam victus, & veſtitus ſat habere valeant, Dominumque omnipotentem pro nobis, cunctiſque fidelibus exorare non ceſſent. Cui ſancto loco ob praefatam cauſam contulimus Cellam ſancti Benedicti Plebem cum adiacentiis ſuis, & Eccleſiam S. Caſſiani cum pertinentiis ſuis, Curtem, & Plebem ſanctae Mariae in Lamule cum caſtro in Monte Latronum cum apendiciis ſuis, & Eccleſiam ſancti Miniati cum adiacentiis ſuis, terram de Liminaria cum caſtro de Monte Pinzutulo, ſicut Hubertus tenuit ad ſuam manum, Curtem de Muſſona cum terra de Redola maiore & minore, & Bitena, & Heminicula, & Eccleſiam ſanctae Mariae de Offena cum Rocca de Saſſine, Eccleſiam ſancti Pelegrini, & S. Simeonis cum pertinentiis earum, Curtem de Ionemniano, Eccleſiam S. Petri in Latera, & Eccleſiam S. Petri in Margarita cum S. Anaſtaſio, Cellam S. Savini, & ſanctae Reſtitutae, & S. Stephani in Taequino, cellam S. Mariae in Corneto, per locos deſignatos, de una parte ripa cum petra, quae diviſa eſt a ripa, de alia parte murus, qui claudit ipſum Caſtellum; de tertia parte via pubblica, quae venit per portam uſque ad terram Azonis filii Bonizi cum ſuis conſortibus. De quarta vero parte eſt terra filii Alonis, & continet pedes 200. per longum, & 200. per latum tam terra de Margaritula, terra S. Ioannis in Vaciano, & S. Saturnini, & terra S. Columbani, & terra S. Salvatoris in Valle Bacuna, & Eccleſiam S. Petri in Cervaria, & Eccleſiam S. Stephani in Viniano, S. Severae in Poterno, & terram ſancti Salvatoris in Corſignano, cum omnibus pertinentiis ſuis, curtem S. Clementis in Ficuriano cum terris Angarialibus, S. Quirici in Piſſinule, & Curtem S. Salvatoris in Campagnatico, ea videlicet ratione, ut deinceps per ſuccedentia tempora, & praedicta congregatio his omnibus denominatis Eccleſiis, & Curtibus, cum ſuis omnibus pertinentiis, & adiacentiis ſuis in veſtitu, & victu ſufficientiam habeant, regulariter vivant, & pro nobis, cunctiſque Chriſti fidelibus ſemper exorent, & pro ſtabilitate totius Imperii noſtri, nobis a Deo commiſſi, ſtudeant preces fundere, & ut quod bono ſtudio fecimus, perennem haſtenus ſtabilitatem habeat, pietatem noſtram petiit, ut eandem ordinationem monaſticam noſtra confirmaremus praeceptione, quod & fecimus. Denique praedicto, & monaſterio concedimus omnes decimas in ea iudiciaria . . . . exhibitionem publicam ex omnibus manentibus in ſupradictis cellis, & curtibus ob remedium animae noſtrae, ſucceſſorumque noſtrorum, Regum videlicet, & Imperatorum, qui pro tempora fuerint, qui

ad

dem antiquum *Henrici IV.* Auguſti Diploma *a* legenti videtur; in Dioeceſi quoque Lucenſi, ubi nunc Sancti Miniatis urbs eſt in Valle Arni inferiori, Eccleſiam huius Martyris honori conſtructam ab antiquis temporibus exſtitiſſe, & oppidum illud nomen ab ea mutuatum eſſe, non eſt dubitandum; ſicuti & aliud Florentinae Dioeceſis oppidum, Florentia XI. M. P. ad Occaſum diſtans, Sancti Miniatis nomine inſignitur, quod Eccleſia eidem Martyri ſacra ibi aedificata fuerit; quae Eccleſia Sancti *Miniatis* in Monte Lu- 250

po

ad poetam manaſteeii per eleemoſynam in ſubſtentacıune pauperum dentur ob ſalutem noſteae animae, & pra ſaluſe etiam omaium 'Dei fidelium facimus, ne eis, qui ia eadem Coenabio 'Dea ferviunt, oppeeſſionec pravorum baminum, vel comitum nocere valeant. Quapropter eidem ſancta loca boc auſtrum Praeceptum fieri iuſſimus, per quod praecipimus, ut binc ia futurum, eadem ſancta tuagregatia, cum omni quietudine, abſque ullo publico repetitu, ac rectoeic loci illius ſubſtractu, eaſdem cellas, & cuetes in ſuit utilitatibus habrant, ordinent, & diſpanant, quatenuc eorum abſequia nobit proficiunt, & omnibus 'Dec fidelibuc ad ſempiternum remedium. Si qua veeo, quod futurum minime credimuc, magna, parvaque perſons noſtrum boc noſtrae Imperialis auctoritatic praeceptum tontendeee, vel temeraeia auſu infringere, vel vacuare, vel diminaeaee, ſeu in beneficiare ſupradictum Coenubium omni pertinentia ſua tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri aptimi libras mille, medietatem Camerae noſteae, medietatem eiſdem etiam rectoeibus, & ut eadem praeceptia, vel auctoritac Deo opitulante per cuncta tempora incanvulſum teneat firmamentum manu pra riu inferius robueantec ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum D. Cunradi II. Imp. Auguſti.

Bruna cancellarius ad vicem Arbaaic Archiepiſcopi, & Archicancellarii eecugnavit.

Data anno Dominitae Incarnatianic MXXXVI. regni veea D. Conradi II. regnantic tertio, Imperii eius IX. Ind. IV. Acta in civitate Papia.

a Hoc Diploma habetur apud *Muratarium Toma VI.* laudati operis *pag.* 597. & eſt, quod ſequitur;

Henrici IV. Germaniae ac Italiae Regic Privilegium Peteo Abbati conceſſum pro Monaſterio Sancti Eugenii in Comitata Senenſi, Anno MLXXXI.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Quartus Rex. Quicquid Sanctis locis, religioſiſque Viris ioibi Deo, Sanctiſque eius famulantibus, pro more & traditione Anteceſſorum noſtrorum firmanda conceſſerimus, ad eterne retributionis beatitudinem nobis provenire ſperamus. Igitur omnium Sancte Dei Eccleſie, noſtrorumque fidelium, preſentium ſcilicet ac futurorum, comperiat ſollertia, qualiter Abbas Petrus cum Monachis in Cenobio Sancti Eugenii, quod eſt ſitum in Comitatu Seneuſi, nomine Piloſianus . . . . nobis indicavit, quod famis ac nuditatis indigentia ibidem Deo ſervire non poſſent, eo quod curtes, terraſque, quas Anteceſſores noſtri ad ſumptum eorum contulerant, pravi homines abſtuliſſent. Nos . . . . . . in noſtram deveniat dominationem ac proprietatem res & predia, quae a Preceſſoribus noſtris ibidem collata, ſunt confirmata & corroborata, confirmare & corroborare ſtatuimus, ea videlicet ratione, ut cum omni quiete & tranquillitate teneant, firmiſſime poſſideant abſque ulla contradictione perſone. Hoc eſt, Eccleſiam Sancti Petri, que dicitur Campus, cum omnibus appendiciis ſuis, & Curte de Vntione: Eccleſiam Sancti Savini cum Corticella in Aodrina & in Citinella & in Vagina & in Poagia: Eccleſiam Sancti Petri in Arganello cum appendiciis ſuis in Tudins, in Grigi: Eccleſiam Sancti Michaelis in Veronulla, cum pertineotiis earum, & in Sicali: Eccleſiam Sancte Cecilie in Meudina: Eccleſiam Sancti Angeli in Lucinula, in Certina & in Calcina, & Curte Veſcona, io Taverna, & in Arbiola: Eccleſiam Sancte Agnetis: Eccleſiam Sancti Petri in Monte Sinderi, & Curte delle Stine, cum ipſo Caſtello: Eccleſiam Sancti Anaſtaſii in Haniaria, & Curte, que eſt in Plebe de Sancto Petro in Valle; Eccleſiam Sancti Angeli, que eſt in Vaiano; Eccleſiam Sancti Angeli in Certona: Eccleſiam Sancti Petri in Baruntulo, com ipſo Poio in Cerialta: Eccleſiam Sancti Pauli in Burgo de Sena: Eccleſiam Sancti Miniati: Eccleſiam Sancti Angeli, & medietatem Eccleſie Sancti Romuli cum omnibus pertinentiis, & uſibus earum. Et locum Sancti Auguſtini, in

O o o o quo

250 po dicitur, quamque ſuperius opportune commemoravimus [a]. Niſi autem fallor, Eccleſia, qua de agimus, illa eſt, quae antiquitus S. *Miniatis* in Quarto, in Dioeceſi Lucenſi, vocabatur [b]. Denique in hac eadem Dioeceſi alia eſt Eccleſia D.

qoo Caſtrom edificatum eſt & Terra de Curſiniano, & duos Manſos in Campriano: & Eccleſiam Sancti Pauli in Caſtello de Origia cum ſuis pertinentiis: & Eccleſiam Sancti Eugenii cum ſuis appendiciis in Poliano; & terram in Saturniano, & Curtem de Serdille, partemque Caſtelli de Barcula, & partem de Caſtellu Letimiano, nec non partes Eccleſiarum & terre, & tertiam partem Eccleſie Sancti Petri in Milenino, ac duas partes Eccleſie Sancte Marie in Malcnina cum ſuis pertinentiis. Inſuper concedimus illis, & omnino annuimus, ut Monaſterii ſupraſcripti incole decimationes de manſis, terris, vineis, & de omnibus rebus ad predictum Monaſterium pertientibus, ſicut hactenus predeceſſures eorum . . . . Preceſſoribus noſtris Imperatoribus uſi ſunt habere, per hunc noſtre auctoritatis Preceptum deinceps habeant, & quiete puſſideant. Iubemus etiam firmiter, ut hec noſtra confirmatio in futurum ſtabilis & inconvulſa permaneat. Et ut nullus Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nollaque magna vel parva perſona illos predictus Cenobitas inquietare, moleſtare, vel ollam iniuriam de prenominatis rebus iniuſte inferre preſumat, Si quis vero hoc noſtre auctoritatis Preceptum violare temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi centum Libras, medietatem noſtre Camere, medietatem Abbati & Fratribus eius. Et ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, ſigillo noſtro iuſſimus inſigniri.

Signum Domni Heinrici Quarti Regis invictiſſimi.

Burchardus Epiſcopus & Cancellarius recognovi.

Anno Dominice Incarnationis Milleſimo LXXXI. Indictione IIII. Secundo Nonas Iunii, Anno autem Domni Heinrici XXVII. Regni vero XXV.

Actum Rome, in Chriſti nomine feliciter, Ameo,

Quom *Hieronymus Lilius* in ſecunda Parte *Diarii Senenſis pag.* 613. adfirmet, urbem Cluſium, & eius agrum, additum fuiſſe agro & ditioni Senenſi, anno demum MCXC. quo Senenſes urbem illam ab Vrbevetanis poſſeſſam ceperunt; putavi, hanc Eccleſiam Sancti *Mineatis*, quae Coenobio Sancti *Eugenii* ſubiecta erat, diverſam eſſe ab ea, quae in Dioeceſi Cluſina Monaſterio Sancti *Salvatoris* in Monte Amiate ſubdita fuit: & ex eo praecipue, quod Eccleſiae, quae in hoc *Henrici IV.* Diplomate recenſentur, in Dioeceſi Senenſi fere omnes fuiſſe mihi videantur.

a Pagina 79. 80. 81.

b Huius Eccleſiae memoria exſtat in antiquo Inſtrumento apud *Muratorium Tomo VI.* Antiquitatum Medii Aevi *pag.* 405. quod ita habet:

Literae Iohannis Epiſcopi Lucenſis, per quas Rectorem Eccleſiae Sancti Miniatis in loco Quarto conſtituit ſive confirmat, Autchis Clericum, Anno DCCLXXXIII.

In Dei nomine, Regnante Domno noſtro Carulo Rege Francorum & Langobardorum, Anno, quo Langobardiam cuepit, nono, ſicque filiu eius Domnu noſtro Pipino Rege, Anno Regni eius ſecundo, XVII. Kalendas Februarii, Indictione VI. Manifeſtum eſt mihi Iohanni in Dei nomine Epiſcopi, quia . . . . cum Cartola previdimus, qualiter ante hos annos Bonushomo, Aidualdus, Roppuald, Teudilapus, Manolfus, Kalenzo, Muroaldus, Teoduſi, Autchis, Geminianus, Ferminus, Fermicianus, Tacuald, Candolus, Wilinandus, & Gundualdus, a fundamentis cunſtruxerunt Eccleſiam in honore Dei & Sancti Miniatis in loco Quarto, & in ipſa Eccleſia, & in omni re ad eam pertinante, unacum licentia conſilii bune memorie Balſari huius Lucenſis Eccleſie Epiſcopi, Nandolſum Cuſtodem & Guvernatorem elegerunt. Quidem & quod Bonichis Presbiter una cum conſenſu Walprandi Epiſcopi in predicta Eccleſia, & in omni re pertinente, & Auſtripertum Clericum ſibi per Cartulam adobtivam filium heredem & ſucceſſurem confirmavit. Poſtea vero ipſe Auſtripertus Clericus per Cartulam in prefata Eccleſia, & in rebus ad eam pertinentibus, Autchis Clericum filium ſuum Rectorem & Guvernatorem ordinavit & confirmavit, ſed abſque Epiſcopali conſenſum, pro eo quod bune memorie Peredeus Epiſcopus deceſſor meus in Francia erat detentus in ſervitio Domni Regis. Nunc autem petis a me tu, qui ſupra, Autchis filius ſupraſcripti Auſtriperti, ut ſecundum conſtituta de memoratis Cartulis, & qualiter per conſilium & conſenſum Epiſcoporum anteceſſorum meorum ipſa Eccleſia & caſa ordinata fuit, ſic tu a me ibi per meum conſilium & conſenſum ordinatus &

& confirmatus eſſe deberis, me ego tuam audiente petitionem, & tuum conſiderante ſervitium, ipſam ſupraſcriptam Eccleſiam Sancti Miniatis, una cum omnibus rebus ſuis, qualiter per noſtrum conſenſum per memoratas Cartulas pertenet ordinanda, ſic eandem Eccleſiam cum omni re ſua & tua, & de illo homine confirmo eſſe poteſtate, quem tu in ea recto ordine ordinaveris, ut diebus vite veſtre in veſtra ſit poteſtate abendi, poſſedendi, regendi, guvernandi, & uſum fructuandi ſecundum Deum recto moderamine, & luminaria Sanctorum die ac nocte faciendi, nam non exinde aliquid naufragandi, neque alienandi, ſic tamen, ut poſt tuum, aut chiſ. . . . . , ſic debeat pertenere, ſicut modo per anteriores Cartulas, cum rebus . . . ario-nia Cartula omni tempore in predicto ordine firmiter permaneat . . . . , & Rechiprandum Presbiterum noſtrum ſcribere commonuimus.

Actum in Domo ſencte Eccleſie.

Ego Iohannes . . . . . Chriſti humilis Epiſcopus in hanc Cartula confirmationis manu propria ſubſcripſi.

Ego Exelmi indignus Presbiter me teſte ſubſcripſi.

Ego Petrus Subdiaconus &c.

Ego Rachiprandus Presbiter poſt tradita complevi & dedi.

Ex hac charta etiam coniugium, ſeu concubinatus, Clericorum illius temporis, exſtat. Epiſcopi Lucenſes, qui in ea memorantur, ſunt *Balſarius*, qui anno DCC. vivebat: *Walprandus*, qui etiam Tuſciae Dux erat, quique anno DCCXLII. floruit: *Peredeus*, qui in Aula Regis Franciae verſatus eſt, & poſt *Walprandum*, ſecundum hoc Inſtrumentum, Lucenſem Eccleſiam rexit, praeceſſitque ἀμέσως Epiſcopum *Ioannem*, qui hanc chartam ſcribi iuſſit. Quum autem aliam Eccleſiam D. *Miniati* ſacram in Lucana Dioeceſi olim exſtitiſſe, niſi eam, unde nomen accepit oppidum S. Miniatis, minime conſtet, ſi excipias Eccleſiam D. *Miniatis* in Faugnana, ſuburbio oppidi Miniatenſis; adfirmare probabiliter poſſumus, Eccleſiam D. *Miniatis* in Quarto, in illa Dioeceſi, eſſe hanc eamdem Eccleſiam; adeoque ex adlato inſtrumento patet, eam aedificatam fuiſſe anno circiter DCC. Hinc habemus prima initia huius oppidi, quod ab huius Eccleſiae celebratione, & frequenti populorum ad eam concurſu, ortum habuit, ut multa alia oppida, & caſtra, & vici, qui alicuius Sancti nomine decorantur. Principio enim Eccleſiae & templa tantum fuere; deinde inſequutis temporibus circa ea aedificari domus, & caſas, a vicinis incolis coeptum eſt; quae tandem muro cinctae ſunt, & oppidi, caſtrive, ſpeciem & formam acceperunt. Verum tamen, oppida huiuſmodi & caſtra, nonniſi poſt *Caroli Magni* tempora perfecta fuiſſe credendum eſt, niſi certis documentis rem aliter ſe habuiſſe demonſtrari poſſit, ut in meo *Hodoeporico pag.* 89. 90. 256. animadvertebam. Itaque ſenſim, & tacito temporis lapſu, circa Eccleſiam S. *Miniatis*, in colle ad ſiniſtram Arni ripam ſito, in Valle Arni inferiori, in Lucana Dioeceſi, & diſtantia ab Vrbe Luca & Piſis XXII. M. P. a Florentia XXIII. M. P. varia aedificia conſtructa ſunt; & tandem domorum frequentia ſaeculo X. adeo excrevit, ut oppidi ſpeciem praeſeferret, & ab Imperatore *Othone I.* anno DCCCCLXII. muro circumducto oppidum munitum ſit, ut veriſimiliter ſcribit *Laurentius Bonincontrius* Miniatenſis in *Annalibus*, & in *Hiſtoria Sicula Lib. II.* In *Annalibus* his verbis: *Id oppidum ab Othone I. conditum, ſic quo Alamannum quemdam Arnulphum inſtituit Adpellationum Tuſciae Iudicem, idoo etiamnum nomen ſervat* al Tedeſco, *ad quem adpellationes deferebantur. Huic Alamanno Stephanus alter ſucceſſit. Is fuit Cei Bonincontrii filius, e quo gentiles mei originem habuere.* In *Hiſtoria* autem *Sicula* ita: *Quod oppidum ideo ab Teutonicis nomen accepit, quod ibi Otho Imperator conſederat, & in eo Imperatorum Praefecti Iudices adpellationum, ad quos cauſae Etruſcorum deferebantur, moram trahebant. Horum primus ab Othone II. illi Provinciae Stephanus praefectus fuit, e quo Cei Benincontri filio, gentiles mei originem habuere.* Hic ſecundus locus aliquatenus corruptus videatur. Veruſtam D. *Miniatis* Eccleſiam, quae huic oppido initium dedit, fama eſt eam eſſe, quae nunc refecta & ampliata D. *Franciſci* vocatur, & a Minoritis una cum addito Monaſterio poſſidetur, ut in meo *Hodoeporico pag.* 159. memoriae prodidi: & D. *Miniatem* unum ex illius oppidi Patronis Divis fuiſſe patet ex eo, quod in ſui Communis ſigillo etiam D. *Miniatis* imago caelata erat, ut conſtat ex inſequenti Inſtrumento iam prodito in vulgus in laudato *Hodoeporico pag.* 182.

In Dei Nomine Amen. Reperti fuere confines inter Commune hominum de Pagnana Civitatis Florentiae, & Commune hominum de Marcignana diſtrictus Sancti Miniatis, communi concordia, & voluntate, per Ser Iohannem Not. olim Curſi de Pagnana, Officialem Communis Florentiae, tranſmiſſum a dicto Communi ad decernendos, & declarandos confines, ſeu confinia, inter dicta Communia; & per Ser Guidonem Not. quondam Bonaventurae, Officialem Communis Sancti Miniatis, tranſmiſſum a dicto Communi Sancti Miniatis, ſimili modo in hunc modum. Incipiant dicti confines a via nova de Cafagio inter campum heredum Bonaioti de Pagnana, & campum Gualterii Alberti de Marcignana, prope ipſam viam ad

ad unam cannam in medio fundi foveae, ubi eſt lapis pro termino poſitus ab inde in antea verſus flumen Arni. Protenduntur ipſi confines recta linea per campum dicti Gualterii & per campum Ser Riccardi Not. de Marcignana, in quo campo prope foſſam, quae eſt inter ipſum campum, & campum Ficeantis Alberti de Marcignana, eſt lapis pro termino poſitus; & deinde protenduntur ipſi confines per terrenum campi filiorum Gherardini de Marcignana, uſque ad campum filiorum Riccomanni, ubi inter dictum campum filiorum Riccomanni, & campum filiorum Gherardi, eſt lapis pro termino poſitus; & deinde protenduntur ipſi confines, & termini, per terrenum campi filiorum olim Arrighi Mazzei de Marcigliana, & ibi, & in confinibus inter ipſum campum filiorum Riccomanni, & campum dictorum filiorum Arrighi, eſt lapis pro termino poſitus; & deinde protenduntur ipſi confines per terrenum campi dictorum olim filiorum Arrighi, & per terrenum campi Ficcantis, & per terrenum filiorum olim Nerii Marzana Civitatis Sancti Miniatis, uſque ad terram campi Ficcantis, & ibi inter campum dictorum filiorum Nerii, & campum dicti Ficcantis, in ipſis confinibus eſt lapis pro termino poſitus; & deinde protenduntur ipſi confines, & termini, per terrenum campi dicti Ficcantis, & per terrenum campi heredum Gratiae de Monachellis de Marcignana, & per terrenum campi Nerii & Ficcantis, & per terrenum Noſtuccii Albertini de Marcignana, ubi in capite ipſius campi in fundo foveae, quae eſt inter ipſum campum Noſtuccii, & campum Domini Tedaldi de Fratinis, eſt lapis pro termino poſitus prope viam publicam per unam cannam, per quam viam itur ad Valle de Marcignana verſus Pagnanam, & prorogantur, & protenduntur ipſi termini per ipſam foveam, uſque ad dictam viam publicam, in qua via, & in medio ipſius viae, inter campum Domini Tedaldi de Fratinis, & campum heredum Landi de Marcignana, eſt lapis pro termino poſitus. Et deinde protenduntur ipſi confines, & termini per ipſam viam verſus Marcignanam remanente ipſa via communi, inter dicta Communia, uſque ad angulum campi Domini Arrigi Malpilii; & ad angulum campi Farinatae, & ad angulum campi heredum Landi de Marcignana, & ibi in medio ipſius viae eſt lapis pro termino poſitus, ad quem terminum adhaeret caput foveae, quae antiquitus eſt vocata Foſſa levata, & per ipſam foveam protenduntur ipſi confines, & termini uſque ad flumen Arni, remanente ipſa fovea communi inter dicta Communia. Praedicti termini, & confines poſiti, confirmati, & adprobati ſunt per dictum Dominum Ioannem Officialem Communis Florentiae ad terminandum confinia ſupra-

pradicta, prout apparet per litteras Communis Florentiae ſigillatas Sigillo cerae viridis, in quo eſt ſculptura, ſive imago, Herculis, quarum litterarum tenor talis eſt.

Bertuldus de filiis Stephani Romanorum Proconſul, Poteſtas; Monaldus de Monaldeſchis Defenſor & Capitaneus; & Priores Artium Civitatis Florentiae, diſcretis viris Syndico, Rectori, hominibus, & perſonis Populi Sanctae Chriſtinae de Pagnana Plebanatus Empoli, Florentini diſtrictus, ſalutem, & amorem ſincerum. Vt confines inter vos, & illos de Marcignana Curiae Sancti Miniatis determinet, & diſcernat, providum virum Ser Ioannem Notarium olim Curſi, horum exhibitorem, ad vos nuperrime deſtinavimus: volentes, atque mandantes, ſub poena iuxta noſtrum arbitrium inferenda, quod eidem circa ſibi commiſſum officium pareatis fideliter tamquam nobis. Praedicto quoque Ser Ioanni Notario Ducinum Caluſtra Notarium Communis noſtri conceſſimus, pro executione ipſius officii melius facienda. Data Florentiae die vigeſimo Martii, quintadecima Indictione. Et Dominum Guidonem Officialem Communis S. Miniatis ad praedicta confinia ponenda, & terminanda, prout adparet per litteras Communis Sancti Miniatis ſigillatas Sigillo cerae viridis, in quo ſunt ſculpturae, ſive imagines, Sanctae Mariae, S. Franciſci, & S. Miniatis, quorum tenor talis eſt. Bernardus Baltredi de Luca Poteſtas, Gerardus de Tornaquinciis de Florentia Capitaneus, & Duodecim viri, qui praeſunt ex parte Communis S. Miniatis, diſcretis viris Syndicis, Rectori, hominibus, & perſonis de Marcignana, diſtrictus S. Miniatis, ſalutem, & amorem ſincerum. Vt confines inter vos, & illos Populi S. Chriſtinae de Pagnana, Plebanatus Empoli, Florentini diſtrictus, determinet, & diſcernat, providum virum Ser Guidonem Notarium olim Bonaventurae de S. Miniate harum exhibitorem ad vos nuperrime deſtinavimus volentes atque mandantes ſub poena iuxta noſtrum arbitrium inferenda, quod eidem circa ſibi commiſſum officium pareatis fideliter tamquam nobis. & praedicto quoque Ser Guidoni Notario Saluculum Siriboni Notarium noſtri Communis conceſſimus pro executione ipſius officii melius facienda. Data die XXIIII. menſis Martii, habito, & percepto conſilio, per dictum Ser Ioannem, Cionis Durantis, Iunctae Ruberti, Naldi Albertucci, Cei Bonfilii, Iuntae Scherlatti, & Naldi Ciamforini de Pagnana, & Baldi Martini de Empoli Vetere, electorum pro Communi de Pagnana ad ipſa confinia oſtendenda; & habito, & percepto per dictum Ser Guidonem conſilio Arrigi Allegretti, & Tempi Albertocci, Syndicorum Communis de Marcignana; & Beni qu. Neri, Ermanetti, Taſſi, Magri, Boni,

ni, & Iunctae Vgonis, de Marcignana, electorum pro Communi de Marcignana ad ipſa confinia oſtendenda. Acta ſunt haec in confinibus Villae de Marcignana, & de Pagnana, praeſentibus vocatis, & rogatis, teſtibus Ducino Caluttra olim Benincaſae, nunc Communis Florentiae, & Lotterio Benifatii, & Saluccio Siribuni nunc Communis Sancti Miniatis. Puccio Bartholomaei de Fagnana, Guidone Orlandini de Vintinana, Prendi Diotaiuti, Valentino Ildini de Marcignana; & etiam in praeſentia praedictorum Conſiliariorum, & plurium aliorum: currentibus annis Domini Milleſimo CCLXXXVII, die Martis, vigeſimo quinto menſis Martii, quintodecimae Indictionis, ſecundum curſum, & uſum Civitatis Florentiae; & correntibus annis Domini MCCLXXXVIII, die Martis, XXV. menſis Martii, quintodecimae Indictionis, ſecundum curſum, & uſum S. Miniatis.

Ego Piccardus Iudex, & Notarius qd. Bonaccurſi Notarii de Marcignana iſtis omnibus interfui, rogatus ſcripſi, & fideliter publicavi,

Iam ſaepius huius oppidi, nunc Episcopalis urbis, obiter meminimus in ſuperiore horum Commentariorum Parte, ut *pag.* 57. 75. 77. 78. 81. 123. 124. 138. 208. 243. 243. 261. nunc vero dedita opera multa congeremus, quae ad illud ſpectant, & noſtrae hiſtoriae illuſtrationi & abſolutioni inſervire poſſunt. Itaque ſciendum eſt, oppidum S. *Miniatis* ſedem fuiſſe Vicariorum Imperialium Tuſciae, quorum primus fuit *Arnulphus*, cui *Stephanus* ſucceſſit, ut laudatus *Boninsegnius* refert; qui pariter ſcribit anno MLVI. illuc ab *Henrico IV.* Imperatore Vicarium miſſum fuiſſe *Gualbertum* Pariſienſem, qui anno MLXI. ſecuri in ſeditione percuſſus naturae conceſſit. Anno MLXXIV. *Matilda* Etruriae Dux de quibusdam, quae ad loca Sanctum Miniatem circumſtantia pertinent, iudicavit, ut ex ſequenti Charta a *Fr. Mar. Florentinio* in *Memorabilibus Matildae* adlata patet:

Dum in Dei Nomine, in Civitate Piſa in xta Palatium eiusdem Civitatis, cum in Placito reſidiſſet D. Matilda Ducatrix, & Marchioniſſa ad cauſas audiendas hic deliberandas, reſidentibus cum ea Vbertus, Gerardus, Lemorectus, Lambertus, Ildebrandus, Hugo, Iudicibus; Lucemugo Cauſidico, Guinitho Cauſidico, Hugo Vicecomes; Conradus, Hugo Notarii; Rainerius de Sancto Caſſiano, Hubertus filius quondam Teueci de Colle, Rudulfus, & Fulcardus germ. fil. b. m. Seracini de Leopuriana, Baroncius de Monte Alto, Ugo filius Leonis de Babilonia, Guido q. Liganulfi, Marognanus de Faſciana fil. q. Leonis, Tactus q. Rodulfi, Ildebertus fil. q. Sigifredi, Sigefredus fil. q. Pellegrini, & reliquis; ibique eorum veniens preſentiis Bernardus Abbas de Eccleſia, & Monaſterio Sancti Pontiani Lucenſis, una cum Guidone Notario Avocato eiuſdem Monaſterii, ceperunt dicere ad eandem D. Matildam, quia iam per plures vices reclamavimus ad vos, & ad Dominam Beatricem, de filiis Stambelli, & de filiis Berti de Sancto Miniato, & de Gualterio, & Blancardo fil. q. Morini, & de Hugone fil. q. Hugonis, & de ſuis conſortibus, qui contendunt ſupradicto Monaſterio ſex manſas cum ſuis pertinentiis in loco, & finibus Faognana prope Caſtro, quod vocatur Sancto Miniato, quae prima manſa in loco, qui vocatur Valleceba, quam regitur per Petrum filius q. Orichi; ſecunda manſa in loco qui vocatur Albareto regitur per Teutum, & Concium germ. fil. q. Bonithi; tertia manſa in eodem loco Albanethu (*legendum videtur* Albareto) regitur per Dominicum fil. ſup. Bonithii; quarta manſa in eodem loco Albareto, quae regitur per Bonclum cum ſuis conſortibus: quinta in eodem loco regitur per Venerandum fil. Ghoricti: ſeſta manſa in eodem loco Faognana regitur per Brettulum, & duae petiae, quae ſunt vineae, quae vocantur Gardinga., & terrae quae ſunt campora in Candeiana, & campus quod vocatur Anghire, & campus in Paldonatica, & terram, quae eſt vinea, & ſilva quae vocatur Poium Gualteringo prope Sambucetum, & prope Vergarum, & campus in loco Cavane, & campora in via de Arno, & campora, & vinea in plano de Faognana, & in eodem loco de Faognana & in eius finibus, quae ad eorſdem de Fognana pertinentes ſunt, quae eſt pertinens ſuprad. Monaſter. Sancti Pontiani; onde vos, & D. iam dicta Beatrix Miſſos illis ex veſtra parte miſiſtis, ad illos vociferare feciſtis, ut ad veſtrum placitum veniſſent, & minime ad veſtrum placitum venerunt, Recordans ipſa D. Matilda cum ipſis Iudicibus, qui ibi aderant, quod ita factum fuiſſet, cum ipſe Bernardus Abbas una cum ſupradicto Guidone Avocato eiuſdem Monaſterii petierunt ad eandem D. Matildam, ut pro parte Domini, & animae D. Regis atque D. Beatricis, ſuaeque mercedis, quod de ſupradictis terris, & rebus, qualiter ſupra leguntur, nos ad ſalvam querelam ad partem ſupradicti Monaſterii inveſtiatis, uſque dum ipſi homines ad placitum veniant, & legem & iuſtitiam exinde faciant. Tunc ipſa D. Matilda per fuſtem, in qua ſuam detinebat manum, praedictum Bernardum Abbatem, & iam nominatum Guidonem Notarium Advocatum iam nominati Monaſterii de ſuprad. terris, & rebus, qualiter ſupra leguntur, ad ſalvam querelam inveſtivit; & inſuper iam nominata D. Matilda per ſupradictum fuſtem, in qua ſuam detinebat ma-

manum, miſit Bannum ſupra dictum iam nominatum Abbatem Bernardum, & ſupra nominatum Guidonem Notarium Advocat. iam ſupradicti Monaſterii, & ſupra iam uominatum Monaſterium, & ſupra iam d. res qualiter ſupra legitur, in Biſanteos auraos duomillia, ut nullus quilibet bomo magna, vel parva perſona de ſup. rebus, qualiter ſupra legitur, pars praedicti Monaſteri ſine legali iudicio diſveſtire praeſumat. Qui vero fecerit, praedictos Biſanteos aureos duomilla compoſiturus ſe agnoſcat, medietatem parti Camerae D. Regis, & noſtrae, medietatem ad partem ſupradicti Monaſterii ad illum Rectorem, qui ibi pro tempore fuerit: unde hanc notitiam pro ſecuritate & futura oſtenſione, & ita Bernardo Abbati, & ſucceſſoribus ad partem ſupradicti Monaſterii iam nominati Sancti Pontiani oſtendendam fieri iuſſimus quidem, Ego Gerardus Not. D. Imperatoris ex iuſſione iam nominatae D. Matildae, ſeu Iudi cum amoniptione, ſcripſi anno Domini ab Incarnatione eius MLXXIIII. IIII. Nonas Martii, Indict. XII.

✠ Gerardus Iudex Sacri Palatii interfui, & SS. Lempertus Iudex Sacri Palatii interfui ✠. *& alii Iudices*.

In hoc Inſtrumento memoratur *Leuporiana*, quam puto locum, qui hodie *Leporaia* nuncupatur. Vbi autem legitur *Babilonia*, forte *Barbialla*, vel *Bibona*, reſtituendum eſt. *Faſcianaſ*forte *Caſciana* legi debet. Anno MCXIII. Vicarius *Henrici V.* Auguſti erat *Rimbertus*, qui a Florentinis victus interiit, ut ſcribit *Io. Villanius Lib. IV. Capit. XXVIII.* hiſce verbis, iuxta Codicem MS. Riccardianum, plane inſignem & perantiquum. *Nelli anni di Criſto MCXIII. i Fiorentini feciono oſte a Monte Caſcioli, che facea guerra alla Città di Firenze, e avenlo rubellato Meſſer Rimberto Tedeſco Vicario dello 'mperadore Arrigo in Toſcana, il quale ſtava con ſue maſnade Tedeſche in San Miniato del Tedeſco; e però è ſopranomato del Tedeſco, perchè i Vicari delli 'mperadori, che erano in Toſcana, facevano ivi loro riſedio con loro maſnade per fare guerre alle Cittadi, e Caſtella di Toſcana, che non ubidiſſero a' loro comandamenti. Il quale Meſſer Rimberto Tedeſco da' Fiorentini fu ſconfitto, e morto, e 'l detto Caſtello diſfatto.* Anno MCXXXVI. erat Vicarius Tuſciae *Henricus*, *Lotharii* Imperatoris gener; ſeu potius Marchio Tuſciae fuit, ea in beneficium ab Imperatore accepta, ut *Abbas Vrſpergenſis* memoriae prodidit. Anno MCLX. *Welfus totam militiam ſuam in Tuſciam movens, maximum conventum apud Sanctum Geneſium habuit; ubi Baronibus terrae ſeptem Comitatus cum tot vexillis conceſſit: ceteris quoque de Civitatibus ſeu Caſtellis ad ſe confluentibus unicuique quod ſuum erat tribuit. Sed & ipſe ſua, quae ſingulae Civitates ad ſe iniuſte contraxerant, recepit. Denique conventu ſoluto, a Piſanis & Lucenſibus & aliis Civitatibus, ad quaſcumque declinaverat, honeſtiſſime ſuſcipitur. Sicque terra illa, & Spoletana, plena poteſtate potitus, & ſuos ibidem collocans, filio ſuo Welfoni Iuniori commiſit eamdem &c.* quae ſunt verba laudati *Abbatis Vrſpergenſis*, qui etiam narrat anno MCLXVIII. & ſequentibus, cepiſſe Imperatorem in partibus Tuſciae & terrae Romanae, Caſtra ad ſe ſpectantia ſuae poteſtati vendicare, & quaedam nova conſtruere, in quorum praeſidiis Teutonicos praecipue collocavit. In monte ſiquidem Radicophino, eminentiſſimum Caſtrum ipſe primus conſtruxit, ex quibus Romanos perdomuit. At *Welphi* hi potius inter Tuſciae Duces, quam inter Imperatoris Vicarios recenſendi videntur, ſicut & *Philippus Henrici* Auguſti frater, cui anno MCXCV. Caeſar dominium totius Tuſciae, & terram Dominae *Matildae*, tradidit, ut laudatus *Abbas* ſcriptis mandavit. Praeſides potius inſtar Vicariorum videntur, quorum primus poſt *Otthonem I.* occurrit anno MCXXXI. *Rampertus*, cuius Diploma profertur a *Muratorio Tomo I. Antiquit. Medii Aevi pag.* 963.

Donatio ſive confirmatio facta Monachis Sancti Pontiani Lucenſis a Rampretto Marchione Tuſciae, anno MCXXXI.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Amen. Ramprettus divino munere Tuſcine Preſes & Marchio. Omnibus quidem notum fieri volumus, quoniam concedimus atque damus Eccleſie & Monaſterio Sancti Pontiani fundato prope muros Lucane Civitatis, unam videlicet petiam de terra culta & inculta, in qua caſalinum & fontana habetur, & eſt in loco Monte Flexoſi, ubi dicitur Alburetum, & vocatur Mons Calvuli, ſicut in circuitu deſignata eſt, que eſt per menſuram cum iuſta pertica menſurata modiora quadraginta &c. Quicumque contra &c. inferre preſumſerit, ſciat ſe compoſiturum argenti optimi libras centum medietatem Camerae noſtrae, alteram vero medietatem Abbati & Monachis predicti Monaſterii. Et ut hec Praeſidialis auctoritatis, noſtreque conceſſionis, pagina de cetero inlibata permaneat, roborque firmiſſimum ſemper obtineat, venerabilē Crucis ſigno propria manu ſubſcripto firmamus, & noſtri ſigilli impreſſione iuſſimus inſigniri.

✠ *Locus Sigilli* ✠ *cerei deperditi.*

Hec acta ſunt infra Comitatu Vulterrenſe in loco Pratello prope Eccleſiam Sancti Frēgiani preſentibus Guidone &c. Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo Trigeſimo Primo. VI. Kal. Decembris, Indict. X.

Vgo Notarius Domni Imperatoris, cuius preſentia hec omnia ſunt acta, ex iuſſione pre-

prefati Damai Romperti Marchionis hec memorie cauſa ſcripſi.

Anno MCLXI. *Fridericus I,* Auguſtus Diploma Piſanis concedit, in quo quaedam loca me morantur ad Miniatenie territorium pertinentia. Illud ex *Paullo Troncia* in *Annalibus Piſanis* producimus, ſed emendatius.

In Nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis.

Fridecicus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

Decet Imperialem excellentiam votis omnium, ac petitionibus fidelium ſuorum clementer adnuere, & illorum praecipue, quorum fides, & devotio circa ſublimationem Imperii, & noſtram, ita liquido reſplenduit, quod ipſorum praeclara, & honeſta ſervitia pro magnitudine, & multitudine aliis imitanda proponantur. Congruum enim, & rationabile videtur, nos eorum fidelibus obſequiis ex noſtri Imperiali largitione rerum, & ex beneficiorum gratuita collatione ita gratioter reſpondere, quod huius noſtrae pietatis exemplo magis fidelium animos ad ſervienda in fideliter Imperio alacritet provocemus. Quanto enim potiora bene merentes a nobis beneficia recipiunt, tanto maiorem Coronae noſtrae gratiam accreſcere credimus, & pervenire. Unde, quia univerſi Cives Piſani noſtri fideliſſimi, & Imperio ſemper devotiſſimi, pro ſuis magnificis, & multiplicibus ſervitiis, quae ad probationem, & commendationem fidei ſuae nobis, & Imperio frequentius exhibuerunt, ampliorem dilectionis, & gratiae favorem apud noſtram Maieſtatem ſibi theſaurizaverunt; omnium fidelium tam praeſentium, quam futurorum, viderit aetas, & cognoſcit, quanta benignitate, & quam largifica Imperiali munificentia Piſanorum merita, merito reſpeximus, praecertim eom per ſuam induſtriam, & virium potentiam, honorem, & gloriam Imperii, atque ſtatum Reipublicae ipſi glorioſe ſemper adauxerint, & ſemper augere propoſuerint. Quanta enim fidelitate, & probitate Piſana Civitas a prima ſui fundatione caput ſuum inter alias Civitates extulerit; quanta etiam conſtantia Divis Anteceſſoribus noſtris Regibus Romanorum, & Imperatoribus fideliſſime ſerviendo perſeveranter adhaeſerit, nos per multa ſcripta, & relationes ſaepius audivimus, & inſoper ex ipſa operum atteſtatione id ipſum luce clarius conſtat. Placet igitur noſtrae Clementiae, ut Piſanus Populus pro ſua fide, & devotione honeſtiſſimum de nobis ſemper accipiat emolumentum, ut & ferventior ad promtrendum honorem Imperii ſemper exſiſtat, quo fidem & ſtrenuitatem Patrum ſuorum honeſtis moribus, & perſpicuis virtutum operibus aemuletur. Inde eſt, quod nos ſiquidem Fridericus Dei gratia Imperator Auguſtus, damus, & concedimus in feodum vobis Lamberto Conſoli Piſano, & Villano, Henrico, & Bloſio, Sigerio, & Opizoni Legatis, cum eo recipientibus pro Civitate veſtra totum, quod praefata Civitas, vel quaelibet perſona, habet & tenet de rebus Regni, & totum, quod Regno, & Imperio pertinet, ſive de Marcha, vel alio quoque modo, iure, vel conſuetudine, vel pertinuit retro a triginta annis, vel pertinebit in Civitate Piſana, & eius diſtrictu, per terras, & Inſulas. Et concedimus, & damus in feodum vobis Comitatum in veſtro diſtricto, ſicut tenet turris Benni ad Arnum, & ad Cannetum, & inde ad Barbialiam, & ſicut trahit ab Ebula ad Montem Tignoſum, & ad Burianum, & Quercetum, & ad Caſtrum Corniae; inde ad Scherlinum, & ſicut trahit marina ad Portum Herculis. Ab alia parte fluminis Arni, ſicut trahit Planeſula, & comprehendit curia Cintoriae; & ſicut trahunt confinia inter vos, & Lucenſes uſque ad Pontem Magioniae, & inde ſicut ſunt confinia diſtrictus Piſanae Civitatis. Volumus ad haec, ut Piſani, & ii, qui de eorum diſtrictu ſunt, & eorum res, ſint liberi etiam ſub Conſulatu, & Iudicibus, & Poteſtatibus, ſicut eis placuerit; & Piſana Civitas habeat plenam iuriſdictionem, & poteſtatem faciendi iuſtitiam, & etiam vindictam, & dandi Tutores, & Mondualdos, & alia, quae Iudex ordinarius, vel quilibet poteſtate praeditus ab Imperatore habere debet, ex ſua iuriſdictione in ſuo diſtrictu, & in eos, quos conceſſimus, & concedimus & Piſani, & qui de eorum diſtricto ſunt, a nulla perſona debeant foderari, neque hoſpitari; & Piſani habeant poteſtatem ducendi eos in expeditionem ad omnem diſtrictum ſuum. Et quicumque negotiator voluerit tranſire ad eos cauſa negotiandi, ſive per terram, ſive per aquam, ſecure vadat, & a nullo aliquo ingenio impediatur, niſi ſit in banno Domini Imperatoris. Negotiatores autem Piſani per Siciliam, Calabriam, & Apuliam, & Principatum, & per totum Imperium noſtrum, libere ſint, & vadant per terram, & aquam abſque omni pedagio, & districtura, nec cogantur emere, vel vendere, ultra ſuum velle, nec ullus quilibet aliquo ingenio prohibeatur a Piſanis emere. Et concedimus, & damus vobis in feudum littus maris, & tantum iuxta hoc, quod libere Piſani in eo facere naves, & galeas, & exercere ſuas mercatationes poſſint; & quod in eo nobis pertinet a Civitate Vecebia uſque ad Portum Veneris, & quod nullus poſſit in eo, vel in faucibus aquarum, infra dictum terminum contentis, facere portum, vel applicare cum mercibus contra voluntatem Piſanorum. Praeterea damus, & concedimus vobis ſimiliter in feudum, medietatem Panormi, & Meſſanae, & Salerni,

&

Neapolis, cum medietate eorum diſtrictus, & cum medietate agrorum, & portuum, & aliorum, quae excoluntur ab iis Civitatibus, & totam Gaietam, & Mazari, & Trapani, cum totis agris, & ceteris, quae ſupra ſcripta ſunt, & in unaquaque Civitate, quam Gulielmus detinet, rugam unam cum domibus convenientem Piſanis mercatoribus. Volumus quoque & ſtatuimus, & faciemus iurare, Epiſcopum, & Comune, & qui inveſtituram Regalium, & Comitatus a nobis receperit, vel quicumque alius pro nobis tenuerit, ut faciat Piſanos ſecuros per ſacramentum, quod perſonae & res eorum ſalvae ſint in omni diſtrictu ſuo per ſe, & omnes ſuos. Haec ſupradicta omnia damus in feudum, & concedimus Communi Piſanorum, & per praeſentis privilegii paginam confirmamus, quam ſubter aurea Bulla noſtra ſignari iuſſimus, & de ſupradictis inveſtivimus Piſanos per enſem, quem manu tenebamus; dantes etiam eis tertiam partem theſauri Guglielmi dicti Regis, ut ſit eorum. Hoc eſt Sacramentum quod praeſtabunt Principes Domini Imperatoris Piſanis. &c. *hinc ſequuntur formulae iuramentorum, & ſecuritatis, aliaque, quae omittuntur.*

Teſtium, in quorum praeſentia ſupradicta omnia hinc inde ordinata, & confirmata ſunt iuxta tenorem praeſentis paginae, nomina haec ſunt.

Dom. Reynaldus Coloníenſis Archiepiſt. Archicancellarius.
Ebehardus Bambergienſis Epiſcopus.
Henricus Leodienſi Epiſcopus.
Ortbebus Baſilienſis Epiſc.
Gero Halberſtatenſis Epiſc.
Erieboldus Stabuli Abbas.
Vdaricus Cancellarius.
Henricus Protonotarius.
Stephanus Cappellanus.
Fridericus Dux Suevorum filius III. Regis Curradi.
Curradus Palatinus Comes Rheni.
Marchio Teodoricus de Saxonia.
Marchio Albertus de Saxonia.
D opoldus Dux Boemiae.
Vuillelmus Marchio Montisferrati.
Manfredus Marchio del Vuaſto.
Vgo Magnus Marchio de Vaſto.
Opizo Marchio Malaſpina, & alii multi Comites, & Curiales.
Lo.u ✠ Signi D. Friderici Imperatoris Rom. triumphatoris inviƈtiſſimi.
✠ Ego Reynaldus Rom. Imperii Archicancellarius eetagnovi ſubſcr.
Ego Odalricus Cancellarius vice Reynaldi Colonienſis Archiepiſc. & Archicancellarii recognovi ſubſcr.
Acta ſunt haec Anno Dom. Incar. MCLXI. Indict. IX. Reg. D. Frider. Rom. Imper. glorioſiſſimi anno regni eius X. Imperii vero VII.
Datum Papiae poſt deſtructionem Mediolani VIII. Idus Aprilis feliciter. Amen.

Deſtructio Mediolani contigit vere anno MCLXII. quare alii viderint qui haec conciliari poſſint. Anno MCLXXVIII. *Fridericus I.* Imperator in S. Miniate concedit privilegium Abbatiae le Inſula, ut ſcribit *Iugurtha Thomaſius Lib. III. Hiſtoriae Senenſis*; quae Abbatia olim in Dioeceſi Senenſi, nunc in Cullenſi, ſita deſcribitur ab *Hieronymo Lilio* in ſuo *Diario Senenſi Par. II. pag.* 707. & alibi. In eodem oppido erat pariter anno MCLXXXV. ut conſtat ex ſequenti Diplomate apud *Vghellium* in *Epiſcopis Lunenſibus*.

In nomine ſanctae, & individuae Trinitatis.

Fridericus Divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

Maieſtatem imperialis excellentiae decet circa ſacri Principes Imperii diſcretionis pariter, & dilectionis habere conſtantiam, ut liquido conſideratis uniuſcuiuſque meritis non ſolum proſperitati eorum quietem, & pacem provideat; verum etiam devotione ſinceritatis eorum penſata honoribus ipſorum, & augumentis dignitatum libenter intendat; ut quorum fides officioſa ſedulitate multos antecellit principali favore ſpecialis gratiae multos anteire poſſit, in quorum numero digne computantes dilectum, ac fidelem noſtrum Petrum venerabilem virum Lonenſem Epiſcopum, ſobriis morum honeſtate decenter illuſtratum, ſcientiaque litterarum pariter, & Chriſtianae Religionis cultu merito venerandum, iuſtis, favorabilibuſque petitionibus ſuis facilem praebuimus aſſenſum, ſperantes in examine Iudicis etiam precibus ſuis, Eccleſiaeque ſuae, iuvari.

Ea propter cognoſcat tam praeſens aetas fidelium Imperii, quam ſucceſſura poſteritas, quod nos ad imitationem praedeceſſorum noſtrorum dominorum Regum, & Imperatorum, Eccleſiam Lonenſem, & perſonam praedicti venerabilis Epiſcopi, & omnia tam Epiſcopatus, quam Eccleſiae bona, quae nunc habet, vel in poſterum authore Domino canonice poterit obtinere, ſub protectione defenſionis noſtrae ſuſcipimus, & nominatim Civitatem Lunenſem cum foſſatis, & ſuburbiis, & ſuburbanis ſuis, cum ripa, & teloneo, atque mercato, banno, & pedagio, iuſtitia, atque guidatico alavello, & per totam terram Epiſcopatui eidem, & Eccleſiae attinentem, & plateam, quae eſt inter murum Civitatis, & mare; & aedificium quod Circulos vocatur, aut Arena; comitatum etiam Lunenſem totum in integrum, caſtra etiam

Digitized by Google

etiam quae ad Luncnſem Eccleſiam, ac comitatum pertinent, curtem videlicet Guidengim, quae Corvatia dicitur, & quicquid in burgo de Brancallieno ad ius Lunenſis Eccleſiae pertinet, caſtrum de Sercſtoria cum diſtrictu, & pertinentiis ſuis, & quidquid in Caſtro Aginulphi ad ſupradictam Eccleſiam perrinet; caſtrum Campiliae, & curtem Carrariae cum Alpibus, lapidicinis etiam marmorum cum montibus, nemoribus, terris, pratis, paſcuis, aquis, aquarumq; decurſibus, plenum, & vacuum cum herbatico de curtis, piſcariis, venationibus: curtem etiam quae ſupra Lunam dicitur; Maſſa cum herbatico de Azzione, & alias villas, quae ad ipſam curtem pertinent; nemus Vallis maioris, caſtrum de Sarzana cum curte, & diſtrictu ſuo, & villas, quae ad ipſam curtem pertinent, & herbaticum eiuſdem curtis burgi de Sarzana, & iuſtitiam eius, & mercatum, bannum, & decretum: quartam partem caſtri de Brina, & caſtrum de Falcinello cum pertinentiis ſuis; caſtrum de Caprelliola, cum curte, & pertinentiis, & piſcatione; burgum S. Stephani cum mercato, banno, iuſtitia, diſtrictu, piſcationibus; caſtrum de Bolano cum burgo, mercatum de Cepperana cum omni curte, & diſtrictu herbatico, & pertinentiis ſuis; caſtrum de Siveuia cum omni curte, & pertinentiis, burgum de Panularmo; ius etiam, quod ipſe Epiſcopus, vel anteceſſores ſui in hominibus, & loco de Brunade, & pertinentiis ſuis, praeſertim in obſervatione treugae, & pacis habuerunt, quem ubique locum ex tenore privilegiorum praedeceſſorum noſtrorum Imperatorum, & Regum, Caroli ſcilicet, Ottonis, & Berengarii, Ludovici, Conradi Regis, & Conradi Imperatoris, & aliorum, apertè cognovimus in Lunenſi comitato conſiſtere, ei, & ſucceſſoribus ſuis, Imperiali authoritate confirmamus: nihilominus quoque caſtrum de Terbleno cum fodro, & pertinentiis ſuis, & caſtrum de Amulia cum curte, diſtrictu, portu, venationibus, piſcationibus, & herbatico eiuſdem curtis, montem de Caprione, locum qui dicitur Particella, & Montem Illicis cum portu, & piſcatione ſua: cuncta quoque animalia, quae per terram, & diſtrictum ſuum tranſeunt; caſtrum de Pozanello cum curte, & diſtrictu, & venatione ſua, caſtrum Soleriae cum corte, & diſtrictu ſuo, villis & pertinentiis ſuis, & locis; & villam, quae dicitur ſancti Terentii; caſtrum de Reniano cum curte, & pertinentiis ſuis, caſtrum Montis Floris cum pertinentiis ſuis, caſtrum de Maliano cum pertinentiis, caſtrum de Sagarſio cum pertinentiis ſuis, caſtrum de Longia cum pertinentiis, & territoria; partem caſtri de Mauiaſio cum omnibus aliis bonis eius eodem Imperiali authoritate ipſi Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, confirmamus, ſalva in omnibus Imperiali iuſtitia,

Sta-

Statuentes, & Imperiali authoritate ſancientes, ut nullus Dux, nullus Marchio, neque Comes, nulla Civitas, nullum Commune, nulla denique perſona humilis, vel alta; ſaecularis, vel Eccleſiaſtica, hanc noſtrae maieſtatis paginam audeat violare, nec aliquibus in iis calumniis, ſeu damnis praeſumat adtentare, quod qui fecerit in ultionem temeritatis ſuae componat centum libras auri, dimidium Imperiali Camerae, & dimidium iniuriam paſſis, Huius rei teſtes ſunt.

Willelmus Aſtenſis Epiſcopus,
Hildebrandus Vulterranus Epiſc.
Bonifacius Novarienſis Epiſc.
Fridericus Praepoſitus de Argentina,
Comes Theobaldus de Lechsgemunde,
Comes Simon de Spanheim,
Rudulphus Camerarius,
Ezelinus de Huvare,
Otto Novellus.
Placentinus Iudex.
Oddobellus Iudex Mediolanenſis.
Signum Friderici Domini Romanorum Imperatoris invictiſs.
Ego Gotefredus Imperialis Aulae Cancellarius vice Philippi Colonienſis Archiep. & Italiae Archicancellarii, recognovi.
Acta ſunt haec anno Dominicae Incarnationis MCLXXXV. Indict. III. regnante Domino Friderico Romanorum Imp. glorioſiſſimo, anno regni eius XXXIII. imperii vero XXXI.
Datum in Caſtro ſancti Miniati, IV. Kal. Auguſti feliciter, Amen, Amen. Amen.

Locus, qui in hoc Diplomate *Mons Illicis cum Portu* vocatur, videtur eſſe Vicus ille & Portus, qui vulgo *Lerici* adpellatur, & ad antiquas Lunae urbis ruinas conditus eſſe creditur. Anno MCLXXXVI. *Henricus VI.* Rex in eodem S. Miniatis oppido concedit privilegium *Hildebrando* Epiſcopo Volaterrano, quod ob *Ammirato Iuniore* in *Epiſcopis Volaterranis* adlegatur; & perperam *Admiratus Senior* illud anno MCLXXVII. adſignavit; peiuſque *Vghellius* anno MCLXXXVIII. Eodem anno idem *Henricus* in Sancto Miniate dat quoque inſequens Diploma, quod iam in vulgus prodideram ad *Chronicae Leonis Vrbevetani Tomo III. Deliciar. Erudit. pag.* 195.

In Nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis. Henricus ſextus divina favente clementia Romanorum Rex Auguſtus. Cum omnium fidelium petitionibus Regia maieſtas ſubvenire debeat, multo magis his eſt impertienda eius beneficii clementia, quos religionis praecipue exuberare facit gratia. His autem potiſſimum Regiae benignitatis noſtrae clementiam ſpecialius debemus impertiri, quibus ſincerae devotionis, & honeſtae converſationis in-

 tui-

tuitu Sereniſſimum Patrem noſtrum Fridericum Romanorum Imprratorem Auguſtum propenſiorem gratiae ſuae favorem impendiſſe dignoſcimus. Eapropter notum facimus univerſis Regni noſtri fidelibus praeſentibus & futuris, quod nos divinae mercedis intuitu, & fidelium noſtrorum interventu Ildebrandi Vulterrani Epiſcopi, & Lanfranci Faeſulani Epiſcopi, Tertio Vallumbroſanae Eccleſiae Praeſidente Abbate, cuncta Monaſteria Vallumbroſanae Congregationis ubicumque poſita, ſub noſtra regali tuitione ſuſcepimus. Statuimus itaque, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla Civitas, nullum Commune, nulla Poteſtas, nulla denique perſona parva vel magna, vel ſecularis vel Eccleſiaſtica, praedicta monaſteria inquietare audeat, vel eorum poſſeſſiones, ſeu reliqua bona auferre, minuere, vel quoquomodo vexare praeſumat; ſed cuncta quae eisdem monaſteriis oblata ſunt, vel in poſterum offerre contigerit, vel quae aliis quibuſcumque modis iuſte acquiſita ſunt, ſeu in futuro poterunt acquiri, libera, & quieta ſervorum Dei ſervitiis, & utilitatibus ſubiaceant. Praeterea regali noſtra auctoritate concedimus, & ſalva in omnibus regali iuſtitia confirmamus, ut quaecumque in praeſenti iuſte poſſident, vel in futuro poſſeſſuri ſunt, eisdem monaſteriis rata, & illibata permaneant, & nulla poteſtas, nulla perſona, nulla Civitas, nec Florentia, nec alia, fodrum aliquod, vel quamcumque exactionem ſive diſtrictum a ruſticis, vel univerſis praedictorum monaſteriorum accipere praeſumat, vel exigere. Siquis autem huius regalis praecepti noſtri violator exſtiterit, ſciat ſe compoſiturum centum libras auri puriſſimi, medietatem noſtrae Camerae, & reliqua praedictis monaſteriis. Quae omnia ut firma in perpetuum, & inconcuſſa permaneant; praeſentem paginam Sigilli noſtri impreſſione munitam roboravimus. Huius rei teſtes ſunt Thomas Abbas Sancti Salvatoris, Rodulphus Imperialis aulae Protonotarius, Petrus Praefectus Urbis, Henricus Com. e Dietae, Otto Frangrſpanem, Leo de Monumento, Ildebrandinus, Ioſeph, Henricus Tr ſta Mareſcalcus, & alii quamplures. Signum Domini Henrici VI. Romanorum Regis invictiſſimi.

Ego Gotfridus Imperialis aulae Cancell. vice Philippi Colonien. Archiep. & Italiae Archicancel. recognovi.

Acta ſunt haec Anno Dominicae Incarnationis MCLXXXVI. Indict. IIII. Regnante Domino Henrico IV. Romanorum Rege glorioſiſſimo anno Regni eius XVIII.

Dat. in Caſtro S. Miniatis, Kal. Septemb. feliciter. Amen.

Num *Petrus* Abbas Sancti Salvatoris in hoc Inſtrumento memoratus, eſt Abbas Monaſterii Ficeclenſis, Sancto Miniati proximi? Anno MCLXXXVII. *Anſelmus* Tuſciae Praeſes erat, ut conſtat ex Diplomate inſequenti; ſed Praeſides in Sancto Miniate reſediſſe, non liquet. Diploma, ex Archivo Ficeclenſi, iam publici iuris feceramus in noſtro *Hodoeporico pag.* 118.

In nomine SS. & Individue Trinitatis. Henricus VI. divina favente clementia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus. In eminenti Imperatorie Celſitudinis Throno conſtituti fidelium noſtrorum, eorumque precipue, quos ad manus noſtras ſpeciali humilitate tenemur, facta noſtre Serenitatis benigno vultu reſpicere, & eorum ſervitati, commoditati, & utilitati Regali Celſitudine conſuevimus providere. Hanc conſiderationem habentes circa fideles noſtros homines de Ficeclo, & de Curte, & eos, qui venient ad habitandum Caſtrum, vel pendiis, certum habentes ipſos ſemper cum poſteris ſuis mandatis noſtris obedituros, & in ſervitiis Imperii, & noſtris devotiſſime perſeveraturos, concedimus ipſis edificare Caſtrum in colle Ficecli, & illic habitare, ſtatuentes, & Regie Maieſtatis edicto ſancientes, ut prefatum Caſtrum nulla occaſione deſtruatur, nec a Nuncio noſtro, nec ab aliqua perſona; niſi forte tam enormem exceſſum perpetraret, propter quem ex iuſta cauſa deſtrui faceremus. Item prefatos noſtros fideles cum omnibus bonis ſuis, que iuſte habent, queque poſtmodum acquiſierint, in protectionem noſtre Maieſtatis recipientes precipimus, ut nullus prefatum Caſtrum, nec habitatores eius offendat. Omnia autem caſamenta prenominati Caſtri, habitatoribus ipſius Caſtri in feudum ſine annuali cenſu concedimus, ſub eo tamen tenore, ut ſi quis caſamentum in eodem Caſtro vendere voluerit, tam emens, quam vendens, duodecim denarios Notario, ſive Nuncio, noſtro de libra perſolvat. Et hec volentes prefatis noſtris fidelibus, nec gravamen, nec aliquam inferri iniuriam, per preſentem pragmaticam, ac diyalem paginam ſancimus, ut nulla poſſeſſio, vel ratio eis auferatur ſine legali iudicio. Similiter ſtatuimus, ut feudis, que tenent, non priventur, niſi culpam incurrant, propter quam digni ſint privari, & ipſum per ſententiam fiat, & per pares Curie, exceptis feudis, ſi qua a Marchorio, vel Francone, tenentur, in quibus ſententiam non oportet expectari, quia conſtat, quod hec iuſte non poſſunt vendicare, niſi auctoritate noſtra ipſis concedantur. Item ſi aliquis de Ficeclo, vel eius curte, offenſam fecerit, ſtatuimus, ut ſoli illi, qui ſunt in culpa, puniantur, nec innocens luat culpam nocentis. Precipimus autem, ut ad maleficia punienda, & ad alia negocia Imperii promovenda, omnes homines de Ficeclo Nuntio noſtro conſilium prebeant, & auxilium. Item poſtquam dictum Caſtrum caſatum fuerit intra muros, quantos homines curia caſare potuerit circa podium, vel collem, a preſenti die ad qua-

quatuor annos, homines de Ficeclo dent cuncambium terre extra curiam pro calamentis, que ſunt in curia iuxta podium ſecundum valentiam terre, que fuit cum hi ſacre noſtre Maieſtatis apices ſcriberentur. Statuimus igitur, & auctoritate Regie Celſitudinis precipimus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Comes, Marchio, Capitaneus, nullaque Civitas, Commune, Conſules, Poteſtas, nulla denique humilis, vel alta, ſecularis, vel Eccleſiaſtica, perſona preſentem conſtitutionis noſtre paginam infringere, ſeu contra ipſam venire, preſumat. Quod qui fecerit in ultionem temeritatis ſue centum libras auri componat, dimidium camere noſtre, & reliquum iniuriam paſſis. Huius rei teſtes ſunt Corradus Dux Spoleti, Fridericus Dux Debites, Octo frater noſter, Comes Robertus de Vaſſorva, Comes de Monte Feretri, Comes Albertus de Summo Fonte, Guido Burgundio, Ildelfrandimus, Ioſeph, Anſelmus Preſes Tuſcie, Burcardus frater eius, Albigo de Maſella, Fureſius de Campo.

Signum Domini Henrici VI. Romanorum Regis invictiſſimi.

Ego Ioannes Imperialis Aulae Cancellarius vice Domini Philippi Colonien. Archiepiſcopi, Italie Archicancellarii Regni, cognovi.

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXXXVII. Indictione V. regnante Henrico VI. Romanorum rege glorioſiſſimo, anno regni eius XIX.

Dat. Bononiae XIV. Kalendas Septembris.

Praeſes Tuſciae, ut vidimus, erat hoc anno *Anſelmus*, alios autem nomine Praeſidis Tuſciae donatos, praeter hunc, & iam memoratum *Rampertum* ſeu *Ramprettum*, non reperio. Verum tamen eſt, Civitates quaſdam Etruriae habuiſſe aliquando Praeſides peculiares, ut Florentiam, cuius Praeſes memoratur in Epiſtola, quam Florentini ad *Alexandrum II.* Pont. Max. ſcripſere de mirabili per ignem tranſitu *Petri* Monachi ad Septimum, quae Epiſtola producitur a *Baronio* in *Annalibus*; a *Franchia*, in *Vita S. Io. Gualberti*; & a *Bracchio* in eiuſdem Vita, iuxta exemplar Laurentianum antiquiſſimum, quod primum a me laudatum fuit in libro *de Fructione Apoſtolorum Cap. XIII. Sect. II. n. CXXX.* citavique in *Hodoeporico Charitonis & Hippophili pag.* 2. Comes *Albertus* de Summo Fonte, vulgo *Semifonte*, qui in hoc Inſtrumento nominatur, unus eſt ex Comitibus, vulgo *Albertis* nuncupatis; *Guido* autem *Burgundio* Comes Caprariae eſt, & eius ſuperius meminimus *pag.* 74. Ubi vero ſcribitur *Albigo de Maſella*, num reſtituendum eſt *Albitho de Mucella*, aut *Macella*, qui de gente *Ubaldinorum* aſſet? Horum enim quidam *Albizonis* nomen habuerunt, ut apud *Io. Baptiſtam Ubaldinum* in *Hiſtoria gentis Ubaldinae* videre eſt. Anno MCLXXXX. oppidum Sancti Miniatis memoratur in Inſtrumento, quod ex Archivo Volaterrano, & ex Adverſariis *Vincent. Borghinii* proferimus, iamque alias edideramus in Praefatione noſtri *Hodoeporici pag.* xxxv, ſed hic emendatius exhibemus.

In Chriſti nomine amen. Breve recordationis ad memoriam futuram habendam, vel retinendam, qualiter actum eſt in Burgo Sancti Geneſii, in domo Philippi quondam Bruſtani, in preſentia bonorum hominum, nomina quorum inferius audientur.

Henrigus Teſta Mariſcalchus Domini Regis Henrigi, & pro eodem Legatus totius Tuſcie, confeſſus fuit, quod recepit mutuo a Domino Ildebrando Vulterrano Epiſcopo ad faciendum ſervitium Imperii mille Marcas Argenti ad pondus Coloniae, ad utilitatem Imperii, & Domini Regis Henrigi. Unde debet habere Dominus Epiſcopus, per parabolam dicti Mariſcalchi, omnes redditus, quos Lucenſis Civitas debet Domino Regi. Solvet prenominato Domino Epiſcopo. Omnes redditus de Gallenó, & Cappiano, & Ficechio, de Curte, & Caſtello, reddentur Domino Epiſcopo: & de Maſſa, & de Orentana, reddentur Domino Epiſcopo: omnes redditus de S. Miniate, & de S. Geneſio, de Curte & de Caſtello, reddentur Domino Epiſcopo. Pedagium de Caſtro Florentino, excepto, quod conceſſum eſt Henrigo de Monte Spertuli, habeat Dominus Epiſcopus: & omnes redditus de Caſignano de Curte, & Caſtello reddentur Domino Epiſcopo. Pedagium de Podio Bonizi, & de Burgo Gene, & omnes redditus de eodem Burgo, reddentur Domino Epiſcopo, Tributum Senenſium videlicet LXX. Marcas ad pondus Colonie, & Pedagium portae eiuſdem Civitatis, reddentur Domino Epiſcopo. Inſuper Tributum, quod reddit annuatim Dominus Epiſcopus prenominato Domino Regi pro argenti fodinis, pro fodro, & pro moneta, retineat Dominus Epiſcopus, tali pacto, & conditione, quod habeat, & teneat prenominatus Dominus Epiſcopus totam predictam redditam, & eius ſucceſſores, donec ipſi erit ſolutum totum dictum capitale, & meritum, quod aliis hominibus, cui acquiſivit dictum argentum facere debet; & haec omnia ſoluta, & adimpleta, ut dictum eſt, Domino Epiſcopo, tota predicta reddita remaneat Domino Regi, & eius Nuntiis. Quod factum eſt in preſentia, & teſtimonio Gualfredi Iudicis de Papia, & Bernardini, atque Uberti de . . . . & Hurmanni de Catena, atque L . . . . . . Caſtellaris Sancti Miniati, & Niccolai de Cluſdino, & Todini de Sancto Geminiano, atque Henrigi de Monte

te Spertori, & aliorum qui interfuerunt. Anno Dominicae nativitatis MCXC. Duodecimo Kalendas Aprilis, Indictione VIII.

Ego Bardus Iudex, & Notarius Domini Imperatoris Friderici, ibi fui, & ex concordia utriusque partis, & mandato Domini Maricolchi, has publicas litteras causa memorie ſcripſi,

Ego Renerius Sacri Imperii Notarius hoc publicum Inſtrumentum intuens legi, & relegi, & nihil exinde addito, vel dempto, prout melius potui fideliter exemplavi.

Ita quidem habet ἀπόγραφον, quod ex Volaterrano Archivo ad me miſit *Matthias Damianus*, Civis & Sacerdos pereruditus Volaterranus. In hoc autem Inſtrumento quaedam obſervanda ſunt, in eo ſcilicet memorari Burgum Sancti Geneſii, de quo multa ipſe commentatus ſum *Parte I. Hodoeporici Charitonis & Hippophili*. In eiuſdem *Hodoeporici* Parte ſecunda & tertia multa reperire eſt de aliis locis in Inſtrumento memoratis, ut de Galleno, de Cappiano, de Ficechio, de Maſſa, quae Maſſa Piſcatoria eſt, ad Iuxianam, ſeu Lacum quemdam ſita; Burgi autem Genſe mentio occurrit ſuperius *pag*. 71. ubi in Diplomate *Friderici II*. Caſtella, & loca Comitum *Guidonum* recenſentur, Nominatur etiam Catena, qui vicus eſt prope Sanctae Iucundae pagum XXII. M. P. Florentia ad Occaſum diſtans, & III. M. P. circiter a S. Miniato, de quo egi in laudato *Hodoeporico pag*. 85. Ille *Henricus Teſta* Mareſcalchus, Arretinus erat, ut quidam perhibent, eiuſque nomen occurrit etiam ſuperius inter Teſtes Diplomatis *Henrici VI. pag*. 342. Anno MCXCIV. *Coeleſtinus III*. Papa in ſua Bulla Caſtri Sancti Miniatis meminit, quae iam publicata fuit in meo *Hodoeporico pag*. 165. & ita habet.

Coeleſtinus Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto Filiis Gregorio Praepoſito Sancti Geneſii Subdiacono noſtro, eiuſque Fratribus tam praeſentibus, quam futuris, Canonice ſubſtituendis in perpetuum. Piae poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, ut & devotionis ſinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas poſtulati vires indubitanter aſſumat. Quia igitur, o Filii in Chriſto chariſſimi, vos per divinam gratiam aſpirati mores veſtros coercere ſub vitae Canonicae diſciplina, & communiter ſecundum Sanctorum Patrum inſtitutiones diſpoſuiſtis omnipotenti Domino deſervire, Nos votis veſtris paterno congratulamur affectu, unde etiam Praedeceſſorum noſtrorum felicis memoriae Alexandri II. Paſchalis, Eugenii, Anaſtaſii, Alexandri, Lucii, Clementis, Romanorum Pontificum inſtituta ſequentes, vitae Canonicae ordinem, quem eſtis profeſſi, praeſentis privilegii auctoritate firmamus, & Eccleſiam veſtram ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, ſtatuentes, ut quaecumque bona eadem Eccleſia in praeſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis iuſtis modis praeſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, In quibus propriis vocabulis duximus exprimenda, locum ipſum, in quo Plebs ipſa ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis: quartam partem decimarum totius veſtrae Plebis, & omnia quae felicis mem. Ioannes Epiſcopus Canonicae veſtrae conceſſit Eccleſiae, Domum etiam Leproſorum, cum Eccleſia Sancti Lazari iuxta eamdem Plebem cum pertinentiis ſuis. Univerſa etiam quae a Longobardis de Sancto Miniato vobis legitime data ſunt, ac chirographis confirmata; Eleemoſynarum etiam, quae pro defunctis alicubi infra Plebis ſpatia ſepultis offeruntur, tertiam partem, quemadmodum a bona memoria Paſchalis Praedeceſſoris noſtri vobis conceſſum eſt, & ſcripto ſuo firmatum. In Burgo quoque Eccleſiam Sancti Aegidii cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam Sancti Chriſtophori, Sancti Iuſti, & Sancti Angeli, ſupra Burgum, cum omnibus pertinentiis ſuis. In eodem etiam Burgo eccleſiam Sancti Petri, & in Caſtro Sancti Miniatis, Eccleſiam Sanctae Mariae, cum pertinentiis ſuis: in quibus duabus per eos, qui ibi fuerint noſtra providentia ordinati, divina ſemper Officia celebrentur: & quidquid iuris habetis in eadem Eccleſia Sanctae Mariae, per Eccleſiam Sanctae Chriſtinae, Item Eccleſiam Sancti Bartholomaei cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam Sancti Blaſii cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam Sancti Stephani cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam Sancti Laurentii de Noſida cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam Sancti Petri ſupra Fontem; Eccleſiam Sancti Andreae iuxta Caſtellum Civium; Eccleſiam Sancti Michaelis infra murus, Eccleſiam Sancti Iacobi, & Sanctae Luciae; Eccleſiam Sancti Donati de Fongnana; Eccleſiam Sancti Martini de Caſtellione; Eccleſiam Sancti Hippolyti de Marzana; Eccleſiam Sanctae Mariae de Calezano; Eccleſiam Sancti Quintini; Eccleſiam de Colle; Eccleſiam de Capriano; Eccleſiam de Canneto; Eccleſiam Sanctae Mariae de Montearſo; Eccleſiam de Monte Rotundo; Eccleſiam de Planectole; Eccleſiam de Bruſiano; Eccleſiam Sancti Stephani de Turre: Eccleſiam Sancti Petri de Marcignana; Eccleſiam Sancti Donati de Ieſula; Eccleſiam Sancti Angeli de Rupha; Eccleſiam Sancti Philippi de Pinu: Eccleſiam Sancti Proſperi de Monte Alprandi cum omnibus pertinentiis eorum; & ſiquid in poſterum infra veſtrae Plebis ſpatium aedificari contigerit; quidquid etiam iuris habetis in curte Sancti Miniatis, de Empulo, de Monterappoli, & in Curte de Martignana. Et nulli omnino liceat praefatas Eccleſias ab Eccleſiae veſtrae ſolita obedientia, & debita ſubiectione ſubtrahere: nec alii unquam

Digitized by Google

quam fas ſit in Parochia veſtra de novo Eccleſiam, ſive Oratorium, vel Xenodochium, ſine Lucani Epiſcopi, & veſtra, ſucceſſorumque veſtrorum convenientia, & aſſenſo, aliqua temeritate conſtruere, vel conſtructam ſine ipſius Epiſcopi, & veſtro conſenſu, alicuius ſubiicere poteſtati: ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Chriſma vero, Oleum ſanctum, conſecrationem Altarium, ſeu Baſilicarum; ordinationes Clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi; & cetera Eccleſiaſtica Sacramenta per Epiſcopum Dioeceſanum ſine iuramenti exactione, vel qualibet prav. ,te, vobis praecipimus exhiberi. Porro ſepulturam ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extremae voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſtitia Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora ſumuntur. Conſtituimus etiam, ut ſi aliquis Parochianorum veſtrorum apud aliam Eccleſiam elegerit, & receperit ſepulturam, canonica vobis in teſtamento, quae matricibus deberetur Eccleſiis, portio reſervetur. Cum autem generale interdictum Terrae fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Apoſtolica quoque auctoritate ſancimus, ut in Eccleſiis veſtris abſque veſtra conſcientia, & conſenſu, nullus Paſtor audeat ordinare; ſed eorum ordinatio iuxta ſanctiones Canonicas, ſicut hactenus manifeſſe dignoſcitur, in veſtra ſemper maneat poteſtate. Praeterea tibi, & ſucceſſoribus tuis, corrigendi ſubditos tuos, Fili Praepoſite, ſicut Praedeceſſores tui conſueverunt, habere liberam concedimus facultatem. Iura vera antiqua, & laudabiles conſuetudines, Eccleſiae veſtrae hactenus obſervatas, ſicut ea iuſte & canonice habetis, vobis nihilominus confirmamus. Prohibemus inſuper ne Epiſcopus veſter in vos, vel in Eccleſiam veſtram, interdicti ſententiam abſque iuſta, & manifeſta cauſa, promulgare praeſumat. Compoſitionem autem, quam bonae memoriae Lanfrancus Feſulanus Epiſcopus, de mandato felicis recordationis Alexandri Papae Praedeceſſoris noſtri, cognoſcens ſuper Eccleſiam Sancti Chriſtophori, feciſſe dignoſcitur inter B. anteceſſorem tuum, & Magiſtrum Guidonem, ab Abbate Sancti Petri in Coelo Aureo conſtitutum, ſicut rationabiliter facta eſt, & ab utraque parte ſponte recepta, & in Scripto authentico continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus. Prohibemus inſuper, ut nullus laicus audeat aliquam Eccleſiam veſtri Plebanatus alicui Presbytero aſſignare, vel etiam in ſede ponere; & nulli fas ſit Presbytero Eccleſiam a laica manu recipere, vel aliquatenus retinere. Diffinitionis autem ſententiam, quam felicis recordationis Paſchalis PP. ſuper controverſiis promulgavit, quae inter bonae memoriae Anſelmum Ficeclenſem Abbatem, & Guidonem Praedeceſſorem tuum, Fili Praepoſite, ſuper Eccleſia de Grimagneto, & aliis quibusdam Eccleſiis vertebat, ſicut hactenus eſt ſervata, & Scripto authentico continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci Praepoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia preponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel maior pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem providerint eligendum. Electus vero Lucano Epiſcopo praeſentetur, & ei, ſicuti Praedeceſſores ſui conſueverunt, promittat obedientiam, Patroni loci, ſolo iuſtae defenſionis patrocinio permanente. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam Eccleſiam temerarie perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus profutura omnimodis, ſalva Sedis Apoſtolicae auctoritate, & Dioeceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerarie venire tentaverit, ſecundo, tertioque commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reumque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ego Coeleſtinus Catholicae Eccleſiae Epiſcopus.

Ego Bindus Baſilicae duodecim Apoſtolorum Presb. Cardin. ss.

Ego Petrus tit. S. Caeciliae Presbyter Cardinal.

Ego Iordanus Sanctae Pudentianae Presbyter Cardinal.

Ego Iohannes tit. S. Clementis Cardinalis Viterbienſis, & Thuſcanenſis Epiſcopus.

Ego Guido S. Mariae in Transtyberim tit. S. Calliſti Presb. Card.

Ego Hugutio Presbyter Cardinalis Sancti Martini tit.

Ego Ioannes tit. Sancti Stephan. in Caelio Monte Presb. Card.

Ego Cynthius tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card.

Ego Soffredus tit. S. Praxedis Presbyter Cardinal.

Ego Bernardus S. Petri ad Vincula Presb Card.

Egb Fidus tit. Sancti Marcelli Presbyter Cardinal.

Ego Ioannes tit. Sanctae Priſcae Presbyter Cardinal.

Ego Albinus Albanus Epiſcopus.

Ego Octavianus Oſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopus.
Ego Ioannes Praeneſtinus Epiſcopus.
Ego Petrus Portuenſis & Sanctae Ruffinae Epiſcopus.
Ego Gratianus SS. Coſmae, & Damiani Diaconus Card.
Ego Gherardus tit. S. Adriani Diaconus Card.
Ego Gregorius S. Mariae in Porticu Diaconus Card.
Ego Gregorius S. Mariae in Agro Diaconus Card.
Ego Gregorius tit. S. Georgii ad Velum aureum Diaconus Card.
Ego Lotharius SS. Sergii & Bacchi Diaconus Card.
Ego Nicolaus S. Mariae in Coſmedin Diaconus Card.
Ego Gregorius Sancti Angeli Diaconus Cardinal.
Ego Bobo Sancti Theodori Diaconus Cardinal.
Ego Petrus S. Mariae in Via Lata Diaconus Card.
Datum Laterani per manum Centii Sanctae Luciae in Horsea Diaconi Card. Domini Papae Camerarii, octavo Kalendas Maii, Indictione XIII, In carnationis Dominicae Milleſimo CXCIIII. Pontificatus vero dicti Coeleſtini Papae Tertii anno quarto.

In hac *Coeleſtini III.* Bulla obſervandum eſt, diſerte nominari Eccleſiam Sanctae *Mariae* in Caſtro Sancti Miniatis; & adhuc Eccleſia princeps huius Vrbis titulo Sanctae Mariae inſignitur; quod ſi etiam Sanctus *Geneſius* veluti πάρεδρος, & adhaerens numen, adiungitur, id contigit, poſtquam ſancti *Geneſii* Caſtro diruto, Eccleſia S. *Geneſii* Eccleſiae S. *Mariae* Miniatenſi unita eſt; & cum Eccleſia Sancti *Geneſii* matrix eſſet, hinc prius huius Divi nomen, quam Deiparae, in ea Eccleſia indigitanda, pronunciatur. Mirum autem videri poteſt, in oppido, cui veroſimiliter Eccleſia S. *Miniatis* initium dedit, non hanc Eccleſiam, ſed illam S. *Mariae*, eſſe primariam; verum id multis de cauſis uſuvenire potuit. Notandum quoque *Lanfrancum* Faeſulanum Epiſcopum anno iam MCXCIV. ſupremum diem obiiſſe, ſicuti & *Ioannem* Lucanum Epiſcopum; & B. quemdam, *Bernardum*, vel *Bertoldum &c.* ſcilicet, ſicuti *Guidonem*, qui vivebat initio Saeculi XII. fuiſſe *Gregorii* Praepoſiti in eadem dignitate praedeceſſores. In ea etiam memoratur Domus Leproſorum, alias Infectorum, cum Eccleſia S. *Lazari*, quae quidem Eccleſia adhuc ſupereſt, licet Noſocomeion deletum ſit; & parum diſtat ab aedicula S. *Geneſii*, quae in antiquae Eccleſiae, & ad Sanctum Miniatem translatae, memoriam excitata eſt, non procul ab Arni & Elſae confluentibus. Obſervatione quoque dignum eſt, Abbatem S. *Petri* in Coelo Aureo, quod Monaſterium Ticini eſt, iura ſuper Eccleſiam S. *Chriſtophori*, quae ſupra Caſtrum S. *Geneſii* erat, quaedam ad ſe ſpectare contra B. Praepoſitum contendiſſe; & quidem ad Abbatem illum, etiam Eccleſiam S. *Petri* in Coelo Aureo Florentiae pertinuiſſe deprehendimus ex *Leop. de Meliore* in ſua *Florentia Illuſtrata pag. 64.* *Anſelmus* autem ille Ficeclenſis Abbas tempore *Paſchalis II.* vivebat, ab anno ſcilicet ſaltem MIC. ad annum MCXVIII. Memorantur etiam in Bulla *Longobardi de Sancto Miniate*, ii ſcilicet, ut videtur, Germani ab *Othone I.* deducti, qui Caſtrum recens aedificatum inhabitarent, eorumque poſteri. Sic ſuperius *pag.* 215. & 217. in Bullis *Paſchalis II.* & *Innocentii II.* memorantur Longobardi de Molezzano, & de Terliano, & de Sancto Ioanne Maiore, in Mucillo, qui potentiores aliis fuiſſe videntur. In ſubſcriptionibus Cardinalium habetur etiam *Gregorius S. Georgii ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis*, qui a Monte Carelli fuit, Mucelli Caſtro, cuius mentio occurrit ſuperius *pag.* 74. ubi patet, per haec tempora Montem Carelli ſub ditione fuiſſe Comitum *Albertorum*; quare crediderim, hunc *Gregorium* Cardinalem ex eorum Comitum familia fuiſſe. Hic itaque a *Clemente III.* anno MCXC. Cardinalis creatus eſt, & ab *Innocentio III.* qui anno MCXCVIII. Pontifex Maximus renunciatus eſt, miſſus fuit una cum *Petro* Vrbis Praefecto in Tuſciam & Vmbriam Legatus, ut eas provincias conſtitueret, & gubernaret, quem Pontifex virum providum, prudentem, honeſtate morum, & generoſitate natalium, commendatum fuiſſe ſcribit, ut ait *Ciacconius*; qui tradit etiam, *Gregorium* Cardinal anno XII. Pontificatus *Innocentii III.* Chriſti MCCX. naturae conceſſiſſe. Generoſis natalibus erat quidem *Gregorius*, utpote ex Comitum *Albertorum* genere prognatus, de quibus Comitibus plura ſuperius *pag.* 73. 77. 104. 157. 158. a nobis dicta ſunt. Anno MCXCVII. *Henricus Faſſius* Vicarius erat, ut *Coſmas ab Arena* ſcribit; & foedus percutitur inter Civitates Florentiam, Lucam, Senam, Volaterras, & Sanctum Miniatem. Charta producitur ab *Ammirato* in *Hiſtoria Comitum Guidonum pag.* 9. & eſt inſequens:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti amen. Sancti Spiritus adſit nobis gratia: ad honorem Dei, & beatae Mariae Virginis, & omnium Sanctorum, & Romanae Eccleſiae, & ad honorem & ſalutem omnium, qui in hac Securitate ſunt vel fuerint. Nos iuramus ſupra Dei Sancta Evangelia ab hinc in antea toto tempore vitae noſtrae firmam pacem & concordiam inter omnes . . . . . huius Societatis tenere, & ſocietatem factam & concordiam inter Civita-

iſtes Tuſciae, & Epiſcopos, & Comites, & Caſtella, & Burgos, que, & quas, & quos per capd, (*quod hoc ſit ignore*) iuravarint, & iuratum habent, & alios Nobiles qui per capd. ſimiliter ad hoc Breve iuramentom habent, vel iuraverint cum concordia Rectorum omnium, vel maioris partis, qui pro tempore fuerint conſtituti, ſimiliter firmam & ratam habara, tenere, non rumpere, vel occaſionare, ſeu aliquo modo viſiare per nos vel per alios; nec erimus in conſilio vel facto, ordinamento ſeu aſſentimento, quod rumparur, vel vitietur aliquo modo, vel ingenio, vel aliqoid contra hoc agatur. Et ſi ſcire poterimus, quod aliqua perſona vel perſone velit vel velint contra hoc agere, ſeu aliquod contrarium ordinare, bona fide ei & eis contrarii erimus, & remanere faciemus ſine fraude; & citius quam poterimus, Capitaneo vel Capitaneis ſeu Rectoribus huius Societatis denuntiabimus vel denuntiare faciemus. Et ſi aliqua perſona, Princeps, vel Rex, ſeu aliqua Poteſtas, vel alia perſona vel perſone, que non eſſent ex iſta Compagnia, undacumque eſſent, vellent facare guarram vel guerras alicui Civitati, vel Epiſcopo, ſeu Comiti, vel Caſtello, ſeu Burgo, vel alicui Nobili, qui per capd. eſſet de iſta Compagnia, occaſione iſtius Societatis, non dabimus nec dare faciemus ei vel eis aliquod conſilium vel adiutorium, nec dari caſeriemus aut permittemus, neque in victualibus, nec in aliis, aliquo modo vel ingenio; & ſi ſcire poterimus quod aliqua perſona vellet ei vel eis dare adiutorium vel conſilium, ſine fraude ei; & eis bona fide contrariabimus, & contrariare faciemus; & eum, & eos, qui fuerint de hac Societate, adiuvabimus bona fide, verumtamen ſecundum formam & comandamentum Capitaneorum, ſive Rectorum, qui pro tempore fuerint da iſta Societate; qui Rectores ſive Capitanei teneantur facere ea, que utilis noverint fore Societati predicte, & illis, qui de iſta Societate fuerint; & pretermittere ea, que noverint inutilia; & teneantur per ſe & per alios omnes, qui ſunt vel fuerint ex iſta Societate & eis teneantur vel tenebuntur dare, & facere dare, adiutorium & fortia cum armis & ſine armis, ei & eis, qui ſunt vel erunt ex iſta Societate, quibus neceſſe fuerit, ſecundum quod melius fuerit viſum illis Rectoribus omnibus, vel maiori parti, ad utilitatem & ſalvitatem ipſius & ipſorum, quibus neceſſe fuerit & totius Societatis; & concordari teneantur inter ſe, & dicere ſuam conſcientiam, & aſſentire meliori parti. Quicumque ex iſta Societate fuerit electus Rector ſive Capitaneus, teneatur recipere regimentum, & termino ſibi impoſito teneatur regere & conducere totam Societatem melius quam ſciverit, & poterit bona fide ſine fraude. Et uno menſe, antequam terminus ipſorum finiatur, teneantur ſimul coadunari bona fide, & mittere alios Rectores vel Rectorem, qui ſimili modo teneantur, bonos & idoneos & utiliores quos cognoverint fore ad utilitatem ſociorum & Societatis omnium, bona fide & ſine fraude, & ipſi qui eligentur in regimento conſtringent, & conſtringi facient ut iurent totum, quod continetur in hoc Breve & concordia prefati regiminis. Et ſiqua lis vel diſcordia ſeu guerra apparuerit inter Civitatem & Civitatem, ſeu Epiſcopum vel Comitem, & Caſtellum; ſeu alios, qui per capd. fuerint ex iſta Societate, teneantur predicti Rectores omnes, vel idonea perſona, eorum ire ad terras, & loca & homines, inter quos, & quas diſcordia eſſet, & inter ipſos amicabili compoſitione conſenſu partium finire ſi poſſunt, prout eis melius viſum fuerit, remoto amore & hodio, & omni malitia; ille perſone inter quas eſſet diſcordia vel guerra teneantur eſſe & ſtare arbitrio ipſorum Rectorum. Et ſi ipſi Rectores non poſſent concordiam inter eos facere, nihilominus teneantur concordiam. & Societatem, ut ſupra & infra legitur, firmam omni tempore tenere. Item quodcumque preceptum, & precepta, Rectores pro tempore exiſtentes, vel aliquis eorum pro omnibus vel maiori parte nob. fecerint ſub ſacramento prefato vel honore huius Societatis per ſe, vel per eorum certum nuntium, vel per eorum certas literas, audiemus, & obſervabimus, & audire & obſervare per fraudem non ceſſabimus. Et teneantur Rectores tantum ſingulis annis ſimul coadunari, ubi eis viſum fuerit, & pluries ſi eis placuerit, & tractare & providere que viderint expedire, & utile fore toti Societati predicte, niſi remanſerint paravoli impedimento, vel parabola aliorum, & omnium. Priorem vel pluries teneantur conſtituere ex eis, de quatuor in quatuor menſibus, cuius precepta teneantur obſervare de veniendo, & ſtando ad terminum, & terminos pro facto huius Societatis. Nos Conſules vel Rectores Civitatum, Caſtellorum, Burgorum, qui ſumus, vel erimus, in iſta Societate, non recipiemus aliquem Conſulem vel Rectorem in noſtra Civitate vel Caſtello ſeu Burgo, qui hoc idem ut ſupra & infra legitur in totum non iuret; & Rectoribus de noſtra terra, quando venerint pro facto huius Societatis, & ſociis ſuis eiuſdem terre, dabimus expenſas, que eis neceſſe fuerint ſine fraude, & dampna que habuerit ea occaſione emendabimus. Et arbitri, qui erunt in noſtra terra miſſi pro emendando, & faciendo conſtituto noſtre terre faciemus iurare, quod mittent in conſtituto ipſo hanc concordiam in totum, ut ſupra & infra legitur, firma tenere, & nihil contra hanc concordiam in ipſo conſtituto mittere faciant, & ſic de conſulatu in conſulato, & de regimento in regimento, teneantur facere & obſervare. Et nos Comites & Nobiles iuramus, quod faciemus noſtros filios & nepotes ex filiis hoc idem

in

in totum facere iurare, ut ſupra & infra continetur, requiſiti a Rectoribus huius Societatis intra duos menſes poſt inquiſitionem, ſi fuerint etatis annorum XIV. quam inquiſitionem audiemus & audire non ceſſabimus. Item ſi qua Civitas vel Epiſcopus, ſeu Comes, vel Caſtellum, vel Burgus, ſeu alius Nobilis de Tuſcia requiſita, vel requiſitos, ſeu requiſitum, a Rectoribus pro tempore exiſtentibus, omnibus vel maiori parte, ſive a Conſuli, vel Epiſcopo, vel Comite, de cuius comitatu vel diſtricto eſſet, non venerit ad hanc Societatem, & non iuraverit ad voluntatem ipſorum Rectorum, faciemus inde totum & obſervabimus, quod predicti Rectores omnes vel maior pars eorum dixerint & concordaverint. Et quodcumque Commune vel alius, qui per eapd. fecerit, hoc iuramentum non obſervaverit illie . . . erimus inde & ponimus eum & eos ad dictum Rectorum omnium vel maioris partis. Item nos Conſules, & Poteſtates, ſeu Rectores Civitatum, Caſtellorum, & Burgorum, faciemus iurare hinc ad Kal. Januarii proximas noſtros ſocios Conſules, & Conſiliarios ad ſonum campane omnes ad minus C. per civitatem bona fide ſine fraude, & ab inde ad duos menſes proximos faciemus iurare populum noſtre terre maiores & minores hoc idem iuramentum in totum, ut ſupra & infra continetur, ſi fuerint etatis annorum XVIII. & pluris, uſque ad etatem LX. annorum, niſi remanſerit parabola Rectorum omnium vel maioris partis eorum, vel illius, qui ſuper hoc ordinatus eſſet ab aliis Rectoribus ad recipienda iuramenta, & ſingulo quinquennio renovari debeant predicta iuramenta predicto & infraſcripto modo. Et nos Epiſcopi, & Comites, & Nobiles, qui pro eampd. iuramus, faciemus iurare omnes milites noſtre terre & diſtrict. predicte etatis, & pedites ſimiliter, arbitrio predictorum Rectorum omnium vel maioris partis, ut ſupra dictum eſt, & ſingulo quinquennio renovabimus & renovari faciemus hoc iuramentum ſupradicto modo hominibus noſtri districtus. Item non recipiemus ad hanc Societatem vel Securitatem aliquod Caſtrum, vel perſonam, qui vel que, ſit de Epiſcopatu, vel comitatu, vel diſtrictu alicuius Civitatis, vel Epiſcopi, ſeu Comitis, vel Caſtri, de cuius comitatu, vel diſtrictu, vel Epiſcopatu eſſet; & ſi receperimus aliquam perſonam ad hanc Compagniam parabola & voluntate alicuius eorum, non teneamur ei, & eis contra voluntatem illorum, & illius de Comitatu, cuius vel diſtrictu aut Epiſcopatu eſſet. Si Podiombonizzis poſſit recepi per eapd. Item non faciemus pacem vel pactum ſeu treguam cum aliquo Imperatore, vel Rege, ſeu Principe, Duce, vel Marchione, ſeu alia perſona pro eis, vel pro aliquo eorum, ſine parabola Rectorum omnium vel maioris partis pro tempore

exi-

exiſtentium. Item quicquid bono & utilitate Societatis additum fuerit vel diminutum, in hoc iuramento & ſecuritate a Rectoribus omnibus huius Societatis vel maiori parte, de additis teneamur, & de diminutis abſolvamur; non tamen quod propterea predicta Societas rumpatur vel minuatur, & ſalva quoque concordia ſtatuta inter Romanam Curiam, & hanc Societatem Tuſcie. Et ubicumque in hoc Breve & toto iuramento dicitur aliquid facere vel eſſe, aut non, pro maiori parte Rectorum ſemper intelligatur, & eſſe debeat, atque in ipſa maiori parte ſit Rector, qui erit pro Domino Epiſcopo Vulterrano, & qui erit pro Civitate Florentie, & pro Lucana Civitate, & pro Civitate Senenſi, & pro Caſtro Prati, & pro Caſtro Sancti Miniatis; & etiam ille, qui fuerit pro Civitate Piſana, & pro Piſtorienſi Civitate, & pro Caſtro Podiibonizzi, ſi fuerit in iſta Societate; nec aliter valeat vel valere debeat. Et quicquid ad manus huius Societatis, occaſione regiminis aliquo modo, vel ingenio, vel alterius pro eo venerit a xx. . . . . Lucanorum, vel Piſanorum, aut Senen. ſuper totum expend. vel expendi facere in facto Societatis bona fide ſi neceſſe fuerit; ſin autem reſtituet illud in manibus ſui ſucceſſoris vel ſucceſſorum Rectorum bona fide, excepto quod poſſit percipere & retinere pro ſuo feudo id, quod ſibi foret conſtitutum a Conſulibus ſue terre vel Rectore, aut Domino, pro quo fuerit pro ipſo regimento. Et non recipiemus aliquem Imperatorem, vel pro Imperatore, vel Rege, ſeu Principe, Duce, vel Marchione, ſeu Nuntium, vel alium quemlibet, qui pro eis, vel aliquo eorum debeat dominare vel adminiſtrare ſine aſſenſu, & ſpeciali mandato Romane Eccleſie. Et ex quo ego Rector huius Societatis fuero requiſitus a Romana Eccleſia per Nuntium, vel per certas literas, pro aliqua poſſeſſione Romane Eccleſie recuperanda vel defendenda, iuvabo & iuvare faciam Romanam Eccleſiam ſecundum quod mihi meiſque ſociis Rectoribus huius Societatis omnibus, vel maiori parti, melius viſum fuerit. Sed ſi qua Civitas, vel Comune huius Societatis aliquid detinet de predictis poſſeſſionibus uſque ad odiernam diem, de illis non teneat eam adiuvare. Et ſi contigerit quod Dominus Papa, & Domini Cardinales, eſſent in aliqua Civitate vel Caſtro infra fines Societatis, & obſideretur ab aliquo exercitu, iuvabo eum, & iuvare faciam per me & per fortiam totius Societatis bona fide ſine fraude. Et ſi Princeps vel aliquis pro eo de comuni concordia Romane Eccleſie & Rectorum Societatis receptus fuerit, & poſtea deſeviret contra Romanam Eccleſiam, vel contra iſtam Societatem, contrariabo ſibi, & guerram ei faciam per me & per fortiam Societatis, ad arbi-

bi-

Digitized by Google

bitriom tamen Rectorum omnium, vel maioris partis, & maxime eum a Romana Eccleſia ſucro requiſitus, Et quicquid additum, vel diminutum, a Domino Papa, concordia tamen omnium Rectorum Societatis, vel maiuris partis inſimul coadunatorum ſiue vi & fortia de his & ex his, que ſtatuta ſunt, de additis tenear, & de diminutis abſolvar, non tamen propterea predicta Societas corrumpatur, vel vitietur, aut frangatur. Et ſtratam per omnes fines Societatis ſecuram tenere faciam ſine fraode; & ſi fuerit facta ibi uffenſa ſtudebo facere emendari, ſalvis conſtitutionibus Civitatum & locorum. Intellectum eſt in ſecuritate & coniunctione facta, ut ſupra legitur, Romane Curie, qood ſi Dominus Papa, & Domini Cardinales, non fecerint, & adimpleverint ea omnia, que ſtatuta ſunt pro eis, & eorum parte Societatis Tuſcie, de hinc ad Kalendas proximas Ianuarias, vel ad aliom terminum, vel terminos, a Rectoribus Societatis omnibus, vel maiori parte, elongatum, vel elongatos, quod deinde in antea Romane Curie de iſta ſecuritate non tenear. &c.

Acta ſunt hec omnia, ut ſuperios ſcripta ſunt in iſto ſuperiori columnello & pagina, & iurata preſentibus Domino Pandulfo Baſilice XII. Apoſtolorum, & Domino Bernardo Tituli ſancti Petri ad Vincula Presbiteris Cardinalibos & Legatis Tuſcie, & eorom parabola & mandato, anno Dominice Incarnationis Mill. C. nonageſimo VII. in Eccleſia S. Chriſtophori in Burgo S. Geneſii, Ind. prima, tertio Id. Nov. preſentibus Franco quondam Saſſelli, Cicamontone Iudice, Buonagiunta quondam Lanfredi Lucenſibus civibus; Tedaldo de Cantore, Tolofano quondam Bernardini, Florentinis civibus; Vgolino Iudice, Guiniſio, Contepalmerio, Senenſibus civibus, & aliis pluribus; videlicet a Lucenſibus Conſulibus Gonnella quondam Malegonelle, Luterio quondam Bernardi; Et Conſulibus Florentinis, Acerbo qoondam Falſeronis, Gianibello quondam Tedaldini, & Avinci Caſtellonovo Senenſium Conſule, & a Vscaio quondam Sufredi Conſule Caſtri S. Miniatis, & a Senſanome de S. Miniato, & a Domino Aldebrando Vulter. Epiſcopo, iurante Bruno Iudice de Florentia ſuper anima ſua, & parabolam ut ita iuraret ibidem eoram eunctis ei dedit, & ab Iacobo Iudice Conſule veteri Senenſi, ſed tamen talem habuit intellectum, quod non teneatur facere iurare homines ſue terre & diſtrictus; & qood de iſta ſecuritate teneatur poſtea quam Dominus Papa abſolverit ipſum Iacobum de fidelitate quam fecerat ſil. olim Imperatoris &c.

Poſt hec ſequenti proximo menſe, videlicet pridie Nonas Decembris apud Caſtrum Florentinom in Eccleſia. Hii ſunt Rectores conſtituti in facto huius Societatis pro Florentina Civitate Acerbus, pro Civitate Senenſe Iacobus filius Aldebrandini Ioſep. pro Civitate Lucana Orlandinus Malapreſe, pro Caſtro S. Miniatis Barone quondam Traripati; qui omnes ibidem iuraverunt ſupra Evangelia quicquid continetur in ſupradictu Breve concordie & Societatis pro facto regiminum, bona fide ſine fraude obſervare, & Dominus Epiſcopus Vulterranus pro ſe ipſo eſt Rectur & Capitaneus conſtitutus in Societate predicta; preſentibus ſupradictis Franco & Ciciamonte & Bruno Iudice, & Tedaldo, & Guiniſio, & Contepalmerio, & Rainerio della Bella, & aliis pluribus. Hoc eſt additum in ſecuritate predicta a Domino Epiſcopo Vulter. Rectore pro ſe ipſo, & ab Acerbo Rectore pro Civitate Florentina & ab Iacobo Rectore pro Civitate Senenſe, & a Rolandino Malapreſe pro Lucana Civitate, & a Barone Rectore pro Caſtro Sancti Miniatis; Quod ubi dicitur in ſecuritate pred. aliquid facere vel eſſe aut non, pro maiori parte intelligatur & eſſe debeat in ipſa maiori parte Rector, qui erit pro Aretina Civitate, & Rector qui erit pro Comite Guidoneguerra, & Rector, qui erit pro Comite Aldebrandino, ſi fuerint in iſta Societate, preſentibus iam dictis teſtibus &c. Poſt hec in Civitate Florentina preſenti proximo menſe Februarii, videlicet Non. eiuſdem menſis Guido Guerra Tuſcie Comes iuravit ad Sancta Dei Evangelia obſervare & adimplere totum, quod continetur in iſto Breve & ſecuritate Toſcie bona fide ſine fraude, ſi tamen habuerit intellectum faciendi iurare homines ſue terre ad terminum & terminos, qoem & quos Rectores Societatis omnes vel maiur pars ei dederint vel date fecerint, preſantibus Acerbo pred. Compagno, Gianibeliſore, Gianniberte, Vberto Gualducci, Guefredo, Gambello, Sitio, Sinibaldo, Vguccione Gerardini Conſulibus Florentinis & preſentibus teſtibus Rainerio della Bella, Vberto Bernardi, Ruſtico filii Abbatis, & Octaviano de Cuona, & aliis.

Poſt hec eodem menſe apod Monaſterium de Camaldoli ſitum prope Civitatem Florentinam, videlicet VII. Idus Februarii Comes Albertus quondam Notigiove iuravit obſervare & adimplere bona fide ſine fraude totum quod continetur in iſto Breve & ſecuritate Tuſcie, ſi talem habuerit intallectum, quod non teneatur facere iurare filios ſuos, quos habuit ex Imillia Comitiſſa olim uxore ſua, vel nepotes ex eis, & quod teneatur facere iurare milites & populum ſue terre ad terminum & terminos, qoos ei dederint Rectores omnes Societatis, vel maior pars eorum, aut dare fecerint.

Item quando dictus Comes Albertus fecit iſtud ſacramentom, fuit hoc expreſſum act. inter eum & infraſcriptos Conſules Florentinos Civitatis pro Comuni eiuſdem Civitatis; Quod in omnibus exceperunt factum de Summofonte

te quod pro iſta Compag. Comunia Florentine Civitatis, vel eiuſdem Rectores, in nullo poſſint diſtringui a Rectore Societatis, ſeu ab aliquo alia occaſione ſocietatis, neque de facienda guerra illis de Summofonte ſi Florent. facere voluerint, in alia quam eunt. eos facere veliat; Et ſimiliter exceperunt factum de Certaldo, quod liceat Comuni Florentino facere iurare homines de Certaldo, ſicut olim fuit conventum & conſtitutum, & quod poſſint petere & tollere reditum, quod illi de Mangone convenerunt dare Comuni Florentino; & ſi illi de Certaldo non fecerint iuramenta, prout ſtatutum fuit, & illi de Mangune non dederint annuatim predictum redditum, quod liceat Comuni Florentino facere eis fortiam ad ea facienda & habenda ſicut voluerint, non obſtante in aliquo occaſione Societatis pred. &c.

Acta ſunt apud Camalduli, ut dictum eſt, preſentibus Conſulibus Florent. Acerbo, Gianibello, Sinibaldo, Ranerio Balduini, Compagnio, Giannibellifore, Vberto Gualduccij, Giannaberte, Renaldiiço, & Guidone Sanguigni, nec non & preſentibus altis hominibus eiuſdem Civitatis Tuloſano, Catalano, Siuibaldo de Scolario, &c.

Quaedam heic opportune adnotanda ſunt; & primum, ex duobus illis Cardinalibus Legatis Tuſciae *Pandalfum* fuiſſe *Pandalfum Muſcam* Piſanum, *Bernardum* vero Lucenſem, ut animadvertit *Ammiratus Iunior* in *Historia Comitum Guidonum*, & in *Epiſcopis Volaterranis*; indicatque ſatis *Alf. Ciacconius*. Rector autem ille Senenſis *Iacobus* filius *Aldebrandini Ioſep.* nonne videatur ex familia Senenſi *Ioſeporum*, cuius hiſtoriam contexit *Eug. Gamurrinius*? *Aldebrandinus Ioſeph* teſtis eſt etiam in Diplomate *Henrici VI.* producto ſuperius *pag.* 342. 343. *Ranerius* vero *De lla Bella* Florentinus erat, & ex nobili familia, quae deinde res novas Florentiae molita eſt, ut tradit *Io. Villanius Lib. VIII. Cap. VIII.* Quis autem ſit Comes ille *Aldebrandinus*, ignorare me fateor; ſed quum videam in Inſtrumento anni MCC. apud *Ammiratum* in *Epiſcopis Volaterranis* nominari una cum Comite *Alberto*, declararique ab *Hildebrando* Epiſcopo Volaterrano, ſe bellum non moturum contra Comites *Hildebrandinum* & *Albertum*, excepto tamen Caſtro Collis, quod oppugnare intendit, ſubspicor Senenſis vel Volaterranae ditionis Comitem fuiſſe, qui una cum Comite *Alberto* Caſtrum Collis poſſideret, multaque alia non procul haberet, ut coniectare eſt ex iis, quae *Admiratus* narrat in *Epiſcopis Volaterranis pag.* 101. Comes *Aldebrandinus* teſtis eſt etiam in Diplomate *Otthonis IV.* dato Piſanis anno MCCIX. quod mox producetur. *Octavianus de Cuona*, qui memorator in hoc Inſtrumento, videtur eſſe ex ea gente, quae a *Cuona* dicta eſt; quaeque *Cuona* oppido Vallis Sevis veniens in ea parte ſuburbiorum Florentinorum conſedit, quae nunc urbanorum murorum ambitu continetur, & circa Pontem Rubacontis ſita eſt, ut ſcribit *Villanius Lib. V. Cap. XXXIX.* & *Malaſpina Cap. LVII.* *Rogerii Alberti F. a Cuona* meminimus ſuperius *pag.* 74. & de *Alberto a Cuona* quaedam habet *Ammiratus* in *Epiſcopis Volaterranis pag.* 125. Mentio autem *Guidonis a Cona* occurrit in Inſtrumento anni MLXXII. producto in *Deliciis Eruditorum* ad *Partem II. Chronici Leonis Vrbevetani pag.* 555. Hi deinde *Zambinii*, & a *Caſtiglianchio*, adpellati ſunt. Monaſterium Camalduli ſitum prope Civitatem Florentiae, titulo S. *Salvatoris* inſigne fuit; nunc autem deſtructum eſt, & in puellarum Ptochotrophion, quae vulgo *Mendicantes* dicuntur; parvamque Eccleſiam D. *Raccho* ſacram, converſum: & tota illa vicinia, nunc muris urbis comprehenſa, etiamnum *Camalduli* adpellatur. Comes *Albertus Nottigionae F.* eſt ex iis Comitibus *Albertis*, qui in Mucello, & Valle Elſae, & Valle Biſentii, & in Capraria, late dominati ſunt, quorumque haud ſemel ſuperius meminimus; nam Summus Fons, vulgo *Semifonte*, Caſtellum in Valle Elſae fuit, inter Sanctum Geminianum & Certaldum; & Certaldum ac Mangona in Mucillo, illis Comitibus parebant; ideoque de horum caſtrorum populis Comes *Albertus* agit. Quae caſtella Comites *Alberti* poſſiderent intelligimus ex Diplomate *Friderici I.* iis conceſſo, & edito ſuperius *pag.* 157. 158. & Summum Fontem ad eos pertinuiſſe conſtat ex Diplomate *Henrici VI.* exhibito ſuperius *pag.* 342. in quo inter teſtes eſt Comes *Albertus* de Summo Fonte; hoc eſt, *Albertus Nottigionae F.* cuius uxor prima fuit *Imillia*, ſecunda vero *Tabernaria*, ut ex hoc Inſtrumento, & ex iis, quae adlegat *Ammiratus Iunior* in *Comitibus Guidonibus*, & in *Epiſcopis Arretinis pag.* 114. conſtat. Ex iis vero, quae deinde contigerunt, patet, vere Comunne Summi Fontis concordia & ſecuritate Societatis minime gaviſum fuiſſe; nam Florentini anno MCXCIX. Caſtrum illud ſibi parere detrectans corona cinxerunt; & Comes ille *Albertus*, & *Maghinardus* eius filius, uxorque *Tabernaria*, anno MCC. confirmarunt donationem Podii Summifontis Florentinis factam, ut patet ex Inſtrumento adlegato ab *Admirato* loco proxime citato. Et tandem anno MCCII. Florentini ceperunt, & funditus exciderunt, illud, prodente quodam a S. Donato in Pocia, cuius poſteri *De Serra* nuncupati, & inter Patricios Florentinos cooptati, immuneſque declarati ſunt, ut ſcriptis mandavit *Villanius Lib. V. Capit. XXVI. & XXX.* Anno MCXCVIII. *Philippus* Suevus Vicarius, ſiquidem ita adpellandus eſt, in Germaniam redit, ut *Bonincontrius* in *Annalibus* ſcribit; & anno MCCVIIII. *Otho IV.* Imperator in Sancto Miniate moratur, ut ex eius inſequenti Di-

Diplomate, apud *Vghellium* in *Epiſcopis Volaterranis* conſtat.

In Nomine Sanctae, & individuae Trinitatis.

Otto Quartus divina favente clementia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus.

Ad aeternae vitae praemium, & temporalis Imperij incrementum, apud Creatorem omnium nobis maxime proficere non ambigimus, ſi in Eccleſia Dei, & religioſis perſonis, gratiae noſtrae ſubſidium, & Imperialis defenſionem Maieſtatis ſtudeamus propenſius impertiri. Quapropter notum facimus univerſis Imperii fidelibus praeſentibus, & futuris, quod nos intuitu Divinae retributionis Monaſterium, & totum Conventum ſancti Galgani Ciſtercienſis ordinis, quod Monaſterium ſitum eſt in Epiſcopatu Volaterrano, in Monte Sepio, eo quod perſonas ibi exiſtentes in eo ordine devotas, & Deo . . . & maxime religioſas eſſe audivimus, cum perſonis omnibus ibidem Deo famulentibus, & univerſis bonis, obedientiis, & pertinentiis ſuis, in ſpecialem Maieſtatis noſtrae protectionem recipimus, ipſum Monaſterium, & locum, perſonas omnes, & obedientias, & univerſa ad ipſos pertinentia, quae nunc habent, vel in poſterum dante Domino poterunt iuſte adipiſci, ab omni data, collecta, tributia, angaria, ſeu parangaria, munere publicae functionis, & ab omni gravamine, vel exactione cuiuſcumque perſonae, in perpetuum libera eſſe decernimus, quorum quaedam certis nominibus duximus exprimenda: Montem Sepium, in quo ipſum Monaſterium eſt fundatum cum nemore, & omnibus adiacentiis; & quidquid habent in curte, & diſtrictu de Berignone, cum ſuis pertinentiis, & quidquid . . . . in villa de Lamule, in curte de Clusdinu, & de Fruoſine, & de Monticiano, ſicut Ildebrandus Vulterranus Epiſcopus haec omnia ipſis dedit, & conceſſit. Adiicimus etiam quidquid habent in curtibus de Siciano, & de Lacria, campum quoque de Valroſi ſitum iuxta Abbatiam Ardingam ab anteceſſore noſtro Henrico Romanorum Sereniſſimo Imperatore ipſis datum, & conceſſum. Inſuper Abbatiam de Guiniano a Romano Innocentio Summo Pontifice ipſis conceſſam, cum omnibus ſuis obedientiis, & pertinentiis. Haec autem omnia ſicut praenotate ſunt, cum paſcuis, nemoribus, ſylvis, terris, cultis, & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, & cum omni utilitate, ſicut ipſis data ſunt, & conceſſe, Imperiali authoritate ipſis confirmamus. Concedentes, ut in cauſis forenſibus licitum eis ſit ſyndicum, vel procuratorem conſtituere. Nullae quoque conſtitutiones locorum, vel Civitatum contre ius, . . . ipſius praeiudicet, nulla quoque perſona, nullaque Civitas, vel commune, vel locus, ipſos prohibere debeat quominus extrahant, vel exportent, quae ipſis ad domos, & in fratrum victum, & perſonarum ſuatum ſuſtentationem ſunt neceſſaria. Statuimus quoque, & iubemus, ut ſi res aliquae praedictae domui, & ſuis pertinentes ab aliqua, vel aliquibus fuerint ablatae, & ad manus aliquorum devenerint locorum, tamdiu eas retineant, quouſque debitam inde praedicti fratres accipiant iuſtitiam. Ad haec de ſpeciali liberalitatis noſtrae gratia ipſis indulgemus, quatenus omnes, qui ſe ad ordinem illum transferre voluerint, liceite, & libere ipſum poſſint cum omnibus rebus ſuis mobilibus, & immobilibus, quas eis dederint, recipere, niſi ſit ſervus, volentes, & ſtatuentes, ut ab omni paſſagio, vel pedagio, quod poſſeſſionibus, rebus, perſonis, & animalibus eorum ad ipſos aliquo modo pertinentibus omnino liberi ſint, & abſoluti. Sancimus itaque, & conſtituimus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla Civitas, nullumque Commune, nulleque omnino perſona humilis vel alta, ſaecularis vel Eccleſiaſtica, contra hanc Serenitatis noſtrae conceſſionem venire audeat, vel in aliquo praedictum Monaſterium, aut fratres aliquatenus perturbare, quod qui fecerit, . . ultionem ſuae temeritatis LX. libras auri puri pro poene componat, dimidium Camerae noſtrae, & reliquum paſſis iniuriam. Ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam praeſentem paginam inde conſcribi iuſſimus, & Maieſtatis noſtrae ſigillo communiri.

Signum ✠ Domini Ottonis.

Dat. apud Sanctum Miniatum per manum Gualterii Imperialis Aulae Prothonotarii, anno Incarnationis MCCIX. pridie Kal. Novembris, Indict. XIX.

Anno eodem MCCIX. idem *Otho IV.* Imperator Diploma concedit Piſanis, in quo quaedam loca memorantur ad Sanctum Miniatem etiam ſpectantia, quodque heic iterum producitur ex *Deliciis Eruditorum Tom. III. ad Partem II. Chronici Leonis Vrbevetani pag.* 206.

In Nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis.

Otho IV, Divina favente Clementia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus.

Decet Imperialem Excellentiam votis omnium, ac petitionibus fidelium ſuorum clementer adnuere, & illorum praecipue, quorum fides, & devotio circa ſublimationem Imperii, & noſtram, ita liquido reſplenduit, quod ipſorum praeclara, & honeſta ſervitia pre magnitudine, & multitudine aliis imitanda preponantur. Congruum enim, & rationabile videtur, eos eorum fidelibus obſequiis ex noſtra Imperiali largitione rerum, & ex be-

beneficiorum gratuita collatione, ita gratanter reſpondere, quod buius noſtrae pietatis exemplo magis ſid iium animos ad ſerviendum fideliter Imperio alacritee provocemus. Quanto enim potiora benemereates a nobis beneficia recipiunt, tanto maiorem Coronae noſtrae gratiam accreſcere credimus, & pervenire. Vnde, quia univerſi Cives Piſani noſtri fideliſſimi, & Imperio ſemper devotiſſime, pro ſuis magnificis, & multiplicibus ſervitiis, quae ad probationem, & commendationem fidei ſuae nobis, & Imperio frequentius exbibuerunt, ampliorem dilectionis, & gratiae favorem apud noſtram Maieſtatem ſibi theſaurizaverant; omnium fidelium tam praeſentium, quam futurorum, videcit aetas, & cognoſcat, quanta benignitate, & quam largifica Imperiali munificentia Piſanorum merita merito reſpeximus, praeſertim tum per ſuam induſtriam, & virium potentiam, honorem, & gloriam Imperii, atque ſtatum Reipublicae ipſi glorioſe ſempee adauxeeint, & ſempee augere propoſueeint. Quanta enim fidelitate, & probitate Piſana Civitas a prima ſui fundatione caput ſuum inter alias Civitates extaleeit; quanta etiam conſtantia Divis Anteceſſoribus noſtris Regibus Romanorum, & Imperatoribus fideliſſime ſerviendo perſeveranter adhaeſeeit, nos per multa ſcripta, & eelationes ſaepius audivimus, & inſupee ex ipſa operum atteſtatione id ipſum lute clarius innotuit. Placet igitur noſtrae Clementiae, ut Piſanus Populus pro ſua fide, & devotione boneſtiſſimum de nobis ſemper accipiat emolumentum, ut & ferventior ad promovendum honorem Imperii ſempee exſiſtat, quo fidem & ſtrenuitatem Patrum ſuorum boneſtis moribus, & perſpicuis virtutum operibus aemuletur. Inde eſt, quod nos Otto Quartus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, damus, & concedimus in feodum tibi Gottifredo iure Romano Poteſtati Piſanorum recipienti pro Civitate Piſana totum, quod praefata Civitas, vel quaelibet perſona, habet & tenet de rebus Imperii, & totum, quod Imperio pertinet, vel alio quoque modo, iure, vel conſuetudine, vel pertiauit retro a triginta annis, vel pertinebit in Civitate Piſana, & eius diſtrictu, per terras, & inſulas; & concedimus, & damus in feudum vobis Comitatum in veſtro diſtrictu, ſicut tenet Turris Beani ad Arnum, & ad Cannetum, & inde ad Braebiallam, & ſicut trabit ab Ebula ad Montem Tiniosſum, & ipſum Montem Tiniaſum cum pertinentiis ſuis, & ad Burianum, & Quercetum cum pertinentiis ſuis; & uſque ad Caſtrum Cocaiae, & ipſum Caſtrum Corniae cum pertinentiis ſuis. Inde uſque ad Scberlinum, & a Scbeelino ſicut trabit marina uſque ad Portum Herculis. Ab alia parte fluminis Arni, ſicut teabit Planeſule, & comprebendit Ciatoriae turia, & ſicut trabunt confinia inter vos & Lucenſes uſque ad Pontem Mogoguiae, & inde ſicut ſunt confinia diſtrictus Piſanae Civitatis, intea quos terminos baec lota continentur. Caſtrum Petioli cum omnibus ſuis pertinentiis. Caſtrum Montis Scutari cum pertinentiis ſuis. Gbegannm, Caſtellum Falſi, Camporena, Vignale, Lrguli, Petra Raminga, Lmaticum, Cbianni, Agniaci, Pava, Petra Caſſia, Gabbretum, Gellum, Caſalia, Saſſa, Caſelle, Cannetum, Montiverdis, Caſtellione Bernardi, Saſſeta, Coranum, Campianum, Palagia, Sanctus Gervaſius, Mons de Caſtello, Mons Taupari, Marti, Corcarelli, Collegarli, Pratilionum, Vſilianum, Ceeretum, Trigarinum, Foenuls, Alisa, Petriolum, Mons Belcarii, Camalus, Stibium, Mons Altus, Comugnole, Pinosbium, Poncberae, Appianum, Cellum, Pecianum, Rapidi, Tmle, Scbetorali, Taalda, Roniſanum, & omnia praedicta cum peetinentiis ſuis. Et praeterea Vignali, Campilia, Rocba Biſerni, Rocba Palmenti, Donoraticam, Caſtagnetum, Segalari, Bolgari, & Bibboni, cum omnibus eorum pertinentiis; Caſtillione de Piſcaria cum omnibus pertinentiis ſuis. Abbatia de Fongo cum omnibus pertinentiis ſuis. Elba, & Capraria, & Gorgona, & Planoſia, & Corſica, & in omnibus praenominatis locis iurisdictionem, & diſtrictum vobis concedimus, & quidquid aliqua Perſona babet ibi ab Imperio vel Regno, & quidquid Imperia vel Regno peetinet, & quaecumque alia infra praedictos terminos continentur, tam in caſtris, locis, villis, burgis, babitationibus; quam in terris, & aquis, fluminibus, ſtagnis, paludibus, paſcuis, piſcariis, argenti fodinis, & omnibus venis metallorum, & ſalinis, portubus, & ſylvis cum omni plenitudine, & integritate vobis concedimus. Concedimus etiam vobis Caſtrum Maſſae, & ipſam Maſſam cum ſuis pertinentiis. Inſuper indulgemus vobis, & concedimus, ut nulli perſonae, vel hominibus, vel alicui alii civitati, & loco de cetero liceat aedificare aliquod aedificium, vel munitionem aliquam, a loco dicto Corbo, uſque ad fauces Arni iuxta mare, vel etiam in plagia, vel infra terram a pede montis uſque ad mare per iam dictos fines. Volumus ad baec ut Piſani, & hi, qui de eorum diſtrictu ſunt, & eorum res, ſicut eis placuerit, & Piſana Civitas, babeat plenam iuriſdictionem, & poteſtatem faciendi iuſtitiam, & etiam vindictam, & dandi tutores, & mundualdos & alia, quae Iudex ordinarius, vel quilibet poteſtate praeditus ab Imperatore, vel Rege, babere debet ex ſua iuriſdictione in ſuo diſtricta, & in ſuos, quos conceſſimus & concedimus. Et Piſani, & qui in eodem diſtrictu ſunt, a nulla perſona debeant foderari, neque boſpitari. Et Piſani poteſtatem babeant ducendi eos in expeditionem, & ad omnem diſtrictum ſuum. Et quicumque negotiator voluerit tranſire ad eos cauſa negotiandi, ſive per terram, ſive per aquam, ſecure vadat, & a nullo aliquo ingenio impediatur, niſi ſit in banno Domini Imperatoris. Negotiatores autem Piſani per totum imperium noſtrum libere ſint, & vadant per terram, & aquam, abſque omni pedagio, & dirictura, nec cogantur emere, vel vende-

Digitized by Google

dere, ultra ſuum velle, nec alter quilibet aliquo ingenio prohibeatur a Piſanis emere. Et concedimus, & damus vobis littus maris, & tantum inxta hoc, quod libere Piſani in eo ſacere naves, & galeas, & exercere ſuas mercationes poſſint, & quod in eo nobis pertinet a Civitavecchia uſque ad Portum Veneris; & quod nullus poſſit in eo, vel faucibus aquarum infra terminum contentis facere portum, vel appli are naves cum mercibus contra voluntatem Piſanorum. Et ſi Piſani pro his, vel de his conceſſionibus in toto, vel in parte obtinendis vel recuperandis aliquos gravaverint, vel poſſeſſionem abſtulerint, ſive habuerint, cogemus Civitatem Piſanam, vel Poteſtatem, ſeu Rectorem, vel Conſules, qui pro tempore fuerint, ad iuſtitiam faciendum. Siquis autem de praedictis quodcumque Piſanae Civitati abſtulerit, vel inquietaverit, citabimus eum, praecipientes ut deſiſtat, & reſtitui faciamus. Quod ſi non fecerit, noſtro eum banno ſupponemus, ut ſubtrahemus ab eo niſi prius ſatisfecerit Piſanae Civitati. Haec ſupradicta omnia damus in feudum, & concedimus Communi Piſanorum, & per praeſentis privilegii paginam confirmamus, & de ſupradictis inveſtimus Commune Piſanorum per ſuſem, quem manu tenebemus. Praedictam autem conceſſionem, ſeu dationem ratam eſſe volumus, & firmam, non obſtante aliquo privilegio, vel reſcripto, vel litteris ab anteceſſoribus, vel a noſtra Maieſtate impetratis, vel impetrandis; & ſiqua talia privilegia, ſeu reſcripta fuerint inventa, ea Imperiali auctoritate caſſamus. Confirmamus etiam ipſi Civitati Piſanae omnia privilegia, & quae in ipſis continentur, quae a praedeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, ſeu Regibus, eidem Civitati Piſanae ſunt indulta, ſtatuentes, & Imperiali auctoritate diſtricte praecipientes, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nullaque civitas, nullaque poteſtas, nullumque commune, vel locus, nulla denique perſona Eccleſiaſtica vel Secularis, hanc noſtrae conceſſionis, ſeu confirmationis, divalem paginam praeſumant infringere, ſeu aliquo ei temeritatis auſu obviare. Quod qui facere praeſumpſerit, mille libras auri puri in ſuae praeſumptionis poenam componat, quarum medietas Fiſco noſtro, reliqua vero medietas iniuriam paſſis perſolvatur. Ut autem haec noſtrae confirmationis ſeu conceſſionis pagina inviolabiliter, & in omne aevum obſervetur, praeſentem exinde paginam conſcribi, & Maieſtatis noſtrae Bulla iuſſimus ſigillari.

Huius rei teſtes ſunt Wolfrigerius Patriarcha Aquileienſis. Engelardus Zizenſis Epiſcopus. Waltherius Lucenſis Epiſcopus. Ioannes Florentinus Epiſcopus. Azzo Marchio Eſtenſis. Comes Ildebrandinus. Comes Bonifatius. Comes Tediſius. Henricus Mareſcalcus de Rulledin. Henricus Camerarius. Gungelinus Dapifer; Waltherius Pincerna, & alii quamplures.

Signum Domini Othonis IV. Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Ego Curradus Spirenſis Epiſcopus Imperialis aulae Cancellarius vice Domini Theodorici Colonienſis Archiepiſcopi, & totius Italiae Archicancellarii, recognovi.

Acta ſunt autem haec anno Dominicae Incarnationis MCCIX. regnante Domino Othone IV. Romanorum Imperatore glorioſo, anno Regni eius XII. Imperii vero primo.

Datum apud Caſtrum Podii Bonitii per manus Waltherii Imperialis aulae Protonotarii, VIII. Kalendas Novembris, Indictionis XIII.

Ex hoc Diplomate habemus *Waltherium* Epiſcopum Lucenſem adhuc ignotum; & qui ex eodem additus eſt Catalogo Lucenſium Praeſulum a P. *Grammatica* ex Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei in Libello, qui inſcribitur: *Guida ſacra alle Chieſe di Lucca &c. anno* 1741. In eodem Diplomate memoratur etiam *Ioannes* Epiſcopus Florentinus, qui Velitris oriundus erat, quique in comitatu Imperatoris in Podio Bonitii verſatus eſt, una cum aliis Epiſcopis. Caſtella autem in hoc Diplomate recenſita, quae ad Sanctum Miniatem etiam ſpectabant, ſunt Comugnole, Mons Altus, Stibium, Caſtellum Folſi, Camporena, Vignale, Gellum, Canneto, Barbialle, Collegarli; & ſufficit conferre Catalogum Caſtellorum, quae ſub ditione Sancti Miniatis erant, editum ad *Part. III. Hiſtor. Siculae Laur. Bonincontrii* in *Deliciis Eruditorum pag.* 137. De Comite *Hildebrandino*, qui in hoc Diplomate unus teſtium eſt, quaedam in medium adduximus ſuperius *pag.* 350. Comes *Bonifacius* eſſe fortaſſe poterit ex Comitibus Donoratici, apud quos *Bonifacii* nomen frequens eſt; & forte ex iis eſt *Bonifacius* ille, cuius mentio habetur in meo *Hodoeporico pag.* 1208. nam ſunt qui putent eiusdem de Campiano in territorio Piſano ſito. Comes quoque *Tediſius*, ſeu *Tedicius* ex eadem gente eſſe potuerit, nam & *Tedicii* nomen in ea reperitur, ut videre eſt in mea *Synopſi Chronologica ad Part. II. Chronici Leonis Urbevetani in Deliciis Eruditorum pag.* 322. Non diſſimulandum tamen *Tedicii* nomen fortaſſe occurrere etiam in Comitibus *Pannocchiis*; nam tales videntur eſſe qui memorantur ab *Ammirato* in *Epiſcopis Volaterranis pag.* 97. Anno MCCXVI. *Fridericus II.* Imperator donat quaedam Sancti Miniatis Populo, ut conſtat ex inſequenti Inſtrumento, quod *Tomo V. Deliciarum Eruditorum* ad *Part. I. Hiſtor. Siculae Laurent. Bonincontrii* editum fuit *pag.* 289.

Fridericus II. divina favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliae. Regalis Excellentiae dignitas tunc verae laudis titulo ſublimatur, & eminenti decore praefulget, quan-

quam fidelium profectibus clemens expònitur, & pie proſequitur deſideria ſubiectorum. Inde eſt, quod Nos attendentes fidelitates, & grata plurimum, & accepta ſervitia, quae homines S. Miniatis fideles noſtri Nobis, & Divis Auguſtis praedeceſſoribus noſtris inclitae recordationis, exhibuerunt, & in antea poterunt exhibere, de gratia noſtra concedimus, & donamus eis, & eorum ſucceſſoribus in perpetuum Burgum Sancti Geneſii cum omnibus iuſtis pertinentiis, & rationibus ſuis, & ſtratam, ſtatuentes, ut omnino itee ſtratae ire debent per ipſam terram Sancti Miniatis, mandantes & praeſentis privilegii auctoritate firmiter ſtatuentes, ut quaecumque perſona Eccleſiaſtica, vel Saecularis hanc noſtram conceſſionem, & donationem auſu temerario infringere, aut violare praeſumſerit, centum libras auri componat, quarum medietas fiſco Imperiali, altera vero paſſis iniuriam perſolvatur. Vt haec rata, & firma permaneant praeſens Privilegium fieri fecimus, ſigillo noſtrae Celſitudinis roboratum. Huius rei teſtes fuerunt Auguſtenſis Epiſcopus, Radiſponenſis Epiſcopus, Abbas S. Galli, Abbas Campidonenſis, Abbat Alaacenſis, Comes Palatinat Ibuingenſis, Marchio de Baden, Marchio Montis Ferrati, Anſelmus de Auſtingen. Maleſcalcbus, Valteras de Sciph. Pincerna, Riccardus Cameracias, & alii quamplures.

Signum Domini Friderici II. Dei gratia Romanorum Imperatoris Auguſti, & Regis Siciliae. Ego Conradus Metenſis, & Spirenſis Epiſcopus, & Imperialis Aulae Cancellarius, vice Domini Stefridi Magontini Archiepiſcopi, & totius Germaniae Archicancellarii, recognovi. Acta ſunt haec anno Dominicae Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſextodecimo, quinta Indictione, regnante Domino Noſtro Frederico Dei gratia Romanorum Rege Imperatore Auguſto, & Rege Siciliae. Anno Romani Regni ipſius in Germania quinta, & Siciliae nonodecimo, feliciter. Amen.

Data apud Hulm. Anno, Menſe, & Indict. praeſcriptis, &c.

Vereor ne hoc Diploma non recte deſcriptum fuerit, nam in eo omittitur menſis, quo datum eſt; & tamen deinde indicatur, menſem adpoſitum fuiſſe. Ex hoc Diplomate intelligimus, Burgum Sancti Geneſii donatum fuiſſe Communi Sancti Miniatis, qui Populus deinde illud deſtruxit, & habitatores in Sanctum Miniatum tranſtulit, anno MCCXLVIII. ut *Villanius Lib. VI. Cap. XXXII.* tradit. At *Villanius* idem *Libro V. Cap. XXVII.* iam dixerat, Populum Sancti Miniatis anno MCC. Burgum S. Geneſii deſtruxiſſe, & tandem anno MCCXL iterum aedificaſſe, ut loco primum citato idem Hiſtoriagraphus ſcribit. Qui igitur *Fridericus II*, anno MCCXVI. donare potuit oppidum, quod iam deletum erat? Num moenia tantum Miniatenſes everterant; domos & quoſdam habitatores reliquerant? Anno MCCXVIII. & ſequentibus *Conradus* Epiſcopus Spirenſis Vicarius Tuſciae, & Italiae fuit; anno vero MCCXXVI. *Fridericus* Auguſtus in Sancto Miniate verſabatur, ut ex inſequenti Diplomate patet, quod ex *Hiſtoria Paſſinianenſi Fid. Soldanii* proferimus,

In Nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Fridericus Secundus Divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hieruſalem & Sicilie Rex. Cum omnibus Eccleſiis longe lateque per Romanum Imperium conſtitutis Imperiali nobis competat proviſione conſulere, & eas generaliter & omnibus ſuis iuſtitiis gubernare, benignius & ſpecialius circa commodum & augmentum Eccleſiarum illarum debemus aciem dirigere mentis noſtre, que ſpecialiter ad dominium Imperii pertinent, & eius ſolo patrocinio fulciuntur. Ea propter notum fieri volumus univerſis noſtris fidelibus per Imperium conſtitutis preſentibus & futuris, quod accedens ad preſentiam noſtram Ioannes Venerabilis Abbas S. Salvatoris & S. Marie de Ficiclo, fidelis noſter, preſentavit Celſitudini noſtre unum Privilegium & unum Scriptum eidem Monaſterio a dive memorie quondam Imperatore Henrico Patre noſtro indulta, ſupplicans nobis quod tam Scriptum quam Privilegium ſupradicta, & quidquid continetur in iiſdem, Monaſterio confirmare noſtra Serenitas dignaretur. Continetur enim in Scripto, qualiter predictus Imperator Pater noſter intuitu pietatis Divine conceſſit Henrico quondam Abbati & Monaſterio ſupradicto, ut liceat eidem Monaſterio decimas univerſas terrarum & novorum agrorum ſpectantium ad Curiam de Ficiculo & eius diſtrictu percipere & habere. Et in Privilegio continetur, qualiter idem Pater noſter Monaſterium ipſum cum omnibus poſſeſſionibus ſuis aquiſitis & aquirendis pie exemit ab omni diſtrictu ditione vel angaria alicuius magne vel parve perſone. Et ſtatuit firmiter, ut nullus preſumat de poſſeſſionibus eius datis vel relictis a Comitibus Imperatoris fidelibus, ſcilicet Ksdulo, Lothario, Bulgarello, Vguizone, & Vguliano, ſive a quibuslibet aliis hominibus, tam in Eccleſiis, videlicet Monaſterio S. Bartholomei de Capiano cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in terris quam in aquis; Eccleſia S. Martini de Catiano, Eccleſia S. Viti, cum omnibus earum pertinentibus & poſſeſſionibus; quam Caſtellis, villis & ſilvis cum piſcationibus, ſcilicet ſepe de Riviana (f. *Iuxiana*) cum molendino, & cum decem & ſeptem ſtarioribus terrarum, que ſunt ex ſiniſtra parte fluminis iuxta ſepem, & duabus partibus unius ſepis; que eſt poſita ſupra Pontem de Capiano, atque in portu vel naviglio Arni; & in plagiis & in ſalictis, que quoquomodo per alluvionem fluminum undique accreſcunt,

ſcant, quid diminuere ſeu, ropere vel .etiam inquietare ſive moleſtate vel aliquo modo andeat divveſtire, In eodem Privilegio continetur, qualiter idem Dominus Imperator Pater noſter pro meliori commoditate ipſius Monaſterii illivit penitus & deduxit in annullatione quemtuſtam impignorationem, vel quamdam commutationem ſeu elienstionem bonorum Monaſterii ſupradicti, que Gregorius quondam Abbas ... e vivendo eliquibus perſonis fecit, ſen in ipſius Monaſterii preiudicium ertemptavit, Nos igitur ſupplicationibus Abbatis predicti benignius inclinati illius intuitu, per quem feliciter vivimus & regnemus, ob remedium animarum Auguſtorum Progenitorum noſtrorum Scriptum & Privilegium ſupradicto, & quidquid continetur in eis, predicto Monaſterio in perpetuum confirmamus. De abundantiori quoque gratia Celſitudinis noſtre concedimus & mandomus ut nulla preſcriptio centum annorum nocere debeat iuri Monaſterii ſupradicti, Concedimus etiam Abbati & Conventui eiuſdem Monaſterii iuriſdictionem executionem & liberam exactionem habere Civilium cum hominibus ipſius Monaſterii. Concedimus etiam ut hobeat ſepem de Pignano in flumine Inxisne ita altam, que poſſit omni tempore molendinum bebere ſecundum quod temporibus Divorum Auguſtorum Friderici Avi & Henrici Patris noſtri habere conſuevit. Quod .etiam Monaſterium ipſum libere poſſit edificare ſive conſtruere ſine licentia Abbatis ſive Conventus ipſius. Hec autem omnia predicto Monaſterio concedimus & confirmamus ſalvo in omnibus Imperiali iuſtitie & dignitate ſimiliter & honore. Mandamus igitur & inhibemus firmiter, ut nulla perſona alta vel humilis, Eccleſiaſtica vel ſecularis, contra preſentem conceſſionem & confirmationem noſtram Monaſterium ipſum impedire audeat vel vexare. Quod qui preſumpſerit indignationem noſtram & penam quinquaginta librarum auri ſe ouverit incurſurum, medietatem camere noſtre, & reliquo paſſis iniuriam exſolvendam. Ad hoc autem conceſſionis & confirmationis robur perpetuo valiturum preſens privilegium fieri iuſſimus Celſitudinis noſtre ſigillo munitum. Huius vero rei Teſtes ſunt, Lando Reginus Archiepiſcopus dilectus familiaris; Piſtorien. Vulterronus, Maſſen. Florentinus, Epiſcopi. Frater H. Magiſter Domus Teutonicorum in Iurlid. Raginoldus Dux Spoleti Tuſcie Legatus. Comes Siffridus de Vienna, & alii quamplures fideles noſtri,

Signum ✠ Domini Friderici Secundi Invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Hieruſalem & Sicilie Rex.

Acta ſunt autem hec anno Dominice Incarnationis MCCXXVI. menſe Iulii, decima quarta Indictione, Imperante Domino noſtro Friderico Secundo Dei gratia. Invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Hieruſalem & Sicilie Rege. Imperii eius anno ſexto, Hieruſalem primo, & Regni Sicilie vigeſimo nono, feliciter, Amen.

Datum apud S. Miniatem, anno menſe & indictione preſcriptis,

Ex hoc Diplomate diſcimus, quatuor Tuſcos Epiſcopos, Piſtorienſem *Gratiadeo*, qui patria Florentinus fuit; Volaterranum *Paganum*, qui tunc a *Friderico II.* obtinere potuit Privilegium cuius meminit *Ammiratus* in *Epiſcopis Volaterranis pag.* 100. Maſſenſem, qui quis hoc anno fuerit vix exſpicari eſt, quum ignorem an *Marzuccus*, qui anno MCCII. electus eſt, uſque ad haec tempora pervenerit; Florentinum denique *Ioannem* Velitернum; in Oppido Sancti Miniatis verſatos fuiſſe. Hinc etiam elucet Tuſciae Legatus quidam, qui eſt *Raginaldus* Dux Spoleti. Ceterum quae huic Diplomati emendando, & inluſtrando inſervire poſſunt, habentur in meo *Hodoeporica pag.* 338. 355. 368. 379. 743. 805. & ſeqq. 888. & ſeqq. Anno MCCXXXI. Camparenae Caſtrum Sancto Miniati ſe ſubdit; & ei pariter Caſtrum Tondae ſubiicitur a *Rainerio Piccolino* Comite, & *Mathilda* eius uxore, ut conſtat ex Inſtrumentis editis *Tomo VIII. Deliciarum Eruditorum pag.* 150. *& ſeqq.* & quae iterum heic exhibentur.

In Nomine Domini Amen. Manifeſtum ſit omnibus, & publice pateat, quod Chriſtophanus q. Paganaccii, & Torcellus q. Iohannis, & Gherardus q. Chriſtophani, Conſules de Camparena pro Communi, & Univerſitate Camparenae, & pro omnibus hominibus & ſingulis de Camparena, qui ſunt, & futuri ſunt, conſilio., & auctoritate, & conſenſu ſuorum Conſiliariorum, & omnium infraſcriptarum hominum, & ipſi iidem infraſcripti homines una cum dictis Conſulibus tam pro ſe, & ſuo proprio & privato nomine, quam etiam pro dicto Comune, & Univerſitate Camparenae, ſponte, & ſuo proprio & libero arbitrio ſubponentes ſe & Caſtrum & Univerſitatem Camparenae cum ſua curia & diſtrictu ditioni, & iuriſdictioni Communis Caſtri Sancti Miniatis, & ipſi Communi, & Domino Gualterotto Caſtagnacci de Burgo Sancti Fridiani, tunc temporis Poteſtati Caſtri Sancti Miniatis, pro praprio Communi recipienti in omnibus & ſingulis, & ad omnia & ſingula tamquam Caſtellani Caſtri Sancti Miniatis ſubpoſiti ſunt & eſſe volunt ipſi Communi & Regimini & Poteſtati, quae pro tempore dominatur in dicto Caſtro Sancti Miniatis & eius curia & diſtrictu, & nominatim videlicet Cappellam Eccleſiae Beatae. Mariae de dicto Caſtro; promiſerunt, & convenerunt ſtipulatione ſolemni, & tactis Sacroſanctis Evangeliis corporaliter iuraverunt obſervare,

&

& adimplere omne praeceptum, & omnia praecepta, quod, & quae dictus Dominus Gualterottus Poteſtas conſilio ſuorum Conſiliariorum, ipſi iidem Conſiliarii aut Vicarii qui pro tempore fuerint, vel Poteſtas, ſeu regimen futurum, ſive Conſules qui pro tempore fuerint in Caſtro Sancti Miniatis cum ſuo Conſilio toto vel maiori parte, pro dicto Communi Sancti Miniatis feserint, ſeu feserunt, aut fieri fecerunt, per ſe vel per ſuas litteras, aut certum nuntium bona fide ſine fraude, omni dolo, & ſophiſmate & mala ingenio remotis ad ſanum & purum intellectum, Poteſtatis, ſeu regiminis, quae pro tempore fuerint in Caſtro Sancti Miniatis, & eius Curiae, ad honorem & bonum ſtatum dicti Communis & eius Curiae, & omnium perſonarum Caſtri, & Curiae dictae. Item pari modo promiſerunt, & iuraverunt dare recta & utilia conſilia, bona fide, ſine fraude, quoties petita fuerint a praefata Poteſtate, vel etiam Visariis, ſeu ſucceſſoribus, vel eorum certo nuntio ſeu litteris ad honorem & bonum ſtatum dicti Communis, & cuiuslibet hominis de dicto Caſtro, & Diſtrictu, bona fide ſine fraude, & tenere sredentiam, & ſingula quae eis propoſita fuerint credentialiter a dictis perſonis pra bono & honore dicti Communis, & cuiuslibet perſonae de dicto Caſtro, & eius Curia, & Diſtrictu. Promiſerunt inſuper & iuraverunt in perpetuum ſervare, & cuſtodire, ac defendere ſuo poſſe, dictis & factis homines, & perſonas universas & ſingulos de Caſtro, Curia, & Diſtrictu Sancti Miniatis, quae ſunt, & in antea fuerint, & eorum bona, & ipſum Caſtrum Sancti Miniatis, & eius honorem & iura, & omnibus & sontra omnes bona fide ſine fraude, & ubique; & quod non erunt in conſilio, vel facto, ſeu adſenſu, quod aliqua Perſona Caſtri, & Curiae atque Diſtrictus Sancti Miniatis perdat vitam, aut membrum, vel carcerem aut captivitatem ſeu iniuriam patiatur ab aliquo, vel dictum Caſtrum dedecus ſeu iniuriam vel diminutionem de ſuis rationibus vel honoribus ſubſtineat. Promiſerunt etiam & iuraverunt facere hoſtem & cavalcatam ipſi Communi Sancti Miniatis quoties inquiſiti fuerint a Regimine, quod pro tempore fuerit in dicto Comuni contra omnes perſonas, & locos, & omnia & ſingula ſervitia facere ipſi Communi, quae Parochiani Eccleſiae Sanctae Mariae dictae facere tenentur, & debent, & nominatim promiſerunt & iuraverunt omni anno in feſtivitate Sanctae Mariae de medio Auguſto reducere & afferre unum cereum de decem libris cerae ad Operam dictae Eccleſiae, & hoc per ipſos Conſules de Camparena, qui pro tempore fuerint, reduci facient & offerri in Eccleſia dicta. Item promiſerunt & iuraverunt dare Caſtrum Camparenae & ſuas fortetias, & munitiones omnes cum guarnimentis, & ſubguarnimentis Poteſtati, ſeu Regimini Caſtri Sancti Miniatis, qui pro tempore fuerit, & ad eius inquiſitionem ad omnia ſervitia & honorem d. Caſtri Sancti Miniatis, & contra omnes perſonas & loca, & renovare Sacramenta dicta in perpetuum & omni quinquennio, remittentes omnem iniuriam & gravedinem, ſeu damnum ipſis, vel alicui perſonae de ſuo Communi illatum a Communi, profitendo ſibi ſatisfactum fore communiter, & diviſim, a dicto Communi Sancti Miniatis, & ab omnibus hominibus dicti Communis, Curia, & Diſtric communiter & diviſim in omnibus & de omnibus quibus gravedinem vel iniuriam ſeu damnum ſuſtinuerunt ab eiſdem. Pro quibus omnibus & ſingulis confeſſi ſunt eorum nomine pro ſe ipſis & dicto Comuni de Camparene recepiſſe & recepturos eſſe in praemium & meritum praedictorum protectionem & defenſionem, & Caſtellaniam Caſtri Sancti Miniatis, & iura Caſtellaniae Cappellae Sanctae Mariae a dicta Poteſtate & eius Conſilio & Communi, & nunc, & in perpetuum. Quam protectionem & defenſionem iam dicta Poteſtas cum ſuo Conſilio pro toto Communi Caſtri Sancti Miniatis promiſit eiſdem, & de dicta Caſtellania eiſdem & in perpetuum convocato Conſilio iuraverunt, quae omnia & ſingula omnium praedictorum iam dicti Conſules de Camparena pro ipſo Communi obligantes ſe & ſuos ſucceſſores & dictum Comune, communicato conſilio ſuorum Conſiliariorum & infraſcriptorum omnium ſub poena centum Marcarum argenti praefato Domino Gualterotto Poteſtati recipienti pro dicto Communi Caſtri Sancti Miniatis, promiſerunt inviolabiliter obſervare; quam poenam ipſi Domino Gualterotto pro Communi, & ipſi Communi ſolvere promiſerunt ſi contra praedicta ullo tempore facere adtentarent, & poena ſoluta promiſſa inviolabiliter obſervare, & haec omnia ad ſanum & purum intellectum Poteſtatis, & Regiminis, quae pro tempore fuerint in Caſtro Sancti Miniatis, & eius Conſiliariorum omnium. De Camparena unuſquiſque pro ſe & ſua perſona promiſit ſub poena centum librarum bonorum denariorum ipſi Poteſtati pro dicto Communi ſolvenda & ſub obligatione ſuorum bonorum obſervare praedicta, & ſingula praedictorum. quam poenam ipſi Poteſtati pro Communi recipienti & ipſi Communi ſolvere teneatur, ſi contra praedicta facere adtentaret; & poena ſoluta promiſſa ſuam obtineant firmitatem omni iuris & legum auxilio in his & ſuper his omnibus a ſe publice reputato. Quorum promiſſorum & iuratorum nomina ſunt haec: Perone Sautelli, Leonardus Natis, Ardoinus Pandolfini, Raynerius Ragerini, Arotarius Ardovini, Simon Boni, Antone Peronis; quorum quidem promiſſiones & iuramenta facta & praeſtita ſunt coram Rodulpho Iudice, Soldaneria Notario, & Vgolino Buſetti tunc Camerario Comunis, & Vgolino Medallialo tunc nuntio Communis, in domo & hoſpitio in quo morabatur dicta Poteſtas Anno Nativitatis Chriſti Milleſimo dugenteſimo trigeſimo primo, tertiodesimo Kal. Ianuarii, Indictione quarta.

Poſtea vero in Eccleſia Beatae Mariae decimo Kal. Ianuarii, anno & indictione praedictis pro-

promiſerunt & iuraverunt praedicta & ſingula praedictorum Saracenus quondam Tignoſi, Paganellus quondam Gherardini, Bencivenni quondam Cicolini, Ricovero Carletti, Mugnarius Petruccii, Bonafe Dietaiuti, Arrigus Arminelli, Salimbeni Viglielmus, Guillielmus Pandolfini, Ventura Guartionis, Demtapiti Gherardi, Ventura Peroni, Melaneſe Calvetti, Venetianus Catenaccii, Rogerii Catenaccii, Lottieri Inſegne, Bondie Daineſi, Vgolinus Bonſilioli, Dietiſalvi Bonafede, Ricovero Brighe, Perone Stanlelli, Bergogno Burinti, Bonſiliolus Gualterotti, Rogerius Chriſtofani, Fante Chriſtofani, Dameſe Calvuccii, Iuncta Rufaldi, Gratia Vallomi, Guardi Arrigus & Benincaſa; quae quidem iuramenta & promiſſiones factae & praeſtitae ſunt in praeſentia & teſtimonio Tedaldi Tedaldichi, Gualterotti Vguccione, Buiamontis Schiatte, Rodulphi Iudicis, Carletti Ricoveri, & Ildebrandini Filippi, & aliorum, &c.

In quo anno ſupradicto & Indictione, tertio Kal. Iannarii in domo & hoſpitio Poteſtatis praedictae in praeſentia Sigberii Boccettis, Tegrimi Iudicis, Ildebrandini Notarii de Silva, Carbonis Notarii, Plebani de Monte Rappoli, Anſaldi, & Buiamontis praedicti, eadem in omnibus & per omnia promiſerunt & iuraverunt Manginnte Tignoſi, Arrigus Gelli, Riccardinus Gregorii, Bartholomaeus Nigri, Cianforinus Sigberii, Ardovinus Filimanni, Orlandus Dameſi, Vgolinus Gherardi, Bencivenni Carbonis, Carfugninus Niccoli. Poſt quae omnia eodem anno & indictione, quinto idus Ianuarii praeſentibus Domino Plebano de Monte Rappoli, Tipo nepote ſuo, Tegrimo Iudice, Rodalfo Iudice, Trentanove Mangiadoris, Arrigo Malpilii, Guilielmo Tedaldi; & aliis, in hoſpitio Poteſtatis praedictae, Gerardus & Pellarius electi Conſules ab hominibus Camparenae, & pro omnibus hominibus Camparenae cum conſilio Conſiliariorum electorum in Curia Poteſtatis; & quorumdam aliorum virorum de Camparena, qui praeſentes erant, dantes conſenſum, ut per omnia ipſi & omnes ſupradicti promiſerunt & iuraverunt ſcilicet, Carletti Dameſi, & Ricoveri Paganelli, & Benencave Bellemi, & Peroni, Arrighi Rugerii, & Buoni, Bonſilioli, Guardi, Ardovinucci, Borgognoni Bullionis, Arrighi de Monte Goſſoli, & Bonagratiae, firmaverunt omnia ſupradicta, & ipſi iidem pro ſe & ſuo Communi pari modo per ſe fecerunt & iuraverunt, ſcilicet praenominati Carlettus Dameſis, & alii.

Loca ✠ *ſigni.*

Ego Guadardus Imperialis aulae Iudex & Notarius praedictis omnibus interſui & rogatu ſupradictorum omnium, & ſingulorum ſupradictorum, mandato ſupradicti Domini Gualterotti Poteſtatis tunc temporis Sancti Miniatis, praedicta ſcripſi & fideliter publicavi tunc temporis exiſtens Notarius Communis dicti.

In Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſecula viventis Domini. Hoc publico pateat documento, quod Rainerius, qui dicitur Piccolinus, Comes, pro ſe, & uxore ſua Domina Mathilda, pro qua promiſit & cavit de rato, ut Caſtellanus Sancti Miniatis antiquus ſubiiciendo ſe, & ſupponendo omnia ſua iura, quae habet in Caſtro, & Curia de Tonda, & homines pro quarta parte, & ulterius, ſi ulterius habet, ditioni, & curiae atque diſtrictui Caſtri Sancti Miniatis in omnibus, & per omnia Domino Gualterotto Poteſtati recipienti & Tegrimo Iudici Syndico pro dicto Comuni, ut ceteri homines Caſtri, & Civitatis Sancti Miniatis ſunt ſuppoſiti, & ſubiecti dicto Communi, donando irrevocabiliter, & inter vivos, vendendo, tradendo, & cedendo dicto Communi, & ipſis pro dicto Communi, praedicta omnia, & quae ad ipſum & eius uxorem pertinent de praedictis, & in praedictis, ſalvis ſuis & ipſius reditibus & obventionibus in Caſtro dicto de Tonda, & eius Curia, & ſalvo honore Imperii; & promiſit ſub poena centum Marcharum argenti in quolibet de praedictis nullo tempore contrafacere per ſe, vel per alium. Quam poenam dare promiſit illis Domino Gualterotto, & Tegrimo, & praefato Communi pro quocumque illorum infracto, vel inobſervato. Qua ſoluta praedicta nihilominus permaneant firma perpetuo. De quibus, nomine certi pretii & meriti, recens confeſſus eſt recepiſſe centum libras bonorum denariorum Piſanae monetae, renuntiando exceptioni pretii inſoluti, & non dati meriti. Et inſuper loco meriti pro dicta parte filiorum Dominus Gualterottus ſuam partem, ſcilicet quartam rerum & hominum in protectionem, & defenſionem dicti Communis Sancti Miniatis ſuſcepit, & etiam Caſtellanos dicti Caſtri.

Acta ſunt haec ante hoſpitium dictae Poteſtatis in Sancto Miniate, in praeſentia, & teſtimonio ſupradicti Iudicis quondam Guiccciardi Malpilii, quondam Ranerii Ildebrandini dicti Ceulae Vecchi, Anſaldi Guiſcardi, & Soldaneri Notarii, & aliorum rogatorum teſtium. Anno Nativitatis Domini Milleſimo CCXXXI. Indictione quarta XIIII. Kalendas Septembris.

Ego Guadardus Imperialis aulae Iudex, & Notarius, & tunc temporis in officio Communis Caſtri Sancti Miniatis, his omnibus interfui, & pro omnibus, & rogatu illorum filiorum Domini Ranerii iam dicti, & de mandato praedicto ſcripſi, & in publicam formam redegi.

Item promiſerunt ac iuraverunt ſalvare cuſtodire defendere & manutenere Caſtrum & Curiam atque diſtrictum Sancti Miniatis bona fide ad commodum & honorem dicti Caſtri, & eius honores, & iura & homines ac perſonas dicti Caſtri, & Curiae, atque diſtrictus, & eorum bona & res ab omni iniuria & gravamine & offenſione aut damno vel captura tueri pro poſſe. Item promiſerunt & iuraverunt facere hoſtem & cavalcatam, & parlamentum dicto Communi Sancti Miniatis quoties inquiſiti fuerint ab regimine, quod pro tempore fuerit in dicto Caſtro, vel certo nuntio ſeu litteris, & dare Caſtrum Tondae & munitiones ſuas omnes dicto Communi Sancti Miniatis, guarnimentum, & disguarnimentum contra omnes ad Poteſtatis & Regiminis quod pro tempore fuerit mandatum. Promiſerunt etiam & iuraverunt non eſſe in conſilio, vel facto, ſeu aſſentimento, quod Caſtrum Sancti Miniatis perdat honorem, vel ſua iura diminuat; & contrafacere volentibus bona fide reſiſtent, & pro quolibet haec iuramenta renovabunt & renovari facient per omnes homines Tondae & Curiae a XIV. annis uſque ad LXX. annos; & demum omnia & ſingula facere promiſerunt dictae Poteſtati pro Communi Sancti Miniatis recipienti, & ipſi Communi. Et iuraverunt ad ipſius mandatum & inquiſitionem, quod quivis Cappellanus, ſeu Parrochianus Capellae Sanctae Mariae facit & facere tenetur & debet ipſi Communi; quod ſi non faceret, aut contrafactum, ſeu neglectum ullo tempore adpareret, communiter vel diviſim, pro Communi Tondae poenam C. Marcharum argenti, & ſingulariter unuſquiſque poenam centum librarum denariorum Piſanorum dicto Communi Sancti Miniatis & Domino Gualterotto pro Communi iam dicto recipienti ſolvere promiſerunt pro quocumque praedictorum infraſcriptorum inobſervato; & poena ſoluta promiſſa ſervare perpetuo teneantur; doli, & mali factorum exceptione & cuiuslibet iuris & legis auxilio & beneficio eis patrocinantibus ſuper his a ſe publice refutatis. De quibus omnibus & ſingulis praedictorum perpetuo obſervandis confeſſi ſunt publice recepiſſe, & recepturos eſſe pro ſe ipſis & ſuo Communi in praemium, & in eorum protectionem atque defenſionem Caſtellaniam Caſtri Sancti Miniatis unanimiter & diviſim, de qua protectione perſonarum & rerum, & Caſtellaniae & Caſtellanorum privilegiis omnibus, iam dictus Dominus Gualterottus Poteſtas communicato conſilio publice eos inveſtivit.

Acta ſunt haec in oppido Sancti Miniatis in Eccleſia Sanctae Mariae coram Domino Iacopo filio Fortiguerrae, Domino Errigo Paganelli, Rodulfo Fidi, Ricovero Oddonis, Primicerio quondam Raynerii, Domino Vecchio quondam Virtigani, & Tegrimo Iudice, & aliis pluribus ad haec rogatis teſtibus.

Quorum promittentium & iurantium nomina ſunt haec. In primis Erigos Bonaccurſi, & Guido Tinioſi. Item Burgognettus de Petrafitta, Erigerius Vgolini, Cerretus Martini, Galeottus Pieri, Cambius Boni, Datus Saccucci, Guantbo de Sunera, Bolgarinus Guidotti, Ferrus Doriebi, Vgolinus Moriccis, Gratia Cereocodi, Bolgherinus Boccarelli, Gualaranus Belfortis, Ioannes Runcidaſſi, Cambius Tedaldi, Cato Civilli, Martious Ardovini, Gerardus Manetti, Baldigettus, Bonaiutus Pugoli, Franciſcus Caprucci, Ildebrandinus Sacchi, Iunta Centocode, Alamannus Orlandini, Baro Martini, Tedeſcus Gerardi, Talentus Bondii, Perente Campiti, Borgugoctus Baronis, Guido Pagonecii Nut. Benavenni Stefani, Vpetingo Ioannis, Riccomannus de Caſtellare, Daldus Baldonis, Deotiſeci Fabrus, Perus Stefani, Compagnus Guarimannonis, Bene Naumathatus, Natus Rainaldi, Paſſavante Rainaldi, Porcellinus Neri, Riccolfus Niccole, Creſcente Raſpaldi, Bonaventura de Opitio, Romanellus Soffredi, Calamellus de Soleia, Prattefe Buoni, Ammsonatus Saccocci, Bonaccurſus, Eorigus Galgani, Aldithelli, Marchiſettus Rugerii, Rainerina Guilielmi, Vita Buonacurſi, Bencivenni, Buonamicos Moriei, Giocoli, Bonfiliolus Toringi, Caldantha Buinaldi, Anſaldus Alamanni, Cremoneſe Ildebrandini, Bonaccurſus Calzorarius, Bongieri Ildebrandini, Pertempo Ildebrandini, Mangiante Borgognetti, Martiuns Panichi, Melaneſe, Donius Guilielmus, Rainaldi Nati, Dolcettus Prugoli, Carlo Britii, Paſſarinus Rubadonii, Deotiſeci Grigorii, Baro Vituciori, Michaele Grigorii, Deotiſeci Bonaccurſii, Migothante Franceſchi, Saracinus Vgolini, Bonae, Bartholomeus Viviani, Segna Vitali, Matheus Ildebrandini, Buiamonte Lambotini, Ardingus Saccucci, Saracenus Doti, Faleonectus Buonaccorſus, Bonuone Martini, Diotiſeci Britii, Bonaiutus Bondii, Lumbardus Ammanonti, Albertus Magalotti, Berlingerius Matthei, Angellerius Gerardi, Martiuus Valentiui, Lambertus Alchereli, Soffredi, Riccomannus Ciabatti, Cevolinius, Orlandus Alamanni, Ricoverus Bruni, Deotiſeci Bonafede, Aldovinus Cantelli, Giunta Toſingi, Pierus Bonavie, Orlandus Buonaccurſii, Ventura Giorgii, Broccardus Roſſelmini, Riccobardus Bonaiuti, Bonaiunta Ioannis, Provinciale Compagni, Riccobaldus Scbodellarius, Petrus Pieri, Vguccio Bandellonis, & Roſſus Ioannis, Riccardus Compagni,

Digitized by Google

pagol, Bonfiliolus Vivoli, Sorenna Bonsiuti, Sirocenus Giacoli, Iunta Diutiſalvi, Sibmannus Molinelli, Caproleie Iuannis, Iunta Lambertini, Guidoctus Vgolinelli, Ricoverus Porcellini, Gollicus Sacchi, Buſſulus Ioannis, Vgerius Vſimbardi, Streana Deotiſalvi, Gualterottus Riccomanni, Montanellus Saracioi, Iunta Mericonis, Bonaſtrena Pongoli, Ferrus Deotifeci.

Ego Soldanus Iudex & Notarius Ordinarius his geſtis omnibus interſui, & rogatu dictorum Conſulum, & dictae Poteſtatis mandato, ſcripſi, & in publicam formam redegi.

Anno MCCXXXII. eadem *Mathilda*, pro *Raineria* ſuo coniuge inſequens mandatum dat.

In Dei Nomine, amen. Sit omnibus manifeſtum quod Domina Motilda uxor Roinerii Comitis Iuniorìs de Bulgari quondam Comitis Vgolini, conſilio, & conſeuſu Guidonis Moaynani, & Rodalphi Guidonis de Maſſa propinquorum ſuorum, conſitendo etiam ſe maiorem eſſe annis vigintiquinque, dedit baliam & poteſtatem, & mandatum irrevocabile praedicto Rainerio Comiti viro ſuo componendi, & tranſigendi, de domeis, & vinpinis, & gaaſtis, & incendiis factis, & tollatis a Communi Sanminiatis, & homicidus curiae, & diſtrictus ipſius in Caſtro Toedae & eius confinibus ſive curia, & diſtricta. Et de pactis inrundis, componendis, & faciendis cum Communi Sanminiatis de ipſo Caſtro Toedae pro parte dictae Matildae contingenti, ex ſometipſa dicto Communi exhibendis, & faciendis; & cum ipſis firmandis, quod ſibi melius videbitur concordium, & compoſitionem faciendi, & obligandi ſe pro praedicta Matilda uxore ſua, ad poenam inter eos conventam; & ſub obligatione bonorum dictae Matildae & percipiendi ſecuritatem, & obligationem, & promiſſionem a dicto Communi Sanminiatis nomine dicti Caſtri de Tonda, & d. uxoris ſuae de pactis, & compoſitionibus, quae cum dicto Communi fecerit, vel ipſi utile, vel commodum videbitur. Promittens conſenſu ſuprascriptorum ſuorum propinquorum eamdem ſervatum, & firmum habiturum quidquid fecerit, & contra non venire; & facere, ad poenam dupli omnium praedictorum per ſtipulationem promiſſam, ſe, & ſuos heredes, & bona pro praedictis omnibus obligando.

Actum Piſis in domo ſupraſcriptae Dominae Motildae, & conſortium, praeſentibus Philippo filio Bondini Gaietani, & Orlandino de Mezana quondam Ser. Domini; Teſtibus ad haec vocatis. Dominicae Incarnationis anno MCCXXXII. Indictione quarta, Idus Augusti.

Ego Corradus Veſelli, filius Domini Friderici Romanorum Imperatoris Notarius praedictis interfui, & haec omnia rogatus ſcripſi, & firmovi.

Ego Oddo Iudex, & Imperialis aulae Notarius exemplar, unde hoc ſcriptum eſt, vidi, legi, & diligenter exemplavi, ideoque ſubſcripſi, & ſignum meae manus appoſui.

Ego Ildebrandus Philippi Sacri Imperii Iudex Ordinarius, & Notarius, exemplar, unde hoc ſcriptum eſt, vidi, legi, & diligenter auſcultavi; ideoque ſubſcripſi, & meum nomen cum ſigno appoſui.

Ego Guilielmus Iudex, & Notarius, & Sacri Palatii Ordinarius, authenticum, unde hoc exemplum ſcriptum eſt, vidi, legi, & diligenter auſcultavi, ideoque ſubſcripſi, & nomen meum cum ſigno appoſui.

Ex hiſce Inſtrumentis diſcimus, *Raineriam* hunc *Pictolinum*, ſeu *Iuniorem*, nuncupatum, *Hugolini* Comitis iam vita functi filium, Comitem Bulgari, oppidi in ora maritima Piſana, fuiſſe; adeoque ex gente Comitum Donoratici praeclara ac celebri; illumque cum uxore *Mathilda*, quae ex Maſſa Veterneaſi forte fuit, Caſtrum Toedae poſſediſſe, illudque Communi oppidi Sancti Miniatis ſubieciſſe ea conditione, ut ipſe *Rainerius* Caſtellanus Sancti Miniatis in praemium factae donationis crearetur; ſicuti contigit. Heic obſervandum quoque eſt ex hiſce Inſtrumentis conſtare, Burgum Sancti *Frigidiani* a Florentina Vrbe tunc temporis ſeparatum diſiunctumque fuiſſe; quod etiam intelligitur ex antiquo Necrologio Coenobii Sanctae Mariae Novellae, & ex Decreto Epiſcopi Florentini *Ioannis Mangiadorii*. Anno MCCXXXVII. *Conradus*, *Friderici II.* Praefectus, Sanctum Miniatem munit, ut ſcribis in *Annalibus Bonincontrii*; & anno MCCXXXIX. *Pandolfus Faſianella* eſt Dux Supremus in Tuſcia, ut *Coſmas ab Arena* teſtatur. Anno MCCXL. *Fridericus*, *Friderici* Imperatoris F. Antiochiae Rex, Dux erat in Tuſcia pro Imperatore Supremus. Anno MCCLI. *Ioannes Mangiadorius* Miniatenſis, Archidiaconus Lucanus, Epiſcopus Florentinus creatur, de quo quaedam ſuperius *pag.* 38. 51. 52. 53. 54. 55. 58. 59. 60. 80. 81. 248. 257.---260. 264. 269. 273. 280. 297. 302. & alia multa in huius Hiſtoriae decurſu deinceps memorabuntur. Anno MCCLX. *Iordanus* Comes, in Tuſcia Vicarius; & anno MCCLXIII. *Franciſcus* ſimplex Regius in Tuſcia Vicarius, ut habetur ex *Chronico Piſano* poſt *Vghellium pag.* 891. & 892. ſicuti

ſicuti anno MCCLXV. Sancti Miniatis oppidum ſe dediſſe Piſanis. Ibid. *pag.* 894. Per ea tamen tempora alii erant in Tuſcia Vicarii pro *Carolo* Rege Neapolis, & inter alios fuit anno MCCLXXII. *Henricus Valdemontis* Comes, ut liquet ex inſequenti Inſtrumento, quod in meo *Hodoeporico pag.* 401. iam edideram.

In Dei Nomine, amen. Nos Henricus Valdemontis Driani Comes, Regius in Tuſcia Vicarius Generalis. Attendentes fidem & devotionem, quam circa nos, & noſtram Curiam habuerunt, & habent Rodulphus Bonaiuncte, Iacobinus Domini Pedronccini, Guido Iovolli, Bianchus Guizi de Pontenoriis de Caſtro Franco, & alii eorum conſortes dicti loci, fideles Sereniſſimi Domini Regis Karoli, & noſtri, & grata ſervitia noſtre Curie exhibita ab eiſdem, & que in futurum facere poterunt; Confirmamus ſupradictis hominibus Regis fidelibus, & noſtris, & licentiam damus, & concedimus eiſdem, & unicuique eorum, & eorum heredibus, & pro heredibus, & deſcendentibus eorum in infinitum, & eorum conſortibus de Caſtro Franco, & heredibus eorum, & deſcendentibus, & ſucceſſoribus dictorum conſortium, habere, & tenere, & uſufructare Rigariam & portum in flumine Arni in loco, ſeu locis, per eos vel aliquem eorum, vel ipſorum maiores, diu habito & poſſeſſo, ſeu habitis & poſſeſſis in dicto flumine & ripa, & locis coherentibus in loco dicto Piozale, ſive Spiogarreto: videlicet inter terram Ricchi Ruffoldi ex parte Caſtri Franchi, & ab alia parte dicti fluminis Arni inter Bertolotti Notarii de Montetopari, ſicut trahit ſurſum verſus orientem uſque ad Rivum de Ribalzo verſus Sanctum Romanum; & a Rivo ſive Botro Sancti Petri ex parte alia, vel verſus Caſtrum Francum, & quod ipſi & unuſquiſque ipſorum, & eorum heredes, & proheredes in dicto flumine Arni, ut dictum eſt, habeant, teneant, uſufructent Rigariam, & Portum, ripam, plageas, & prodicias infra dictos confines, & quod liceat eis, & eorum heredibus, & proheredibus in dictis locis, & infra dictos confines, & in dictorum locorum coherentiis habere, facere, tenere, gaudere, uſufructare, & poſſidere Rigariam, portum, ripam, plageas, & adpenditias, prout ipſi nunc habent, faciunt, tenent, poſſident, uſufructant, & prout actenus eorum maiores conſueti ſunt habere, tenere, gaudere, & uſufructare, habuerunt, tenuerunt, fecerunt, uſufructaverunt. Iubentes univerſis Comunibus, & perſonis, quod predictos, vel aliquem ipſorum de predictis vel aliquo predictorum & eorum iure contra iuſticiam non moleſtent, neque iniuriare preſumant, ſub pena noſtro arbitrio inferenda: & predicta omnia valeant in quantum de iure valere poſſunt melius. Si quis de predictis voluerit opponere compareat coram noſtra preſentia recepturus iuſtitie complimentum.

Acta fuerunt predicta in clauſtro Abatie de Fitecbiu preſentibus Domino Adamo milite dicti Vicarii. Domino Beltrarmo de Anſelvola milite dicti Vicarii. Domino Moſcbuco de Piſtorio, Notario dicti Vicarii. Berlingerio de Barzolona familiario dicti Vicarii. Bona de Sancta Cruce filio Bentivegne; & Cortenova Camellario de Sancta Cruce, teſtibus ad hec rogatis & vocatis, ſub anno ab Incarnatione Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, quarto Martii, Indictione quintadecima.

Ego Iohannes Imperialis aule Iudex ordinarius atque Notarius ſupradictis omnibus interfui, & rogatus de mandato dicti Domini Vicarii ſubſcripſi, & meo ſigno, & nomine publicavi.

Que omnia ſupradicta Dominus Vicarius ſuo proprio ſigillo pendenti nihilominus roborari voluit, & muniri.

Sigillum huic chartae adpenſum ex cera lutea eſt, & figuram equo cataphracto & currenti vectam, ac gladium dextra, ſiniſtra vero parmam, tenentem exhibet; circumque haec leguntur: ✠ ·S· HENRICI VALDEMONTIS DRIANI COMITIS. Alios *Caroli* Regis in Etruria Vicarios videre eſt apud *Coſmum de Arena pag.* 205. niſi malimus conſulere *Io. Villanum*, aliosque noſtros Hiſtoricos. Illud tamen hic indictum nolo, quod verus & princeps Romani Imperii in Tuſcia pro Sancta Romana Eccleſia Vicarius generalis, erat ipſe met *Carolus* Siciliae Rex; nam hunc titulum ipſe ſibi tribuit in charta ab eo exarata, quae exſtat in Archivo Monachorum Ciſtercenſium Florentiae; & data eſt Melfiae XI. Septembris, XV. Indict. Regni anno VII. hoc eſt, anno MCCLXXII. Anno MCCLXXIV. quis Vicarius Imperialis in Sancto Miniate eſſet ignoro; ſed tamen compertum habeo Vicarium hunc anno in eo oppido fuiſſe, ex Charta, quae memoratur in *Deliciis Eruditorum Tom. VIII.* ad *Partem III. Hiſtor. Sicului Laurent. Bonincontrii*, *pag.* 143. Anno MCCLXXXI. *Odo*, ut *Sigonius* vocat, ſeu *Loddus*, ut *Borghinius*, ſeu *Loldus*, ut *Troncius*, Vicarius Imperialis in Sancto Miniate erat, ut ſcribit *Villanius Lib. VII. Cap. LXXVIII.* cuius verba ſunt ſequentia: *Nel detto anno 1281. Ridolfo Re de' Romani eſſendo in Alamagna, a ribiesto, e priego de' Ghibellini di Toſcano, mandò nella detta Provincia di Toſcana per ſuo Vicario Meſſer . . . . . Conte di . . . . d' Alemagna con trecento Cavalieri, acciocchè i Toſcani faceſſero la ſua fedeltà, e comandamento, ma non trovò nulla terra, che 'l vo*

leſſe

Digitized by Google

ſe ubbidire, ſe non la Città di Piſa, e Sanminiate del Tedeſca; e nel detto Sanminiato con le ſue maſnade, e col favore de' Piſani cominciò guerra a' Fiorentini, e Luccheſi, e altre terre Guelfe d'intorno. Alla fine per poco podere, e ſeguita s' accordò co' Fiorentini, e con gli altri Guelfi di Toſcana, e tornoſſi in Alamagna. Hunc Vicarium *Laur. Boninconttrius Lib. VI. Hiſtor. Siculae*, *Henricum* vocat, in *Annalibus* vero *Alfonſum*; ſed crebri ſunt in eo Scriptore lapſus. Verum utcumque ſe res habeat, certum exploratumque eſt, anno MCCLXXXI. *Rodulphum* Imperatorem duos in Tuſcia Vicarios generales conſtituiſſe, *Ioannem* Gurcanſem Epiſcopum, & *Rodulphum* Aulae Cancellarium. Id docet Inſtrumentum Archivi Miniatenſis, quod ita habet:

Rodulfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniverſis Nobilibus, Civitatibus, Communitatibus, Vniverſitatibus, Oppidis, Caſtris, & Villis, & perſonis ſingularibus quibuſcumque, in partibus Tuſcie conſtitutis, gratiam ſuam & omne bonum. Ad notitiam veſtram cupimus pervenire, quod nos Venerabilem Iohannem Gurcenſem Epiſcopum Principem noſtrum, & Rudulfum Aule noſtre Cancellarium, fideles & familiares noſtros dilectos, & quemlibet eorum in ſolidum ita, ut non ſit melior conditio occupantis, conſtituimus, facimus, & ordinamus noſtros & Romani Imperii in partibus Tuſcie Vicarios generales & inſuper Procuratores & Nuncios noſtros ad exigendum, petendum, & recipiendum, noſtro & eiuſdem Imperii nomine, fidelitatis homagii & ſervitii nobis debiti ſacramenta, a quibuſcumque perſonis vel locis in eiſdem partibus Tuſcie eadem debeantur; & ad petenda & recipienda bona, & poſſeſſiones redditus & proventus, Civitates, Caſtra, munitiones, iuriſdictiones, & iura quecumque nomine cenſeantur in eiſdem partibus Tuſcie pertinentia ad nos & Imperium ſupradictum; & ad ordinandum & diſponendum de ipſis & quolibet ipſorum quicquid utrique vel alteri ipſorum, ubi alter abſens fuerit, videbitur expedire: & Iudices & Officiales conſtituendum in negotiis & cauſis quibuſcumque, ſicut nos ipſi eoſdem conſtituere poſſemus, ſi preſentes eſſemus. Et ad ſtatuendum, tractandum, & faciendum in predictis partibus Tuſcie omnia & ſingula, que veri & legiptimi Vicarii, Procuratores, & Nuntii plenum mandatum & liberam adminiſtrandi poteſtatem habentes, a nobis facere poſſunt vel debent de conſuetudine vel de iure, in illis etiam caſibus in quibus mandatum requiritur ſpeciale; ſententias etiam banna, penas, & mulctas, quas iidem vel alter eorum, ubi alter abſens fuerit, vel conſtituti ab eis Iudices, Officiales, vel executores tulerint impoſuerint vel exegerint, ratas habebimus & faciemus Domino concedente inviolabiliter obſervari. Nos quoque gratum ratum & acceptum habebimus quicquid per eoſdem Vicarios, Procuratores, & Nuntios noſtros, vel alterum ex ipſis, ubi alter abſens fuerit, actum, geſtum, ſtatutum, & ordinatum fuerit in premiſſis, & circa premiſſa, vel quelibet premiſſorum. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras fieri, & pendenti ſigillo noſtro Regie Maieſtatis in evidens teſtimonium precepimus communiri. Datum Vienne, anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo primo, Indictione nona, Nonis Ianuarii, Regni vero noſtri anno octavo.

Simon Crivelli de Buggiano Iudex ordinarius, & Notarius auctoritate Imperiali, & predicti Domini Cancellarii & Vicarii, autenticum huius exempli munitum pendenti Sigillo ſolito eiuſdem Domini Regis de cera naturalis coloris facto, in quo erat impreſſa ymago Sue Maieſtatis coronate ſedentis in ſede ac tenentis in dextera ſceptrum, & in ſiniſtra pomum deſuper Cruce ſignatum cum licteris circumſcriptis explicantibus Cruce previa: Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus: vidi & legi, & quicquid in eo erat, hic de verbo ad verbum, nil addito vel diminuto, de mandato dicti Domini Cancellarii tranſcripſi publicavi & cum inſraſcripto Magiſtro Petro Notario aſcultavi. Quod exemplum in evidens teſtimonium & plenum robur dictus Dominus Cancellarius & Vicarius ſui Sigilli pendentis munimine iuſſit roborari.

Ego Petrus de Caſaronibus de Vrbe Notarius auctoritate Sedis Apoſtolice, quia auctenticum huius exempli vidi & aſcultavi, ideo me ſubſcribo.

Simon Notarius predictus, nunc Scriba Nobilis Viri Domini Diethalmi de Guctingen Imperii, & Sereniſſimi Domini Rudolfi Romanorum Regis ſemper Auguſti in Tuſcia Vicarii generalis de mandato dicti Vicarii hoc exemplum tranſcripſi & exemplavi de alio exemplo etiam manu mea exemplato nil addendo vel minuendo, quod ſententiam mutet; quod exemplum ſigillatum erat Sigillo Domini Cancellarii cum cera viridi cum licteris circumſcriptis explicantibus: S. Rudolfi

dolſi Imperialis Aule Cancellarii; in quo erat impreſſa & ſeulpta imago Regia ſedentis io trono, & quedam imago Clericalis ſtans flexis genibus curam dicta Regia Maieſtate, & ſubtus dictam ymaginem Regiam tres erant imagines ad modum ſcriptorum, & ipſem cum infraſcripto Notario, exculcavi & utrumque concordare inveni; & ideo me ſubſcripſi, & meo ſingno & nomine publicavi interpoſita etiam auctoritate & mandato Domini Teghiari de Tedaldis honorabilis Capitanei Communis & Popeli Sancti Miniatis, quod dictus Vicarius ſuo iuſſit roborari Sigillo.

Ego Guido Codinta Notarius Palatinus, Iudex & Aſſeſſor Capitanei Communis & Populi Sancti Miniatis predicta vidi, legi, & exceltavi; & quia nichil additum vel diminutum inveni, qeod mutet ſubſtantiam veritatis, ideo me ſubſcripſi mandato predicti Domini Vicarii,

Rodolphum autem Viearium anno MCCLXXXII, iam in Teſcia exſtitiſſe, intelligimus ex Inſtrumento inſequenti, qeod ad *Part. II. Chronici Leonis Vrbevetani pag.* 263. in *Deliciis Eruditorum* publici iuris feci.

Rudolphus Imperialis Aulae Cancellarius, Sereniſſimi Domini Rudolphi Romanorum Regis ſemper Auguſti in Teſcia Vicarius generalis, eniverſis Romani Imperii fideſibes amicis ſuis ſalutem, & ſincerae dilectionis affectum. Etſi munificentiae Imperialis gratiam ſingulis exhibeamus libentius, quos fideles Imperio ab operem experimento cognoſcimes, quadam tamen praerogativa ſolicitae cogitationis inducimur, & aſſidua meditatione penſamus, qualiter perſonis Eccleſiaſticis gratioſius & libentius liberalitaria dexteram extendamus. Eapropter per praeſens privilegium vobis volemus eſſe notum, quod nos attendentes fidem poram, devotionem ſineeram, & grata ſervitia, quae religioſus, & diſcretus vir, D. Rogerius Abbas S. Michaelis de Paſſiniano, & ipſius Monaſterii Capitulem, & Conventus devoti & fideles Imperii exhibuerunt, & hactenus exhibent inceſſanter, & exbibere poterunt in futurem, ad honores & profectes eiuſdem D. Regis, & Imperii ampliandos; volentes qeoque Abbatem, Capitulem, & Conventum dicti Monaſterii . . . . Syndico, & Procuratore Abbatis, Capiteli, & Conventus eiuſdem Monaſterii, corporeo iuramento recepto, iure & nomine Abbatis, Capituli, & Conventus praedictorum, quod ab hac hora in antea fideles erunt eidem Domino Regi & Imperio, ſecendem formam debitae fidelitatis, auctoritate nobis conceſſa omnia iura, iuriſdictiones, & regalia, quae habent, tenent, & poſſident Abbas, Capitulem, & Conventus dicti Monaſterii, vel alia perſone pro eis, ſeu praedeceſſores eies habuerunt, tenuerunt, & hactenus poſſiderent in feudum olim a Divis Aegoſtis, quae tamen ab ipſo, vel praedeceſſoribes ſeis alienata non eſſent in Tuſcia, ebicumque io Caſtris, Oppidis, Bergis, Villis, Abbatiis, Hoſpitalibus, Capellis, Grangiis, & locis quibeſcemque, necnon Vniverſitatibus, Collegiis, perſonis, poſſeſſionibus, honoribus, eſibus, patronatibus Eccleſiarum, terris cultis & incultis, aquis & aquarum decurſibus, molendinis, piscariis, ſilvis, venationibus, montibus, planis, vallibus, paſcuis, iuſtitiis & rationibus ſingulis, ubicumque & in quibuſcemque conſiſtant, eidem Abbati iure & nomine Capituli, & Conventus ipſius Monaſterii de Paſſiniano, & de ſpeciali gratia, & ex certa ſcientia noſtra damus, concedimus, & etiam confirmamus, obedientis & reverentia Sedis Apoſtolicae, ac honore, & iuriſdictione Imperii, ſemper ſalvis, inveſtientes eumdem D. Procuratorem, & Syndicum pro parte Abbatis, Capituli, & Conventus praedicti Monaſterii, per librum Sacrae Scripturae iure honorifici & recti feudi de omnibus & ſingulis ſupradictis, ita quod Abbas, Capitulum, & Conventus praedicti ea omnia habeant, & teneant, ac poſſideant pacifice & quiete ſine contradictione D. Regis, & Romani Imperii praedictorum, & alicuius perſone parvae vel magnae, eccleſiaſticae vel ſaecularis, Communis, Collegii, & Vniverſitatis, vel alterius cuiuſcumque. Si quis autem praedicta, vel aliquid praedictorum, violare, infringere, aet contradicere praeſempſerit, praeter indignationem eiuſdem D. Regis & noſtram, qeam eom vel eos volumus incurriſſe, ... poenam mille marcharum argenti, cuius poenae medietas Fiſco, alia vero Monaſterio applicetor. In ceius rei teſtimonium, & certitedinem pleniorem, praeſens privilegiem publicari mane Donati ſubſcripti Notarii noſtri, & eidem Syndico tradi fecimus noſtri Sigilli pendentis munimine, ac ſebſcriptione dicti Notarii roboratum,

Datum in Arce S. Miniatis, praeſentibus D. Guidone de Suzzaria Legum Doctore. Religioſo viro D. Barone Abbate Monaſterii Montis Scalarii. D. Ioanne de Marconibus Iudice de Suzzaria. D. Conrado Iudice olim D. Ciampoli, & Davizio quondam D. Michaelis de Fracaſſinis, teſtibus ad haec vocatis, & rogatis ſub anno Dominicae Incarnationis MCCLXXXII. XXIX. Octobris X. In-

X. Indictione, Regni eiuſdem D. Regis anno IX.

Loco ✠ Sigilli.

Ego Douarus Benci Ricoveri de Floreotia Notarius publicos & familiaris dicti Domini Cancellarii, & Vicarii praedictum Privilegium de mandato D. Cancellarii & Vicarii ſcripſi, & in poblicam formam redegi.

Rudulfi Vicarii in Tuſcia hoc anoo moram doceut etiam, qoae *Scip. Admiratnt* Iunior habet in *Epiſcapis Volaterranis* ad Epiſcopum *Raineriun Vbertininm pag.* 132. Sunt autem quae ſeqountor: *Ma carniama al Veſcavo Raioirri, al quale nell' anno* 1282. *Ind. X. il primo d' Ottobre, Ridolfo Vicario Imperinle in Toſcana conferma og:i giuriſdizione et regalia ſolita goderſi da' Veſcavi di Volterra, purchè non ſia ſtata alienata, e chiama il Veſcova Principe d' Imperia. La data di queſta conferma è della Fortezza di Sanminiato alla preſenza di M. Anſelma, & M. Guelfo Conti di Capraia; M. Napaleone, et M. Guglielma Conti di Mangone; M. Aleſſandro Conte di Romena, e queſta è de' Conti Guidi; M. Vgolino de Senna degli Vbaldini, M. Pietro Furlano da Bologna Podeſtà di Sanminiato, M. Sinibaldo del già M. Rinalda de' Pulci, et altri.* Anno MCCLXXXIII. idem *Rodulfus* Vicariom io Tuſcia & in Sancto Miniate conſtituit *Diethalmum de Gaſtingen*, ot ex ioſeqneoti Arcbivi Miniatenſis Inſtrumento conſtat.

In Chriſti nomine. Vniverſis & ſingulis Imperii fidelibus. Notum ſit per preſens Inſtrumentom poblicum noſtro Sigillo munitum, quod nos Rodolfus Imperialis Aule Cancellarius, & in Tuſcia Vicarius generalis, & Nuntius & Procurator & Adminiſtrator bonorum & iurium Imperii, & Sereniſſimi Domini Rodolfi Dei gratia Romanorum Regis ſemper Augusti in provincia Tuſcie, facimus & conſtituimus nobilem virum Dominum Dietalmum de Caſtingen dilectum conſanguineum noſtrum Vicarium, Procuratorem, & Nuotium Imperii & predicti Domini Regis & noſtrum in provineia Tuſcie, & ſpecialiter in terra Sancti Miniaris, & in terrs Ficecchii, & in terra Sancte Crucit, & Caſtri Fraoci, & diſtricto eorum, & ad petenda & exigenda ipſa bona & iura Imperii, & in indicio & extra iudicium, & ad redditus & proveotus Imperii petendos & exigendos per totam provincism Tuſcie, & ad libellos dandos, & ad lites conteſtandas, & ad teſtes producendos, & ad inſtromenta prodncenda, & ad poſitiones faciendas & reſpooſiones, & ad ſentenrias audiendas, & ad adpellandum & iuraodum de calupnia, & ad preſtandum coioslibet generis iuramentum in anima nuſtra, & ad bapna imponenda & exigenda, & ad ſententias ferendas, & ad appellationes recipiendas, & cognoſceudum de appellationibus, & ad omnia generaliter & ſpecialiter, que in predictis & circa predicta fuerint neceſſaria utilia ſeu opportuna, & ad omnia etiam & ſingula io quibus mandatum requiritur ſpeciale, & ad omnia generaliter & ſpecialiter, ad que nos a predicto Domino Rege fuimus conſtituti & ordinati, ut ipſe Dominus Diethalmus omnia & ſingula poſſit facere, agere, & experiri, que nos facere poſſemus, ſi eſſemus io provincia Tuſcie conſtituti. Damus ei etiam poteſtatem conſtituendi procuratorem, & procuratores, ad adminiſtrandum & agendum & defendeudom etiam ante litem cooteſtatam; & quicquid dictus Vicarius Sindicos Procurator Actor Nuntius & Adminiſtrator, & conſtitutus ſeu cuoſtituti ab eo fecerint, Nos tibi Petro infraſcripto Notario ſtipulanti vice & nomine dicti Vicarii, & omnium quorum intereſt, nos & ipſum Dominum Regem firmum & ratum habituros prumictimus ſub obligatione umnium bunorum Imperii, & predicti Domini Regis & nuſtrorum; & ad maiorem firmitatem & plenum robur praſens Inſtrumentum Sigilli noſtri pendentis muninine fecimus roborari.

Actum io Arce Sancti Miniatis preſentibus bis rogatis teſtibus, ſcilicet, bonorabilibus viris Domino Iohanne Prepuſito Turicenſi, Domino Henrico de la Toſa Poteſtate Sancti Miniatis, Domino Guidone de Suczaria, Domino Rugerio Rubeo de Adimaris de Flurentia Vicario Ficecchii, Iohanne Iacobini de Alſanis de Florentia, Domino Tulomeo de Silva Iudice de Sancto Miniate, & Alcherolo Palaſtra de Sancto Miniate, & multis aliis in annu Domini MCCLXXXIII. Indictiune XI. menſe Maii, die XXVIII.

Ego Petrus de Caſſaronibus Apoſtolice Sedis auctoritate Notarios quia predictis omnibut interfui predicta omnia ſcripſi & publicavi rogatus de mandato dicti Domini Cancellarii & Vicarii, & ſingno mei nominis cuoſueto ſignavi.

Simon Crivelli de Buggiano Iudex Ordinarius atque Nutarius, auctoritate Imperiali, & nunc dicti nobilis viri Domini Diethalmi Vicarii Scriba, autenticum unde hoc ſumptum eſt, vidi ſigillatum Sigillo dicti Domini Cancellarii cum cera viridis coloris cum licteris circumſcriptis explieantibus Cruce previa: S. Rudolfi Impe-

perialis Aule Cancellarii, in quo erat impreſſa & ſculpta ymago Regia ſedens in trono, & quedam ymago Clericalis ſtantis flexis ienibus eorum dicta Regia Maieſtate, & tres alie ymagines ad modum Scriptorum ſtantes ſuptus Regiam Maieſtatem, & ipſum cum infraſcriptis Notariis excultavi & utrumque concordare inveni; ideoque me ſubſcripſi, & meo ſingno & nomine publicavi, interpretata etiam auctoritate & mandato Domini Teghiai de Tedaldis honorabilis Capitanei Communis & Populi Sancti Miniatis; & ipſum ad maiorem firmitatem & plenius robur dictus Vicarius Dominus Diethalmus iubſit ſui Sigilli munimine roborari.

Ego Guido Codiura Not. privilegiatus, & Iudex & Aſſeſſor Capitanei Communis & Populi Sancti Miniatis predicta vidi legi & excultavi; & quia nihil additum vel diminutum inveni quod immutet ſubſtantiam veritatis ideo me ſubſcripſi de mandato dicti Domini Vicarii.

Radulfus vero Imperator hanc ab *Radulfo* Vicario factam electionem anno MCCLXXXIV. confirmavit Diplomate, quod ex eodem Miniatenſi Archivo producimus.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniverſis Nobilibus, Civitatibus, Oppidis, Vallis, Caſtris, & eorum Recturibus, ceteriſque omnibus ſuis & Imperii Romani fidelibus per Tuſciam preſentes licteras inſpecturis gratiam ſuam, & omne bonum. Veſtre laudande devotionis preſtantiam, & fidei puritatem, quibus nobis & Imperio ſemper grate ſingna conſtantie demonſtraſtis, alto laudum preconio attollentes vobis omnibus & ſingulis preſentibus nupimos eſſe notum, quod nos commiſſionem factam nobili viro Diethelmo de Guctingen dilecto fideli noſtro per honorabilem virum R. Curie noſtre Cancellarium predilectum ratam habemus & gratam & eam approbamus ac preſentis ſcripti patrocinio confirmamus. Vnde fidelitatem veſtram rogamus pleniſſimo cum affectu, Regia nichilominus auctoritate mandantes, quatenus ſibi parere fideliter, & devote intendere pro noſtra reverentia ſtudeatis, iuxta continentiam licterarum, quas dictus Cancellarius noſter ſibi noſcitur tradidiſſe. Ob hoc enim veſtris utilitatibus tam favorabiliter intendemus, quod noſtre gratie plenitudinem ſentietis. Datum in Caſtris ante Paterniacum, Nonis Novembris, Regni noſtri anno XI.

Simon Crivelli de Buggiano Iudex Ordinarius atque Notarius auctoritate Imperiali, & nunc dicti Domini Diethalmi Vicarii Scriba, auctenticum huius exempli munitum Sigillo ſolito eiuſdem Domini Regis de cera naturalis coloris facto, in quo erat impreſſa ymago Sue Maieſtatis coronate ſedentis in ſede, ac tenentis in dextera ſceptrum & in ſiniſtra pomum deſuper Cruce ſignatum cum licteris circumſcriptis explicantibus Cruce previa: Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus; vidi & legi & quidquid in eo contineri inveni hic fideliter tranſcripſi & exemplavi nihil addendo vel minuendo quod ſententiam mutet, de mandato dicti Vicarii, & cum infraſcriptis Notariis excultavi, & utrumque concordare inveni, & ideo me ſubſcripſi & meo ſingno & nomine publicavi, interpoſita auctoritate & Decreto Domini Teghiai de Tedaldis Capitanei Populi & Communis Sancti Miniatis, quod exemplum dictus Dominus Diethalmus Vicarius iubſit ſui Sigilli munimine roborari ad maiorem firmitatem & plenius robur.

Ego Guido Codiura Notarius Pallatii Iudex & Aſſeſſor Capitanei Communis & Populi Sancti Miniatis predicta vidi legi & excultavi; & quia nihil additum vel diminutum inveni, quod immutet ſubſtantiam veritatis, ideo me ſubſcripſi auctoritate predicta Domini Vicarii.

Ego Bernardus Iudex & Notarius publicus praedicta vidi legi & aſcultavi, & quia nihil additum vel diminutum inveni, quod immutet ſubſtantiam veritatis, ideo auctoritate ſupradicti Vicarii me ſubſcripſi.

Ex hiſce duobus poſtremis Inſtrumentis colligi videtur, alium fuiſſe Vicarium Imperialem generalem in Tuſcia, alium Vicarium Imperialem, qui in Sancto Miniate, reſideret, atque in eius territorio, & vicinis locis, ius diceret; ac veluti Iudex, ac arcis illius Rector haberetur. Nam ſciendum eſt, quamquam Tuſciam ſub Marchionibus & Ducibus eſſet, tamen in ea quaedam loca, & iura, ſpecialia fuiſſe, quae adhuc ad Imperatorem ἀμ[illegible] pertinerent. Quum vero Marchionibus ſublatis vel eiectis, Tuſciae Civitates ſe in libertatem ſaeculo

culo XII. adſeruere, Cæſareum iugum detrectantes; tamen Imperatores ſemper pertenderunt, dominium Tuſciae ad ſe ſpectare, ſemperque aliquas Civitates, & ſi liberas, ab ſuis partibus ſtantes habuerunt, Gibellinae factioni addictiſſimas: inſuperque iura quaedam, & loca, quae adhuc ab ipſis penitus dependerent. Id in cauſſa fuit, cur Imperatores Vicarios quoſdam in Tuſciam, ſeu Legatos & Praeſides, mitterent; ſcilicet, & ut Gibellinae factionis homines in fide continerent, & ut reditus quoſdam ſibi debitos exigerent, & ut ius dicerent, & iuriſdictionem exercerent in iis locis, qui adhuc Imperatori ſubeſſent, ut antiquitus Sancti Miniatis oppidum fuit. Celeberrimus Vir *Lud. Ant. Muratorius Diſſert. VI. Antiq. Medii aevi Tom. I. pag.* 314. ſcribit: *Erant enim antiquis temporibus in Italico Regno nemora, praedia, aliaque iura, quae ad Cameram Regis, ſeu Imperatoris, pertinebant: alia, quae ad Cameram Ducis, ſive Marchionis: alia denique ſpectantia ad Comites, ſive Rectores Urbium.* Haec omnia pariter confirmantur ab *Henrici Teſtae* Mareſchalci Diplomate, quod ſuperius a nobis *pag.* 343. productum fuit. Confirmantur etiam ab modo editis Inſtrumentis, in quibus *Rodulphus* Imperator ſuos Vicarios in Tuſcia conſtituit, non ad provinciam procurandam, ſed tantum *ad exigendum, petendum, & recipiendum* . . . . . *fidelitatis homagii & ſervitii debiti ſacramenta, a quibuſcumque perſonis vel locis in eiſdem partibus Tuſciae debeantur &c.* Non igitur ab omnibus, ſed ab quibus debeatur. In hac quoque ſententia *Franciſcus Galeottius* in *Monumentis Piſciae* MSS. eſt, ita enim ad annum MCXCVII. ſcribit: *Nel detto anno 1197. venne a morte l' Imperatore Enrico Seſto, che per tal conto convenne a Filippo Duca di Toſcana ſuo zio laſciar quel Ducato, e tornare in Germania ad aver cura del figliuolo bambino dell' Imperator ſuo nipote, et in queſta maniera la Toſcana reſtò libera dal governo del Duca; anzi che molti luoghi d' eſſa, eſſendo fomentati dal Pontefice, ſi meſſero in libertà, e fecero tra loro per la difeſa comune una lega nella Chieſa di San Criſtofano nel Borgo di San Gineſio alla preſenza de' Cardinali Bernardo, e Pandolfo Legati Apoſtolici. Se tra queſti luoghi collegati fuſſe Peſcia, e la Valdinievole, non poſſo dirlo con verità, non avendo incontrata memoria che lo dica.* (Patet ex Inſtrumento, quod ſupra *pag.* 346. adlatum eſt, Piſcienſes, & Vallis Neurae incolas, in eo foedere non fuiſſe comprehenſos) *Stimo bene, che i luoghi, che non intervennero in queſta lega, reſtaſſero nondimeno in libertà, come quelli governandoſi con le proprie leggi; poichè non era in Toſcana chi rappreſentaſſe la Maeſtà Imperiale: e durarono fin tanto, che gl' Imperatori, diſoccupati dagli affari di Germania, vi ritornarono; e ſe bene non v' ebbero quel dominio di prima, nondimeno vi furono alcuni luoghi, che ſeguirono la loro fazione, anzi che molti de' collegati ritornarono alla loro obedienza, tra' quali fu San Miniato, dove faceva la ſua reſidenza il Vicario, che l' Imperatore mandava in Toſcana, non ſo ſe ſi deva dire al governo, o vero per riſcuotere il diritto, che in ſegno di ſoggezione ſi pagava agl' Imperatori, come ſi vede in un Privilegio fatto dall' Imperatore Federigo Secondo a Romala* (forte Rainalda) *Duca di Spoleto, fatta la data in Foggia de' 27. Settembre Indizione 15. per il quale lo dichiara Vicario e Caſtellano di San Miniato; qual Privilegio veddi già nel Proteſſo della Cittadinanza di San Miniato, dove appare, che ſotto al detto Vicario era la Valdinievole.* Hic Spoleti Dux videtur eſſe idem ac *Reginaldus* ille Legatus Tuſciae, qui anno MCCXXVI. in Sancto Miniate erat una cum Imperatore *Friderico II.* ut conſtat ſuperius *pag.* 355. Itaque cum lenimento huius interpretationis accipienda ſunt verba *Laurentii Boninconteri* ſuperius producta *pag.* 335. ubi ille ait, cauſas adpellationum Etruriae delatas eſſe ad Vicarium Miniatenſem; ſcilicet ab iis paucis, qui in Tuſcia immediate ab Imperatore dependebant. Horum autem Vicariorum generalium quidam erant etiam Vicarii ſpeciales oppidi Sancti Miniatis, aliorumque oppidorum in vicinia poſitorum, ut Ficecchii, Sanctae Crucis, & Caſtri Franci, prout ex hiſce Inſtrumentis elucet: ex quo intelligimus, Vicarios quoſdam particulares in Tuſcia fuiſſe, qui veluti Iudices & Praefecti quaedam loca nomine Imperatoris regerent & gubernarent: taliſque fuit *Diethalmus* ille *a Gudingen*. Tales, quos *Fridericus I.* anno MCLXXXIV. poſuit in Caſtellis, & Vicis Florentiae, aliiſque Urbibus Etruriae vicinis, de quibus ita ſcribit *Villanius Lib. V. Cap. XII.* *Nel detto anno 1184. Federigo Primo Imperadore andando di Lombardia in Puglia paſsò per la noſtra Città di Firenze addì 31. di Luglio del detto anno, e in quella ſoggiornato alquanti dì, e fattoli querimonia per li Nobili del contado, come il Comune di Firenze avea preſe per forza, e occupate molte loro Caſtella, e fortezze contro all' onore dello Imperio, sì tolſe al Comune di Firenze tutto il contado, e ſignoria di quello infino alle mura; e per le villate del contado faceva ſtare ſuoi Vicarii, che rendeano ragione, e facendo giuſtizia; e ſimigliante fece a tutte le altre Città di Toſcana, che aveano tenuta la parte della Chieſa, quando ebbe la guerra con Papa Aleſſandro, ſalvo non tolſe il contado nè alla*

 Città

Città di Piſa, nè a Piſtaia, perocchè tennero con lui. E in queſta anna il detto Federigo aſſèdiò la Città di Siena, ma non l' ebbe; e queſte novità fece alle dette Città di Toſcana, perchè non erano ſtate di ſua parte; sì che con tutta che foſſe pacificato con la Chieſa, e venutò alla miſericordia del detta Papa, come è fatta menzione, non laſciò di partorire il ſuo malvolere contro alle Città ch' avevano ubbidita la Chieſa. E così ſtette la Città di Firenze ſanza contado quattro anni, infino che 'l detto Federiga andò al paſſaggia oltre mare, ove affogò, come è fatta menzione. Tales erant Vicarii Imperiales, qui Valli Neurae in Tuſcia praeerant; niſi iidem erant ac Vicarii Miniatenſes, qui in utraque regione ius dicèrent. Quod autem Vicarii Imperiales in Valle Neurae ius dicerent, eamque moderarentur, intelligimus ex iis, quae idem *Galeottius* habet ad annum MCCCXXVIII. & annum MCCCXXIX. ubi conſtat, ab Imperatore Vicarium Piſciae & Vallis Neurae conſtitutum fuiſſe, forte non alium a Miniatenſi, *Fridericum Vbertium* Florentinum; ac poſt eum *Thaddaeum Vbertium*, cuius tempore pax compoſita eſt inter populos Vallis Neurae, & Ficicli; & inter populum Florentinum: ut conſtat ex Inſtrumentis, quae idem *Galeottius* profert eruta ex Archivu Reformationum Florentiae *Lib. XXXIII. Capitulorum pag.* 104. & ſunt quae ſequuntur:

In Dei Nomine, amen. Congregato & coadunato generali conſilio Provincie Vallis Nebule in Eccleſia Sancti Allucii, poſita in Territorio Provincie Vallis Nebule citatione & vocatione Nunciorum more ſolito de mandato diſcreti & ſapientis viri Domini Franciſci de Padua Iudicis Provincie ſuprascripte, tenentis locum nobilis viri Taddei de Vbertis de Florentia Imperialis Vicarii totius Provincie ſupraſcripte, ac etiam mandato Neronis Ser Vannis de Fugg. & Paganelli filii Benuccii de Piſcia Not. Preceptorum, ſive Comandatorum ipſius Conſilii, in quo quidem Conſilio fuerunt due partes Conſiliariorum ipſius Comunis, & oltra; predictus Dominus Franciſcus Iudex vice & nomine dicti Domini Vicarii, & nos etiam ſupradicti Preceptores una cum infraſcriptis Conſiliariis Conſilii generalis, & Invitatis dicte Provincie, & ipſi iidem Conſiliarii, & Invitati una cum ipſo Domino Franciſco, & nobis Preceptoribus ſibi ad invicem conſentientes pro ſe ipſis, & vice & nomine ipſius Provincie, nemine diſcrepante eorum & cuiuſque eorum & dicte Provincie Vniverſitatis, Comunitatis, & hominum ipſius Provincie, & cuiuſque eorum in ſolidum, hoc publico Inſtrumento fecerunt, conſtituerunt, ordinaverunt eorum, & cuiuſque ipſorum, & dicte Provincie Vniverſitatis, Comunitatis, hominum ipſius Provincie, & cuiuſque eorum in ſolidum Sindicos, Procuratores, Actores, Factores, & certos Nuncios ſpeciales, nobiles & ſapientes viros Dominum Franciſcum qu. Domini Lippi de Piſcia Iuriſperitum preſentem & recipientem, Ser Bellum qu. Lai de Buggiano, & Bandaccium qu. Tuccii de Monte Catino abſentem tamquam preſentem, & quemlibet eorum, ita tamen quod duo ex eis in ſolidum ſint in concordia ad infraſcripta ad tractandum, componendum, & ordinandum, perficiendum, & componendum perpetuam pacem, concordiam, & bonum ſtatum pro dicta Provincia, Comunitatibus, & ſingularitatibus ipſius Provincie cum Sindico, ſeu Sindicis, & Procuratore, ſeu Procuratoribus Comunis Civitatis Florentie ſindicario & procuratorio nomine pro dicto Comune, & Civitate, Districtu, & Fortia & aliis Terris, que ſub dominio dicte Civitatis gubernantur & reguntur, & maxime cum Comunitatibus Vallis Arni inferioris, videlicet Ficecbi, & aliis Terris ipſius Vallis Arni, & cum omnibus & ſingulis, qui pacem peterent ab eiſdem Sindicis, & Procuratoribus dicte Provincie Vallis Nebule vice & nomine exititiorum, & bannitorum, & condemnatorum, & rebellium omnium dicte Provincie, vel alicuius eiuſdem, promittentes de rati habitione ad terminum per dictos Sindicos, & Procuratores declarandum, & promittendum omni via, modo, & ordine pactis, conditionibus, articulis, & tenoribus, cum quibus ipſi Sindici, & Procuratores, vel duo ex eis in concordia ipſam pacem, concordiam, tractatum, & bonum ſtatum, tam ipſius Provincie, & Comunitatis, & ſingularium ipſius Provincie, quam ipſius Comunis, & Civitatis Florentie, & illorum omnium, ſub quorum dominio Comune, & Civitas gubernantur, & reguntur, & aliorum quorum nomine fiet, & promittere, facere, tractare, componere, ordinare, perficere, & complere voluerint, & eis, ſeu duobus ex eis placuerit convenire. Et ad dandum unum fideiuſſorem & plures, & ad promittendum de conſervatione indemnitatis ſub pena & obligationibus opportunis, & ad recipiendum pro omnibus & ſingulis ſupraſcriptis obſervandis & adimplendis preceptum guarantigie ſecundum formam Statutorum Comunis Florentie, vel alterius Comunitatis, formam et capitulum guarantigie habentis, & ad infraſcriptam proteſtationem occaſione dicte pacis faciende, & ad obligandum propterea ipſam Provinciam, Comunitates, & ſingulares perſonas ipſius Provincie, &

ad

ad quaſcumque penas, obligationes, pacta, ſeu promiſſiones voluerint, & duobus ex eis ſimul placuerit convenire; & ſpecialiter, & generaliter ad omnia alia, & ſingula faciendum, tractandum, componendum, & ordinandum, que in predictis, & qoolibet predictorum requiruntur, dantes, & cnncedentes dictis Sindicis, & Prucuratoribus, & cuilibet eorum in ſolidum plenum, liberum, & generale mandatum in predictis & quolibet predictorum pro ſe ipſis, & vice & nomine dicte Provincie & Comunitatis eiuſdem firmum & ratum babere & tenere omne id, & qaicquid per ipſos Sindicos, & Procuratores, aut per duos ex eis factnm, geſtum, compoſitum, ordinatum, proviſum, procuratum, ſive obligatum fuerit in premiſſis, & quolibet premiſſorum, ſub obligatione omnium ſuorom, & dicte Provincie Comunitatum, & ſingularitatum ipſius Provincie bonorum preſentium & fururorum. Nomina vero Conſiliariorum, & Invitatorum, qui predicta omnia fecerunt, & predictis interſuerunt, ſunt hec, videlicet:

De Piſcia

Ser Federicus Iacobucci)
Piuus Vannis) Conſiliarii.
Martinus Mecchi)
Dominus Niccoluccius Domini Lippi Miles)
Ceccherius Ceucii) Invitati.
Pinus Cini)
Pucciaus Vannis).

De Sorico

Batus Lupori, Conſiliarius.
Bertellus Pardi, Invitatus.

De Vellaoo

Riccus Gratiani, Conſiliarius.
Riccus Fredi, Invitatus.

De Petraboua

Dinus Nuccini, Conſiliarius.
Vaones Baldinetti, Invitatus.

De Sancto Petro in Campo

Muccius Cambii, Conſiliarius.
Chellus Steſani, Invitatus.

De Venere

Doctorus Guidottuccii, Conſiliarius.
Nuius Vgolini, Invitatus.

De Collodio

Martinuccius Ser Bonagiuntae, Conſiliarius.
Duccius Venture, Invitatus.

De Vzzano

Nannes Salvi) Conſiliarii.
Lutus Mei)
Turinus Vannis, Invitatus.

De Boggiano

Franciſcus Ricchi)
Muccius Vannis) Conſiliarii.
Montuccius Spinelli)
Lottus Giunte) Invitati.
Dreas Steſani)

De Maſſa

Lemmus Orlandi) Conſiliarii.
Puccius Benenati)
Nellus Ser Michelis, Invitatus.

De Monte Catino

Ser Federigus Bindi)
Ser Bene Puccii) Conſiliarii.
Ser Vannes Gialdini)
Salvi Duccii)
Ser Pace Dini) Invitati.
Pinus Righi)

De Monte Sammauo

Ser Niccolaus Ramboccii, Conſiliarius.
Battaglia Bonaccurſi, Invitatus.

De Monte Vetturini

Beſaius Ser Monis) Conſiliarii.
Luti Mati)
Ser Lambertuccius Ciandi) Invitati.
Cambius Creſciuti)

Actum in Eccleſia Sancti Allucii poſita In Territorio Vzzani Provincie Vallis Nebule preſentibus Ser Ioaone Duccii de Monte Vetturino, Ser Ceccho Lemi, & Sterna (forte *Strenna*) Michaelis de Buggiano, & Baciucchetto Bertini de Piſcia, & Lemmo Orlandi de Maſſa, teſtibus ad hec vocatis. Anno Nativitatis Domini 1329. Indictione 12. die 17. Iunii.

Ego Paganellus Benuccii de Piſcia Imperiali auctoritate Notarius & Scriba, ſive Scriptor dicti Conſilii Provincie hec ſcripſi, & rogatus meoque ſigno, & nomine publicavi.

In Dei Nomine, amen. Ad gloriam, & honorem Omnipotentis Dei, Glorioſe Virginis Marie, omniomque Sanctorum, & ad laudem, & reverentiam Sacroſancte Romane Eccleſie, & Sanctiſſimi Patris & Domini, Domini Ioannis Pape XXII. & ad exaltationem, bonum, & tranquillum Statum infraſcriptorum Comunium, & univerſitatum Terrarum, & locorum, & ſingularum perſonarum, eorumque diſtrictualium. Quoniam omne Regnum, Comunitatem, & populum, & ſingularem perſonam decet tranquillitatis, & pacis beneficium affectare, in quo reſidet animarum ſalubritas, viget iocanditas corporum, proficiunt omnes populi, & utilitas gentium cuſtoditur. Ideo Ser Bartolus Ser Cermonteſii (forte *Chermonteſii*) Notarius Civis Florentinus Sidicus, & Procurator Comunis, & Populi Florentini ad hoc ſpecialiter conſtitutus, ut conſtat ex Inſtrumento publico inde facto manu mei Cambii infraſcripti in anno ſalutifere Incarnationis 1329. Inditione 12. die 10. menſis Iunii, ſindicario & procuratorio nomine

Digitized by Google

mine pro dictis Comuni, hominibus, & univerſitate Comuois Florentie, & ut Sindicus Comuuis Florentie, geſtorio uomine pro exititiis, & extrinſecis Provincie Vallis Nebole, pro quibus, & quolibet eorum dictus Sindicus ſindicario nomine, quo ſupra, de rato promiſit, & ſe facturum, & curaturum, ita, & taliter, quod dicti exitirii preſentem pacem approbabuot, & ratificabunt per ſe, vel per legitimum Procuratorem hine ad duos menſes proximos venturos, & ſimilem pacem huic facient infra dictum termioum cum illis de dicta Provincia, per publicum Iuſtrumentum vallatum, premiſſum, ſtipolatum, & bonorom ſuorum, & heredum obligationibus, pactis, peue, & penarum adiectionibus, renumptiatiouibus, & iuramentis, & quibuslibet aliis ſolemuitatibus opportunis, ex parte una. Et uobiles & ſapientes viri Dominus Franciſcus qu. Domini Lippi de Piſcia Iuriſperitus, & Ser Vallus (ſupra ſcriptum eſt *Bellus*) qu. Lsil de Buggiano, & Biodaccium (in ſuperiore Inſtrumento ſcribitur *Bandaccius*) qu. Tuecii de Moote Catino, Sindici & Procuratores Proviucie Vallis Nebule, & Comunium, & Vniverſitatum, & Terrarum dicte Proviucie, & homioum, & perſonarum eorumdem ad hoc ſpecialiter couſtituti, ut conſtat Inſtrumento publico facto manu Ser Paganelli Benuccii de Piſcia Notarii facto in anuo Natlvitatis Domini 1329. Iodictione 12. die 11. menſis Iunii a me Cambio Notario viſo & lecto ſiodicario & procuratorio nomine pro dictis Provincia, Comuuibus, & Vniverſitatibus, & homioibos dicte Provincia ex parte altera; fecerunt, & reddideruot inter ſe ad iuvicem & viciſſim dicte partes, nominibus quibus ſupra dictum eſt, perpetuam, & firmam, & puram, & veram pacem, concordiam, & bonam voluntatem perpetuo duraturam, pacis oſculo interveniente; & finem, remiſſionem, & quietationem de omnibus, & ſingulis inimicitiis, guerris, iniuriis, malevolentiis, inſultibus, homicidiis, incendiis, & derobstiouibus, hiuc inde factis, habitis, vel illatis, & perpetratis, univerſaliter vel ſingulariter, dicto vel facto, quocumque modo uſque in preſentem diem, quam pacem fecerunt remiſſis omnibus damnis datis, & offeoſionibus factis vel illatis hinc inde in perſonis, vel rebus, & malevolentiis, & rancoribus uoiverſis cum pactis, modis, & conditionibus, & tenoribus infraſcriptis, videlicet.

In primis, quod Comunia, homiues, & perſone Proviocie Vallis Nebule erout, ſtabunt, & perſeverabunt in obedientia, & devotione Sancte Matris Eccleſie, & Domini noſtri Domini Ioannis Pape XXII. & quod habebuut, tractabuut, & reputabunt amicos Eccleſie ſupradicte, & dicti Domini Pape pro amicis, & ſervabunt interdictum in dictis eorum Terris.

Item quod dictum Comune Florentie, & eorum diſtrictuales, & qui ſub eorum guberuatione reguutur, & hominea, & perſooe eorumdem directe vel per obliquom, per ſe vel alium, uon offeodent, vel moleſtabuut, vel occupabunt, vel uſurpabuot Comunitates, vel ſingulares perſonas, Caſtra, Terras, & Fortilitias Provincie Vallis Nebule, & eius Territorii, iu perſonis vel rebus, tam in dicta Provincia Vallis Nebule, quam extra dictam Provinciam: & etiam dicta Comunia Vallis Nebule, & eoromdem diſtrictuales, & homiues, & perſone eorumdem directe vel per obliquum, per ſe vel slios, non offendent, vel moleſtabunt, vel occupabuot, vel uſurpabunt Comunitates, vel ſingulares perſonas, Terras, vel Fortillitias Comunis Florentie, vel eorum Territorii, iu perſouis, vel rebus tam in Comuni, & diſtrictu Floreotie, qusm extra dictum Comune, & diſtrictum Floreotiuum.

Item quod nou dabunt aoxilium, conſilium, vel favorem alicui, vel aliquibus perſonis, vel locis, vel Comunitatibus, ſive dominio, vel domlniis, quibuſcumque titulis ceuſeantur, occupantibus, offendeutibus, vel voleuti, vel volentibus offeodere, uſurpate, vel occupare dictas Comunitatem, Provinciam, Caſtra, Terras, & Fortillitias, & ſingulares perſonas ipſarum, & Territoria tam extra dictam Provinciam, quam iu dicta Provincta in perſonia, vel rebus directe, vel indirecte; & e contra dicta Comunia Vallis Nebule oon dabunt auxilium, conſilium, vel favorem alicui, vel aliquibus perſonis, vel locis, vel Comunitatibus, ſive dominio, vel dominiis, quibuſcumque titulis cenſeantur, occupantibus, offendentibus, vel volenti, ſeu volentibus offendere, vel occupare dictum Comune Floreutie, vel eius diſtrictus, Caſtra, Terras, & Fortillitias, & ſingulares perſonas ipſarum, tam extra Comune Florentie, & diſtrictum, quam in dicta Comune, & eius fortia, & diſtrictu in perſonis, vel rebus directe, vel indirecte.

Item quod homiues dicte Provincie poſſint ſecure in ere, & perſonis ire, ſtare, & redire in Civitate Floreotie & Comitatu, & Fortia, & Terris eorum diſtrictualium & io Terris illorom, qoibus dicti Florentini dominantur, vel domiosbuntur, & qoi ab eis reguntur, vel regentur, uegociando, & mercando bono modo, ut moris eſt inter amicos; & e converſo homines & perſoue Comunis Florentie, & diſtrictus, & qoi ſub gubernatione dicti Comuois Floreotie regoontur,

tur, poſſint ſecure io cre, & perſonis ire, ſtare, & redire in dicta Provincia, & Comitatu, & in Terris dicte Provincie negociando, & mercando bono modo, ut moris eſt inter amicos.

Item quod teneantur dicte Comunitates Vallis Nebule, & quelibet earum, & homines, & perſone earumdem, non receptare in dicta Provincia aliquos inimicos Comunis Florentie, quando irent, venirent, vel redirent pro offendendo dictum Comune Florentie, vel diſtrictuales, vel eos quibus dominantur, vel dominabuntur, vel eorum ſequaces, quando eſſent cum dicto Comune Florentie, vel gentibus dicti Comunis, ſed potius iuxta eorum poſſe, reparare io dicta Provincia, ut non poſſint eos damnificare, vel offendere, ubicumque fuerit dictum Comune Florentie, vel eius gentes, vel eius diſtrictuales, vel ſequaces eum eis; ſalvo quod ſi contingeret, dictum Comune Florentie exercitum ſuum habere, vel cavalcatam, vel gentes, que cavalcata, vel gentes venirent, vel irent occaſione exercitus, vel cavalcate hoſtiliter, & inimicabiliter cauſa damnificandi eum armis inimicos ſuos in territorio dicte Provincie Vallis Nebule, & inimicos venire vel eſſe cum eorum fortia contra ipſius Comunis Florentie exercitum, vel cavalcatam, vel gentes occaſione exercitus, ut ſupra dictum eſt, quod in eo caſu non teneantur dicte Comunitates in havere & perſona Provincie Vallis Nebule ad predictam reparationem: nihilominus tamen, & in caſu predicto teneantur abſtinere ab impendendo eiſdem inimicis Comunis Florentie adiutorium, vel favorem, ac etiam ab concedendo eiſdem inimicis victualia.

Item quod teneantur dicta Provincie, Comunitates, & homines & perſone ipſius Provincie, dare & concedere iter, & tranſitum, & paſſum liberum, & expeditum Florentinis, & diſtrictualibus, & gentibus, & ſtipendiariis eorum, & etiam ſequacibus, & amicis eorum, quando ſent cum dictis Florentinis, & cum Comune Florentie, vel cum eorum banderiis elevatis per dictam Provinciam, & permittant eoſdem libere ire, tranſire, ſtare, & redire non intrando in aliqua, ſeu aliquibus Terris, Fortiliſiis, & Caſtris dicte Provincie, vel aliqua earum, & concedere licentiam volentibus deferre victualiam pro pretio condecenti: teneatur tamen dictum Comune Florentie ad emendationem damnorum, ſi qua inferrent ipſi, vel eorum gentes in territorio dicte Provincie cum interpretatione Capituli ſupradicti, quod incipit: Item quod teneantur dicte Comunitates non receptare &c.

Item quod dicte Comunitates dicte Provincie Vallis Nebule debeant remittere omnes ſuos exititios io eorum terris poſt quindecim dies a die preſentis pacis, & eorum familie ſtatim facta pace remittantur, & remiſſe eſſe intelligantur, & in dicto tempore intelligantur eſſe remiſſi, & remiſſe, & libere redire, & ſtare poſſint in dictis eorum terris, ac etiam teneantur eiſdem exititiis eorum bona immobilia, & inſtantia, prout ſunt, reſtituere, & ex dicto tempore pacis reſtituta eſſe intelligantur, & ſint, predicta bona dictorum exititiorum, & eiſdem reſtitui debeant, & intelligantur eſſe reſtituta, quecumque dicti exititii, vel eorum aliquis, poſſidebant tempore expulſionis eorum, ſeu que ad eos, vel eorum aliquem poſt dictam expulſionem pertinere cepiſſent de iure, prout ſunt; non obſtante aliqua conceſſione, ſeu datione io ſolutum facta de dictis bonis, ſeu aliquo eorum per aliquem Dominum, vel Rectorem, vel ſe gerentem pro Domino, vel Rectore, vel aliquod Comune, ſeu aliquem officialem, niſi dicti exititii, vel aliquis eorum, vel habens cauſam voluntariam ab eis, dicta bona vendiderint, ſeu alio titulo alienaverint. Que venditiones & alienationes facte per eos, vel habentes cauſam voluntariam ab eis non obſtantibus ſupradictis remaneant illeſe, & in ſuo robore, & firmitate ſalvis & reſervatis omnibus iuribus principalibus, creditoribus, ſeu ereditis cuicumque, & quibuſcumque dicta bona data fuiſſent in ſolutum; exceptis exititiis declarandis pro ſuſpectis per dicta Comunia videlicet per unumquodque Comune, illi de tali Comune; dummodo exceptandi non poſſint excedere numerum infraſcriptum videlicet de Comune Piſcie triginta, de Comune Montis Vettolini viginti quinque, de Comune Buggiani decem, de Comune Vzzani triginta, de Comune Caſtellaris decem, de Comune Sancti Petri in Campo quatuor, de Comune Sorici unum, de Comune Montis Catini centum, de quibus centum hinc ad Calendas Septembris proxime venturas debeant remittere viginti quinque, qui exceptati nominandi, ut dictum eſt, remittantur, & remitti debeant infra tempus, & terminum declarandum per unum quemquo predictorum eorum videlicet per ſingula dicta Comunia tempus, & terminum ſuorum exceptatorum per ea nominandorum; Perſone vero dictorum exititiorum non remittendorum declarari debeant infra quindecim dies a die preſentis pacis, quibus exititiis exceptandis reſtituantur, & reſtituta eſſe intelligantur, & ſint ex tempore preſentis pacis bona immobilia prout, & ſicut reſtitui debent exititiis remittendis ſecundum formam ſuperius deſignatam, ac etiam poſ-

ſint

ſint familie dictorum exititiorum non remittendos redire, & ſtare in dictis eorum terris libere, & ſecure,

Item quod exbanniti, rebelles, exititii dictorum Comunium eximantur, & cancellentur, & exempti, & cancelleti eſſe intelligantur, & ſint ab omnibus bannis, & condemnationibus, in quibus deſcripti reperirentur in libris & actis dictorum Comunium, ſeu alicuius eorum, vel alterius cuiuſcomque Comunis abſque alia ſolutione pecunie dictis Comunibus propterea facienda,

Item ſi contigerit aliquam perſonam de dictis Terris, & Comunibus per quemcumque offendi in Civitate Florentie, vel in Terris eidem obedientibus, vel per aliquem Florentinum, ſeu diſtrictualem Civitatis Florentie, quod Comune Florentie facere teneatur debitam vindictam, pro ut, & ſicut fieret, ſi Florentinus Civis fuerit offenſus; & e converſo dicta Provincia, & eius Comunitates ſimili pena punire teneantur homines & perſonas dicte Provincie, & alios offendentes Florentinos, vel eorum diſtrictuales, & alios ut ſupra nominatos,

Item ſi contingeret, aliquam Terram dicte Provincie non obſervare pacem predictam, ſeu aliquid facere in turbationem dicte pacis, vel in turbationem pacifici, & uniti ſtatus, concordie, & voluntatis dicte Provincie, vel maioris partis dicte Provincie, abſtinere debeat dictum Comune Florentie ab omni auxilio, & favore in impendendo tali Terre, vel alie perſone perturbanti pacem predictam, ſeu pacificum, & unitum ſtatum concordie, & voluntatis dicte Provincie, vel maioris partis, ut dictum eſt.

Item teneantur rebelles, & exbannitos Comunis Florentie non receptare in dicta Provincia, notificatis, & declaratis primo per Comune Florentie dictis rebellibus, & bannitis bona fide ſine fraude.

Item quod Florentini, & Comune Florentie teneantur dare operam iuxta poſſe ad eorum requiſitionem, quod Civitates, & Terre amice Comunis Florentie faciant pacem cum dicta Provincia,

Quam pacem, concordiam, conventionem, & contractum, & omnia, & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta predictus Ser Bartolus Syndicus Comunis Florentie ſindacatio nomine pro dicto Comune Florentie, & ut Syndicus Comunis Florentie geſtorio nomine pro dictis extrinſecis, & exititiis dicte Provincie Vallis Nebule ex parte una; & dicti Dominus Franciſcus, Ser Vallus, & Bindaccius Syndici & Procuratores Provincie, & Comunitatum Vallis Nebule, nominibus quibus ſupra dictum eſt ex parte al-

cltere ed invicem ſolemni ſtipulatione interpoſita promiſerunt, & convenerunt, ac etiam iuraverunt ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis ſcripturis inviolabiliter obſervare, & firme, & rata habere bona fide ſine fraude; & contra predicta, vel aliquod predictorum, non facere, vel venire per ſe, vel alium aliqua ratione, iure, vel modo; quod ſi contra predicta, vel aliquid predictorum factum, aut ventum fuerit, vel ſi predicta omnia & ſingula non fuerint obſervata, promiſerunt inter ſe ed invicem dicte partes, nominibus quibus ſupra dictum eſt, ſolemni ſtipulatione interpoſita, dare & ſolvere ſcilicet non obſervans, vel contra predicta faciens obſervanti parti, & in fide ſtanti pro pena, & nomine pene decem millia florenorum auri recti ponderis, & conii Florentini, & damna, & expenſas, & intereſſe ea de cauſa reſtituere, & emendare; & pena toties committatur, & exigi poſſit cum effectu, quoties contra predicta, vel aliquid predictorum factum, aut ventum fuerit, & quoties predicta omnia & ſingula non fuerint obſervata per aliquam partium predictarum.

Hoc inſuper expreſſe appoſito inter dictas partes ex pacto, quod ſi per aliquod ex dictis Comunibus Provincie Vallis Nebule contra predicta, vel aliquod predictorum factum, ſeu ventum fuerit; vel predicta omnia, & ſingula, ut predicitur, obſervata non fuerint, promiſerunt dicti Sindici Vallis Nebule, & voluerunt & pepigerunt dicto Ser Bartolo Syndico Comunis Florentie pro dicto Comuni Florentie recipienti, et omnibus quorum intereſt, vel intererit, ſeu intereſſe poſſet, quod ipſum Comune incidat in penam mille florenorum auri pro quolibet Capitulo dicte pacis, et contractus non ſervato, que pena dicto tali Comuni, et hominibus ipſius Comunis, qui predicta non ſervarent, vel in aliquo contravenirent, ſolvi debeat preciſe dicto Comuni Florentie, & ea ſoluta, vel non, & ſemel, & pluries commiſſa, vel non, nihilominus preſens contractus, conventio, & pacta, pax, & omnia, & ſingula in eis contenta, in qualiber ſui parte in ſua permaneant firmitate, ita tamen quod ille, & illi tamen in dictam penam incidant, & ipſam ſolvere teneantur, qui predicta omnia non ſervarent, vel qui contra predicta, vel aliquid predictorum fecerint, & illi, ſeu illis tamen ius petendi penam queratur, & etiam petere poſſint cui, vel quibus predicta, vel quidlibet predictorum non fuerint obſervata, vel contra ea, vel aliquid eorum factum fuerit. Pro quibus quidem pace, conventione, & contractu, & omnibus, & ſingulis ſupradictis attendendis,

& ob-

Digitized by Google

& obſervandis, & firmis, & ratis habendis, & pro peoa ſolvenda, & damnis, & expenſis reſtituendis, & emendandis; predicti Syndici Comunium predictorum Syndacariis nominibus, quibus ſupra, pro eiſdem Comunibus, & univerſitatibus obligaverunt inter ſe ad invicem ipſa Comunia, & univerſitates, homines, & perſonas eorumdem, eorumque heredes, & bona in ſolidum omnia, mobilia & immobilia, preſentia & futura, renonciantes ad invicem exceptioni oon celebrati cootractos, & non facte pacis, & conventionis, conditioni ſine cauſa, & ex iniuſta cauſa, doli mali, fori privilegio, & omni alii iuris legali, & conſtitutionum auxilio, per que predicta, vel aliquid predictorum poſſint infringi, vel per actum aliquem contrarium attentari.

Inſuper precibus, & mandatis dicti Ser Bartolà Syndici Comunis Florentie ſyndacario nomine pro ipſo Comune, & ut Syndicus Comunis Florentie geſtorio nomine predictis extrinſecis, & exititis dicte Provincie Vallis Nebule ex parte una; et precibus, & mandato dictorum Domini Franciſci, Ser Valli, & Bindaccii Syndicorum dicte Provincie, & Vniverſitatis Vallis Nebule, ſyndicario, & procuratorio nomine pro eiſdem ex parte altera in omnem predictam cauſam, & contractum, Dominus Gherardus de Sedogiis Sindicus, & Procurator Comunis, & Vniverſitatis Civitatis Piſtorii, ad hoc ſpecialiter, & ſolemniter conſtitutus, ſyndicario & procuratorio nomine pro dictis Comuni, hominibus, & Vniverſitate Civitatis Piſtorii pro ipſis partibus extitit, fideiuſſit, & promiſit, & convenit ſine aliqua exceptione, ſtipulatione ſolemni dictis partibus, & cuilibet earum recipientibus pro ſe ipſis, & omnibus, quibus ſupra dictum eſt, & pro omnibus quorum intereſt, vel intererit, ſeu intereſſe poſſet, ſe facturum, & curaturum ita, & taliter, quod predicte partes, & quelibet earum predicta omnia, & ſingula perpetuo obſervabont, & contra non facient, vel venient ullo modo; alias ipſe Dominus Gherardus Syndicus ſyndicario nomine pro dicto Comuni Piſtorii, & ea omnia, & ſingula facere, & obſervare promiſit per ſe de proprio dicti Comunis Piſtorii, & contra de cetero non facere, vel venire ſub dicta pena decem millium florenorum auri ſolemni ſtipulatione premiſſa, & refectione damnorum, & expenſarum litis, & extra, & obligationem bonorum dicti Comunis Piſtorii preſentium, & futurorum, renuncians exceptioni non facte fideiuſſionis, & promiſſionis, & non celebrati Contractus, & novarum Conſtitutionum, & Epiſtole Divi Adriani beneficiis, & de pluribus reis debendi, forique privilegio, & omni alio auxilio. Quibus quidem Ser Bartolo Syndico Comunis Florentie ex parte una, & Domino Franciſcu, Ser Vallo, & Bindaccio, Syndicis dicte Provincie Vallis Nebule ex parte altera, ut principalibus contrahentibus, & dicto Domino Gherardo Syndico Cumunis Piſtorii eorum fideiuſſore, nominibus, quibus ſupra dictum eſt, predicta ſic volentibus & confitentibus precepi Ego Cambius Notarius infraſcriptus per guarantigiam conſtit. Comunis Flurentie, & cuiuslibet alterius Terre, & loci, quatenus predicta omnia, & ſingula obſervent inter ſe ad invicem, ut promiſerunt, & ſuperius continetur.

Acta ſunt hec omnia in Civitate Piſtorii, in maiori & Cathedrali Eccleſia Sancti Iacobi dicte Civitatis, in preſentia Dominorum Antianorum & Vexilliferi Iuſtitie dicte Civitatis Piſtorii, in publico parlamento dicte Civitatis preſentibus Domino Cremona de Cremonenſibus, Domino Tancredo de Vergellenſibus de Piſtorio Iuriſperitis, Domino Vbaldo de Bellaſtia Milite, Domino Gherardo de Caſtro Florentino Iuriſperito, Fornaiu de Rubeis, Vbertino Roſſi de Strozzia, Antonio Landi de Albizis, Civibus Florentinis, Colueeio vocato Scotica qu. Magiſtri Arrighi, Ser Corrado qu. Ser Ioannis Notario de Fuecechio, & aliis pluribus ad hec vocatis, et rogatis, ſub anno Dominice Incarnationis milleſimo tercenteſimo vigeſimonono, Indictione XII. die XXI. menſis Iulii, ſecundum uſum, et curſum Florentie &c.

Aſt anno MCCCXXXI. Vicarius Provinciae Vallis Neurae erat *Franciſcus* de Eugubio, quando Piſeiae haec acta ſunt, quae continet Inſtrumentum, quod *Galeottius* laudatus producit, et ita habet:

In eterni Dei nomine, amen. Ad honorem, & reverentiam Omnipotentis Dei, & Glorioſe Virginis Marie Matris ſue, & omnium Sanctorum & Sanctarum ipſius, ad honorem, & exaltationem Sereniſſimi Principis, & Domini, Domini Ioannis, Dei gratia Boemie, & Pollonie Regis, Locemburgenſis Comitis, Brixie, Bergami, & Cremone, &c. Domini; & illuſtris Principis, & Domini, Domini Caroli dicti Domini Regis Primogeniti, Domini Lucanorum, & Provincie Vallis Nebule &c. & ad bonum, & pacificum ſtatum, & augumentum omnium bonorum Civitatis Lucane, eius fortie, & diſtrictus, & Provincie ſupraſcripte, ac Comunis, & Terre, & Territorii Piſcie, & omnium aliorum fidelium devotorum, & ſubiectorum dictorum Dominorum Regis, & Ca-

Caroli. Nubilis Vir Ghinus Domini Dichii de Regalibus de Piſtorio, Poteſtas Comunis Piſcie pro dictis Dominis Rege, & Carolo, & Domino Simone Philippi de Regalibus de Piſturio ipſorum Dominorum Locumtenenti, & prudentes viri Iuntorus Vannis, Cecchinus Puccii Salvani, Steſanus Celli, Ser Vguccione Franciſci, Vannuccius Nelli, & Mattinus Guccii, maiores Conſiliatii dicti Comunis Piſcie, cum preſentia, conſenſu, auctoritate, & voluntate infraſcriptorum hominum Comunis Piſcie, & nomina quorum inferius deſcribuntur, coadunati ad parlamentom in ſala Palatii Comunis Piſcie de mandato dicti Domini Poteſtatis, & voluntate, & conſenſu dictorum maiorum Conſiliariorum, ſono campane, & voce Preconis, & Nunciorum, ut moris eſt; & ipſi idem Piſciatini infraſcripti, qui ſunt maior & ſanior pars, & ultra quam tres partes de quatuor partibus omnium, & ſingulorum hominum dicti Comunis, & qui generaliter omnes, & totom parlamentum dicti Comunis, auctoritate Dominorum Poteſtatis, & Conſiliatiorum dicti Comunis maiorum, una ſimul cum dictis, et maioribus Conſiliariis unanimiter, et concorditer pro bono, et utilitate dicti Comunis pro ſe ipſis, et vice, et nomine dicti Comunis, et univerſitate hominum, et perſonarum dicti Comunis preſentium, et futurorum, omni via, iure, et modo, quibus melius potuerunt; fecerunt, conſtituerunt, creaverunt, ordinaverunt eorum, & dicti Comunis veros, & legitimos Syndicus, & Procuratores, Actores, Factores, & certos Nuncios, ſpectabiles, nobiles, & prudentes viros Guarzonem Ser Bartulomei de Guarzonibus, & Cinum Pini de Vicecomitibus, de Piſcia, preſentes, & recipientes, & quemlibet eorum in ſolidum, ita quod occupantis non ſit melior conditio, & quod unus eorum inceperit, alter poſſit proſequi, & finire, ad offerendum, dandum, tradendum, & aſſignandum Sereniſſimo Principi, & Domino, Domino Iuanni Dei gratia Boemie, & Polonie Regi, Lucemburgenſi Comiti, Civitatis Brixie, Bergami, Cremone &c. Domino; & illoſtri Principi, & Domino Carolo eius Primogenito, Domino Lucanorum, & Provincie Vallis Nebole, recipientibus pro ſe ipſis, & filiis, & heredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum; & Magnifico Domino, Domino Simoni Filippi de Regalibus de Piſtorio dictorum Dominorum Locumtenenti, Domino Gaddi, & Montis Clari, & aliis quibuſcumque Officialibus predictorum Dominorum Regis, & Caroli, & dicti Domini Simonis eorum Locumtenentis, recipientibus vice, & nomine predictorum Dominorum Regis, & Caroli, & eorum & cuiuſque ipſorum filiorum, & heredum, & ſucceſſorum in perpetuum, liberaliter, pure, perpetuum dominium, ac dominationem dicte Terre de Piſcia, & Comunis, & hominum dicte Terre de Piſcia, & ipſius Terre & Comunis defenſionem, protectionem, gubernationem, regimen, rectorism, & adminiſtrationem puram, & liberam cum pleno, libero, & generali mandato, auctoritate, & arbitrio, com mero & mixto imperio, & gladii poteſtate, & omni iuriſdictione, & imperio, quod, & que dicti conſtituentes pro ſe ipſis, & dicto Comune; & ipſum Comune, & homines ipſius Comunis habent, & haberent, ſeu habere poſſent, & ad ſubmictendum, & transferendum dictis Dominis Regi, & Carolo, & in ipſos Dominos Regem, & Carolum recipientes pro ſe ipſis, & eorum, & cuiuſque corum filiis, & heredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum omnem baliam, & dominationem, omnem poteſtatem, & iuriſdictionem, regimen, & rectorism, & imperium, & adminiſtrationem dicte Terre de Piſcia, & ipſius Comunis, univerſitatis, hominum, & perſonarum ipſius Comunis, quod, & que ipſi conſtituentes pro ſe ipſis, & dicto Comuni, & ipſum Comune habent, vel haberent, & habere poſſent in dicta Terra, & Comuni, hominibus, & perſonis ipſius Comunis &c. & ad preſtandum pro ſe ipſis, & dicto Comuni, & hominibus ipſius Comunis fidelitatem, ſubiectionem, & reverentiam debitam; & fidelitatis, ſubiectionis, & reverentie debite iuramentum, & ſacramentom generale, & ſpeciale, prout dictis Dominis Regi, & Carolo recipientibos pro ſe ipſis, & ſuis filiis, & heredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum videbitur, et placuerit, et ad homagium, et omne aliod ſubiectorum pollicendum, et promittendum preſatis Dominis Regi, et Carolo recipientibus, ut ſupra in perpetuum purum, liberum, et perpetuum dominium dicti Comunis de Piſcia, et hominum ipſius Comunis, et ad prorogandum, et transferendum in ipſos Dominos Regem, et Carolum recipientes, ut ſupra, pure, liberaliter, et inſolidom, omne imperium, et dominium ipſius Comunis de Piſcia, et hominum, et perſonarum ipſius Comunis, et ut de ipſo Comuni de Piſcia, et hominibus, et perſonis ipſios Comunis ipſorum bonis, iuribus, honoribus, dignitatibus, paſcuis, ſilvis, regalibus quibuſcumque poſſint, et valeant imponere, facere, iubere tamquam de re propria, et ad obligandum, pignorandum, et hypothecandum res, bona, iura, honores, iuriſdictiones, libertates, et facoltatem dicti Comunis, et hominum ipſius Comunis de Piſcia, et ad offerendum, et promittendum

dum penam, et penas graviſſimas in quacumque quantitate in perſonis, et pecunia, prout dictis Dominis Regi, et Carolo recipientibus, ut ſupra, et prefato Domino Simoni Locumtenenti predicto, placuerit circa premiſſa, vel aliquid premiſſorum, et ſpecialiter, et generaliter ad omnia alia, et ſingula facieudi, dicendi, nuntiandi, et exequendi in predictis omnibus, et ſingulis, et circa predicta, que et propter que predicti Domini Rex, et Carolus pro ſe ipſis, et pro eorum filiis, heredibus, et ſucceſſoribus in perpetuum dictum dominium, et dominationem ipſius Comunis de Piſcia accipient, et acceptent, et quod dictum Comune, et homines; et pro ipſo Comune in predicta, et circa predicta poſſunt, et poſſent, ac ſi preſens eſſent, transferentes in ipſos Syndicos, et Procuratores, et quemlibet eorum inſolidum omnem baliam, poteſtatem, et auctoritatem in premiſſis, et circa premiſſa, quam ipſi conſtituentes per ſe ipſis, et dicto Comune, et univerſitate, et hominibus, et perſonis ipſius Comunis, et quolibet eorum in ſolidum, et Comune de Piſcia predictum habent, vel habere poſſent. Concedentes dicti conſtituentes pro ſe ipſis, et dicto Comune, et univerſitate, hominibus, et perſonis ipſius Comunis, et quolibet eorum in ſolidum dictis Syndicis, & Procuratoribus, & utrique ipſorum in predictis omnibus, & ſingulis plenum, liberum, & generale mandatum cum plena, & libera, & generali adminiſtratione, promittentes ex nunc ratum, & firmum habere perpetuo omne id, & totum, quod per predictos Syndicos, & Procuratores, vel alterum eorum in ſolidum actum, factum, geſtum, vel promiſſum fuerit in premiſſis, vel altero premiſſorum, & ſi quod in aliquo premiſſorum eſſet, quod requireret ſpecialem expreſſionem, vel mandatum ſpeciale, vel quod expreſſe declaratum, vel mandatum non appareret, ex nunc habeatur, & intelligatur pro expreſſe declarato, & mandato ſpecialiter & expreſſe, ſecundum & iuxta promiſſionem obligationis, vel pollicitationis dictorum Syndicorum, & Procuratorum, vel alterius eorum in ſolidum pro expeditiori, & velociori effectu negotii memorati, ad penam, & ſub pena trium millium Marcharum argenti ſtipulatione premiſſa, & obligatione ipſius Comunis de Piſcia, & hominum, & perſonarum ipſius Comunis, & eorum, & cuiuſque eorum bonorum, & cuiuſcumque ipſorum in ſolidum &c.

Actum Piſcie in Sala inferiori Palatii Comunis Piſcie, preſentibus Domino Franciſco de Augubio Iuriſperito Vicario Provincie Vallis Nebule, Ser Miraldo de Sancto Miniato Notario dicte Provincie, Ser Nicolao de Pariana Comunis Piſcie, Ser Ioanne de Monte Catino di Soſſo Notario Coſtodie Terre Piſcie, & aliis pluribus teſtibus ad hec vocatis, anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimoprimo, Indictione XV. die vigeſima Novembris.

Ego Bernardus Macigna filius qu. Franciſci Macigna Piſanus Civis Imperiali auctoritate Iudex ordinarius, atque Notarius, & Comunis & Terre Piſcie Scriba publicus, omnibus predictis interfui, & ea omnia rogatus in Actis Comunis Piſcie ſcripſi, & deinde in hanc publicam formam redegi.

Vicacius tamen Imperialis Sancti Miniatis deſierit eſſe Vicarius etiam Piſciae & Vallis Neutae (ſi vere idem erat) quando Piſcienſes ſponte ſe Florentinis anno M.CCXXXVIII. ſubiecerunt, ut patet ex ſequenti Inſtrumento apud laudatum *Galeottium*, qui illud ex Archivo Piſcicuſi eruit.

In Dei nomine, amen. Ad honorem, laudem, & reverentiam Omnipotentis Dei, & ſue Sancte Matris Marie ſemper Virginis, & Sanctorum Ioannis Baptiſte, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Barnabe, & Sancti Zanobi & Beate Reparate Virginis, & totius celeſtis Curie, & ad reverentiam, & exaltationem Sacroſancte Romane Eccleſie, & Sanctiſſimi Patris, & Domini, Domini Benedicti XII. Divina Providentia Summi Pontificis, & ad honorem, & reverentiam Sereniſſimi Principis, & Domini, Domini Roberti illuſtris Hieruſalem, & Sicilie Regis, & ad honorem, ſtatum proſperum, & felicem Comunis, & populi Civitatis Florentie, & Partis Guelfe, & ad ſtatum pacificum, & tranquillum de Piſcia. Diſcreti Viri Ser Riccardus Bigori de Barellis, Ser Galvanus Ser Orlandini, Ser Landus Lippi, Ser Vguccione Ser Franciſci, Ser Franciſcus Naccii de Piſcia, Syndici, & Procuratores, & Nuncii ſpeciales Terre, Comunis, Univerſitatis, & hominum de Piſcia, eiuſque Curie, & Diſtrictus, ad inſtaſcripta ſpecialiter, & legitime conſtituti, ut de eorum ſyndicatu, & procura publice conſtat manu Ser Lapori Bonaveris de Piſcia Notarii, a nobis infraſcriptis Notariis viſo & lecto, ſyndicario, & procuratorio nomine pro dictis Terra, Comuni, Univerſitate, Curia, & Diſtrictu populariter conſtitutis in preſentia officii Dominorum Priorum, & Vexilliferi Iuſtitie Comunis, & Populi Florentini in preſentia duodecim Bonorum Virorum dicti Comunis, & Officii, & Vexilliferorum So-

cie-

cietatum Populi Florentini, & mano Not. & teſtium infraſcriptorum, omni modo, iure, & via, quibus melius potuerunt, ex certa ſcientia, & non per errorem, & ſponte, ſpontanea voluntate, ſubiecerunt, ſuppoſuerunt, & ſubmiſerunt Comuni, & Populo Florentino, & ſapientibus, & diſcretis Viris Ser Naddo Vbetti, & Ser Marco Ser Buoni Civibus Florentinis, Syndicis dicti Comunis Florentie ad hoc ſpecialiter conſtitut,a, ut publice conſtat manu Ser Fulchii Ser Antonii Notarii & Scribe Reformationum, & Conſiliorum dicti Comunis, Populi, & Comunis, & nobis Notariis ſupraſcriptis, ut publicis perſonis recipientibus . . . . & ſtipulantibus pro dicto Comuni, & Popolo Florentino dictam Terram, Comune, Vniverſitatem dicte Terre de Piſcia, eiuſque Curia, Diſtrictum, & pertinentias, & homines, & perſonas omnes dicte Terre, Comunis, Vniverſitatis, eiuſque Corie, & Diſtrictus, & pertinentiarum, ipſorumque hominum, & perſonarum, filios, poſteros, & deſcendentes in perpetuum; & dederunt, & conceſſerunt, & tranſtulerunt in perpetuum Comuni, & Populo Florentino plenum dominium, iuriſdictionem, merum & mixtum imperium in dictis, & de dictis Terra, Comuni, Vniverſitate, Curia, & Diſtrictu, & hominibus, & perſonis predictis, & in homines, & perſonas predictas, in perpetuum fore ſubiectum, & ſubiectas, ſubmiſſas, & ſuppoſitas dicto Comuni, & Populo Florentino, & ſub pleno dominio, iuriſdictione, mero & mixto imperio dicti Comunis, & Populi Florentini; & promiſerunt, & iuraverunt ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis ſcripturis in animis dictorum conſtituentium perpetuo ſtare, & eſſe ſub dominio, obedientia, iuriſdictione, mero & mixto imperio dicti Comunis, & Populi Florentini, ſeu qui deputabuntur per dictum Comune a Popolo Florentino, & promiſerunt ſyndicario, & procuratorio nomine ſupradictis tradere, vacuare expeditam poſſeſſionem . . . . . dicte Terre de Piſcia, eiuſque Curie, Diſtrictus, & pertinentiarum, & dominii, iuriſdictionis, meri & mixti imperii ſupradicti Comunis Florentie, ſeu Syndicis ipſius Comunis, recipientibus pro Comune, & Popolo Florentino, que omnia ſupraſcripta, & infraſcripta in preſenti Contractu, ſeu Inſtrumento contenta ipſi ſyndicario, & procuratorio nomine, quibus ſupra promiſerunt, & ſolemniter convenerunt, ac etiam iuraverunt ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis ſcripturis, ut dictum eſt, predictis Ser Naddo, & Ser Marco Syndicis ſupradictis, & nobis Notariis infraſcriptis perſonis preſentibus, recipientibus, & ſtipulantibus ut ſupra, firma, & rata, & grata, atque irrevocabilia habere, tenere, & obſervare, & contra ea, vel aliquod eorum facienti, vel venienti, nullatenus conſentire aliqua ratione, vel cauſa de iure, vel de facto, ſub pena, & ad penam decem millium Marcharum argenti ſolemni ſtipulatione per dictos Syndicos, & Procuratores dicto nomine dictis Syndicis &c.

Actum in Civitate Florentie &c. preſentibus &c. Anno Domini ſalutifere Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo trecenteſimo trigeſimo octavo, Indictione VII. die ſeptimadecima menſis Februarii.

Ego Bartolomeus Miliani de Deis Not. publicus Florentinus in fidem &c.

Facta igitur hac deditione Florentini Piſciam miſerunt ſuum Vicarium *Parcellum de Captanis a Diacceto*, ut idem *Galeottius* tradit. Tandem Sancti Miniatis oppidum a Florentinis captum eſt anno MCCCLXX. die IX. Ianuarii, quum Vicarius Sancti Miniatis pro Imperatore eſſet *Bernabas Vicecomes*, ut late ſcribit memoratus *Galeottius pag. 98.* At quis dixerit: Si Vicarii Miniatenſes particulares erant, cur toties Vicarios generales in medium adduxiſti, quaſi eos ſimul confundens? Illud, cur id facerem, in cauſſa fuit, quia quum Vicarii quidam Tuſciae generales, etiam ſpeciales Sancti Miniatis fuerint, vel ſaltem in Sancto Miniate moram traxerint; hinc veloci anſam adripui de multis aliis Vicariis & Legatis & Praeſidibus agendi, quorum ſeries & hiſtoria, magno mihi uſui eſſe poterit in huius operis decurſu. Quam peculiariter ipſi Imperatores oppidum Sancti Miniatis, ut ſibi deditum devotumque foverent, patet ex hactenus deductis, quum inſuper ex iis liquido conſtet, Imperatores ſaepe in eo oppido moratos eſſe; cuius rei ut certius documentum aliud habeatur, proferam heic Diploma *Friderici I.* ex Archivo Monachorum Coenobii *S. Eugenii* in agro Senenſi erutum, quod eſt ſignatum num. 8. quodque ab eruditiſſimo viro *Io. Ant. Peccia* Equite Senenſi mecum communicatum perhumaniter fuit.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Fridericus Divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, Noverit omnium Sancte Dei Eccleſie noſtrorum preſentium ſcilicet ac futurorum Fidelium ſagacitatis induſtria, qualiter Nos pro Dei amore, & remedio anime noſtre, noſtrique Imperii ſtabilitate, Abbatiam Sancti Salvatoris in loco, qui vocatur Inſula, & Abbatem illius loci, qui vocatur Vgo, & Fratres ibi Deo ſervientes, tam preſentes, quam futuros, cum omnibus ſuis pertinentiis, & rebus, quas nunc legiti-

gitime poſſident, vel in antea iuſte adquirere poterunt ſub noſtra Imperiali munitione ſuſcipimus, & noſtra Imperiali auctoritate quecumque Divi Predeceſſorsi noſtri prefate Abbatie contulerunt, ſive in Caſtellis, ſive in Villis, Mancipiis, Terris cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, confirmamus: Precipientes ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Epiſcopus, nullus Conſul alicuius Civitatis, vel loci, aut aliqua perſona noſtri Imperii, magna vel parva prenominatam Abbatiam, vel Monachos, qui ibidem ſunt, vel fuerint cum omnibus ſuis hominibus tam liberis, quam ſervis, vel ancillis, preſumat ad placita trahere, vel diſtringere, aut iudicare, niſi in noſtra Imperiali, vel noſtri certi Legati preſentia. Et quia ſemper preſentes eſſe non poſſumus in cauſis eorum, cum non habeant alium Patronum preter Nos, ne iura ſua propter hoc deteriorentur, donos & concedimus predicte Abbatie, ut Abbas, & ſui ſucceſſores habeant poteſtatem, & licentiam in una quacumque cauſa ſua eligendi Advocatum, quem voluerint idoneum, qui iuret de calomnia, & finiat cauſam, & finita cauſa, nullam in predicta Abbatia habeat poteſtatem occaſione predicte advocatie. Si quis vero contra hoc noſtrum Statutum Privilegii huius violator extiterit, ſiat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Camere noſtre, & medietatem predicte Abbatie Sancti Salvatoris. Quod ut verius credatur, & diligentius obſervetur, hoc Privilegium Sigillo noſtro iuſſimus inſigniri, & noſtra Imperiali auctoritate precipimus cuſtodiri, & penitus obſervari. Ad cuius rei memoriam infraſcriptos Teſtes fecimus advocari.

Interfuerunt Comes Macchariur, & Franciſcus eius filius, Brocardus Caſtellanus de Maidemburch, Dominus Rodulfus Notarius Curie, Fredericus de Aufors, Conradus de Maciis Picerna Curie, Rodulfus Camerarius, Walterus Dapifer Curie, Raynerius Comes de Blandrate, Iohannes Marchio de Gavio, Wida de Sancto Nazario, Bartholomeus Iudex de lota Sancti Evaſii Teſtes.

Signum manus Domini Friderici Romanorum Imperatoris Maſſimi.

Ego Gotifredus Imperialis Aule Cancellarius vice Filippi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italici Regni Archicancellarii, recognovi.

Datum in Palatio apud Caſtrum Sancti Miniatis, anno Incarnationis Dominice Milleſimo centeſimo ſeptuageſimo octavo, Indictione undecima, XIII. Kal. Februarii, Imperante Domino Friderico glorioſo Romanorum Imperatore Auguſto, Anno regni eius viceſimoſexto, Imperii eius viceſimaquarto.

Coenobium *S. Salvatoris* de Inſula, in agro Senenſi eſt; & de eo agitur ab *Ughellio* in Epiſcopis Senenſibus, ubi in *Adeodato II.* ita ſcribit: *Adeodatus II. cuius Praeſulatus tempore Ava Mathilda, relicta Ildebrandi, Inſulanam Abbatiam aedificavit anno MI. divitiiſque opibus locupletavit, ad Inſulanum lacum in Senenſi territorio, & eam S. Benedicti Monachis attribuit perpetuo poſſidendam, quam Eugenius IV. Pontifex anno MCCCCXLVI. Monaſterio S. Eugenii Congregationis S. Iuſtinae de Padua perpetuo uniendam duxit.* Hoc quidem Diploma ſuperius *pag.* 340. ex *Ughellio* citavi, ſed quum nullum eius apographum tunc temporis haberem, illud edere non potui; quare modo defectum illum ſubplevi. Sed quoniam quaedam ſuperius omiſſa ſubplere incepi, nonnulla alia adducam, quae in ſuperiori tractatu praeterita ſunt. Itaque ſciendum eſt oppidum Sancti Miniatis memorari etiam in Diplomate *Othonis III.* Imperatoris anno IM. conceſſo Monaſterio Lucenſi *S. Pontiani*, quod profert *Puccinellius* in Chronico Abbatiae Florentinae *pag.* 196. & in ſimili Diplomate *Conradi II.* Auguſti eidem Monaſterio dato anno MXXVII. apud eumdem *Puccinellium pag.* 197. Illa Diplomata ſunt, quae ſequuntur:

In nomine D. N. I. C. Dei Eterni, Otho Divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Decet enim Imperialem clementiam, ſibi ſubditorum placita Deo petentium aures Sue Maieſtatis precibus inclinare, quatenus eorum fulta ſervitus temporalis Imperii glorietur honore, atque poſt huius exceſſum vite bravium eterne mereatur adipiſci corone. Quapropter univerſorum S. Matris Eccleſie, noſtrorumque fidelium, tam preſentium, quam futurorum noverit induſtria, qualiter Dominus Ambroſius venerabilis Abbas, noſtram ſupplex adiit Celſitudinem, deprecans, ut pro Dei amore, ſuaque ſupplici prece, Monaſterium, quod Iacobus Diaconus, Lucenſis Civis, in ſuo propria predio conſtruxit, foris muros eiuſdem Civitatis, pro remedio anime ſue, & omnium Chriſtianorum fidelium in honorem SS. Apoſtolorum Philippi, & Iacobi, & S. Pontiani Martyris, cuius glorioſum Corpus ibidem requieſcit, & commendavit B. Petro Apoſtolo Urbis Rome ad protegendum ſpecialiter, & gubernandum, ſuoſque ſucceſſores in perpetuum defenſandum, & inveſtiendum; poſt multum vero deſtructum eſt prefatum Monaſterium, quod reſtauravit quedam Matrona Uuilla vocata, mater vero Ugonis incliti Marchionis, itidem pro ſua anima, ſuorumque parentum, atque omnium Chriſtianorum; ſcilicet ſub noſtre imperialis protectionis tuitionem, ac immunitatem recipere, preceptualique auctoritate cor-

Coe-

corroborare dignaremur, ut olim auctoritate quoque Anteceſſorum noſtrorum; cuius dignis petitionibus aſſenſum prebentes illud ipſum predictum Monaſterium ſub noſtra defenſione receptam quicquid a Domino Iacobo venditatum, & a Domina iam dicta Vuilla collatam eidem Monaſterio, ſive a quibuſcunque perſonis, religioſis viris, vel mulieribus, conferendum in poſterum, noſtra preceptali auctoritate confirmamus, corroboramus, ac ſtipulamur; nec non iuxta Decretum ipſius Eccleſie iam dictis perſonis eodem Iacobo ſuadante, & Domina Comitiſſa renovante, ratum, renovatum, firmum, perpetuo iure ſtabilique permanere cenſemus: Cortec ſcilicet Liguli, & terra, que dicitur Mortadinga, Cortem prope S. Miniatum, & Eccleſiam S. Pontiani de loco Arene, & Cortem Vrbanole cum Eccleſia S. Pontiani ipſius Cortis cum omnibus ſuis pertinentiis, quas prelibatus Iacobus cum multis aliis rebus iam dicto Monaſterio dedit, & obtulit: Eccleſiam S. Stephani in Montanis, ſitam in loco Caſſo cum omnibus ſuis pertinentiis: Eccleſiam S. Viti in loco, qui dicitur Barga, cum omnibus ſuis pertinentiis: Eccleſiam S. Salvatoris infra Civitatem Lucenſem prope Poſterulam S. Romani, & Piſcariam de Fleſſo, que eſt in fluvio Auſare cum omnibus ſuis pertinentiis, ſcilicet cum aliis cortibus, locis, & vocabulis, Eccleſiis, villis, vicis, & edificiis, vineis, vinetis, olivis, & olivetis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, ſive compaſcuis, aquis, aquarumque decurſionibus, molendinis, piſcationibus, viis, & inviis, cultis, & incultis, ſervis, & ancillis, libertis, familiaribus, atque commendatis, rebus quoque mobilibus, & immobilibus, & cum univerſis, que rite, & legaliter ad id vocari queunt; & ſub tuitionem, & ius dicte immunitatis conſiſtere volumus, queque videntur eſſe perdita abolitione cartarum, ſeu furto perditarum, vel incendio crematarum, atque neglectu vel iniuria malorum paſtorum, & omnem ſubſtantiam, que modo, vel in priſtino, ſive in futuro videretur in eodem Monaſterio eſſe, ſtabilimus Abbati eiuſdem loci, & cunctis Fratribus, qui pro tempore fuerint, libere tenere, ſimulque poſſidere, ita ut nulla habeatur auctoritas, per quam eiuſdem Monaſterii pereant, aut ab ullo homine intromiſſo inveſtiri valeant. Inſuper etiam ſtatuimus per hanc noſtri precepti paginam, atque inviolabili auctoritate, ut quando quidem Abbas de ipſo Monaſterio ex hac luce migraverit, ſive in vita ſua aliquem elegerit, una cum conſenſu Fratrum ut fiat; & ſi forte ab Abbate pretermittitur, tunc qualem digniorem, ac meliorem de ipſa Congregatione Fratres invenerint, licentiam habeant eligendi, & ipſe, qui electus eſt, a noſtra Imperiali poteſtate, vel ſucceſſorum noſtrorum abſque ulla contradictione inimicorum inveſtiatur, ſcilicet iure perpetuo, ne aliquod detrimentum eidem ſancto loco quandoque contingat; & a quocunque Epiſcopo voluerit conſecretur, ſi Epiſcopus illius prefate Civitatis gratis, canonice, & catholice eum conſacrare voluerit, ſicuti habetur in Romano ordine huiuſmodi benedictionis. Precipientes itaque Imperiali iubemus potentia, ut nullus Dux, Marchio, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, Gaſtaldio, Sculdahio, nulla Imperii noſtri magna vel parva perſona, Monaſterium, Abbates, & Fratres, in eodem Monaſterio regulariter Domino militantes, de cunctis prediis, & poſſeſſionibus, atque quibuſcunque rebus ſuperius collatis, aut deinceps conferendis, inquietare, moleſtare, vel diſveſtire, aut fredum, aut paraſredum exigere, aut fodrum, aut aliquam publicam functionem, preſumat abſque iuſta, & legali examinatione. Si quis igitur huiuſmodi precepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Camere noſtre, & medietatem Fratribus eiuſdem Monaſterii. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius obſervetur, hoc preceptum manu propria roborantes, Sigillo noſtro iuſſimus inſigniri.

Sign. D. Othonis Dei gratia piiſſimi, & illuſtriſſimi Imperatoris.

Heribergus Cancellarius Vice Petri Epiſcopi Notarii.

Actum Rome feliciter, amen. Ann. Dominice Incarn. DCCCCIC. Indict. III. Anno autem III. Othonis Imperatoris VII.

In hoc Diplomate Ligulum memoratur, quod Caſtellum eſt in agro Piſano a Sancto Miniate XV. M. P. circiter remotum, de quo ſuperius *pag.* 352. & Terra Mortadinga etiam haud procul eſſe debuit, nam poſt Ligulum nominatur, & ſtatim Sancti Miniatis oppidum ſubiicitur. Aſt ad alterum Diploma tranſitum faciamus:

In nomine Sancte, & Individue Trinitatis. Conradus Divina diſponente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Decet enim Imperialem excellentiam ſui ſubditorum placita Deo petentium aures Sue Maieſtatis precibus inclinare, quatenus eorum fulta ſervitus temporalis Imperii glorietur honore, atque poſt huius exceſſum vite bravium eterne mereatur adipiſci corone. Qua propter univerſorum S. Matris Eccleſie, noſtrorumque fidelium tam preſentium, quam & futurorum noverit induſtria, qualiter Dominus Ambroſius venerabilis Abbas noſtram ſupplex adiit Celſitudinem deprecans, ut pro Dei amore, ſuaque ſupplici prece Monaſterium, quod reſtauravit Vuilla vocata, mater Vgonis incliti Marchionis, pro ſua anima, & pro animabus omnium Chriſtianorum fidelium Deo favente, foris muros Lucenſis Vrbis in honorem SS. Apoſtolorum Philippi, & Iacobi, & S. Pontiani

tiani Martyrie , tuiue glorioſum Corpus ibidem requieſcit , ſub noſtre Imperialis protectionis tuitionu , ac munitate recipere , preceptalique auctoritate corroborare, dignaremur ; cuius dignie petitionibus conſenſum prebentes , illud ipſum Monaſterium ſub noſtru drfenſione receptum , quicquid a Domina iam dicta collatum eſt eidem Monaſterio , ſive a quibuſcunque religioſis hominibus conferendum in poſterum , noſtra preceptali auctoritate confirmamus , corroboramus , ac ſtipulamur , nec non iuxta decretum ipſius Eccleſie , a predicta Matrona renovatum , firmum perpetuo iure , ſtabelique conſemus . Cetera ſimilia Legali &c. ut in ſuperiore Diplomate .

Sign. Domini Conradi Invictiſſimi Imperatoris .

Ugo Cancellarius Vice Ariboni Archicancellarii notavit . Datum Indictione X. Anno vero Dominice Incarnationis MXXVII. Anno autem Domini Conradi Imperatoris eius primo. Actum Rome feliciter , amen .

Quoniam vero de Monaſterio Lucenſi S. Pontiani egimus , locus Sancto Miniati proximus , ſcilicet *Faognana* , memoratur etiam in alio Inſtrumento ad praedictum Monaſterium ſpectante , quod apud *Florentinium* in *Memorabilib. Mathildae pag.* 150. inter Diplomata , & apud *Ughellium* in *Epiſcopis Volaterranis* legere eſt. Ex eo diſcimus , Terram illam , quae in praecedentibus Diplomatis *Mortadinga* vocatur , ipſam eſſe Faugnanum , de quo ſuperius *pag.* 335. 337. 334. prope quam ſunt Terrae *Gardingu* & Podium *Gualteringum* , non diſſimili nominum compoſitione . Inſtrumentum producimus , emendamusque errorem , quo *pag.* 335. perperam ſcripſimus in Faugnana Eccleſiam D. *Miniatis* extitiſſe , quum vere Eccleſia Sancti *Martini* tantum ſit ; & olim forte Sancti *Donati* fuerit .

Dum in Dei nomine in Civitate Piſenſe in Palatio D. Regis in iudicio reſidiſſet Domina Beatrix hac Ducatrix una cum Gottifredo Duce & Marchione ad cauſas audiendas hac deliberandas , reſidentibus cum eis Hugo Vicecomes Piſenſis , Guido Epiſcopus Piſenſis , & Rainerius Venerab. Epiſcopus Florentinus , & Fredericus Comes nepos predicte Beatricis , nec non , & Clariſſ. Epiſcopus Ermannus Vulterrenſis , Huberto , & Gerardo , Hugo , Theoderigo , Seniorecto , Ioanne , Lamberto , & item Hugo , Guillielmo , & item Hugo Iudicibus , Adegherio , Sigiſmundo , Leo Cunfidici , & Thodicio Comite fil. b. m. item Thodici , Gualfredus Comes q. Ardinghi, Ildebrandus fil. b. m. Guidonis , Hubaldus fil. b. m. Sigifredi, Pagano fil. b. m. Rolandi, Gualando, Bernardo germ. fil. b. m. Sigerii , Lamberto fil. b. m. Rolandi, Lamberto fil. b. m. Specioſi , Guido , Guntelmo con. Notarii , Hemmo fil. b. m. Martini, Ioanne , & Pandolfo germ. fil. b. m. Guidonis , Ruſtico fil. b. m. Benedicti, Gualfredus q. Gerardi , & reliquis preſentis , Bernardus Abbas de Eccleſ. & Monaſt. B. S. Pontiani , que eſt conſtructa , & edificata iuxta muros Lucenſis Civitatis una cum Guidone Notar. Avocatus ſup. Eccleſie , & Monaſt. pred. S. Pontiani . In eodem Placito Rodulfus , & Saracinus , & Fulcardus germ. fil. b. m. Saracini , per fuſtem , quam in ſuorum detinebant manibus , reſtutuaverunt pred. Bernardo Abb. de pred. Eccleſia & Monaſt. pred. S. Pontiani , & Guidoni Notario Advocato ipſius Monaſt. ad partem iam nominate Monaſt. pred. S. Pontiani Cortem illam , que dicitur Faognana , & vocatur Moturdingu , cum omnibus caſis , & caſſinis , ſeu curtis , hortis , terris , vineis , olivetis , caſtanietis , quercetis , ſilvis , virgareis , pratis , paſcuis , cultis rebus , vel incultis , omnia ex omnibus rebus tam domnicatis , quam & maſſariciis , quantas ubique in quibuſlibet locis , vel vocabulis ad pred. Curtem ſunt pertinentes in integrum , una cum inferioribus , & ſuperioribus ſuis , ſeu cum accesſionibus , & ingreſſibus ſuis , predictus Rodulfus , & Saracinus , & Fulcardus germ. pred. Bernardo Abbati , & Guidoni Notario Avocatus ipſius Monaſt. ad partem prenom. Monaſterii reſtutaverunt , & cum ipſa reſtutatio facta fuiſſet , tunc pred. Bernardus Abbas una cum pred. Guidone Notar. Avocatus ſup. Monaſteris ceperunt dicere adverſus eandem D. Beatricem , & Gottefredum Ducem , & Marchionem , abet , & detinet pare pred. Eccleſie , & Monaſt. S. Pontiani pred. Curtem cum ſua pertinentia , & iacentia , ſeu integritate ad ſuam proprietatem , ut ſi eſt ullus homo , qui exinde agere , aut cauſare , vult parati ſumus cum eo in ratione ſtandum , & legiptime finiendum , & quod plus eſt querimus , ut dicant ipſe Rodulfus , & Saracinus , & Fulcardus germ. adverſum pred. Bernardum Abbatem , & ad pred. Advocatum ſuum pred. Curtem ſua pertinentia propria pred. Monaſterii S. Pontiani eſt , & nos exinde non habemus curtem , vel ſcriptum , nec firmitatem unde agere , aut cauſare poſſemus , & hec manifeſtatio taliter facta fuiſſet . . Tunc pred. Rodulfus , & Saracinus , & Fulcardus germ. ſpoponderunt ſe ipſos adverſum pred. Bernardum Abbatem , & Guidonem Notar. Advocatum ſuum , quod ſi unquam in tempore ipſi germani , vel eorum heredes , aut aliqua ab ipſis ſubmiſſa perſona per aliquod ingenium contra pred. Bernardum Abbatem , vel contra ſuos ſucceſſores , aut contra pred. Monaſt. iam nominati Sancti Pontiani de pred. Curte , vel de eius pertinentia agiſſent , aut cauſaſſent , vel intentionaſſent , aut ſi eodem Bernardus Abbas , aut ſui ſucceſſores

res per placitam fatigare fetiſſent, aut ſi apparuerit exinde ullum eorum datum, vel factum per aliquod ingenium, aut iam nominati quidam genitores eorum per quod pred. Monaſt. ulla damnitas, aut intentionem, vel moleſtiam deveniat per aliquid ingenium, & omni tempore exinde adverſus pred. Monaſt. taciti, & contenti non permanſiſſent, quod componere debeant ipſi germani, vel eorum heredes ad partem iam nominati Monaſt. ad illum Rectorem qui ibi pro tempore fuerit penam argentum optimum libras quatuorcentum, unde ipſe Bernardus Abbas, & pred. Guido Not. Avocat. ſuus fecerunt pred. germanis Launebilt meritum anulo una de auro. Confirmandum iſtam legem, & cum pred. ſponſionem factam fuiſſent. Tunc pred. Bernardus Abb. una cum iam nominato Avocato ſuo poſtulaverunt ad iam nominatam D. Beatricem, & ad pred. Gottefredum Ducem, & Marchionem ut ſuper ipſos, & ſuper iam dd. res miſiſſet bannum D. Regis in libras auri sentam propter Deum. & anime D. Regis ſueq. mercedis. & tum ipſa D. Beatrix, & pred. Gottifredus Dux, & Marchio taliter audiſſent per ſuſtem, quam in ſuorum detinebant manibus, miſerant bannum D. Regis ſuper iam dd. res, & ſuper iam nominatum Bernardum Abb. & ſuper pred. Avocat. ſuum in lib. auri centum, ut nullus quilibet homo magna parvaq. perſona pars pred. Monaſt. ſine legale iuditio diſveſtire preſumat. Quis vera fecerit pred. centum lib. auri ſe agnoſcat compoſiturum medietatem pars Camere D. Regis, & mediet. ad partem iam nominati Monaſt. ad illum Abatem, qui ibi pro tempore fuerit; unde hanc notitiam pro ſecuritate, & futura oſtentione, & de Bernardo Abb. & ſuis ſucceſſuribus oſt·ndenda fieri iuſſimus. Idem ega Gerardus Notar. D. Imp. ex iuſſione ſupraſcripte D. Beatricis, & pred. Gottifredi Ducis, & Hughi Vicecomitis, ſeu predd. Epiſcoporum atq. Iudicum ſcripſi. Anno Dom. Incarnat. eius MLXXIII. XVI. Cal. Februarii Ind. XI.

·✠· :✠:

✠ *Ego Vgo Vicecomes SSS.*

✠ *Ega Wido gratia Dei S. Piſane Eccl. peccator Epiſc. interfui, & ſubſcripſi.*

Ego Herimannus Dei gratia quam vis indignus Epiſc. Sancte Vulterre interfui SS.

Ega Rainerius S. Florentine Eccl. Epiſcopus SS.

Subſcribunt etiam plures alii Iudices ſupradicti.

Mentio Sancti Miniatis occurrit quoque in Inſtrumento anno MLXXXVII. condito, in quo *Vguiccio* Comes, *Guillelmi Bulgari* Comitis F. *Lotharii* Comitis N. *Kaduli* Comitis P. mittit in poſſeſſionem agri cuiuſdam Monaſterium *S. Mariae* Mantiniani, a ſe conſtructum, ut *Coſmas de Arena* memoriae prodidit, quodque inter Grevem & Arnum fluvios ſitum IV. M. circiter paſſus Florentia ad Occidentem diſtat; quem quidem agrum tradit, pro pretio muri, quem in Caſtello Montis Caſcioli aedificare volebat. Huius Inſtrumenti portionem adduco ex meo Hodoeperico *pag.* 1021. ſed ſubpletam partim ac reſtitutam.

In Chriſti nomine. Brevis ſecuritatis hac firmitatis pro futuris temporibus ad memoriam habendum, vel retinendum, qualiter factum eſt intus Caſtello, qui nominatur Monte Caſcioli, intus Curte Vgbicciani Comite filius b. m. Bulgari, qui fuit item Comes. In preſentia Seſmundi b. m. Seſmundi, & Iohanni filius b. m. Donati, & Nerli filius b. m. Sengnorelli, & Sengnorelli filius b. m. Reudaldo de loco Sancta Miniate, & aliis plures. Ibique in eorum predictorum preſentium ſupradictus Vgo Comes per lignum, quem ſua detinebant manu, ſic inveſtivi Gualfrido Presbitero Rectores de Eccleſia, & Monaſterio Sancte Marie, ſito Mantingnano, a vice predicti Monaſterii, de integra una pectia de terra, que eſt poſita in ipſo loco Mantingno, ſicut menſurata eſſe videtur a Ioanni filio Donati de more ipſius Caſtri, ideſt, ſtariorum octo a ſtaria de panis decem ad iuſta menſura a grano ſementandum &c. Et inſuper ipſe Vgbiccione Comes ſpondit & promiſit &c.

Ego Grimaldus Not. qui ibi fui, & hunc Breve ſcripſi &c.

Superius *pag.* 338. de duobus *Welphonibus* Tuſciae Ducibus egi, de quibus plura videnda ſunt apud *Muratorium Tomo I. Antiq. Eſtenſium*, ubi etiam Diploma *Welphonis* producit datum Ficecli anno MCLX. *Philippum* etiam memoravi, cuius Diploma idem *Muratorius* profert *Tomo I. Antiquitat. Italic. pag.* 68. Item ſcripſi, primum Tuſciae Praeſidem poſt *Othonem I.* reperiri *Rampertum*; at animadvertendum fuerat a *Buralio* ſupra *pag.* 308. *Raginerium* Tuſciae Praeſidem memorari, qui anno MXVI. Tuſciae praeerat; ſed quum *Buralius* chartam ipſam non proferat, & aliunde ſciamus, hunc *Raginerium*, *Guidonis* Comitis F. Ducem & Marchionem Tuſciae fuiſſe, ut apud *Coſmam de Arena* videre eſt; an vere Praeſes etiam ſe vocatus fuerit, adfirmare non auſim. Inſuper compertum habemus, ante *Rampertum*, Tuſciae Marchionem & Praeſidem fuiſſe *Conradum*, qui anno MCXX. privilegia conceſſit Congregationi Vallis Vmbroſae, ut ſequens Diploma, quod ad Chronicon *Leonis Vrbevetani* edidi, demonſtrat.

In

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini nostri Ieſu Christi MCXX. pridio Aprilis Indictione XIII. Conradus Dei gratia ſi quid eſt, Omnium quidem Eccleſiarum curam iuxta poteſtatis vires divinitus nobis collatas ſolicita meditatione geſtare debemus, ſed illarum maxime negotia ſubſtentare nos expedir, in quibus ſanctorum virorum Congregationes regulariter pre ceteris converſari conſpicimus. Decet namque ut quos ſua gratia Divina Maieſtas irradiat, dignis beneficiis, & honoribus terrena poteſtas extollat. Itaque dum in Tuſcie partibus pro iuſtitia faciendo multa olim negocia pre manibus habereonus, atque ad effectum queque pro quantitate factorum ducere cum noſtris fidelibus tractaremus, eoque de diverſis Provinciis copioſam, & innumerabilem exercitus manum undique colligeremus, Eccleſias Venerabilium Congregationum Vallis Vmbroſe, & earum loca, a noſtris, nobis Ignorantibus; moleſtari preſenſimus. Quod non ſurda aure audientes eo velocius huiuſmodi impietatis facinus non ſolum preſentibus, verum etiam futuris temporibus decrevimus funditus exſtirpare, quanto religioſius, atque ſingularius eorum converſationem noſtris temporibus novimus pre ceteris emicare. Igitur dum iuxta Paſſinianum Caſtrum, ubi una ex eorum maxime Congregationibus religioſa converſatione prefulget, noſter exercitus ſua caſtra locaret, contigit, ut eorum res, eorumque homines, pro albergarie offenderet occaſione, & contra noſtram voluntatem aliquantulum infeſtaret. Vnde predictam occaſionem ab eis eorumque locis omnino ſubtrahere cupientes conceſſimus eis huius inſtitutionis noſtre reſcriptum futuris temporibus, ut credimus, ſub Dei gratiam profuturum, noſtre preſentie auctoritate ſuffultum, multorumque teſtimonio comprobatum. Cui interfuere Federicus Marchionis nepos, Artinigios, Lambertus, Comes Arnaldus, & frater ipſius, item Adelelmus Imperii Capellanus, Guidu filius Alberti, Vgo filius Vgonis, Henricus filius Federici, Vbertus Ildebrandini filius, Vgolinus filius Vberti, Ildeprandus filius Henrici, Rolandus filius Ildeprandi, Arnulphus de Marturi, Gerardus filius Azzolini de Pognio, & reliqui plures. Quibus etiam viva voce precepimus ne eos eorumque homines ulterius in aliquo audeant moleſtare, imo moleſtantes noſtri vice ſtudeant pro viribus coercere. Rogamus etiam atque rogando precipimus, ut nullus deinceps Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Caſtaldio, nulla maior minorve perſona, tam clericorum, quam laicorum, eos eorumque loca que modo habent, vel in antea adquirere Deo auxiliante poterunt, tamque eorum poſſeſſiones, quam in eorum poſſeſſionibus commorantes, audeat moleſtare, vel albergare, aut aliquod foderum, vel ſeculare placitum, ſine eorum preſcientia, & voluntate bona violenter aliquid auferre, vel compellere. Item precipimus, ut nullus infra Monaſterii poſſeſſiones, vel iuxta eorum loca ad damnum Monaſterii, ſine eorum conſenſu Caſtellum audeat edificare, aut aliquam munitionem conſtruere. Siquis autem, quod abſit, huius noſtre inſtitutionis paginam infringere, aut in aliquo temerare preſumpſerit centum librarum argenti penam componat, medietatem Camere noſtre, medietatem predicto Monaſterio. Quod ut verius credatur, & futuris temporibus inconcuſſum, & inviolabile ab omnibus habeatur, non ſolum noſtre manus ſubſcriptione, verum etiam noſtri Sigilli expreſſione inſigniri omnino decrevimus.

Signum D. Conradi Marchionis ✠

Ego Henricus Advocatus, &c.

Ego Vbertus Cancellarius, & Capellanus eiuſdem Marchionis ſcripſi, & tradidi.

Locus ✠ Sigilli.

Hic idem *Conradus* erat Tuſciae Marchio etiam anno MCXXI. ut patet ex Inſtrumento Tabularii Lucenſis laudato, & partim producto a *Muratorio Tom. I. Antiq. Italic. pag.* 315. Idem Marchio anno inſequenti privilegium concedit Monaſterio Cultus Boni, quod laudat *Ammiratus* in Hiſtoria Genealogica Comitum Guidonum; & anno MCXXVI. Conſulibus Lucenſibus Caſtrum Noſſani conceſſit; ut *Ptolemaeus* Lucenſis, & *Florentinius Lib. II. Memorab. Mathildae* tradunt; anno vero MCXXIX. privilegium Monaſterio S. *Pontiani* Lucenſi dedit, ex quo conſtat ſe eum Etruriae Praeſidem nominaſſe. Excerpta quaedam ex eo Diplomate profert *Muratorius Tom. I.* citato *pag.* 315. quae ita habent:

In nomine Sancte & Individue Trinitatis, amen. Conradus Divina gratia Ravennatum Dux, & Tuſcie Preſes ac Marchio. Omnibus notum fieri volumus, quod concedimus atque damus Eccleſie & Monaſterio Sancti Pontiani ſito iuxta muros Lucane Civitatis, unam videlicet petiam de terra culta & inculta, que habet Caſalinum & fontanam infra ſe &c.

✠ *Locus Sigilli cerei deperditi.*

Hec acta ſunt iuxta Lucanam Civitatem, in Burgo, qui dicitur Sancti Fridiani, preſentibus Fulcerio quondam Rainerii &c. Anno Dominice Incarnationis Milleſimo centeſimo vige-

geſimo nona, pridie Nonas Septembris, Indi-ctione VIII.

Daiſos Notarius Domni Imperatoris, cu-ius preſentia iſta ſunt acta, ex iuſſio-ne predicti Domni Canradi Ducis, Mar-chionis, hec ſcripſi.

Ex hiſce perſpicue elucet atque eminet, falſum eſſe *Coſmam de Arena* dum anno MCXXV. *Fredericum*, huius *Conradi* fratrem, Tuſciae Ducem conſignat. Poſt *Conradum*, Tuſciae Praeſes ac Marchio *Rampertus* fuit, quem perperam *Io. Villanius* ad annum MCXIII. retraxit, ut videtur; quare in Epiſtola ad *Petr. Franc. Fogginium*, quae in Ephemeridibus meis litterariis anni MDCCXLVII. exſtat, ita *pag.* 36. hac de re ſcripſi: *Ed è qui da notare, che il noſtro Autore nomina quello, che difendeva Montecaſcioli Semproca; laddove il Maleſpini, e il Bonincontri lo dicono Ruberto; e il Villani ſecondo le diverſe edizioni, e i diverſi Teſti a penna, lo chiama Ruberto, e Rimberta. Il noſtro Autore di più lo dice Marcheſe; ma non ſembra, che poteſſe eſſere Marcheſe di Toſcana nel 1113. perchè ſino al 1115. ne fu Marcheſa Matilda, come atteſta ancora la noſtra Cronaca:* MC. quintodecimo, menſe Iulii, obiit Mathilda Comitiſſa. *Quì però mi accorgo, che il Maleſpini, e il Villani, confondono i tempi, e le perſone, e ſtravolgono, e guaſtano tutta l'Iſtoria di quell'età. Morta Matilda nel 1115. ſuccedè nel Marcheſato di Toſcana Rabodo, come ſi può vedere appreſſo Coſimo della Rena, e appreſſo il famoſo Signor Muratori nel Tomo I. delle Antichità Italiche pag. 315. dove riporta un ſuo Diploma del 1117. dato in Peſcia; e nel Tomo III. pag. 1125. dove è un ſuo Diploma del 1116. Queſta ſembra eſſere quel Marcheſe, che dal noſtro Croniſta, con nome un poco ſtorpiato, o non molto diverſo, ſi chiama Semproca, ſe pure anche queſto non è errore del Copiſta. Queſti difendeva Montecaſcioli nel 1119. quando i Fiorentini per la prima volta l'aſſediarono, e preſono; e può eſſere che in queſta disfatta moriſſe il detto Marcheſe, poichè appunto nel 1119. ſecondo il Fiorentini gli fu dato il ſucceſſore in Corrado, del quale ſi riportano Diplomi del 1120. 1121. e 1129. dal lodato Signor Muratori nel Tomo I. pag. 315. 959. e ſeg. de' quali uno riporta ancora io molto più intero e corretto nel Tomo III. delle Deliciae Erudit. pag. 177. e queſti coſtituito Marcheſe di Toſcana, nel 1120. aſſediò Pontormo, ſe crediamo al lodato Fiorentini. Il Rimberta poi nominato dal Villani, è ſecondo tutte le apparenze il Marcheſe Ramperta, che ſi trova Marcheſe di Toſcana nel 1131. in cui concede Diploma appreſſo il Sig. Muratori nel citato Tomo I. pag. 963. e queſto potè trovarſi nel 1134. alla ſeconda e ultima diſtruzione di Montecaſcioli, ed ancora eſſo ivi perire, come dice il Villani; poichè appunto nel 1134. ſecondo il paſſo del noſtro Croniſta da me reſtituito, ſeguì quell'ultima deſolazione; e la qual reſtituzione da queſto ſteſſo nome di Ramperta vien confermata. Non iſtò a ripetere la ragione altre volte accennata, che i Fiorentini nel 1113. erano ſudditi della Conteſſa Matilda, nè ſi ſa vedere come poteſſero andare ad aſſediare Montecaſcioli, non avendo l'arbitrio di queſte coſe: tanto più che nel 1113. la Conteſſa Matilda ſi ritrovò in Toſcana, come appariſce da ſuo Diploma nel lodato Tomo del Sig. Muratori pag. 313. L'errore del Villani è, che non diſtingue le due preſe di Montecaſcioli, e confonde Ramperta con Rabodo. E ſe il Villani chiama Rimberto Vicario dell'Imperadore, ſembra che egli non faccia diſtinzione da Vicario a Marcheſe; perchè parla ſecondo l'idea de' ſuoi tempi, in cui era ſolito, che Vicari ſi mandaſſero in Toſcana dagli Imperadori, e da' Regi.* Anno MCLXXXVI. *Henricus VI.* Imperator Diplomo concedit Senenſibus, in quo Caſtrum Sancti Miniatis memoretur; quodque producitur a *Muratoria Tom. IV. Antiquit. Italic. pag.* 469. atque ita habet:

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Henricus Sextus Divina favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Gratioſe liberalitatis & munificentie largitatem Regie benignitatis noſtre clementia paſſim erga fideles noſtros exercere conſuevimus, ut ceteros plenius ad obſequium noſtre Maieſtatis invitemus. Uberiori vero copia largitatis ſinum eis aperimus, quorum fidelitatis & devotionis conſtantia ex antecedentibus meritis profecta ſperatur in obſequiis Imperii & noſtris iugiter perſeveratura. Notum igitur facimus univerſis Imperii fidelibus preſentibus & futuris, quod nos ex ampla liberalitatis noſtre gratia reſpicientes merita fidelium noſtrorum Civium Senenſium, concedimus Univerſitati ipſorum liberam Conſulum electionem. Inveſtituram autem de manu noſtra, vel glorioſiſſimi Patris noſtri Friderici Romanorum Imperatoris Divi Auguſti, vel ſucceſſorum noſtrorum annuatim recipient, ſi fuerit Rex vel Imperator in Ytalia, vel a Legato, ſive Nuntio noſtro, qui tunc temporis erit in Tuſcia, gratis & ſine omni exactione. Quod ſi forte Legatus, ſive Nuntius noſter non vult Inveſtituram preſtare, ſufficiat eam petiviſſe. Si autem nec Imperator, nec Rex, nec certus Imperii Legatus fuerit in Ytalia, quolibet quinquennio Conſules electi ad noſtre Maieſtatis, vel ſucceſſorum noſtrorum preſentiam venientes, vel certum Nuntium tranſmit-

mittentes, inveſtituram Conſulatus, vel Rectoris, ſi eum elegerint, de manu noſtra, vel ſucceſſoris noſtri, ſine gravamine recipient. Ad hec ipſis concedimus plenam iuriſdictionem in Civitate Senenſi, & extra Civitatem, de hominibus, quos habuit Epiſcopus Senenſis, libere ad modum ſuum, & quicumque habitator Senenſis in Comitatu Senenſe, dum hec Divalis pagina conceſſionis noſtre ſcriberetur; ſalvo iure Appellationis in cauſis tranſcendentibus ſummam viginti librarum; vel ſi infra conſiſtant, Appellationes fieri ad Maieſtatis noſtre preſentiam inhibemus. Inſuper concedimus eidem Univerſitati Senenſium Fodrum de eiſdem hominibus, & poſſeſſionibus habitis iure proprietatis vel Feodi tunc ab Epiſcopo Senenſe, vel quocumque habitatore Senenſe per Comitatum Senenſem, perpetuo tenendum a nobis, & Divis Succeſſoribus noſtris, ſalva in omnibus Imperialis Maieſtatis & Regie auctoritatis iuſtitia. Excipimus autem fidelem noſtrum Ildebrandinum Ioſeph perpetuo cum hominibus & poſſeſſionibus ſuis, quoniam in eodem Ildebrandino cum hominibus, & poſſeſſionibus ſuis, Senenſibus nullam poteſtatem habere permittimus. Similiter in Feodo, quod Sereniſſimus Pater noſter Romanorum Imperator Auguſtus Guidoni Maez conceſſit, Civibus Senenſibus nullam permittimus poteſtatem. Omnes quoque Nobiles extra Civitatem, & omnes alios per totum Comitatum Senenſem homines, preter eos, quos determinate in ſupraſcriptis Regie ſublimitatis apicibus pernotavimus, cum omni iuriſdictione, fodro, & honore ac ſervitio, in poteſtate noſtra libere retinemus. Item ex uberiori gratia benignitatis noſtre, Regia qua fungimur auctoritate, concedimus ipſis Civibus Senenſibus poteſtatem cudende & faciende monete in Civitate Senenſi. Portam autem in Civitate Senenſi, & pedagium ad manum noſtram libere retinemus. Item, ſecundum ſententiam in Curia noſtra latam, Caſtrum Montis Cepuli, quod iuxta Orgiam, iudicamus deſtruendum, nec illud amplius edificandum. Similiter ſtatuimus deſtruendum edificium, quod in Podio Liciniano eſt inceptum, & ulterius non edificabitur. Pro hac tam liberali Regie Maieſtatis conceſſione Senenſes nobis & ſucceſſoribus noſtris Divis Auguſtis annuatim in perpetuum, quindecim diebus poſt Paſcha apud Caſtrum Sancti Miniatis ſeptuaginta Marchas boni argenti & puri perſolvent ad pondus Camere noſtre. Vt autem hec omnia in perpetuum inviolabiliter obſerventur, preſentem inde paginam conſcribi, & aurea Maieſtatis noſtre Sigillo iuſſimus inſigniri. Statuentes, & Regali auctoritate ſancientes, ut nulla omnino perſona humilis vel alta, ſecularis vel Eccleſiaſtica, hanc noſtre Maieſtatis conſtitutionem audeat infringere, vel aliquo modo attemptare. Quod qui facere preſumpſerit, centum libras auri puri pro pena componat, dimidium Camere noſtre, & reliquum iniuriam paſſis perſolvatur. Huius rei teſtes ſunt Rodulfus Imperialis Aule Prothonotarius, Bertoldus Legatus Ytalie, Comes Montefeltrius, Paltonerius Caſtaldus de Bretenorio, Petrus Traverſarius Comes Ariminenſis, Comes Fredericus de Hoenbe, Comes Conradus de Dorenburc, Crafto de Bocesberi, Honfridus de Valkeſtein, Ydo Terdolenſis Regalis Aule Iudex, Borcardus Caſtaldus de Ymola, Henrigus Mainardi de Bretenorio, Vgolinus de Belmonte, Guido Maiz, & Morianus, Conſules Senenſes, & alii quamplures.

Signum Domini Henrici Sexti ✠ Romanorum Regis invictiſſimi.

Ego Philippus Colonienſis Archiepiſcopus, & Ytalici Regni Archicancellarius recognovi.

Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCLXXXVI. Indictione V. regnante Domino Henrico Sexto Romanorum Rege glorioſo, Anno Regni eius XVIII.

Datum apud Ceſenam per manum Rudulfi Protonotarii, VIII. Kalendas Novembris feliciter. Amen.

Ildebrandinus Ioſeph, qui in hoc Diplomate nominatur, eſt ille de quo egimus ſupra *pag.* 350. Anno MCXCI. *Henricus* Epiſcopus Vormacienſis, Vicarius Curiae Imperialis, in Tuſcia verſabatur, ut conſtat ex Inſtrumento apud *Muratorium Tom. II.* laudati operis *p.* 503.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Anno ab Incarnatione eius Milleſimo centeſimo nonageſimo quarto, Indictione XII. die Sabbati X. Kalendas Auguſti. Lis & controverſia, que vertebatur inter Martinum Epiſcopum Maſſanum ex una parte litigantem pro ipſa Eccleſia Sancti Cerboni & Epiſcopatu, & Dominum Henricum Sereniſſimum Romanorum Imperatorem reſpondentem, & cauſam agentem per Syrum Salimbene Iudicem ſuum, quem Procuratorem & Defenſorem ad cauſſam agendam conſtituit coram Vicario & Iudicibus, talis erat. Petebat ſiquidem prefatus Epiſcopus nomine predicte Eccleſie Sancti Cerboni, & Epiſcopatus eiuſdem Eccleſie, a Domino Imperatore, & Syro Procuratore & Defenſore eius, ut reſtitueret ei poſſeſſionem Civitatis Maſſe cum pertinentiis & diſtricto & totius Caſtri, & Turris, & Caſſari, & ipſum Caſtrum ipſius Civitatis, ut libere poſſit habere & tenere & poſſidere; aſſerens, Nuncios Domini Imperatoris nomine eiuſdem Imperatoris, & eo ratum habente, abſtuliſſe poſſeſſionem ſibi per violentiam Civitatis Maſſe & diſtrictus & pertinentiarum, & Caſtri & Turris & Caſſari; quod Dominus Imperator, & Syrus Procurator eius confitebantur. Ego itaque Arnaldus Strutius de Placentia Imperialis Curie

Iudex, conſilio ſociorum meorum, videlicet Alberti Struxii de Cremona, Lotharii de Sancto Geneſio, Iohannis de Pado de Placentia, ſimiliter Imperialis Curie Iudicum, Domno Henrico Dei gratia Warmacienſe Epiſcopo, & Vicario Imperialis Corte, ſedente pro tribunali, viſis & auditis allegationibus & confeſſionibus utriusque: condempno Syrum Salimbene Procuratorem Domini Imperatoris, ut reſtituat prefato Epiſcopo Maſſano, nomine predicte Eccleſie Sancti Cerboni & Epiſcopatus, poſſeſſionem Civitatis Maſſe & diſtrictus & pertinentiarum, & Caſtri & Caſſari, hinc ad octo dies proximos.

Actum eſt hoc Piſis intra Eccleſiam Sancti Sepulcri de Chintio, preſentibus Comite Tediſio de Sygalario, Rolandino Malapreſa de Lucca, Saffreduccio de Bokano, Eucharamo de Montemagno, Arlotto Iudice perito de Piſa, Iacobo quondam Pipini, Oldebrando de Bondio, Hermanno Fayolo, Panfulco Iudice, Walando Lucenſe Iudice, Glaadono Malaauditore, Girardo Nepote quondam Magiſtri Roberti, Lamberto quondam Armanni, & aliis quampluribus, & preſente iam dicto Syro Procuratore iam dicti Domini Imperatoris.

Ego Martinus Filippi Imperialis Aule & Papienſis Notarius, precepto iam prefati Domini & Iudicum, hanc ſententiam ſcripſi, & interfui.

In hoc Inſtrumento nominatur *Lotharius de Sancto Geneſio*, qui pariter fuit teſtis Diplomati ab *Henrico IV.* Rege anno MCXCI. conceſſo, & ſuperius *pag.* 203. producto; ibique etiam Iudex Imperialis Curiae dicitur. Illa Piſanae Vrbis pars, quae hic *Chiacium* vocatur, vulgo *Chiazita* dicitur, & in antiquis Chartis etiam *Kinthica* ſcriptum reperio. Comes autem ille *Tediſius de Sigalario* non alius eſſe videtur, quam ille, qui nominatur in Diplomate *Othonis IV.* ſuperius *pag.* 351. edito; & fortе eſt *Theodiſius* ille qui anno MCXCIII. erat Poteſtas Piſanorum, ut conſtat ex Diplomate *Henrici VI.* apud *Muratorium Tom. IV. Antiq. Italic. pag.* 474. quod nos etiam *pag.* 383. proferemus. Comites autem Sigalarii erant ex eadem gente ac Comites Donoratici; in qua frequens *Tediſii* nomen, ut liquet ex Chartis apud eumdem *Muratorium Tomo III.* citati operis *pag.* 1075. 1081. 1091. Ad hos etiam pertinere videtur *Theudoſius* ille, qui memoratur in Inſtrumento anno MXI. condito, quod ipſe in Part. I. *mei Hodoeporici Praef. pag.* XXIX. protuli, poſt *Muratorium in Antiquitatibus Eſtenſibus pag.* 194. & alii *Thodicii*, qui occurrunt in Charta ſupra edita *pag.* 377. ſicut in Charta anni MXLVII. prolata a *Florentinio* in *Memorab. Mathildae*, & ab *Vghellio* in *Epiſcopis Lucenſibus*. Supplenda ex hac Charta Series Epiſcoporum Maſſae apud *Vghellium*, atque inter *Ioannem* atque *Marzuccam* Epiſcopos, *Martinus* hic inſerendus, niſi idem nomen ac *Marzuccas* eſt. Ex Inſtrumento, quod ex Pratenſi Bibliotheca heic produco, pariterconſtat, *Henricum* Epiſcopum Vormacienſem Vicarium & Legatum Imperatoris in Tuſcia fuiſſe.

In Chriſti nomine, Amen. H. Epiſcopus de Guarmaſia Legatus D. Imperatoris Henrici, & ſemper Auguſti, Venientes Pratum pro facto D. Imperatoris bona Paterinorum, & Paterinarum dimorantium fecimus publicari, & domos eorum fecimus ſubverti & deſtrui, ponentes firmum bandum, & mandatum ex parte D. Imperatoris, quicunque Pratenſium vel de diſtrictu aliquid Paterinorum, vel Paterinarum in domo ſua receperit, conſilium vel auxilium in verbo vel in facto eis dederit, & ſi potuerit eum capere & non ceperit, & ſi Nuntio D. Imperatoris qui pro tempore Prati moratus fuerit, in hac parte aliquo modo contradixerit, vel ei pro poſſe non obedierit condemnamus eum in centum libras Piſanorum perſolvendas eidem Nuntio vice D. Imperatoris. Inſuper toti regimini, qui pro tempore ibi fuerit & Communi totius Terre, ex parte D. Imperatoris volenti capere ſive capienti aliquem Paterinorum vel Paterinarum nullum impedimentum ei preſtet, ſed conſilium & auxilium ſine fraude in quantum poteſt ei exhibeat, ut Paterinos vel Paterinas capiat, & captos ſecum teneat, & quo voluerit ducere ad puniendum facere valeat. Quod ſi neglexerit facere, ſive contempſerit impoauimus ipſi Communi penam ducentarum marcarum argenti; quas perſolvere debeat Nuntio D. Imperatoris Prati exiſtenti cum ipſe Nuntius ipſam petierit vel peti fecerit. Addicimus etiam ipſi Communi ſub eadem pena, ut Prepoſitum Pratenſem, qui nunc eſt vel ad tempus ibi fuerit, Cappellanum videlicet D. Imperatoris & ſuos fratres in nullo offendere debeat, ſed potius honoret & cuſtodiat velut fideles D. Imperatoris & eorum rationes & iura ex toto eis perſolvi faciat. Factum eſt hoc anno Domini ab Incarnatione eiuſdem Milleſimo centeſimo nonageſimo quarto, Nono Kal. Iulii, Indictione II.

Ex hac Charta amplius patet, Imperantes in aliquibus Tuſciae Vrbibus, ſeu Oppidis, aut Caſtris, Vicarios ſeu Nuntios quoſdam, ſeu Procuratores, habuiſſe, ſicuti ſuperius *pag.* 364. & 365. adſtruximus. *Paterini* autem Haeretici quidam ex Manichaeorum genere fuere, qui ſaeculo XII. & XIII. necnon XIV. in Italia atque alibi Eccleſiam Dei perturbarunt, de quibus videndus *Thomas Auguſtinus Ricchinius* Dominicanus in peculiari Diſſertatione praefixa ope-

operibus Venerabilis *Monetae* adverſus Catharos; & conſulenda mea de Paterinis Florentinis Diſquiſitio manu exarata, cuius partem in Futfureorum Academia legi. Anno MCXCIII. *Henricus* Imperator concedit Piſanis privilegia ſimili Diplomate, ac illud *Friderici I.* ſuperius *pag.* 339. productum, in quo pariter quaedam loca Sancto Miniati proxima nominantur, ſicuti in illo *Othonis IV.* quod ſupra *pag.* 351. exhibitum fuit. Hoc ex *Muratoris Tom. IV.* citati operis *pag.* 474. hic edimus:

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Henricus Sextus Divina ſavente clementia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Decet Imperialem excellentiam votis omnium, ac petitionibus fidelium ſuorum clementer annuere, & illorum precipue, quorum fides & devotio circa ſublimationem Imperii & noſtram, ita liquido reſplenduit, quod ipſorum preclara & honeſta ſervicia pro ſui magnitudine & multitudine aliis imitanda proponantur. Congruum enim & rationabile videtur, nos eorum fidelibus obſequiis ex noſtra Imperiali largitione rerum, & ex beneficiorum gratuita collatione ita gratanter reſpondere, quod huius noſtre pietatis exemplo, magis fidelium animos ad ſerviendum fideliter Imperio alacriter provocemus. Quanto enim potiora benemerentes de nobis beneficia recipiont, tanto maiorem Corone noſtre gloriam accreſcere credimus & provenire. Unde quia univerſi Cives Piſani noſtri fideliſſimi & Imperio ſemper devotiſſimi pro ſuis magnificis & multiplicibus ſervitiis, que ad probationem & commendationem fidei ſue, & inclite memorie Patri noſtro Friderico Divo Imperatori Auguſto, nobisque, & Imperio frequentius exhibuerunt, ampliorem dilectionis & gratie favorem apud noſtram Maieſtatem ſibi theſaurizaverunt; omnium fidelium tam futurorum quam preſentium etas cognoſcat, quanta benignitate, & quam largiſſima imperiali munificentia Piſanorum merita merito reſpeximus, preſertim cum per ſuam induſtriam, & virium potentiam, honorem, & gloriam Imperii atque ſtatum Reipublice ipſi pre ceteris glorioſe ſemper adauxerint, & ſemper augere propoſuerint. Quanta enim fidelitate & probitate Piſana Civitas a prima ſui fundatione caput ſuum inter alias Civitates extulerit, quanta etiam conſtantia Divis anteceſſoribus noſtris Regibus Romanorum & Imperatoribus fideliſſime ſerviendo perſeveranter adheſerit; nos per multa ſcripta & relationes ſepius audivimus, & inſuper ex ipſorum operum atteſtatione idipſum luce clarius conſtat. Placet igitur noſtre clementie, uti Piſanus Populus pro ſua fide & devotione honeſtiſſimam de nobis ſemper accipiat emolumentum; ut eo ferventiores ad promovendum honorem Imperii ſemper exiſtant, quo fidem & ſtrenuitatem patrum ſuorum honeſtis moribus & perſpicuis virtutibus emulentur. Inde eſt, quod nos Henricus Sextus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, damus, & concedimus in Feudum tibi Theodicio Poteſtati Piſanorum, recipienti pro Civitate Piſana totum, quod prefata Civitas, vel quelibet perſona habet & tenet de rebus Imperii, & totum quod Imperio pertinet ſive de Marchia, vel alio modo, quoquo iure vel conſuetudine pertinuit retro a ſexaginta annis, vel pertinebit in Civitate Piſana, & eius diſtricte per terras & Inſulas. Concedimus quoque, damus, & confirmamus vobis in feudum Comitatum in veſtro diſtrictu, ſicut tenet Turris Benni ad Arnum & ad Cannetum; & inde ad Barbiſllam; & ſicut trahit ab Ebula ad Montem Tinioſum, & ipſum Montem Tinioſum cum pertinentiis ſuis, & ad Burianum, & Quercetum cum pertinentiis ſuis (*& uſque ad Caſtrum Corniae, & ipſum Caſtrum Corniae cum pertinentiis ſuis*). inde ad Scherlinum, & a Scherlino ſicut trahit Marina uſque ad Portum Herculis. Ab alia parte fluminis Arni, ſicut trahit Planetole, & comprehendit Cintorie Coria; & ſicut trahunt confinia inter vos & Lucenſes uſque ad Pontem Magionie, & inde ſicut ſunt confinia diſtrictus Piſane Civitatis, infra quos terminos hec loca continentur; Caſtrum Pecioli cum omnibus ſuis pertinentiis, Caſtrum Montis Scuthari cum pertinentibus ſibi, Ghezanum, Caſtellum Falſi, Camporena, Viguale, Leguli, Petrarsminga, Laiaticum, Chianni, Agnanum, Pavà, Petracaſſia, Gabbretum, Gellum, Caſelia, Saſſa, Caſelle, Cannetum, Monſviridis, Gaſtilione Bernardi, Saſſetum, Gordanum, Campianum, Palaia, Sanctus Gervaſius, Mons de Caſtello, Mons Taepari, Marti, Colcarelli, Collegarli, Praſilionum, Vſilianum, Cerretum, Treggiaria, Forculi, Alica, Petriolum, Mons Becherii, & Cumolus, Stibium, Mons-altus, Cemugnole, Pinocchium, Pons Heſe, Appianum, Gellum, Peſcianum, Rapida, Taverle, Schittoculi, Travalda, Ciſanum; & omnia predicta cum ſuis pertinentiis. Et preterea Vignale, Campilla, Rocchs Biſerni, Roccha Palmenti, Donoraticum, Caſtagnetum, Segalari, Bulgari, Bibboni, cum omnibus eorum pertinentiis; & Caſtilione de Piſcaria cum omnibus ſuis pertinentiis, Abbathia de Fango cum omnibus pertinentiis ſuis, Ylba, Capraria, Planuſia, Corſica. Et in omnibus prenominatis locis iuriſdictionem & diſtrictum vobis

bis concedimus & confirmamus, & quicquid aliqua perſona habet ibi ab Imperio vel Regno, & quicquid Imperio vel Regno pertinet, & quecumque alia infra predictos terminos continentur in caſtris, locis, villis; burgis, habitationibus, terris, villis, fluminibus, ſtagnis, paludibus, paſcuis, piſcariis, argenti fodinis, & omnibus venis metallorum, ſalinis, portubus, ſilvis, cum omni plenitudine & integritate vobis concedimus & confirmamus. Concedimus etiam vobis Caſtrum Maſſe, & ipſam Maſſam cum ſuis pertinentiis. Inſuper indulgemus vobis & concedimus, ut nulli perſone, vel hominibus, vel alicui alii Civitati, vel loco, de cetero liceat hedificare aliquod hedificium vel munitionem aliquam a loco dicto Corbo uſque ad fauces Arni iuxta mare, vel in plagia, vel infra terram a pede montis uſque ad mare per iam dictos fines. Volumus ad hec, ut Piſani, & hii qui de eorum diſtrictu ſunt, & eorum res, ſint liberi etiam ſub Conſulatu, & Iudicibus, & Poteſtatibus deſcriptis, ſicut eis placuerit. Et Piſana Civitas habeat plenam iuriſdictionem & poteſtatem faciendi iuſtitiam, & etiam vindictam, & dandi tutores, & mundualdos, & alia, que Iudex ordinarius, vel quilibet poteſtate preditus ab Imperatore vel Rege habere debet, ex ſua iuriſdictione, & ſuo diſtrictu, & in ſuos, quos conceſſimus ei, & concedimus. Et Piſani, & qui de eorum diſtrictu ſunt, a nulla perſona debeant fodrari, neque hoſpitari. Et Piſani poteſtatem habeant ducendi eos in expeditionem, & ad omnem diſtrictum ſuum. Et quicumque negotiator voluerit tranſire ad eos cauſa negotiandi ſive per terram, ſive per aquam, ſecure vadat, & a nullo aliquo ingenio impediatur, niſi ſit in banno Domni Imperatoris vel Regis. Negotiatores autem Piſani per Siciliam, Calabriam, Apuliam, & Principatum, & per totum Imperium noſtrum, libere ſint & vadant per terram & aquam abſque omni pedagio & dirictura, nec cogantur emere vel vendere ultra ſuum velle, nec alius quilibet aliquo ingenio prohibeatur a Piſanis emere. Et concedimus & damus vobis in feudum litus maris, & tantum iuxta hoc, quod libere Piſani in eo facere naves & galeas, & exercere ſuas merchationes poſſint; & quod in eo nobis pertinet a Civitavecla uſque ad Portum Veneris. Et quod nullus poſſit in eo, vel in faucibus aquarum infra terminum contentis facere portum, vel applicare cum mercibus contra voluntate Piſanorum. Preterea damus & concedimus vobis in feudum medietatem Palermi, & Meſſane, & Salernie, & Neapolis, cum medietate agrorum & portuum, vel aliorum, que excoluntur ab ipſis Civitatibus, & totam Gaetam, & Mazaram, & Trapanim, cum totis agris & ceteris, que ſupra ſcripta ſunt, & in unaquaque alia Civitate, quam Tancredus tenet, rugam convenientem Piſanis mercatoribus. Volumus quoque & ſtatuimus, & faciemus iurare Epiſcopum Lunenſem, qui inveſtituram Regalium & Comitatus a nobis, vel quicumque alius pro nobis tenuit, ut faciat Piſanos ſecuros, & res eorum ſalve ſint in omni diſtrictu ſuo per ſe & omnes ſuos. Et ſi Piſani pro hiis, vel de hiis conceſſionibus in toto vel in parte obtinendis vel recuperandis aliquos gravaverint, vel poſſeſſionem abſtulerint, ſive habuerint, non cogemus Civitatem Piſanam, vel Poteſtatem, ſeu Rectorem, vel Conſules, qui pro tempore fuerint, ad iuſtitiam faciendam. Si quis autem de predictis conceſſionibus quidquam Piſane Civitati abſtulerit, vel inquietaverit, citabimus eum, precipientes ut deſiſtat, & reſtitui faciemus. Quod ſi non fecerit, per ſententiam noſtram eum banno ſupponemus, nec extrahemus a banno, niſi prius ſatisfecerit Piſane Civitati. Hec ſupradicta omnia damus in Feodum & concedimus Communi Piſanorum, & per preſentis Privilegii paginam confirmamus, quod ſubter Bulla noſtra iuſſimus inſigniri. Et de ſupradictis inveſtivimus Piſanos per enſem, quem manu tenebamus, dantes eis tertiam partem theſauri, quem tenet Tancredus, ut ſit eorum. Predictam autem conceſſionem ſeu dationem ratam eſſe volumus & firmam, non obſtante aliquo Privilegio, vel Reſcripto, vel litteris a predicto Patre noſtro, vel noſtra Maieſtate impetratis vel impetrandis. Et ſi qua talis Privilegia vel reſcripta fuerint inventa, ea Imperiali auctoritate caſſamus. Confirmantes etiam omnia Privilegia, que a predicto Patre noſtro, vel aliis anteceſſoribus noſtris eis indulta ſunt. Huius rei teſtes ſunt Conradus Maguntinus Archiepiſcopus, Otto Friſingenſis Epiſcopus, Henricus Wormatienſis Epiſcopus, Conradus Dux Suevie, Lodevicus Comes de Oringen, Rupertus de Durne, Cuno de Minzenberch, Marquardus Dapifer de Anevibre, Heinricus Pincerna de Lutra, & alii quamplures.

Signum Domni Heinrici ✠ Sexti Imperatoris inviciſſimi.

Acta ſunt hec anno Domini MCXCIII. Indictione XI, regnante Domno Henrico Sexto Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno Regni eius XXIII. Imperii vero II.

Datum apud Geleohuſen per manum Sigeloi Imperialis Aule Protonotarii, III. Kalendas Iunii, vacante Cancellaria.

✠ Ego Ricciardus filius quondam Bencivennis Notarius de Rinonichi Piſanus

ſanus Civis, Imperialis Aule Notarius, & Iodex ordinarius, preſens exemplum Privilegii ſupraſcripti extraxi & exemplavi de ſuo vero autemptico bullato Bulla cerea pendenti Domoi Henrici Romanorum Imperatoris invictiſſimi. In qua quidem Bulla, ex una tantum parte erat inſerta eius Imperialis Maieſtas, ſedentis io trooo, ramnm lilii deſtra teneotis, ſiniſtra vero rotundum quid habentis cum cruee deſuper. Et hec autem litere in extremo Bulle margine legebantur: HENRICVS DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR ET SEMPER AVGVSTVS. Ipſumque exemplum cum aotemptico uoa cum Thomaſo de Caſtello Anſelmi, & Almanſore, Notariis & Scribis publieis, Caneellariis Piſani Communis, qui mecum pariter viderunt, & auſeultaverunt, vidi, legi, & auteoltavi. Et qoia utrumqoe concordare inveni, & in aliquo non diſcrepare cognovimus, quod ſenſum vel ſeoteotiam mutet: ideirco mandato, decreto, & auctoritate nobilis viri Domni Titii Domni Contis de Colle Vallıſelie, Vicarii magnifici & potentis viri Domni Frederici Comitis Montisfeltri, Vicarii generalis Piſane Civitatis & diſtrictus, auctoritate Imperiali, ſobſcripſi, & publicavi, atque ſolempniter exemplavi.

Actum Piſis in Palatio Piſani Communis, preſentibus Domino Clerieo Domini Philippi Iuriſpetito, & Caſinu de Seta, Anthianis Piſani Populi, teſtibus ad hec rogatis, Domioiee Incarnationis anno Milleſimo trecenteſimo tertiodecimo, Indictione XI. Septimodecimo Kalendas Februarii.

Sequuntur alia Nutariorum ſigna.

Hoc Diploma corruptum, reſtituimus, quoad fieri potoit, ex ſimiſibus Diplomatis eiusdem *Friderisi I.* & *Othonis IV.* & ex opportune producendo Diplomate *Caroli IV.* ex quo etiam diſcimus, Maſſam illam, quae in hoc Diplomate, aliiſque, Piſanis conceſſa dicitor, eſſe Maſſam Maritimam, hoc eſt Veternenſem. Ex hoc pariter Diplomatis exemplati cognoſcimus anno MCCCXIII. Viearium Imperialem Piſanae Civitatis & Territorii fuiſſe *Fridericum* Comitem Montis Feltri, quod amplius confirmat, quod de Vicariis Vrbium & Oppidorum particularibus ſuperius *pag.* 364. 365. diſſerebamos. Supra *pag.* 346. Inſtrumentum protuli foederis percuſſi inter quaſdam Civitates & Populos Tuſciae; cuius Appendicem quamdam oſtendi deinceps apud *Muratorium Tom. IV. Antiquit. Italic. pag.* 576. quae ita habet:

In nomine Domini. Amen. Cum occaſione Comitatus controverſiam de Caſtello Montiſpultiani pateretur Senenſis Civitas, dicentibus quibuſdam, dictum Caſtellum non eſſe de Comitatu Senenſi: ſicque lis inde ſperaretur moveri; deliberato conſilio Dominus Bartalomeus Senenſis Poteſtas tam aliis Nobilibus Senenſibus adivit locum Sancti Quirici de Noſcaoa, in quo Dominus Epiſcopus Vulterranus Prior Societatis de Thuſcia, & Dominus Vgo Ventegaerre pro Civitate Florentie, & Dominus Ruſticbellus pro Civitate Lucenſi, & Dominus Maizus pro Civitate Senenſi, & Dominus Gluttus pro Civitate Peruſii, & Dominus Aſſaltus pro Civitate Aretina, Rectores eiuſdem Societatis convenerant. Cumque ibi coram eis Teſtes inducere vellet, & per eos oſtendere, quod dictum Caſtellum eſt & fuit de Comitatu Senenſi, predicto Domino Vgoni Rectori pro Civitate Florentie, & Iannibello, qui aderat cum eo, & dicto Domino Aſſalto Rectori pro Civitate Aretina, & Domino Stephano, qui aderat cum eo: per Rinaldum Raneris Ruggerottum Iudicem, Rinaldinum tunc Conſulem Mercatorum Senenſium, atque Thomaſium Nobiles Viros Senenſes, dictus Bartalomeus nuntiari fecit, ut ad dictos teſtes audiendos intereſſent tam prefato Epiſcopo, & aliis Rectoribus Societatis Thuſcie. Quibus ſe hoc facturos non recuſantibus, memorata Senenſis Poteſtas intus Plebem Sancti Quirici per dictos teſtes convenire fecit; ibique in preſentia Domini Epiſcopi, & predictorum Domini Ruſticbelli, & Domini Glutti, & Domini Maizi, ut eos una cum dicto Ruggerotto Iudice examinarem, & eorum dicta in publicam ſcripturam redigerem, mihi Chriſtophano Iudice commiſit atque mandavit.

In anno Domini Milleſimo ducenteſimo quinto, die nonas Aprilis, Indictione octava, coram Rinaldo Ildibrandini Cacciaguerre, Guida Cacciacomitis, Ranerio Cacciaguerre, & Vgone Cacciacomitis, & Tancredo Comitis Manentis, Piero de Cupa Peruſie Civitatis, & Tenacciolo nepote Tenaccii Octolini de Luca, & Magiſtro Forti, Filippa Malavolte, Vberto Gilii, Rinaldo Ranerii, & Tomaſio predictis, Faltone Ruſticbini, Iohanne Pape, & Orlando Rogerii, & Gratiano de Sancto Quirico, & aliis pluribus teſtibus ad hec rogatis. Sic igitur teſtes, quos predicta Senenſis Poteſtas introduxit tunc in preſentia dicti Domini Epiſcopi Volterrani, & Domini Ruſticbelli, & Domini Glutti, & Domini Maizi, & coram ſupradictis teſtibus una cum dicto Ruggerotto Iudice de predicte rei veritate dicenda, ſicut mo-

Ddddd ris

ris eſt, iorare feci. Quorum dicta talia fuerunt.

Vberto Gualandelli de Borgo Sancti Quiriti, iuratus dicit, quod vidit, iam ſunt quinquaginta anni, Comitem Paltonerium, qui erat Comes Comitatus Senenſis, habere & tenere Montepulcianum pro ſuo Caſtello, & pro ſuo propria alloato. Et vidit, quod dominabatur & ſicut ſibi placebat, & ſicut boni homines faciunt de ſua Terra. Item dicit, quod vidit Comitem Gulielmum, qui erat Comes Comitatus Senenſis pro Imperatore Federigo, habere & tenere Montepulcianam pra Comitatu Senenſi, & dominabitur ei, ſicut in alio Comitatu Senenſi. Item dicit, quod vidit Comitem Golfolinum, qui erat Nuntius Imperatoris Frederigi, & Comes Comitatus Senenſis, habere & tenere Montepulcianum pro Comitatu Senenſi, & dominabitur ei, ſicut alii Comitatui Senenſi. Item dicit, quod vidit Comitem Macharium, qui erat Nuntius Imperatoris Frederigi, & Comes Comitatus Senenſis, habere & tenere Montepulcianum pro Comitatu Senenſi, & dominabitur ei, ſicut alii Comitatui Senenſi. Et vidit, quod dictus Comes Macharius fecit venire homines de Montepulciano apud Sanctum Quiricum, & conſtrinxit eos in tantum, quod ipſi ſe recomperaverunt ab eo. Item dicit, quod vidit Arrigum Cappellanum, qui erat Nuntius Imperatoris Frederigi, & erat Comitatus Senaram, habere & tenere Montepulcianum pro Comitatu Senenſi, & dominabitur ei, ſicut alii Comitatui Senenſi. Item dicit, quod vidit Everardum de Lutri, qui erat Nuntius Imperatoris Henrigi, & erat Comes Comitatus Senarum, & dominabitur ei, ſicut alii Comitatui Senenſi. Item vidit Gualterium de Ranethac, qui erat Nuntius Imperatoris Henrigi, & erat Comes Comitatus Senenſis, habere & tenere Montepulcianum pra Comitatu Senenſi, & ei dominari, ſicut alii Comitatui Senenſi. Item dicit, quod vidit Lambecchinum, qui erat Nuntius Imperatoris Henrigi, & erat Comes Comitatus Senenſis, habere & tenere Montepulcianum pro Comitato Senenſi, & dominabitur ei ſicut alii Comitatui Senenſi. Item dicit, quod vidit Oddum de Barchiſtena, qui erat Nuntius Imperatoris Henrigi, & erat Comes Comitatus Senenſis, habere & tenere Montepulcianum pro Comitatu Senenſi, & dominabitur ei, ſicut alii Comitatui Senenſi. Item dicit, quod vidit Vgonem de Guarmaſia, qui erat Mariſcalcus Domini Philippi Ducis Thuſcie, habere & tenere Montepulcianum pro Comitata Senenſi, & dominabitur illi, ſicut alii Comitatui Senenſi.

Bernardinus Nettacaſa de Sancto Quiriſo iuramento dicit idem per omnia, que Vbertus: & plus, quod bladam & vinum, quod erat receptum, & que recepta erat pro camparia & afficta de Curte & Caſtello Montepulciani, fecit deferri & reduci apud Sanctum Quiricum in Caſſaro pra Lambeschino, & eius mandato, qui erat Comes Comitatus Senenſis; & quod Montepulcianenſes faciebant & fecerant hoſtem ad Montalcinum pro Senenſibus, & pro Comitatu Senarum, ſicut alii contadini.

Caccintus de Sancta Quirico iuramento dicit idem per omnia, que Vbertus Gualandelli: & tanto plus, quod haſtem & cavalcatam faciebant pro dictis Comitibus illi de Montepulciano, ſicut illi de Sancto Quiriso: & firmat de tempore quadragiata annorum.

Orlandinus Clerici de Sancto Quirico iuramento dicit idem quod Vbertus predictus: & tanto plus dicit, quod ſepe vidit deferri de blada camparie Montiſpulciani ad Teutonicos ſtantes apud Sanctum Quiricum, ſicut Nuntiō deferentes dicebant.

Gberius de Sancto Quiriso iuramento dicit idem, quod Vbertus Gualandelli, excepto quod de Comite Paltanerio, de quo dicit ſecundum ſuum conſcientiam.

Albertus Baccalerii iuramento dicit, quod vidit Bertoldum cum uxore ſua ſtare apud Montepulcianum pro Baliſtare pro illis Comitibus, qui erant Comites Comitatus Senenſis.

Muſſeus Litii de Sancto Quirica iuramento dicit, quod vidit Comitem Gulielmum, quē erat Comes Comitatus Senenſis, habere & tenere Montepulcianum pro Comitato Senenſi. & vidit eum ibi ſtare, & Montepulciano dominari, ſicut ei placebat, & ſicut in alio Comitatu Senenſi. Et vidit Guaſcum de Montepulciano, qui erat Baliſtor ipſius Comitis, venire apud Sanctum Quiricum, & deferre ei bladam, & alia neceſſaria apud Sanctum Quiricum; & idem dicit de Comite Golfulino. Item dicit, quod vidit Arrigum, qui erat Comes de Chiuſo, & nulla modo ſe intromitterbat de Montepulciano, & nullam iuriſdictionem ibi habebat. Item dicit, quod vidit Arrigum Faſſum, & Ormannum de Catena, qui erant Comites Aritii, & nullam iuriſdictionem habebant in Montepulciano. Sed illi Comites, qui erant Comitatus Senenſis, tenebant Montepulcianum pro Comitatu Senenſi, & dominabantur Montepulciano, ſicut in alio Comitata Senenſi. Et hoc vidit pro Comitibus Comitatus Senenſis, ſcilicet Arrigum Cappellanum, Comitem Macarium, Comitem Everardum, Comitem Gualterium de Ranethac, Comitem Lambecchinum, Comitem Oddum de Barcheſtena, & Vgonem de Guarmaſia. Et dicit, quod vidit omnes iſtos tenere Montepulcianum pro Comitato Senenſi; & quod hec videre cepit, ſunt triginta & ſex anni elapſi.

Teſtes de Monte Follonico. Perettus iuratus dicit, quod vidit Comitem Palconerium, qui erat Contadinus, & Comes Comitatus Senen-

nenſis, habere & tenere Montepulcianum pro ſuo Caſtello & ſuo proprio allodio, & facere inde, ſicut Dominus facit de ſuo Caſtello. Et vidit ipſum ibi habitare & ſtare, ſicut Dominus habitat & ſtat in ſuo Caſtro. Et recordatur de ſexaginta annis, quod hoc vidit. Et vidit Cencium, & Gerardum Pieri pro ſuis tempariis ſtare ibi & Caſtaldis. Item vidit omnes Comites, qui tenuerunt Comitatum Senenſem, tenere Montepulcianum pro Comitatu Senenſi aſque ad tempora, quibus receſſerunt. Et nominatim Comitem Guilielmum, & Comitem Golfolinum, & Macharium, & Overardum, & Lambecchinum, & Gualterium de Ranesbac, qui iudicabant illos de Montepulciano, ſicut volebant. Et vidit, quod Montepulcianenſes fecerunt hoſtem pro Senenſibus ad Montalcinum, ſicut alii de Comitatu Senenſi.

Ildibrandinus Guardati iuramento dixit, quod vidit Comitem Paltonerium, qui erat Comes Comitatus Senenſis, & vidit ipſum habere & tenere Montepulcianum pro ſuo proprio Caſtello & ſuo proprio allodio, & facere inde, ſicut Dominus facit de ſuo Caſtello: & habere inde bandum, & datium, ſicut Dominus habet de ſuo Caſtello, & ibi habitare & ſtare. Et Marcheſellus Petri & Mazzolus filius eius erant ibi pro ſuis Caſtaldis. Item dixit, quod vidit omnes Comites Teutonicos, qui tenuerunt Comitatum Senenſem, tenere Montepulcianum pro Comitatu Senenſi, uſquequo in Comitatu fuerunt. Et recordatur de tempore quadraginta annorum, quod hoc vidit a principio: & vidit Guaſchum de Montepulciano ſtare ibi pro Teutonicis, & colligere datium & prendimentum & campariam, & fructus de doncariis pro Comitibus Comitatus Senenſis, ſcilicet pro Comite Gulielmo, & Machario. Et de hoſte facta ad Montalcinum dicit idem quod Perrettus.

Garzone Aldobrandinelli iuramento dixit idem, quod dictus Ildibrandinus.

Ildibrandinus Pucci Tecii iuramento dicit de auditu idem, quod Garzone.

Stivallinus iuramento dicit, quod vidit Comitem Paltonerium dominari Montepulciano, ſicut in ſuo Caſtello, & Comes erat Comitatus Senenſis. Et dicit, quod Comes Guilielmus, & omnes alii Comites Teutonici ſupradicti, fuerunt Comites Comitatus Senenſis, & tenuerunt Senenſem Comitatum, & habuerunt & tenuerunt Montepulcianum pro Comitatu Senenſi aſque ad tempus, quo receſſerunt. Et vidit, quod Montepulcianenſes his fecerunt hoſtem ad Montalcinum, ſicut alii de Comitatu Senenſi.

Simon Montis Folonica iuratus dicit, quod vidit Comitem Paltonerium habere & tenere Montepulcianum, & omnes Comites Teutonicos, qui tenuerunt Comitatum Senenſem, vidit tenere Montepulcianum pro Comitatu Senenſi, ſicut alios de Comitatu Senenſi.

Gezzus iuratus dixit, quod vidit Arrigum Cappellanum, & omnes alios Teutonicos, quod tenuerunt Comitatum Senenſem, & Macharium, & Lambecchinum, & Everardum, & Renardum, & Gualterium, tenere Montepulcianum pro Comitatu Senenſi, ſicut tenebant Monticchiellum, & Montem de Follonica, & Sanctum Quiricum. Et vidit, quod Montepulcianenſes his fecerunt hoſtem ad Montemalcinum, ſicut alii de Comitatu Senarum.

Guido Guittanelle iuratus dixit, quod vidit Comitem Palconerium, & dicit, quod, ut vidit, erat Comes, & Contadinus Comitatus Senenſis, quia faciebat hoſtem & cavalcatam pro Comitatu Senenſi, & pro Civitate Senenſi, ſicut tunc communiter & publice audiebat dici, priuſquam Cacciacomes, & alii Comites de Scianenga. Et vidit ipſum Comitem habere & tenere Montepulcianum pro ſuo, & eum ibi ſtare & habitare & facere, ſicut faciebat in Torraneri. Et habebat de Montepulciano datium & bandum & prendimentum & camparia, ſicut volebat. Item dixit, quod poſtquam Comes Paltonerius amiſit Montepulcianum, Comes Gulielmus, & Overardus, & Gualterius de Ranesbac, qui fuerunt Comites Comitatus Senenſis, ut vidit, tenebant Caſtellum de Montepulciano, tenendo ibi Caſtaldos per ſe, & nominatim Guaſchum de Montepulciano; & colligendo inde datium, prendimentum, & campariam; & ducendo eos ad hoſtem, & nominatim ad Montem Sanctae Mariae. Et dominabatur ei pro Comitatu Senenſi, ſicut aliis Caſtellis de eodem Comitatu. Et hoc ſe vidiſſe dicit, & iam ſunt quadraginta anni, quod cepit de his videre. Et ſcit, & vidit, Montepulcianenſes feciſſe hoſtem pro Senenſibus, & pro Comitatu Senarum apud Montalcinum, ſicut alios de Comitatu Senenſi.

Ranerius de Malatarta iuratus dicit, quod vidit Golfolinum, & alios dictos, qui fuerunt Comites Comitatus Senenſis, & tenuerunt Montepulcianum pro Comitatu Senenſi.

Teſtes de Curſignano. Iohannes Sollus iuratus dicit, quod vidit Comitem Paltonerium, qui erat Comes, & Contadinus Comitatus Senenſis, habere & tenere Montepulcianum pro ſuo proprio Caſtello. Et ducebat homines de Montepulciano, ubi volebat, & ad hoſtem ſuper Curſignanum, & ad Trequanum duxit. Et dicit, quod ſunt quadraginta anni, quod ita tenuit Paltonerius Montepulcianum pro ſuo proprio Caſtello. Item dicit, quod vidit diſcordiam de Montepulciano inter Gulielmum Comitem, qui erat Comes Comitatus Senenſis, & Teutonicum, qui erat Comes de Chiuſo. Et ſic fuit finita illa diſcordia, quod Montepulcianum remanſit Comiti Gulielmo pro Comitatu Senenſi. Et poſtea ſemper vidit omnes Teutonicos ſupradictos, qui tenuerunt Comitatum, tenere Montepulcianum pro Comitatu Senenſi: & quod Mon-

Gez-

Digitized by Google

Montepalcianenſes fecerant hoſtem ad Montalcinum, & ad Sarteanum, ſicut alii de Comitatu Senenſi.

Petrus Sollus iuratus dicit idem per omnia, que Iohannes Sollus.

Marcus Ranuccii iuratus dicit idem per omnia, quod Iohannes Sollus, preterquamquod non recordatur de diſcordia, que fuit inter Comitem Gulielmum & Comitem de Kiuſo.

Albertinus Bonizi iuratus dicit, quod vidit Comitem Macharium, qui erat Comes Comitatus Senenſis, habere & tenere Montepulcianum. Et faciebat inde colligi de pane & vino, & dominabatur ibi. Et vidit omnes Teutonicos tenere Montepulcianum, & facere Montepulcianenſes hoſtem & cavalcatam Senenſibus, & ſicut alios de Comitatu Senenſi ad Montalcinum, & ad Sarteanum.

Ranuccius Romanelli iuratus dicit, quod Comes Paltonerius erat Dominus de Montepulciano, & dominabatur ibi. Et Teutonicos ſupradictos vidit tenere Montepulcianum, ſicut alia Caſtella de Comitatu Senenſi.

Nerus Titus iuratus dicit idem per omnia, que Iohannes Sollus. Et ipſe attulit ſalmam vini de curatura Montis Pulciani ad Macharium ſtantem tunc ad Sanctum Quiricum; & excepto quod dicit de triginta octo annis. Et hoc plus dicit, quod vidit Montepulcianenſes facere hoſtem ad Agellum, qui eſt inter Monteprefim & Radicofanum, pro Senenſibus, & ſicut alios de Comitatu Senenſi.

Donus Fureini iuratus dicit, quod Matharius erat Comes pro Comitatu Senenſi; & tenebat Muatem Politianum pro Comitatu Senenſi, ſicut ſidem habet.

Iohannes Berizzi iuratus ditit, quod vidit omnes ſupradictos Teutonicos, de quibus dixit Peretus, habere & tenere Montepulcianum, & bannire & disbannire ipſum pro Comitatu Senenſi. Et vidit eos dominari Montepulciano, ſicut aliis de Comitatu Senenſi. Et hoſtem vidit eos facere ad Montalcinum pro Comitatu Senenſi, & ſicut alios de Comitatu.

Iohannes Baiardus iuratus dicit idem per omnia, quod Iohannes Sollus, excepto quod de diſcordia, de qua non recordatur.

Teſtes de Montecchiello. Vaccarius iuratus dicit, quod vidit Comitem Paltonerium, qui erat Comes, & Contadinos Comitatus Senenſis, habere & tenere Montepulcianum, & ſtare ibi, ſicut in ſuo proprio Caſtello, & cum eo ibi ſtetit. Et dominabatur ibi, ſicut in ſuo proprio Caſtello, & habitabat ibi, ſicut Dominus ſui Caſtri. Item dicit, quod vidit Comitem Gulielmum, qui erat Comes Comitatus Senenſis, & Arrigum, qui erat Comes de Chiuſo: & Comes Gulielmus dicebat, quod Montepulcianum erat de Comitatu Senenſi, & Comes Arrigus de Chiuſo dicebat, quod Montepulcianum erat de Chiuſo. Et ſic fuit ſinita diſcordia, quod Montepulcianum remanſit pro Comitatu Senenſi Comiti Gulielmo, & propterea dominabatur illi, ſicut alii Comitatui Senenſi, & pro Comitatu Senenſi. Et ita dicit de omnibus Teutonicis, qui habuerant Comitatum Senenſem; ſcilicet quod tenuerunt Montepulcianum pro Comitatu Senenſi, & illi dominabantur. Et iam ſunt triginta ſex anni & plus, quod hec vidit fieri, & de his; & quod Montepulcianenſes fecerunt hoſtem ad Montalcinum, ſicut alii de Comitatu Senenſi dicunt.

Magio Vergarius iaratat dicit idem per omnia, quod Vacharius, excepto quod arſcit, qualiter illa diſcordia fuit ſopita. Sed dicit, quod omnes alios poſt Comitem Gulielmum, qui fuerunt Comites pro Comitatu Senenſi, ſcilicet Golfolinum, Macarium, Renaldum, Overardum, & Lambecchinum, & Oddonem de Barcheſtena, vidit habere & tenere Montepulcianum, & dominari ei, ſicut dicit Vacharius. Et plus dixit de tempore, ſcilicet de quadraginta annis. Et idem dicit de hoſte facta ad Montalcinum.

Maggiolus iuratus dicit idem, quod Vacharius, & tanto plus, quod fuit Balitor pro Gualterio de Ranesbac, Lambecchino, & Oddo de Barcheſtena, & pro Mareſcalco. Et de tempore quinquagiata annorum dicit, ſe cepiſſe hec videre.

Iacopus Ranuccini iuratus dicit, quod vidit Machariam, Renardum, Overardum, Gualterium, Lambecchinum, & Oddonem, qui fuerunt Comites Comitatus Senenſis, habere & tenere Montepulcianum pro Comitatu Senenſe; & pro eis Balitores ibi ſtare. Et cum Overardo ibi fuit. Et iſti fuerunt Balitores, ſcilicet Overardus de Radicofani, & filius Guaſchi, & maritus Ghebole in Montepulciano, ut vidit, & de ricompramento, quod Montepulcianenſes fecerant a Machario dicit idem, quod Vbertus Gualandelli.

Nero iuratus dicit idem, quod Iacopus, excepto quod non dicit de ricompramento, & excepto, quod non dicit de filio Guaſchi. Et vidit facere Montepulcianenſes hoſtem pro Overarda ad Chiuſum. & ad Torritam, & pro Senenſibus ad Montalcinum. Et coaſtringebantur a Teutonicis, ſicut alii de Comitatu Senenſi.

Tribaldus iaratus dicit idem, quod Magio Vergarius, & tanto plus, quod vidit Montepulcianenſes facere hoſtem ad Torritam pro Teutonicis.

Supradictos Teſtes, quos una cum predicto Ruggerotto Iudice, de mandato dicte Poteſtatis Senenſis ego Chriſtophanus Iudex examinavi; ſequenti die poſt ſupradicta publicavi, ſcilicet publice legi in preſentia prefati Domini Vulterrani Epiſcopi, & Domini Glutti,

Digitized by Google

ti, & Domini Maizzi predictarum, & carum Ranalda Ildibrandini, Guido Cacciacontis, & Tancreda, & Beraardiea Camitis Manentis, Iacopo Ildebrandini, Ioſeph Grugheria Milite Guidi Cacciacontis, Raneria Peri de Chiuſure, Terraciale ſupradicta, Vberta Gilii, Renaldiea Rectore tunc Mercatorum Seneuſium, Raianlda Renerii, Tomaſcia Brunecti, Pelcona Ruſtichini, & Tancredo Sepoalia, & curam pluribus teſtibus ad hec rogatis, in quadam domo Orlandini Clerici paſt dictam Plebem Sancti Quirici.

Ego Dietac uti Natarias, amnia qua ſuperius continentur, vidi & legi in Chartularia Cammunis Seneaſis, publicata manu Chriſtophani Iudicis & Natarii, & ſecundum quad ibi continetur, diligenter auſcultavi cum Viviana Natario caram infraſcriptis teſtibus; & hic nihil addita, vel diminuto, preter ſignum & ſubſcriptianem meam fideliter ſcripſi, & manu propria ſignavi, in anno Domini MCCXXIX. Indictiane II. die IV. Kalendas Iunii. Teſtes ſunt iſti. Tomaſius Aiuti, Lutteringus Iohannis, & Bonſignare Bianchi.

Lubenter hanc Chartam heic protuli, quod ex ea multum lucis Hiſtoriae Tuſcanicae adſulgeat. Iam ſuperius ex inſtrumento producto *pag.* 346. intelleximus, quasdam Etruriae Civitates, & Populos, foedus inter ſe anno MCXCVII. percuſſiſſe, quo Imperatoribus coniuncti reſiſterant, & ſuae libertati ac Pontifici Romano faverant. Heinc conſtat, Societatem illam etiam anno MCCV. perduraſſe, & ne ullae diſcordiae inter Socios orirentur, ita Rectores Societatis egiſſe, ut ius ſuum unicuique Civitati ac Populo tribueretur. Dum igitur Senenſes Montepulcianii dominium ſibi adſerere volunt, multa ex Teſtium eorum dictis cognoſcimus, quae Hiſtoriae noſtram admodum illuſtrare ac perficere valent. Itaque ſuperius *pag.* 361. 363. 364. 365. 380. 382. vidimus, Imperatores conſueviſſe Vicarios quosdam ſuos, ac ſimul Nuntios in Etruriam, & alias provincias mittere; heic ecce Nuntiorum huiusmodi series quaedam elucet, qui ſimul Nuntii erant & Comites Civitatis atque territorii Senenſis. Itaque anno circiter MCLV. erat Comitatus Senenſis Comes *Paltaeerias*, de quo ſupra *pag.* 385. qui forte idem eſt ac *Paltonerius* Caſtaldus de Bretinorio, cuius mentio ſupra *pag.* 381. poſt quem fuit *Guilielmus* anno circiter MCLXIX. ut patet ſupra *pag.* 388. cui forte *Gulfolinus* ſucceſſit, qui ſimul erat Imperatoris *Friderici I.* Nuntius. Hunc excepit alius Nuntius Imperatoris Comes *Macarius*, qui Seneosem pariter Comitatum moderatus eſt, atque ille eſſe videtur, qui anno MCLXXVIII. in Caſtro Sancti Miniatis erat cum *Friderica* Auguſto, ut conſtitit ſuperius *pag.* 385. quique in aliis Diplomatis eiusdem Imperatoris eodem anno datis apud *Vghellium* in *Archiepiſcopis Piſanis*, Comes Sancti Miniatis, & de Sancto Miniate, dicitur, ut inferius patebit. Poſt *Macarium* occurrit *Arrigas* Cappellanus, Nuntius ſimul *Friderici I.* & Comes Senenſis; poſt quem ſunt *Renaldus*, & *Vgo de Guarmaſia*, qui erat Mariſcalchus *Philippi* Ducis Tuſciae anno circiter MCXCV. Poſt hunc *Everardus de Latri* Nuntius Comitatum eumdem Senenſem rexit ſub *Henrica VI.* Imperatore; & cum Imperatore *Othone IV.* erat anno MCCIV. in Sancto Geneſio, ut conſtat ex Diplomate Tom. III. *Deliciar. Erudit. pag.* 214. & ſub eodem Auguſto *Odda de Burcheſteno*, eius Nuntius, & *Gualterius de Ranesbac* item Nuntius, non aliter ac eſſet *Lambecchinus*, Comites pariter Senenſes. Nuntii Imperatoris erant Procuratores quidam. qui tributa, vectigalia, aliaque Imperatoribus a quibusdam Italiae locis debita exigebant. An autem hi Nuntii, qui ſimul Comites Senenſes erant, Nuntii Generales in univerſa Etruria eſſent, ignoro. In hoc Inſtrumento *Henricus Fuſſus*, & *Ormannus de Catena*, Comites Arretii memorantur, quorum primus fuit etiam Tuſciae Dux anno MCXCVII. ut ſuperius *pag.* 346. videre eſt. Occurrit etiam Comes Cluſinus *Arrigus*; & hinc cognoſcimus cur territoria Civitatum Tuſciae Comitatus adpellarentur: quia ſcilicet ſub iuriſdictione erant cuiusque Civitatis Comitis. Ille autem Miniatenſis, qui *Senzanome* ſuperius *pag.* 349. vocatus eſt, videtur nominari tamquam Iudex in Inſtrumento foederis *Alberti* Comitis, de quo pariter ſuperius *pag.* 349. 350. cum Florentinis, anno MCC. initi, quod ita habet, erutum ex vetuſto Codice, anno circiter MCCCXXXX. ſcripto, in quo belli Semifontenſis hiſtoria eſt, a *Pace Iacobi F. Ildebrandini* N. a Certaldo anno MCCCXX. ſcripta, & a *Petro* eius filio aucta & perfecta anno MCCCXXXII. quem mihi *Ant. Mar. Biſcionius* commodavit.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Nos Comes Albertus & Mainardus eius filius iuramus ad ſancta Dei Evangelia ſalvare, cuſtodire, & defendere omnem hominem & perſonam Florentiae Civitatis, & Burgorum, & Subburgorum eius, & unamquamque perſonam & eius bona melius quam ſapemus & potuerimus in tota noſtra fortia & diſtrictu, & ubicumque potuerimus.

Item iuramus facere Cartam venditionis vel donationis Communi Civitatis Florentie ad dictum ſapientis & ſapientum Poteſtatis Florentie & Rectorum cum perſonis neceſſariis de

 cum tate

tota Podio, quod dicitur Semiſontis, ſicut continetur cum muris & foveis, ſicut circumdatum eſt pro Caſtro; & Cartas, quas inde habemus, vel alia perſona pro nobis, dabimus Poteſtati Florentie, & Conſiliariis ad exemplandum quandocumque voluerint, & petierint ſine fraude.

Item faciemus guerram & guerras omnibus hominibus & perſonis de Semiſonte uſque ad guerram finitam, & non ſubtractam, ex quo a Poteſtate vel Conſiliariis eius, ſive a Conſulibus Florentinis, vel Rectoribus, fuerimus inquiſiti, qui Florentie pro tempore erunt, per ſe, vel per eorum certum Nuncium, cum literis ſigillatis Sigillo Communis Florentie cum noſtra fortia ſine fraude, cum militibus, & peditibus, & ſagittariis, & cum Florentinis, & ſine eis, donec illi de Semiſonte habuerint finem & pacem cum Florentinis factam.

Item de hominibus aliis guerris, quas Florentina Civitas nunc habet, vel in ante habuerit, adiuvabimus & ſuccurremus eos, infra dies viginti poſt inquiſitionem factam nobis per Poteſtatem vel Conſiliarios eius, vel Conſules, vel Rectores, Florentine Civitatis, vel per eorum literas Sigillo Comunis Florentie ſigillatas, cum tota noſtra fortia ſine fraude; & teneamur morari & ſtare cum Communi Florentine Civitatis faciendo guerram inimicis eius, quantum ipſi ſteterint ſuper eorum, ſive contra eorum inimicos ad oſtem, & ſimiliter contra Semiſontem; & dabimus Florentinis & faciemus dare Caſtrum de Certaldo ad faciendum eis guerram, & homines de Certaldo compellemus & faciemus facere vivam guerram predicto Caſtro & hominibus omnibus de Semiſonte, & omnibus eorum adiutoribus ſine alla ſubtractia; & capiemus, & capere faciemus, eorum adiutores ſi potuerimus in eundo & redeundo ad Semiſontem, & de Semiſonte.

Item iuramus non facere pacem vel finem, ſeu treguam, vel tenere me amentum, cum hominibus de Semiſonte, vel alia perſona pro eis ullo tempore, ſine parabola Poteſtatis, & Conſiliariorum, vel Conſulum, ſeu Rectorum Florentine Civitatis ad ſonum Campane ſine ulla malitia. & ſi parabola Florentine Civitatis vel Rectorum fuerit facta finis inter Florentiam & Semiſontem, & non tenuerunt eam ipſi de Semiſonte, adiuvabimus inde Florentinos inquiſiti a Poteſtate vel Rectoribus Florentie, & guerram eis faciemus bona fide.

Item iuramus habitare ſingulis annis unum noſtrum in Civitate Florentie uno menſe, niſi remanſerit parabola Poteſtatis, vel Conſulum, ſeu Rectorum Civitatis Florentie pro tempore exiſtentium, ita quod non poſſint reddere parabolam niſi in termino eorum regiminis.

Item cogemus noſtros homines & fideles, ut erant de Caſtro de Semiſonte, ut ibi ulterius non morentur, & ſimiliter alios noſtros homines & fideles cogemus ut non revertant in dicto Caſtro de Semiſonte, & ibi ulterius non morentur ad defendendum dictum Caſtrum, vel faciendum guerram, vel maleficium Florentinis, & eorum adiutoribus ſine fraude & malitia.

Item iuramus facere dacium Communi Florentie ad dictum Sapientis eorum cum perſonis neceſſariis, ut poſſint tollere accattum hominibus & terris hominibus quas habemus, & ad nos inter Elſam & Arnum ſpectant & pertinent, & adiutare eos; de quo datio & accatto medietas ſit Florentine Civitatis, & altera medietas ſit mea dicti Comitis Alberti, & filiorum meorum, detractis tamen expenſis ſine malitia, & ſalvis rationibus & aſueriis, quas Communis Florentie habet, & ſolitus eſt habere in eis terris & hominibus.

Item faciemus iurare omnes homines noſtrarum Terrarum, quas potuerimus, ut iurent ſalvare, cuſtodire, & defendere, omnes homines & perſonas Civitatis Florentie, & eorum bona, & totam iſtam concordiam tenere & obſervare ſine ulla malitia.

Item ſi ſtrada aliquando rediret per noſtram Terram & fortiam, non tollemus paſſaggium, nec tollere faciemus vel permittemus alicui Mercatori vel Civi Florentino, niſi illud quod conſtitutum eſſet cum Conſulibus Mercatorum Civitatis Florentie.

Item ſi parabola noſtra dictorum Comitum Poteſtas, vel Rector Florentinus pro tempore exiſtens inceperit, vel fecerit guerram alicui perſone vel perſonis vel loco, adiuvabimus eos, tamen requiſiti ab eis, guerram faciendo; & non faciemus finem vel pacem cum ea perſona vel perſonis ſine parabola Poteſtatis Florentie. Et quotieſcumque ea occaſione fuerit guerra recepta, adiuvando inde Florentinos bona fide ſine fraude.

Item non faciemus aliquod Caſtrum, vel incaſtellabimus, ſive incaſtellare faciemus aliquos homines in aliquo Podio inter Virginium & Elſam, nec facere permittemus ullo tempore ſine parabola Poteſtatis Florentie, vel Conſulum, ſeu Rectorum eiuſdem Civitatis.

Hec omnia iuramus obſervare & facere bona fide ſine fraude & malitia, remota omni doloſitate & ſophiſmate, ita quod neque Papa, nec alia perſona, poſſit nos liberare vel abſolvere ab iſto iuramento. Exceptavit tamen dictus Comes Albertus Bononienſes, & exceptavit Piſtorienſes, uſque ad terminum, quo tenetur eis per ſe tamen, & per homines quos habet in fortia Piſtorii. Et Mainardus exceptavit per ſe Senenſes, quod non teneatur iuvare de perſona ſua Florentinos contra Senenſes in eo caſu, quando Florentini equitarent in terra Senenſium; ſed ſi Senenſes venirent facere guerram Florentinis in eorum Communitate, vel Epiſco-

ſcopatu Florentino, vel Feſulano, tunc teneatur iuvare eos, ſicut ſuperius legitur.

Item exceptavit per ſe Mainardus, quod de aliquo facto de cetero non teneatur facere rationem alicui foretano per diſtrictum Florentini Rectoris.

Acta ſunt hec iurata a dicto Comite Alberto, & Mainardo eius filio, ad Septimum, in loco qui dicitur Farneto, in domo Vgolini Nerli, in preſentia Teſtium ad hoc rogatorum,

Scilicet Domini Ildebrandini Vulterrani Epiſcopi, & Ruſtichelli Cacciacompagni, & Sinibaldi de Scolaro, & Catelani filii Migliorelli, & Bruni Iudicis ordinarii de Truffo, necnon Orlandini Iudicis de Signa, & aliorum, Anno ab Incarnatione Domini MCIC. pridie Idus Februarii Indictione III.

Ad hec ibidem in continenti coram eiſdem Teſtibus ſupradictis Dominus Ildebrandinus Vulterranus Epiſcopus ſtipulatione ſubnixa pro me Paganello de Porcari Florentinorum Poteſtate, & Tedaldo de Cantore, & Ardingho, atque Octaviano Guiduccii Ruffi, eius Conſiliaribus recipientibus pro Communi Florentie, ſi predictus Mainardus non obſervaverit, & firmum tenebit in totum omnia ſicut iuravit, & ſuperius ſcriptum eſt, quod dabit ei nomine pene tertiam partem mille librarum.

Poſt hec in eodem menſe in Eccleſia Sancti Romuli de Septimo, in preſentia Arrigi de Monteſpertoli, & Renerii eius filii, & Silimanni de Caſtro Florentino, & Sinibaldi de Compote, & Sanzanome, Iudicibus, Mainardus filius Comitis Alberti ſuper ſancta Dei Evangelia iuravit totum quod continetur, ... brevi ſecuritatis per omnia obſervare & firmum tenere. Exceptavit tamen per ſe quod non debeat conſtringi per Rectorem Florentie de ratione facienda alicui foretano.

Aliud Inſtrumentum eodem die conditum eſt, quo Comes *Albertus*, & *Mainardus* eius filius, & *Tabernaria*, Comitis *Alberti* uxor, reipſa Caſtrum Semifontis Florentinis donant, quod lectum fuit ab *Scipione Ammirato Iuniore*, quare illud adlegat in Supplementis Hiſtoriae Florentinae, & in *Epiſcopis Volaterranis pag.* 114. 115. ubi de *Ildebrando* Epiſcopo agit, & quaedam indicat, quae in eo continentur, hiſce verbis: *A' 12. di Febraio dell' anno 1199. al Fiorentino, che ſecondo la Chieſa è il 1200. Ind. 3. il Veſcovo Ildebrando promette al Comune di Firenze, e per lui a Paganello de' Porcari Podeſtà di Firenze, e a' Conſiglieri del medeſimo Podeſtà, come Procuratori del Comune; Che il Conte Alberto del già Conte Notigiova, e Maghinardo ſuo figliuolo, e la Conteſſa Tabernaria moglie del detto Conte Alberto, oſſerveranno a' Fiorentini la donazione fatta loro da detti Conti del Poggio di Semifonte, e il jus di riſquotere ogn' anno da Calendi Maggio a tutto Agoſto ogni dazio e accatto ſopra le Terre, Caſtelli, Ville, e uomini, che i detti Conti hanno fra Elſa e Arno, con dar però loro la metà di quello che il Comune di Firenze riſquoterà ogn' anno; e per una volta tanto in ricompenſa di tal donazione, i Conti debbino avere lire quattrocento di buon danari ſpendibili di moneta Piſana. Queſta donazione appariſce fatta mediante la pace ſeguita tra il Comune di Firenze, e i Conti, alla preſenza del Veſcovo Ildebrando, il quale ne aveva promeſſa l' oſſervanza per la parte de' Conti. Veggo anche il Veſcovo preſente al giuramento fatto dal Podeſtà di Firenze, e ſuoi Conſiglieri, nella Chieſa di Santa Reparata in nome del Comune di aiutare e difendere i medeſimi Conti. Il giorno dopo, cioè a' 13. di Febraio il Veſcovo Ildebrando promette e giura nella Chieſa di San Vincenzio del Palazzo del Veſcovo di Firenze di aiutare e difendere i Fiorentini per quanto ſarà in ſuo potere, e che farà, e farà fare guerra dagli uomini delle ſue Terre al Caſtello di Semifonte ec. (Queſto Caſtello non men forte che potente, e per la vicinanza molto importante a' Fiorentini, fu preſo e disfatto da loro l' anno 1202.) e che in ogni guerra che abbino e fieno per avere infra Florentinum Epiſcopatum ab Elſa ſuper tantum quantum continetur, ubicumque & contra quoſcumque voluerint, egli ſtarà una volta l' anno nel loro eſercito quindici giorni con dugento cavalli, e mille fanti a ſue proprie ſpeſe, e che ſe i Fiorentini ve lo vogliono per maggior tempo, che ſia a ſpeſe loro; obligandoſi in oltre di non dar vettovaglia, nè far pace, nè tregua con il ſudetto Semifonte, nè con altri ſenza il conſenſo de' Fiorentini; dichiarando però di non voler eſſer contro Seneſi, nè al Conte Ildebrandino, Conte Guido, Conte Alberto, nè a' figliuoli: e quando dice de' Conti Ildebrandino e Alberto, non intende del Caſtello di Colle, contro al quale vuol eſſer obligato a far guerra.* His quidem ſimilia videri poſſunt apud *Vghellium* in *Epiſcopis Volaterranis*. Hiſtoricus etiam *Pax a Certaldo* poſtquam retulit ſupra productum Inſtrumentum ita ſcribit; *Vedeſi nella ſopraſcritta carta la concordia fatta per gli Conti Alberti con lo Comune di Firenze; e vedeſi come lo detto Conte ſi obbliga fare vendita o donazione a detto Comune di Firenze di quanto coſa ſopra di Semifonte. Ora truovo per alcuni libri e Croniche, che gli Fiorentini per non perdere cotale occaſione di loro confina allargare, induſſero lo Conte a farne la donagione convenuta, che lo medeſimo die, in lo medeſimo loco, con le medeſime condizioni, ſe ne ſtipulò Inſtrumento tutto alla preſenza di Meſſere Aldobrandino de'* Pan-

Pannocchieſchi Veſcovo di Volterra, e di Meſſero Paganello de' Parcari Podeſtà di Firenze, e di tutti gli altri e ciaſcuno di quegli, che a queſto tè ſi travvorono preſenti.; perocchè fu fatto incontinente che fu ſtipulato la primo. Nullum igitur dubium περὶ γνησιότητος illius Inſtrumenti oriri poteſt, & facile inveniretur etiam in Archivo Reformationum Florentiae in *Libris Capitulationum* exaratum, quemadmodum alia ſimilia invenit laudatus *Ammiratus*, qui Libros XXVI. & XXIX. illarum Capitulationum citat. Igitur quum conſtet Inſtrumentum eſſe genuinum, quaedam in eo obſervanda veniunt ad noſtrae Hiſtoriae illuſtrationem. Et primo memoratur Poteſtas Florentinorum; qui deinde dicitur fuiſſe tunc temporis *Paganellus a Porcari*. In Archivo Reformationum legitur: *Dominus Paganellus, ſive Paganus, de Porcaria, ſive de Porcari de Luca Poteſtas, erat in officio pridie Idus Februarii* 1199. *Indict.* 3. *& finem habuit Kalendis Januarii* 1201. *Indict.* 5. quem locum adfert *Mannius De Sigillis Tom. XIII. pag.* 99. & id omno verum eſſe pluribus adſtruit idem *Ammiratus* in citatis Supplementis ad Hiſtoriam Florentinam *Ammirati Senioris*. Falſa igitur narrat *Malaſpina*, & eum ſecutus *Jo. Villanius*, qui *Lib. V. Cap. XXXII.* ſcribit, primum omnium, qui Florentiae Poteſtas eſſet, *Gualterottum* Mediolanenſem anno MCCVII. fuiſſe. Intelligimus etiam Florentinae Poteſtatis quoſdam fuiſſe Conſiliarios, tresque heic adparent, *Tedaldus de Cantare*, *Ardingus* (*Riccii*, ut legit *Ammiratus*,) & *Octavianus Guidonis Roſſi*. Praeter Poteſtatem, & eius Conſiliarios, erant Florentiae etiam Conſules, *ch' erano Signori e guidatori del Comune a certo tempo*, ut ſcribit *Jo. Villanius Lib. V. Cap. IX.* qui *Cap. XXXII.* ſubdit: *Inſino allora ſi era retta la Città ſotto ſignoria di Conſoli Cittadini de' maggiori e migliori della Terra, col Conſiglio del Senato, cioè di cento buoni uomini; e detti Conſoli al modo di Roma tutto guidavano e governavano la Città, e rendeano ragione, e facevano giuſtizia, e durava loro officio uno anno. E erano quattro Conſoli, mentre la Città fu a quartieri, per ciaſcuna porta uno; ma poi furono ſei, quando la Città ſi partì a ſeſti: ma li antichi noſtri non facevano menzione di tutti i nomi, ma dell' uno di loro di maggiore ſtato e fama, dicendo, al tempo di cotale Conſolo, e de' ſuoi compagni.* At circa Conſulum Florentinorum numerum *Villanio* minime fides habenda, quum octo interdum, aliquando undecim, in antiquis chartis Conſules Florentiae occurrant, ut ſuperius *pag.* 349. & apud *Ammiratum* in Supplementis Florentinae Hiſtoriae. Quando Conſules Florentiam regere coeperint incertum: exploratum tamen eſt, anno DCCCLXXXXVII. nondum coepiſſe: tum enim noſtra Civitas a Scabinis regebatur, & Comite: Comes erat *Trudifraſius*, Scabini autem *Rotari* & *Petrus*, ut patet ex Inſtrumento, quod profert *Muratorius Tom. I. Antiquit. Ital. pag.* 497. Comes autem Florentinus *Radulphus* nominatur etiam in Diplomate *Otthonis III.* anno DCCCCLXXIX. dato apud *Vgbellium* in *Episcopis Volaterranis*, in *Petro Epiſcopo*. Inter Florentinos Conſules erant diverſi ordinis, ut ſcribit ſaepius laudatus *Ammiratus* in Hiſtoria Florentina ad annum MCCIV. quos inter erant Conſules Mercatorum, qui pariter in hoc Inſtrumento memorantur. Poſt Conſules nominantur etiam Florentinae Civitatis Rectores, quorum mentio occurrit quoque apud *Jo. Villanium Lib. V. Cap. XIV.* ubi legitur: *L' anno di Criſto MCXC. eſſendo Rettore di Firenze il Conte Ridolfo da Capraia.* *Ammiratus* vero *Junior* Chartam adlegat ad annum M.CCIX. in Hiſtoria Florentina, in qua pariter Poteſtas, & Conſules, & Rectores, Civitatis Florentinae memorantur; & *Acerbus* Rector Societatis pro Florentinis habetur ſupra *pag.* 349. Nominatur hic quoque Virginius fluvius, qui non procul a S. Donato in Poci oriens, & Montem Gaſonis praeterlabens, in Peſam amnem influit. *Siniboldus de Scalaria*, *Tedaldus de Cantore*, & *Senzanome*, ut videtur, de Sancto Miniate, nominantur in Inſtrumento foederis ſuperius *pag.* 349. 350. *Siniboldus* autem *de Campore* occurrit apud *Ammiratum* in Hiſtoria ad annum MCIIIC. Farnetum oppidulum erat in Plebe Septimi, quem locum *Nerlii* olim habitarunt; & *Vgolinus Nerli*, cuius in hoc Inſtrumento mentio, pluribus celebratur ab *Eugenio Gamurrino Tom. V. Hiſtor. Genealog.* Lucem his omnibus foenerare poteſt Diploma *Othonis IV.* Auguſti, quod ex Hiſtoria immunitatum & privilegiorum Comitum *Albertorum*, manu exarata, apud laudatum *Biſcionium*, heic produco.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Otho IV. Divina favente clementia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Imperialis eminentie celſitudo preclara, ſuorum fidelium ſervitia pre oculis Sue Maieſtatis ſemper habere conſuevit: Nobiles quoque viros, & eos, qui pro dilatando Imperialis Corone Solio, tempore pacis & guerre fideliter & ſtrenue plurimos labores, & maximas expenſas tolerarunt, congruis honoribus, & amplioris gratie beneficiis decorare. Quapropter univerſorum Imperii noſtri fidelium per Italiam exiſtentium preſens noverit etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos ex conſueta benignitatis noſtre gra-

gratia dilectum, & fidelem, Principem noſtrum, Comitem Maghinardum, filium Comitis Alberti de Prato, & eius legitimos heredes, & omnia que habet, vel detinet, vel alii ſuo nomine habent, vel detinent; & que habiturus eſt, & que ſunt in ſuo diſtrictu, & nominatim que ſibi obvenerunt ex diviſione, vel aſſignatione, ſeu datione ſibi a Comitiſſa Tabernaria, & a Reinaldo, & Alberto fratribus ſuis, & filiis predicti Comitis Alberti, ſub noſtra Imperiali protectione, atque tutela ſuſcepimus.

Concedimus quoque predicto Comiti Maghinardo, atque donamus, & reſtituimus, quecunque Comes Albertus proavus eius, & filii, & nepotes habuerunt pro parte ſibi contingente, quod non ſit ab eis alienatum, & alii nomine ſuo, vel ipſe quoquomodo habet, vel habuit. Reſtituimus quoque predicto Comiti Maghinardo quecunque Comes Albertus proavus eius & filii, & nepotes, & pronepotes a ſe de Comitatu pro parte ſibi contingente alienarunt. Et quecunque aliqui homines de Comitatu ipſorum alienaverunt ſicut ordinatum fuit ab Imperatore Federico predeceſſore noſtro in Roncalia. In omnibus autem rebus, & poſſeſſionibus, & diſtrictu infra nominatis, & ſpecialiter e predictis ſuis fratribus, & Comitiſſa Tabernaria, datis, & conceſſis, & in omnibus aliis, que habet, vel habuit, de conſilio noſtrorum Principum, ſpeciali largitate, & prerogativa, omnia regalia, & iura, & omnem iuriſdictionem, quam habemus, vel ad nos, & ad Imperium noſtrum ſpectat, concedimus, & confirmamus pro parte ſibi contingente, quorum nomina ſunt hec: Certaldum cum pertinentiis ſuis, & hominibus, & curia, & diſtrictu. Pogna, & Fondegnano cum hominibus, curiis, & pertinentiis ſuis, & diſtrictu. Quarantula cum eius curia, & hominibus, & diſtrictu. Montecalliari, Dagole, & Ripamurrari, & Salivolpi, cum eorum curiis, diſtrictu, hominibus, & ſuis pertinentiis. Hec omnia, & ſpecialiter alia omnia ſibi ex predicta conceſſione, & datione a Comitiſſa Tabernaria, & fratribus ſuis, data cum omnibus aliis a quondam Comite Alberto, vel ab aliis nomine ſuo poſſeſſis pro parte ſibi contingente, in aliis vero diviſis cum curtibus, diſtrictibus, & pertinentiis ſuis, in alpibus, vallibus, montibus, planitiis, molendinis, aquis, aquarum decurſibus, inſulis fluminum, ripis, pedagiis, teloneis, mercatis, & mercatorum curaticiis, paſcuis, paludibus, ſaleetis, ſilvis, cultis, & incultis, diviſis & indiviſis. Confirmamus ei ſuisque legitimis heredibus uſuarias, & bonas conſuetudines, quas domus ſua ſolita eſt habere tam in Civitatibus, quam extra, in Caſtellis, villis, & diſtrictibus. Concedimus etiam ei & ſtatuimus, & ſuis legitimis heredibus, ut hec omnia predicta Imperiali auctoritate habeat, & abſolute poſſideat, cum aquarum portubus, & navigiis, omnium hominum petitione, moleſtatione, cauſatione, & contradictione in perpetuum penitus remota. Statuimus itaque, & Imperiali noſtra auctoritate firmiter iubemus, ut predictum Comitem Maghinardum, vel ſuos legitimos heredes, in hac noſtra conceſſione, ſeu datione, nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Poteſtas, Conſul, Civitas, vel Comune, Vniverſitas, vel Collegium, perſona humilis vel elta, ſecularis vel eccleſiaſtica, moleſtare preſumat. Quod qui fecerit in ultionem ſue temeritatis centum Marchiarum auri puri pro pena componat, medietatem Camere noſtre, & medietatem iniuriam paſſis. Ad cuius rei certam in poſterum evidentiam, preſentem paginam inde conſcribi, & noſtre Maieſtatis ſigillo iuſſimus communiri. Huius rei teſtes ſunt, Volfcherus Patriarcha Aquileg. Henricus Maurusnus Epiſcopus, & Vicarius Cur. Azo Marchio Eſtenſis, Henricus de Chalandin Mareſcalchus, Ezzelinus de Tervigio, Salingnerre de Ferraria, Nepuleon de Campilio, Comes Thidicius de Piſis, Comes Maghinardus de Ferriolo, Guazellinus Dapiter, Albertus Struzzius, Paſſaverra, Monacus, Presbiter Ruffinus, Iudices Curie, & alii quamplures.

Signum Domini Othonis IV. Romanorum Imperatoris Auguſtiſſimi.

Ego Conradus Spirenſis Epiſcopus Imperiali Aule Cancell. Vice Domin. Colonienſis Archiepiſcopi Italie Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCCX. Glorioſiſſimo Domino Othone Imperante. Anno Regni eius duodecimo, Imperii vero primo. Datum apud Fulgineum per manum Walterii Protonotarii, Indictione XIII.

Et ego Giunta filius quond. Brindi de Aſciano, Imperiali auctoritate Iudex & Notarius, autbenticum ſeu originale privilegium huius exempli, infraſcripto ſigillo ſigillatum vidi & legi, & in preſentia prudentis viri Domini Guilli Iudicis collateral. magnifici viri Domini Rainerii, Domini Zacharie, de Vrbeveteri Vicar. Ducal. Comunis Florentie mandantis, & auctorantis, una cum infraſcriptis Gino, & Bartolo Notariis, diligenter auſcultavi, & quia invicem concordabant, me cum ſolito ſigno ſubſcripſi.

Fffff Ego

Ego Gieus filios qoood. Ser Vermilii Not. de Paſſignauo Iod. ordiuarius, & Not. autbenticom ſeu origiuale privilegium huius exempli infraſcrito ſigillo ſigillatum vidi & legi, & preſentia prudentis viri Domini Guilielmi Iudicia Collat. magnifici viri D. Raineri, Dum. Zaccharie do Vrbeveteri, Vicar. Ducal. Communis Flor. mandantis, & authorantis, una cum dicto Iuncta, & infraſcripto Bartolo Notariis diligenter auſcultavi, & quia iuvicem concordabaut me cum ſolito ſigno ſubſcripſi.

Ego Bartolus olim Chelis de Barberino Imperiali aoctoritate Iud. ordinar. & Not. publicus, autbenticum, ſeu originale privilegium huius exempli ſigillatum ſigillo quodam peudenti cere non colorate filis ſericeis applicato, in quo ſculpta erat imago Imperatorie Maieſtatis ſedentis, & curonate cum quadam rotunda palla in mauu ſiniſtra, & ſceptro regali in mano dextra, & cum quibuſdam literis, que non beue legi poterant circum circa, vidi, & legi, & proue in ipſo inveui, ita hic de mandato, & authoritato Dom. Guglielmi Iud. & Aſs. Collat. dicti Dom. Rainerii preſentibus ſupradictis Not. teſtibus, & etiam preſente Domino Alberigo Iud. fil. quoud. Ser Pilhalarme Pacini, & Ser Boniuſegna Ser Mauetti, Not. de Flor. aliis teſtibus fideliter exemplando tranſcripſi, & in publicam formam redegi, omiſſa quadam dictione ſupra in linea XII. quia propter vetuſtatem beue legere uou potui ona cum ſupraſcripto

Ser Iuncta & Ser Gino Not. diligenter auſcultavi, & quia iovicem coucordabaut me cum debito ſigno ſubſcripſi ſub anno Domini ab Incarnatione eiuſdem MCCCXXVI. Indictioue X. die VII. menſis Decembris.

Diploma hoc *Othonis IV.* reſpicit plura, quae coutineotur in Diplomate *Friderici I.* quod ſuperius protulimus *pag.* 157. Comiti *Alberto* conceſſo. Comitiſſa autem *Tabernaria*, quae heic memoratur, & de qua ſuperius *pag.* 350. Comitis *Alberti* ſecunda oxor fuit, quom prima fuerit *Imilia*, filia Vicecomitis Summifontis, qui obiit anno MCLXV. qoum *Fridericum I.* ſequotus in eius Caſtris militaret, & Romam obſideret. Quare *Imilia* patria heres Summiſontis poſſeſſionem ad Comitem *Albertum* virum ſuum tranſtolit, ot auctor eſt *Pax a Certalda* in Hiſtoria de Bello Sommofontenſi alias laudata. Ex nominibus teſtiom, qui in hoc Diplomate memorantur, plura corrigenda ſuut io uominibus teſtum Diplomatis pariter *Othonis IV.* quud ſupra *pag.* 351. produximus. Hacc autem nomina maxime illuſtrantur ex Inſtrumeuto, quo petitur ut ſententia Iudicum Imperialium anno MCLXXXV. promulgata contra *Manentem* Comitem Sarteani, uſurpatorem bonorum Monaſterii de Vivo, exiccutioni mandetur. Huius Inſtrumenti initium ita habet: *Anno Dominice Incarnationis Milleſima ducenteſima decima, Indictione XIII. die Veneris IV. ante Kalendas Februarii, in Sena. Dapnus Petrus Prior de Monaſterio de Vivo, veniens ante preſentiam Domni Henrici Dei gratia Mantuani Epiſcopi, Domini Othonis Romanoram Imperatoris invictiſſimi Vicarii, & Alberti Struzii Cremonenſis, & Paſſaguerre de Mediolano, & Manaci de Villa de Medialano, & Ruffini de Placentia, Imperialis Curie Iudicum, petiit &c.* Quod quidem Inſtrumentum editum eſt a *Muratorio Tom. IV. Antiquit. Italic. pag.* 731. & a *Guidone Grandio in Epiſtola de Pandectis pag.* 226. *Ezzelinus de Tervigia*, videtur eſſe ille *Ezzelinus de Hunara*, cuios nomen occurrit in Diplomate *Friderici I.* ſuperius *pag.* 341. quique *Monacus* cognomento fuit, ac pater *Ezzelini a Romana* immanis Tyranni, quem genuit ex ſorore Comitis *Manganae*, qoam anno MCXC. circiter ſecundis nuptiis ſibi copulaverat, ot io eius vita *Petrus Gerardus* prodit. Hinc ea filia fuiſſe videatur *Alberti* Comitis, & ſoror huius Comitis *Maghinardi*. In citato Diplomate *Friderici I.* ſcriptum fuit *Ezzelinus de Huvare* per errorem, quum *de Hunare* ſcribendum eſſet. De *Alberto Struxio* Cremonenſi, quaedam habes ſupra *pag.* 382. & occurrit etiam inter teſtes alterius Diplomatis *Othonis IV.* a me editi in *Deliciis Eruditorum ad Chronicon Leonis Vrbevetani Par. II. pag.* 284. una cum pluribus aliis teſtibus noſtri Inſtrumenti. Nam ibi legitur: *Huius rei teſtes ſunt: Wolfgherus Patriarcha Aquilegiae. Ildebrandus Vulterranus Epiſcopus. Henricus Mantuanus Epiſcopus Vicarius Curiae. Comes Ildibrandinus. D.baldus* (lege *Bertoldus*) *Dux Spoleti. Ezzelinus de Trevisio. Everardus de Lutra. Albertus Struzius. Moaasbus, Paſſaguerra, Rofinus Pretbiter, Iudices Curiae, & alii quamplures.* Et heic obiter obſervandum, *Henricum* Epiſcopum Mantuanum fuiſſe anno MCCX. Imperialem in Italia Vicarium. Comes *Tbedicius de Piſis* materiam ſcribendi mihi ſuppeditavit ſupra *pag.* 382. Archiepiſcopi Colonienſis nomen reponendum eſt *Theodoricus*, ut conſtat ſuperius *pag.* 353. & ex citato *Othonis*

ais Diplomate in *Delic. Erudit.* Quoniam autem ſuperius *pag.* 375. 386. 387. 388. 389. Comitis *Macarii* mentio facta eſt, ſciendum eſt, hunc anno MCCLXXVIII. Comitem Sancti Miniatis fuiſſe, ut ex inſequentibus Diplomatis apud *Vghellium* in *Archiepiſcopis Piſanis* elucet.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis, Federicus, divina favente clementia, Romanorum Imperator Aoguſtus. Ad eterni regni meritom, & temporalis Imperii proſperiorem decurſom proficere credimus, ſi Chriſti Eccleſiis per noſtre aoctoritatis clementiam benefacere ſtudeamus, iura ipſarum confirmando, & bona earom ab iniuriis violentorum defenſando. Noverit igitur fidelium Imperii noſtri preſens etas, & futura, qualiter nos inducti monitis, & petitionibus venerabilium fratrum noſtrorum Canonicorum Sancte Marie Maioris Piſane Eccleſie, & precipue interventu honorabilis viri Villani eiuſdem Eccleſie Archipresbyteri, ac dilecti Capellani noſtri Gotefredi Viterbien. eiusdem Piſane Eccleſie Canonici, tradimus, concedimus, & confirmamus, predicte Piſane M. Eccleſie Canonicis in perpetuum dominium, & proprietatem, atque poſſeſſionem ſylvam Tumuli Piſani a faucibus veteris Serchi uſque ad flumen Arni, & a foſſa Cuccii uſque ad mare, ſicuti eadem foſſa in directum reſpicit verſus fluvium Auxeris. Item concedimus, & confirmamus Imperiali aoctoritate tertias Piſcariu de Stagno, videlicet ut nulli alii perſone eccleſ. vel ſeculari, vel laice, in aqua de Stagno cum lintribus, & navibus liceat piſcari, niſi Canonicis Sancte Dei Genitricis Marie Maioris Eccleſie Piſane tam preſentibus, quam futuris, vel aliis pro eis conſenſu, & voluntate ſue conceſſionis. Ad hec concedimus eis, & Imperiali auctoritate confirmamus, omnia, que iuſte, & legaliter poſſideot, ideſt predia, decimas, domos, & familias, & guaringas omoes, que eorom prediis adherent, & omnioo omnia, que iuſte, vel iuſtis modis, canonice, & legaliter acquiſiverint, vel in futurom acquirent. Inſoper largimur, & confirmamus prefatis Canonicis centum ſolidos de ripa, & rubum de tota Civitate Piſana, ut nemo ſine ipſorum permiſſione preſumat appendere, vel librare. Curtem quoque de Papplana cum omnibus pertinentiis ſuis in perpetuom dominium, & proprietatem, atque poſſeſſionem eiſdem Canonicis concedimus, & confirmamus, quemadmodum eamdem Curtem a Rogerio Piſano Archiepiſcopo per publicum Inſtrumentom ipſis Canonicis in perpetuum, & irrevocabiliter cognovimus eſſe donatam, traditam, atque conceſſam, & ſi quid poſt ipſius Archiepiſcopi donationem, vel poſt hanc noſtram confirmationem, Canonici in eadem Curte acquiſieruot, vel acquirere potuerunt, quiete, & libere poſſideant, & cum ipſa Curte per eamdem aoctoritatis confirmationem, & banni noſtri tuitionem, teneant, & poſſideant, & plena Iuriſdictione ad uſum ſuum nullo unquam contradicente, vel impediente, diſponant. Ipſos & Sancte Piſane Eccleſie ſupradictos Canonicos ſub noſtra tutela, ac defenſione recipimus, ita videlicet, ut nullus Archiepiſcopus, nullus Epiſcopus, nec Dux, Marchio, vel Comes, nec Vicecomes, nec Conſules, nec Cbeoptani, nec aliqui officiales Civitatis, nec Miſſi, nec Curatores, nec aliqua magna, vel parva perſona audeat Ipſos Canonicos, vel clauſtrum eorum, vel domus, aut res, vel familias, vel aliquam ipſorum poſſeſſionem infra, vel extra Civitatem inquietare, moleſtare, vel fatigare, preſumat; nec aliquam exactionem in bonis eorum facere, vel datium tollere audeat, nec ulla ſecularis perſona contra Regalium legum ſanctionem poteſtatem habeat eos iudicare, nec ad placitum, nec ad caſum forenſem habere tenter eos, vel appellare; ſed ſecure abſque omni perturbatione divinis poſſint vacare ſervitiis, & pro ſtatu Imperii protectorem Regnorum noſtrorum propenſius exorare. Preterea ſtatuimus, ut ſupradicti Canonici nulla unquam preſcriptione iura ſua perdant, nec poſſeſſiones ſuas amittant. Si quis autem temeraria preſumptione huiuſmodi precepti decretum infringere attentaverit, noſtreque conſtitutionis violator extiterit, ſciat ſe noſtram offenſam incurſurum, & banni noſtri penam compoſiturum, ſcilicet centum libras auri optimi, medietatem Camere noſtre, & medietatem ipſis Canonicis, qui pro tempore ibi fuerint, quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius obſervetur, preſentem paginam conſcribi, & Maieſtatis noſtre ſigillo iuſſimus communiri: teſtes huius rei ſunt, Otho Bambergenſis electus, Willelmus Marchio Montis Ferrati, Henricus Werzio Marchio de Waſto, Moruel Malaſpina Marchio, Gerardus Marchio de Gaviu, Willelmus Marchio de Palot, Macarius Comes Sancti Miniatis, Franco filius eius, Comes Ildebrandinus de Maritimis, Comes Gerardus de Piſis, Hermannus Paganellus, & nepos eius Paganellus, Wido de Monte Magno, & filii eius Ingheramus, & Paganelius; Wido de Sancto Nazario, Ranuccius Saſſo de Cedem, Ranuccinus de Gumula, & alii quam plures.

Signum D. Federici ✠ Romanorum Imperatoris inuictiſſimi.

Ego Gutefridus Imperialis Aule Cancel-

cellarius vice Philippi Colonien. Archiepiſcupi, & Italie Archicancell. recognovi.

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXXVIII. Indictione XI. Reg. Domino Federico Romao. Imperatore glorioſiſſimo, anno regni eius XXVI. Imperii autem eius XXIV. Dat. in Palatio Archiepiſcopali in Civitate Piſa tertio Kalendas Februarii feliciter in Chriſti nomine, amen.

Ad hoc Diploma quaedam obſervanda ſunt. Et primum nominatur in eo oetus *Serclus*, & diſtinguitur a flumine *Auxeris*; ſicuti fit in Inſtrumento anni MCXLVII. apud *Guidonem Grandiam* in *Epiſtola de Pandectis pag.* 593. *& ſeq.* apud quem vide plura de hac fluminum diſtinctione. Ceterum *Serclus* eſt nomen *Auſeris* corruptum ac mutilum; *Aeſer*, *Auſerculus*, *Serculus*, *Serclus*, ut iam in meo *Hodaeporica pag.* 73. adnotavi. Obſervandum quoque *Macarii* Comitis filium fuiſſe *Francaram*; Comitem vero *Ildebrandinum de Maritimis*, eſſe videri illum, quo de egimus ſuperius, *pag.* 350. 390. & eſſe potuit Comes S. Florae, vel Pitiliani, apud quos hoc nomen increbuit, ut videre eſt apud *Murator. Tom. I. Antiq. Medii Aevi pag.* 392. 395. 613. 615. & apud *Wadingum Tom. V. pag.* 50. *Annalium Minorum edit. Rom.* ubi *Nicolaus III.* Papa anno MCCLXXVIII. ſcribit *Aldobrandinae* Comiti S. Florae, & *Aldobrandineo* Pitiliani Comiti Tuſciae Palatino, iiſque iura Eccleſiae Groſſetanae commendat. Item apud me exſtat Inſtrumentum anno MCCLXXXVI. exaratum, in quo *Ildebrandinus* S. Florae Comes memoratur. Videndus & *Mannius Tom. XVII. De Sigillis pag.* 128. *Peccius* in *Chronologia Epiſcoporum Senenſium* in *Epiſcapo Raineria*, & laudatus *Muratorius Tom. V.* citati operis *pag.* 757. Hic pariter Comes *Ildebrandinus* eſſe poteſt ille, de quo in Monumentis quibuſdam Archivi Eccleſiae Senenſis ſcripsum eſt: *Anno Domini MCLXXV. Comes Ildibrandinus a Senenſibus captus eſt*. *Gerardus* autem ille Marchio de Gavio, & *Wido* de S. Nazario, occurrunt etiam teſtes in Diplomate eiuſdem *Friderici*, quod ſupra *pag.* 375. legitur, niſi quod illic pro *Gerardo* nomen *Ioannes* habetur. *Henricus* autem ille *Werzius* cognomento, ſeu *Guercius*, Marchio de Vaſto, eſt *Henricus I.* Marchio Savonae, qui fuit dictus etiam *Carrettus*, vel de *Carretta*, a quo poſteri *de Carretto* nuncupati ſunt, ut videre eſt apud *Ioannem Bricheriam Columbum* in *Tabulis Genealogicis Gentis Carrettenſis*, *Tabula II.* Horum teſtium plerique occurrunt etiam in ſequenti Diplomate.

In

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Fridericus, divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si venerabilium petitiones perſonarum circa augendas Eccleſiarum commoditates clementer admittamus, credimus nobis apud Regem Regum ad eterni regni meritum, & temporalis Imperii proſperiorem decurſum proficere, & eos, quos effectibus ſuarum honoramus petitionum, non dubitamus nobis, & Imperio fideliores de cetero, ac magis devotos exiſtere. Eapropter omnibus Chriſti, & Imperii noſtri fidelibus tam futuris, quam preſentibus, notum eſſe volumus, qualiter nos ob anime noſtre ſalutem, & propter dilecti, ac fidelis noſtri Vbaldi Piſane Eccleſie venerabilis Archiepiſcopi petitionem, ipſi iam dicto Archiepiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum Imperiali noſtra munificentia dedimus, & in feudo, & beneficio conceſſimus, & pragmatica ſanctione eis confirmamus, & inconvulſa ſtabilitate eis permanere decernimus, omnia bona illa, & poſſeſſiones, & iura, que dilectus Patruus, & predeceſſor noſter pie memorie Rex Conradus eiuſdem Eccleſie Archiepiſcopo Balduino, ac ipſius ſucceſſoribus dignoſcitur tradidiſſe, conceſſiſſe, & confirmaſſe. Nec enim credimus Imperio diminutionem inferre, cum Imperii Eccleſias donis noſtris augere ſtudemus, & exaltare. Ex his autem quedam propriis ſuis exprimere vocabulis dignum duximus, ſcilicet Curtem de Avane cum bovario, & inmorlo, & omnibus ſuis pertinentiis; terras in palude Piſana iuxta Burras poſitas. Item unam petiam de terra, pratum in prefata palude prope campum de Arſule poſitam, que coheret ab uno capite terre Monaſterii Sancti Viti, ab altero fluvio Auſeris: latus unum extenditur in paludem, alterum latus in Ducaria, que dicitur Cola, ſicut ipſa Ducaria defluit verſus prefatum fluvium Auſeris. Curtem de Blentina cum omnibus terris, & rebus ad Curtem ipſam pertinentibus; placitum, & fodrum de Buiti; placitum, & fodrum de Vico Auſuriſſole; placitum, & fodrum de Sylva longa; Gunfum vetus, & novum; placitum, & fodrum, & albergariam de Pugnana, & Valtriana; placitum, & fodrum de Vada, & Raſſinnano; & omnes res, & terras in ſupradictis curiis Marchie pertinentes; paludem totam de Mortaiolo, & tertiam in Stagno poſitam, feudum ſpectatorium, qui morantur in Burgo Sancti Pauli in Chintica, preſas Caſſiaulenſium, & illorum de Ripule in campo Lepoiano poſitas. Predictas igitur Curtes cum omnibus ſuis pertinentiis, & omnibus terris, vineis, montibus, & planis, cultis, & incultis, ſylvis buſcatiis, ſtirpa-

tis,

tis, pratis, palodibus, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcariis factis & faciendis, ſalinis, molendinis, in iam dictis Curtibus, & prenominatis locis, & eorum finibus, Regio, ſeu Imperatorio iuri pertinentibus, prefato dilecto, ac fideli noſtro Vbaldo Piſane Sedis venerabili Archiepiſcopo, & ſuis in perpetuum ſucceſſoribus conceſſimus, tradidimus, & confirmavimus. Confirmamus etiam noſtra auctoritate contractum habitum inter Piſanum Archiepiſcopum Vbertum, & Abbatem de Morrona, ſcilicet de Morrona, & Wiario, & eorum pertinentiis. Preterea irritum decernimus feodum de Livurna conceſſum irrationabiliter Marchionibus. Decernimus etiam, ut de his omnibus nulli perſone eccleſiaſtice, vel ſeculari feudi nomine, vel alio aliquo titulo liceat aliquid ab Eccleſia alienari. Quod ſi factum fuerit, irritum habeatur. Preterea donamus, & concedimus prefato Archiepiſcopo Vbaldo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum tributum, quod Ripaticum vocatur, & ab omni parte Piſane Civitatis debetur; atque ſtatuimus, ut a quibuſcumque petitur, & exigitur, ab eo, ſuiſque ſucceſſoribus, ad partem Piſane Eccleſie petatur & exigatur. Concedimus etiam, & confirmamus eidem Archiepiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus, donationem, quam fecit Berta Patrionis, ſalva in omnibus pretaxatis Imperiali iuſtitia. Si quis igitur Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Conſul, Commune, vel aliqua perſona eccleſiaſtica, vel ſecularis, contra hanc noſtre conſtitutionis & donationis paginam, aliquatenus venire preſumpſerit, centum libras auri puriſſimi, medietatem Camere noſtre, & medietatem Archiepiſcopo Piſano, qui ibidem pro tempore fuerit, componat. Vt autem hec noſtris, & futuris temporibus rata ſemper, & inconvulſa Piſane Eccleſie Archiepiſcopis permaneant, preſentis privilegii paginam fecimus inde ſcribi, & aurea noſtre Maieſtatis bulla inſigniri. Aliquos etiam de teſtibus, qui aderant, iuſſimus adnotari, qui ſunt Laufrancus Epiſcopus de Broniano, Rodulphus Notarius, Magiſter Metellus, Vvillelmus Marchio Montis Ferrati, Henricus Vvertio Marchio de Vvaſto, Munruelius Marchio Malaſpina, Vvillelmus Marchio de Paloth, Comes Macharius de Sancto Miniate, & filius eius Franchus, Comes Fredericus de Amberch, Burchardus iunior Prefectus de Megeburch, Federicus de Anvort, Vvido de Sancto Nazario, Petrus Epiſcopus Papienſis, & alii quamplures

Signum D. Friderici ✠ Romanorum Imperatoris inviciſſimi,

Ego Goteſridus Sacri Imperii Cancellarius vice Domini Philippi Colonienſis Archiepiſcupi, & Italici Regni Archicancellarii, recognovi.

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXXVIII. Indict. XI. & regnante D. Friderico Romanorum Imperatore Auguſto, anno regni eius XXVII. Imperii vero XXIV. Datum apud Papiam VII. Id. Martii feliciter in Chriſti nomine, amen.

Vides hic inter teſtes nonnullos, qui teſtes pariter ſuperiori Diplomati interfuere. Ad *pag.* 355. obſervandum *Raginaldi* Ducis Spoleti mentionem haberi etiam in Diplomate anni MCCXXVI. quod edidi *Tom. III. Delitiarum pag.* 254. & in alio Diplomate anni MCCXXI. apud *Muratorium Tom. I.* laudati operis *pag.* 391. Ad *pag.* 359. adnotandum fuerat, Presbyterum *Henricum*, & *Detavvivam* Canonicum de Sancto Miniate, compromiſiſſe ſuas lites de certa pecunia, quam dictus *Henricus* ab Abbatiſſa Monaſterii S. Mariae Mantiniani habuiſſe debuit, VIII. Idus Septembris, anno MCCXXXIII. in Comitatu Arretino per Inſtrumentum conditum ab *Guilielmo* Iudice, quod adſervatur in Archivo Parthenonis *S. Apolloniae* Florentiae. Ad *pag.* 359. ubi de *Pandulfo Faſianella* agitur notandum eſt, hunc tamdem adverſus Imperatorem rebellaſſe; quare *Fridericus II. Lib. V. Epiſtol. Petri de Vineis Cap. XXVII.* ſcribit: *A Pandulfo de Faſanellis proditore noſtro, olim in Tuſcia, de mandato noſtro, Vicario generali &c.* quod magis ex alia Epiſtola inferius producenda elucebit. Quum vero anno MCCXL. Tuſciae Ducem *Fridericum* Antiochiae Regem adſignaverimus, ſciendum eſt, hunc non tantum Etruriae Ducem generalem, quam Praeſidem Florentiae ſpecialem fuiſſe, ut conſtat ex inſequenti *Friderici* Imperatoris Epiſtola ad Florentinos ſcripta, quae in *Epiſtolis Petri de Vineis Lib. III. Cap. IX.* habetur: *Speciali quadam, inter tot & tanta negotiorum genera, quibus pectori noſtro continuae materia cogitationis infunditur, ſolicita meditatione penſamus, qualiter ſopitis quibuslibet inter vos praeteritae diſſenſionis erroribus, pax & iuſtitia in vobis nova, quodammodo plantatione ſuccreſcat: qualiter etiam voluntatis veſtrae tam promta devotio, quae quicquid ſibi litigii ſiniſtrae dudum cauſam ſuperſtitionis adduxerat, iuditio noſtrae proviſionis expoſuit, & in libra Caeſareae definitionis appendit, in gratiae noſtrae gremio pocula favoris inveniat, & familiaris aſpectus noſtri ſingulari privilegio potiatur. Ecce igitur, dilectum filium noſtrum Fridericum de Antiochia, ad civitatis veſtrae regimen, cuius inter omnes civitates Italiae attenta (nos cura ſollicitat) & gratiae noſtrae ſibi plenitudinem ſpecialius acqui-*

acquiſivit, diligenti conſideratione praehabita, providimus deſtinandum. Ex quo manifeſtis profecto patet indiciis, & probabilibus oſtenditur argumentis, quantae vos Imperialis auctoritas dilectionis ſingularitate proſpiciat, & quam ſinceriori ſpecialitate favoris ſtatum veſtrum pacificum amplectatur. Igitur dum humanitatis noſtrae clementiam per evidentiora ſigna videntibus oſtendi non poſſe videamus lucidius, quam ſi filium noſtrum ad vos tanquam imaginarium noſtrae praeſentiae deſtinemus: fuit haec ſiquidem ſalubris & tanta proviſio, ut dum os de oſſibus, & caro de carne noſtra tranſmittitur, perſona noſtra per eum inter vos familiariter praeſentata, ſic civitatis veſtrae regimini praeſit, ut proſit: vos in bono ſtatu protegat, & tranquillo conſervet, & iuſtitiae copiam, quam ſingulis propinari praecepimus, petentibus ſubminiſtret: & fideles noſtri devotae Florentiae, tam grati rectoris oculis reflореat novitate. Quem non ſolum poteſtate, quam ceteris officialibus Imperialis impartitur auctoritas, volumus eſſe contentum: ſed ut in facinoroſos & inſigniter ſeu contumaciter ſe gerentes, liberius animadvertere valeat, ſibi concedimus vices noſtras. Vos igitur purae fidei & ſincerae devotionis alumni, praeſentibus noſtrae Serenitatis apicibus animati, quos irrequiſitos libenter id facere pro certo confidimus, patris in filio praeſentiam figurantes, ipſum quaſi familiaris dilectionis eximium pignus, libenter & devote ſuſcipite: & ſibi, velut in quem transfundimus noſtrae plenitudinem poteſtatis, in omnibus tanquam perſonae noſtrae promtis affectibus, & hilariter obedite, & ut devotionis veſtrae conſtantiam, liberalitatis Auguſtae proviſio, quae ſervitia novit remunerare fidelium, dignis proinde commendativis laudibus proſequatur: pro firmo ſcituri, quod obedientiae ſigna, quae ſibi devotio veſtra monſtraverit, aequo favore gratiae proſequemur, ac ſi perſonae noſtrae perſonaliter monſtraretis. Et ſi forte, quod omnino non credimus, contra eum quiſquam indevotionis calcaneum elevaret, transgreſſores huiuſmodi acerbiori iudicio proſequemur, quam ſi etiam in perſonam noſtram haec alicuius vel aliquorum temeritas attentaret. Quaedam vero de hoc *Friderico* in iiſdem Epiſtolis obſervavi memoratu digniſſima. Scilicet *Lib. III. Cap. XLIX.* ſcribit Imperator: *Gratum gerimus & acceptum & veſtrae devotionis ſtudium favorabiliter commendamus, quod ſicut ex inſinuatione Friderici de Antiochia Sacri Imperii in Tuſcia, & ab Amelia uſque Cornetum & per totam Maritimam Vicarii Generalis, cariſſimi Filii noſtri, noſtra nuper Serenitas intellexit &c.* Et *Cap. LXXXII.* ſcribit Aretinis: *Fidelitatem veſtram, quam ſemper invenimus ad beneplacita noſtra paratam, hortamur attentius & mandamus, quatenus ad requiſitionem Friderici de Antiochia, Sacri Imperii in Tuſcia Vicarii Generalis, dilecti Filii noſtri, ſic in equorum & armorum apparatu continuo perſiſtatis &c. Cap. LXXXVI. Fridericus* Epiſtolam dat anno MCCXLVII, menſe Auguſto, in qua narrat ſe Parmam corona cinxiſſe, praecipitque ut *ad requiſitionem Friderici de Antiochia Comitis Albae, & Sacri Imperii in Tuſcia Vicarii Generalis*, ſuppetias mittant. Hinc cognoſcitur, eum ad aliquam Tuſciae civitatem ſcribere; & anno praedicto *Fridericum* de Antiochia adhuc in Etruria Vicarium egiſſe, quare tunc iam ſeptimus eius Praefecturae annus vertiſſet, ſi vera tradidi in mea Synopſi Chronologica, qui eius initium anno MCCXL. conſignavi, adlegato Inſtrumento, quod mihi deinde intercidit, nec amplius reperire datum eſt; ſed *Iugurtha Thomaſius* in *Hiſtoria Senenſi Libro IV.* pariter prodit, Imperatorem eo anno cum filio Antiochiae Rege Senam profectum fuiſſe. *Pandolfus Collenuccius* vero ſcribit, *Fridericum ab Antiochia* anno demum MCCXLVI. Praetorem Florentiae conſtitutum fuiſſe; ſed niſi Praetor Florentiae ſexennio poſtquam Vicarius Tuſciae erat, creatus eſt, huius muneris initium ad annum MCCXL. revocandum eſt; & tunc Epiſtola *Friderici* Auguſti ad Florentinos ſcripta fortaſſe fuerit. Vereor tamen ne quum iam *Fridericus Antiochenſis* Vicarius eſſet, anno tandem MCCXLVI. vere Poteſtas Florentinorum Gibellinorum conſtitutus fuerit ex iis, quae habet *Scipio Admiratus* ad hunc annum, ex quo tamen elucet conſuetas annuas Poteſtates Florentiae fuiſſe etiam iis annis, quibus *Fridericus* Antiochenſis Poteſtas eſſe debuit; quod ſcilicet a Guelphis, qui Vrbem tenebant ac praevalebant, acceptus & admiſſus non fuerit. Ceterum Poteſtates quaſdam Florentiae ab Imperatoribus aliquando conſtitutas fuiſſe, liquet etiam ex actis & Hiſtoria Poterinorum Florentinorum, in quibus legitur *Pax Peſannola* Bergomenſis Florentiae Poteſtas Imperatoris auctoritate eo Magiſtratu circa haec eadem tempora functus fuiſſe. Verum id amplius exſtat ex Epiſtula *Friderici II.* ad Toſciae Capitaneum, Vicarium, quae *Libro V. Epiſt. Cap. LXXXI.* habetur, atque inſequens eſt. *Cauſam appellationis, ad nos interiectae per B. & S. de Florentia, fideles noſtros, a ſententia condemnationis lata contra eos, in quadam pecuniae quantitate, per Thomam de Lira Poteſtatem civitatis eiuſdem, ab accuſatione ſeu denunciatione facta contra eos, ab F. & G. fratribus, vel eorum altero, devotioni tuae duximus committendam: fidelitati tuae mandantes, quatenus ſententiae condemnationis eiuſdem & proceſſus tenore dili-* gen-

Digitized by Google

genter inſpecto, toram te etiam convocatis, qui de iare fuerint evocandi, ſi caaſa ipſa iadiciario ordine cognita eſt, & ſententialiter terminata, ad confirmationem vel infirmatianem eiuſdem ſententiae candemnatianis procedas, praut de iure fuerit: revocaturus in irritum & quicquid poſt appellationem ipſam inveneris contra iuſtitiam attentatum. Huius Poteſtatis *Thomae de Lyra* nulla mentio apud Florentinos Scriptores uccurrit; & ad Florentiae Poteſtatem ſcripta pariter ſequens Epiſtola videtur, quae *Cap. LXXXIX.* eſt. *Accedens nuper ad Maieſtatis noſtrae praeſentiam Petrus de N. civis Florentinus, fidelis noſter, nobis expoſuit cum querela: quod cum dudum a ſententiis ſea condemnationibus, per vos ſeu inquiſitores veſtros, qui inter vos Tritatores vulgariter nuncupantur, latis & factis contra eum olim, per Poteſtatem veſtrum, in quadam pecuniae quantitate, ad noſtram audientiam appellarit: vos eidem appellationi, ſicut dicit, minime deferentes, fideiuſſores ſuos ad ſolvendam quamdam pecuniae quantitatem, contra iuſtitiam compuliſtis, in ipſius grave praeiudicium, & damnum etiam manifeſtum. Qui tum noſtrae Celſitudini humiliter ſupplicarit, ut ſuper praemiſſis dignaremur ſecundam iuſtitiam providere: nos, quantumcunque vobis in veſtra iuſtitia favorem conferre velimus, a iuſtitia tamen diſcedere non valentes, ipſius P. ſupplicationibus benignius inclinati, fidelitati tuae praecipiendo mandamus: quatenus, ſi eſt ita, quicquid poſt appellationem ipſam, ſic interiectam, ad nos per eundem P. vel ſuos fideiuſſores per vos attentatum eſt, in ſtatum priſtinum revocantes, ſine difficultate quolibet pecuniam ipſam, adiectis fideiuſſoribus ſuis extortam, reſtitutis eidem: ita, quod pro hic ulterius clamor ipſius P. iaſte noſtra culmini non feratur. Nam pro utriuſque partis commoditate, nec non praeſentibus & conſentientibus Nuntiis veſtris, in Curia noſtra noveritis tauſam appellationis eandem fore commiſſam, per noſtram Excellentiam P. de N. cognoſcendam, per eum & ſine debito terminandam.* Sed ut ad *Fridericum* Tuſciae Vicarium redeamus *Lib. V. Epiſt. Cap. LXXI.* ei *Fridericus* Auguſtus praecipit, ut Caſtrum Montis Flaſconis *Ioanni* cuidam Capitaneo & Caſtellano eiuſdem Caſtri a ſe electo aſſignet. Eidem *Friderico Antiochenſi* videtur ſcripta Epiſtola *Cap. LXXX.* exarata enim eſt Capitaneo ſeu Vicario, qui *Pandulpho de Phaſanella* ſucceſſit. Illa ita habet: *Dudum per literas noſtras iudici Gindaleto de Perato* (videtur legendum *Gnidalotta de Prato*) *noſtro Vicario Sancti Miniati, fideli noſtro, recolimus mandaviſſe: at quia dicebatur, quod B. de N. nunc Caſtellanus Sancti Miniati, ab hominibus eiuſdem Caſtri Sancti Miniati & ſibi coniunctis, de mandato Pandulphi de Faſanella, tunc Capitanei noſtri in Thuſcia, nunc proditoris noſtri, quamdam pecuniae ſummam & pignora quaedam abſtulerat, eum de perſona caperet, & cum diligentia caſtodiret: at deinde per praedictos homines, ſuper praemiſſis inquiſitionem faceret diligentem, & factam ad noſtram Curiam deſtinaret. Qui, tamquam mandati noſtri diligens executor, & ipſum B. cepit, & de praedictis inquiſitionem fecit, iuxta traditam ſibi formam, & factam ad noſtram Curiam deſtinavit. Verum quia, licet probatum extiterit, & in inquiſitione appareat per eundem, praedictum B. quandam pecuniae ſummam & quaedam pignora recepiſſe (quod idem B. etiam confitetur) de quibus paratum ſe offert Curiae noſtrae reddere rationem, quia tamen per eam, quod nulla fraus vel dolus ſuper his intervenerit, invenitur, nec probatur aliquid aliud contra ipſum, quod ulterius debeat ſqualore noſtri carceris macerari: nec ſicut innoxios iniuſte punire volumus, ſic nec volumus impunes relinquere delinquentes: A. & R. filios eiuſdem B. Curia noſtra recepit, pro parte ipſius idoneum fideiuſſoriam cautionem, quod idem B. in Curia noſtra compareat iuri pariturus, & de officiis, quae dudum in partibus Thuſciae per Curiam noſtram exercuit, pecunia & pignoribus, quae recepit, perfectam debeat ponere rationem, quam debita ſatisfactio ſubſequatur: fidelitati tuae praecipiendo mandamus, quatenus ipſum a vinculis facias liberari: bonis ſuis, quae ſibi ablata fuerunt tempore captionis eiuſdem, integre reſtitutis: citaturus eundem, ut 20. die poſt citationem tuam, in noſtra praeſentia ſe debeat praeſentare, redditurum de praedictis omnibus rationem. Diem vero citationis eiuſdem, coram quibus, & quicquid inde feceris, per tuas literas harum ſeriem continentes, nobis reſcribere non poſtponas.* Ex hac Epiſtola elucet atque eminet, vera eſſe, quae ſuperius *pag.* 364. 365. affirmavi, Vicarium ſcilicet Imperialem Sancti Miniatis, fuiſſe particolarem Vicariom, qui in illo oppido & vicinia aliis locis, eorumque territoriu, ius diceret. Ex Epiſtola eiuſdem *Lib. V. Cap. XCIII.* intelligitur, ab *Friderico* Antiochenſi Vicario Capitaneus in Comitatu Arretii *T. de Colle* conſtitutus fuiſſe. *Cap. CXII. Fridericus* Antiochenſis ſententia lata ita iudicat atque condemnat. *In Dei nomine, amen. Nos Fridericus de Antiochia, accepta querimonia Bernhardi Blanchi de Monteſillis, qui accaſavit Concium filium Gualterii, & D. eius fratrem, qui interfecerant Dominum Iacobum, Abbatem Monaſterii Monteſillis, eorum dominum ſpiritualem: accuſando etiam eos de incendiis, guaſtis & damnis illatis & factis per eoſdem eidem: ipſos legitime citari fecimus peremptorie per Notarium R. de eodem loco*

loco pluribus vicibus, ſicut de citatione conſtat per Inſtrumenta publica, eiuſdem Notarii manu facta. Cumque praefati C. & D. non veniſſent, & diu ultra terminos eis datos fuerint expectati, conſiderata eorum inobedientia & contumacia, Imperiali auctoritate qua fungimur eos in perſonis & rebus exbanniendos duximus, ſi debinc ad decem dies, ad mandata noſtra non venerint evocati (cum de tam criminali exceſſu, coram nobis fuerint accuſati, & ſic contumaces extiterint ut eſt dictum) ita, ut quicunque eos a praedicta die in antea offenderit, habeatur impunis: & quod ipſorum bona ad opus Imperialis Curiae debeant annotari: ac quod nulla Communitas ſeu perſona eos audeat receptare, ſub poena eis noſtro arbitrio inferenda, donec in eorum contumacia perſeverant. Datum in &c. ſub anno &c. praeſentibus talibus &c. Imperante Domino Friderico, Dei gratia Romanorum Imperatore, Ieruſalem & Siciliae Rege &c. Hoc Monaſterium nonne potius de Monticellis dicendum veniat? Quod num vero eſſe poſſit, ignoro prorſus. *Cap. CXXV.* Imperator quoſdam commendat, *quod iuxta requiſitionem dilecti filii noſtri, Friderici de Antiochia, baliſtarios centum armipotentes ad Prati cuſtodiam veſtra devotio deſtinavit &c.* An autem *Friderico Antiochenſi Marinus de Ebulo* ſucceſſerit, mihi non liquet; quamquam compertum habeo, Capitaneum in Tuſciam ab *Friderico II.* miſſum fuiſſe, ut ex ſequentibus litteris, quae *Capite CXXVI.* habentur, patet: *Cum pro congregando felici exercitu, ad extremam depopulationem noſtrorum rebellium, tempore congruenti, eo videlicet, quo Reges ſolent ad bella procedere: ad partes Tuſciae, quae inter ceteras partes & membra Imperii, membrum nobile reputantur, Marinum de Ebulo, dilectum fidelem noſtrum, loco & vice noſtra, providerimus deſtinandum: univerſitatem veſtram monemus attente, firmiter praecipiendo mandantes: quatenus ſicut gratiam noſtram caram habetis, & nullo unquam tempore in oculis Maieſtatis noſtrae cupitis diſplicere, pro praeſtitis hactenus & acceptis ſervitiis, & pro his quae praeſtare vos expedit, in praeſenti magnifica praemia recepturi: praedictum Marinum fidelem noſtrum recipientes alacriter, ſicut decet, omnia ea quae idem M. ex parte noſtra praeceperit, tamquam ab ore noſtro prolata, indubitabiliter devotio veſtra credat & adimpleat cum effectu, ut pro inſtantibus ſervitiis, per vos culmini noſtro praeſtitis, & pro praeſtandis in antea, veſtrae devotionis ſinceritas imprimatur perpetuo viſceribus cordis noſtri.* At *Friderico II.* vita functo, quum magna mutatio in rebus Italicis, Imperio vacante, contigerit, nil mirum ſi & Sancti Miniatis oppidum, aliis potius quam Imperatori ſubeſſet, & obediret; nam anno MCCLVIII. Lucenſes iuſſerunt, ut Populi Ficicli, Vallis Arni, Vallis Neuroe, Vallis Limae, & Vallis Arianae, Communi Lucenſi libras MM. ſolverent, pro Arcis Sancti Miniatis, Sanctae Mariae ad Montem, Montis Calvoli, aliorumque locorum, cuſtodia, ut conſtat ex Inſtrumento apud *Ioſephum Altogradum* Lucenſem olim exiſtente, in quo ſubſcribunt Notarii, *Realis* Cancellarius Communis Lucae, & *Locus Bonivillani* de Buggiano, Imperio autem vacante nullum reperire eſt Vicarium Imperialem in Tuſcia, quum *Carolus* Neapoleos Rex Vicarius a Pontifice Maximo conſtitutus eſſet, qui alium Vicarium in Etruria ſubſtituebat; quare anno MCCLXXV. tempore magnifici viri Domini *Guidonis* Marchionis de Valiano Regii Vicarii Florentini lata eſt ſententia ſecundum relationem *Rodulfi del Palliere* in quaeſtione vertente inter *Chitum* & fratres filios q. *Gianni Ragugi* ex una parte; & *Lottum Ardinghi* Syndicum Populi Sanctorum Apoſtolorum ex alia; occaſione librae & factionum, quas dicebat dictus *Lottus* dictos fratres debere ſolvere in Populo SS. Apoſtolorum, quum dicti fratres dicerent debere ſolvere in Populo S. Trinitatis, ubi habitabant; prout ex Pergameno originali intellexi. Anno MCCLXXXIV. Vicarius Generalis Tuſciae fuit *Ioannis de Aveſnis* Hannoniae Comes, ut ex ſequenti Inſtrumento, quod Tomo I. *De vera Civitatis Florentinae libertate pag* 511. 512. exhibetur, elucet.

Rudolphus, Dei gratia, Romanorum Rex, ſemper Auguſtus. Vniverſis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliarum Eccleſiarum Praelatis, Principibus, Nobilibus, Comitibus, Civitatibus, Communitatibus, Vniverſitatibus, Oppidis, Caſtris & Villis & perſonis ſingularibus, quibuſcunque in partibus Tuſciae conſtitutis, gratiam ſuam & omne bonum. Commiſſiones, ſeu procurationes quaſcumque honorabili viro Rudolpho, Electo Salzburgenſis Eccleſiae, Imperialis Aulae Cancellario, in bonis, poſſeſſionibus, reditibus, proventibus, civitatibus, caſtris, munitionibus, iuriſdictionibus, nec non in aliis, in quibus mandatum requiritur ſpeciale, de terra Tuſciae per nos factis, in omnibus ſuis articulis expreſſius revocantes, ad notitiam veſtram cupimus pervenire: quod nos ſpectabilem virum Ioannem de Aveſnis, Comitem Haynoniae, fidelem & familiarem noſtrum dilectum, conſtituimus, facimus, & ordinamus, noſtrum & Romani Imperii in partibus Tuſciae Vicarium Generalem, & inſuper Procuratorem & Nuntium noſtrum ad exigendum, pe-

petendum, & recipiendum noſtro, & eiuſdem Imperii, nomine, fidelitatis, homagii, & ſervitii, nobis debiti, ſacramenta, a quibuſcumque perſonis, vel ſocis, nobis in eiſdem partibus Tuſciae eorum debeantur; & ad petenda & recipienda bona, poſſeſſiones, reditus, proventus, civitates, caſtra, munitiones, iuriſdictiones, & iura, quocumque nomine cenſeantur, in eiſdem partibus Tuſciae, pertinentia ad nos, & Imperium ſupradictum; & ad ordinandum & diſponendum de ipſis, quicquid ſibi videbitur expedire, & Iudices & Officiales conſtituendum in negotiis & cauſis quibuſcumque, ſicut nos ipſi eoſdem conſtituere poſſemus, ſi praeſentes eſſemus; & ad ſtatuendum, & tractandum, & faciendum in praedictis partibus Tuſciae omnia & ſingula, quae verus & legitimus Vicarius, Procurator, & Nuntius, plenum mandatum, & liberam adminiſtrandi poteſtatem, habens a nobis, facere poteſt, & debet, de conſuetudine, vel de iure, in illis etiam caſibus; in quibus mandatum requiritur ſpeciale. Sententias etiam, bona, poenas, & mulctas, tam in cauſis criminalibus, quam pecuniariis, & aliis quibuſcumque, quas idem, vel conſtituti ab eo Iudices, Officiales, vel Executores tulerint, impoſuerint, vel exegerint, ratas habebimus, & faciemus, Domino concedente, inviolabiliter obſervari. Damus praeterea praedicto Comiti plenam & liberam poteſtatem & ſpeciale mandatum, rebelles & indevotos, ſi quos (quod avertat Altiſſimus) in partibus Tuſciae repererit, qualiſcumque conditionis extiterint, privandi feudis, caſtris, terris, gratiis, libertatibus, diſtrictibus, privilegiis, iuribus, & iuriſdictionibus, quibuſcumque, quos, quas, vel quae iidem tenere ab Imperio dignoſcuntur. Nos quoque gratum, ratum, & acceptum habebimus, quicquid per dictum Vicarium, Procuratorem, & Nuntium, noſtrum, actum, & geſtum, ſtatutum, iudicatum, & ordinatum fuerit in praemiſſis, & circa praemiſſa, vel quaelibet praemiſſorum. In cuius rei teſtimonium praeſentes literas fieri, & pendenti Sigillo noſtrae Regiae Maieſtatis in evidens teſtimonium praecepimus communiri.

Datum Friburgi, Kal. Maii, Indictione XII. Anno Domini MCCLXXXIV. Regni vero noſtri anno XI.

Anno MCCLXXXVI. *Principalis Fliſcus* Vicarius in Tuſcia erat, ut ſcribit *Villanius Lib. VII. Cap. CXI.* ex quo tamen non liquet, eum in Sancto Miniate aliquando moratum eſſe. Anno autem MCCXCIV. *Ioannes de Celoria* Vicarius Tuſciae praefuit, auctore eodem *Villanio Lib. VIII. Cap. X.* Hoc eodem anno Sanminiatenſes finium regundorum cum Ficiclenſibus controverſiam habentes, eam, Legatis Florentinis iudicantibus, ſopierunt. Nam *Anſidorus* (Medicus hic erat, *Philippi* filius, ut ex Inſtrumento Archivi Ficiclenſis anno MCCLXXX. conſtat) Syndicus Communis Ficicli, nomine eiuſdem Communis, elegit & creavit nobiles & prudentes viros, Dominos *Gerardum Ventrariae F. Tornaquincium, Bettem Brunelleſchium, Pelam Gualdaccium, & Coſum Mancinum*, Cives Florentinos, & Communis Florentiae Legatos, iudices & arbitros in omnibus cauſis & controverſiis, quae inter Commune Ficicli, & Commune Sancti Miniatis, vertebantur, propter confinia & terminos ponendos & declarandos inter territoria praedictorum Communium, ut ipſi omnes huiuſmodi lites dirimerent. Id conſtat ex Inſtrumento ſcripto anno MCCLXXXXIV. quod in Archivo Ficiclenſi adſervatur, in quo ita legitur: *Acta ſunt hec omnia in via, ſeu ſtrata publica, prope viam, que dicitur via Petroris, & iuxta campum Filippi Federigi de Sancto Miniate, coram Alberto de Sancto Miniate, coram Ser Laſta Notario de Sancta Cruce, quondam Bagnoni, & Domino fratre Rubo Rectore Manſionis Sancti Iacobi de Altopaſſo, & Fratre Dato de Altopaſſo &c.* Illi igitur Florentini Legati, tamquam iudices & arbitri electi a Communi Ficicli, & ab Communi etiam Sancti Miniatis, id agente *Bindo Ramerii* F. eius Syndico, ad eorum fines regundos & determinandos adgreſſi ſunt. At priuſquam eorum iudicium & ſententiam referam, animadvertere iubet, *Bindum Ramerii* F. Syndicum a Communi Sancti Miniatis electum fuiſſe, quum Conſilium illius Communis congregatum eſſet *ſuper ponte damorem Plebis Sancte Marie dicte Terre &c. de mandato nobilis & potentis militis Domini Gualardi de Roccha de Luca*, qui erat Poteſtas, quum Dominus *Soſſus Guicciardinius*, Florentinus, Capitaneus Populi eſſet. Memorantur in hoc Inſtrumento *XII. Viri ſapientes, qui praeſunt factis Communis Sancti Miniatis;* & recenſentur etiam nomina Conſiliariorum. In Charta vero Syndicatus *Aeſidori* a Ficiclenſibus electi, ubi Conſiliarii nominatim enumerantur, inter alios *Vallieute Benvenuti*, & *Marcovaldus Guidalocti*, leguntur. Sententia autem & deciſio electorum Iudicum ea fuit, ut territorium Sancti Miniatis a Caſtro Sancti Miniatis Ficiclum verſus protendatur uſque ad viam, quae eſt in *Petrorio*, & quae vocatur *Via Petrarii;* quae via, a Meridie venientibus, a via aut foſſa *Cavane*,

& Septemtrionem verſus contendentibus, concurrit cum via publica, qua a Sancto Miniate verſus Ficiclum itur. Poſtea vero ſit recta confinium inter dicta territoria a dicta via, & loco, ubi dicte vie *Petroris* exit in dictam viem, recta verſus Septemtrionem, uſque ad flumen Arnum. Volunt autem, ut ponantur termini in locis opportunis dictae viae *Petrorii*, & in via *Cavane*, faciendo novam foſſem & viam in locis in ſententia indicatis, in qua etiam nominantur *Audium* ſeu *Aldiam Rivi de Bacula*, & *Audiem Ventignani*. *Acta ſunt hec omnia in via publica in Audie de Ventignano in confinie dictorum Communium in capite vie, per quam itur Ventignanum coram Domino Fratre Riccho Rectore Manſionis Sancti Iacobi de Altopaſſo, & Fratre Dato quondam Seraggi de Seraggio, & Fratre Iacobo quondam Nobilis, & Presbytero Iacobo de Melano, Fratribus dicte Manſionis, & Ser Laſta Notario de Sancta Cruce quondam Baugai, & Petruccio de Ficecchio filio Benſilioli &c.* Tabellio rogatus, ut ſcribat, eſt *Spella Iacobi Rapondi de Luca*; & membrana haec in Archivo Ficiclenſi adſervatur. Anno MCCXCVI. *Ioannes* Cabillonenſis Vicarii munere fungebatur, ut *Ceſinas de Areva* memoriae prodidit. Anno MCCXCVII. componuntur res inter Piſtorienſes, Piſcienſes, & Miniatenſes, ut in *Annalibus* MSS. *Barptolomaei Manzii* traditur; *Iacominus* vero *Vermilii* F. *Alfani* N. de *Alfanis* Florentinus quondam vendit Sanminiatenſibus, ut liquet ex ſequenti Inſtrumento, edito iam *Tomo VIII, Deliciarum eruditorum pag.* 268.

In nomine Domini, amen, &c. Anno Domini ab Incarnatione MCCIIIC. die nona Decembris, Indictione decima. Pateat omnibus viſuris hanc paginam evidenter, quod Iacominus quondam Vermigli Alfani de Alfanis de Florentia, de certa ſcientia, non per aliquem errorem iuris vel facti, volens ſe omni exceptione remota ad infraſcripta omnia, & ſingula, efficaciter obligare per ſe, & ſuos heredes, ſua ſpontanea voluntate vendidit, & titulo venditionis ceſſit, conceſſit, & mandavit Ser Guidoni Notario quondam Bonaventurae de Samminiato Syndico ipſius Communitatis Samminiatis ad hec ſpecialiter conſtituto, ut continetur pubblico documento prenutato manu Mei Notarii, recipienti, ſtipulanti pro ipſo Communi Samminiatis, & eius vice, & nomine, fructus, redditus, & proventus, ſeu obventiones, ſive uſusfructus, terrarum, & poſſeſſionum plagiarum, ſive culmatarum fluminis Arni Imperialium poſitarum in diſtrictu Samminiatis iuxta ipſum flumen, ex parte meridiei, ſeu citra ipſum flumen, in quibus idem Iacominus aſſerebat ſe iua habere a Domino Imperatore, ſive eius Nuntiis, ita quod Commune Samminiatis percipiat & percipere poſſit totum, & quidquid de ipſis plagis, ſive culmesis, conſuetum erat percipi, ſeu percipi potuit per Imperatorem Romanorum, ſive eius Nuntios; & in predictis exigendis, recolligendis, & percipiendis, idem Iacominus dedit, ceſſit, conceſſit, atque mandavit eidem Syndico recipienti, ut dictum eſt, omnia iura, & actiones, quae ſibi competunt, ſeu competere poſſunt, quacumque ratione, vel cauſa, ſeu & quacumque obligatione, conceſſione, datione, ſibi factis a Domino Imperatore, ſive eius Nuntio, vel Nuntiis; faciendo & conſtituendo dictum Syndicum recipientem, ut dictum eſt, & ipſum Commune Samminiatis, Dominum, & Procuratorem in rem ſuam, & ponendo eum in locum ſuum, dat & concedit eidem Syndico recipienti, & ſtipulanti, ut dictum eſt, . . . accipiendi poſſeſſionem, vel quaſi poſſeſſionem, omnium predictorum, & interim donec receperit conſtituit ſe pro dicto Communi in poſterum poſſidere, ſeu quaſi poſſidere. Quam venditionem, iurium ceſſionem, & conceſſionem, & omnia & ſingula ſupraſcripta, idem Iacominus ſolemni ſtipulatione promiſit, & convenit dicto Syndico recipienti, & ſtipulanti, ut ſuperius dictum eſt, perpetuo facere, & ratam habere, & tenere, & obſervare, & contra per ſe, vel alium, aliqua ratione vel cauſa, de iure vel de facto, non facere, vel venire, ſeu aliquid feciſſe in contrarium predictorum, ſeu propter quod iura predicta in aliquo minuantur, ſeu ledantur; ſed potius defendere, auctorizare, & disbrigare, ab Imperio Romano, & eius Nuntiis, & qualibet alia perſona petente, ſeu obtinente vices Imperii, ſeu que ſuccederet Imperio, infraſcripto modo videlicet. Si Dominus Imperator, vel eius Nuntius, ſeu Nuntii, ſeu alia perſona, quae obtineret, ſeu gereret vices Imperii, ſeu quae ſuccederet in Imperio, vel iuribus Imperii, de ipſis fructibus, obventionibus, ſeu redditibus, ſeu perceptione ipſorum, moveret Communi Samminiatis, ſeu ſingularibus perſonis ipſius Communis, litem, brigam, queſtionem, vel moleſtiam, in ſe ſuſcipiet; et ſi dictam brigam, litem, queſtionem, & moleſtiam in ſe non ſuſciperet idem Iacominus, ut dictum eſt, ſeu ſuccumberet, vel non defenderet, ſeu defendere non poſſet, quod eo caſu reddere, & reſtituere teneatur dicto Communi Samminiatis infraſcriptum pretium, & aliter del odere, vel ad pretii reſti-

ſtitutionem non tenetur, prout etiam ex poſito in preſenti contractu; quod ſi Imperator, vel Romanorum Rex preſens, vel futurus, vel habens ius ab eo, ſeu eius locum tenens, vellet fructuum, vel uſusfructuum, ſeu fructuum perceptionem habere, vel quando Dominus Iacominus reſtitueret pretium infraſcriptum in caſibus praedictis, ut dictum eſt, quod eo caſu Commune Samminiatis teneatur non uti, nec uti poſſit per ſe, vel alium, ulterius iuribus predictis, in exactione predictorum fructuum, ſeu reddituum predictorum, nec eis intelligatur ius aliquod acquiſitum eſſe in predictis, ſolvendo in caſu inhibitionis predicte ille, vel illi, qui dictos fructus, ſeu redditos, & proventus percipere vel habere vellent, dicto Communi Samminiatis mille ducentos Florenos aureos. Et ſi dictus Imperator, vel Romanorum Rex, vel eius Nuntius, ſeu qui iure Imperiali obtineret, reperteret, vel exigeret a Communi Samminiatis, ſive ſingularibus perſonis ipſius Communis, fructus, qui perciperentur, ſeu percipi poſſent, ab ea hora in antea, uſque quod reſtitueretur pretium ſupraſcriptum, quod in eo caſu idem Iacominus, ſeu eius heredes defendere, autorizare, & diſbrigare, teneantur Communi predicto, & ſingularibus perſonis ipſius Communis, fructus, redditos, vel proventos, per eos perceptos pro tempore ſupraſcripto, & totum, & quidquid eſſet ſolutum ſeu exactum de fructibus predictis integre reſarcire, cum refectione damni, & expenſarum. Item idem Iacominus per ſe, & ſuos heredes fecit dicto Syndico, recipienti pro ipſo Communi, & etiam recipienti pro ſingularibus perſonis ipſius Communis, quorum intereſt, vel intereſſe, ſeu interfuiſſe poſſit, finem, liberationem, tranſactionem, & pactum de ulterius non petendo, de fructibus, obventionibus, vel proventibus dictarum Plagiarum, vel Culmatarum Imperialium perceptis, vel habitis, quantumcumque per dictum Commune, vel ſingulares perſonas ipſius Communis, uſque ad hunc diem, in quibus ipſe Iacominus aliquod ius haberet, ſeu potuiſſet habere, & de omni, & toto eo, quod pro dictis fructibus, ſeu eorum occaſione a dicto Communi, vel ſingularibus perſonis ipſius Communis petere vel exigere poſſet, promittens quod de ipſis fructibus perceptis pro tempore ſupraſcripto per ſe, vel per alium, litem, brigam, ſeu moleſtiam non inferet, nec inferri faciet, renunciendo omnibus repreſaliis, & repreſaliarum conceſſionibus, que ſibi hac occaſione conceſſe fuiſſent a Communi Florentiae contra Commune Samminiatis, ſeu ſingulares perſonas ipſius Communis; volens ex nunc ipſas repreſalias, & repreſaliarum conceſſiones, eſſe ceſſas, irritas, & pro caſſis, irritis, & inanibus haberi; promittens dicto Syndico recipienti, & ſtipulanti, ut dictum eſt, ipſis repreſaliis, vel aliqua ipſarum per ſe, vel alium amplius non uſurum. Quare omnia & ſingula promiſit, & convenit dictus Iacominus per ſe, & ſuos heredes dicto Syndico recipienti, & ſtipulanti, ut dictum eſt, perpetuo ratum habere, tenere, & obſervare, & contra per ſe, vel alium, aliqua ratione vel cauſa non facere, vel venire de iure vel de facto ſub poena, & ad poenam dupli pretii infraſcripti, quam poenam toties dare & pagare promiſit, & convenit ſolvere Syndico ſupraſcripto recipienti, & ſtipulanti, ut dictum eſt, quoties fuerit in aliquo contrafactum, & pro qualibet dicti Contractus Capitulo non ſervato, Item reficere & reſtituere omnia, & ſingula damna, expenſas, & intereſſe litis, & extra, propter receptos fructus, qua pena ſoluta, vel non, damnis, & expenſis reſtitutis, vel non, predicta omnia nihilominus firmiter perdurent, & perdurare debeant, & efficaciter obſervari. Pro qua venditione idem Iacominus nomine iuſti, & veri pretii ſe habuiſſe, & recepiſſe confeſſus eſt, & ſibi datos, traditos, & numeratos eſſe a dicto Syndico praedicti Communis Florenos mille ducentos de bono & puro auro, ad libram, & rectum pondus Florentinum, renuncians exceptioni dicti pretii non habiti, & non recepti, & ſibi non numerati & traditi, & dicti contractus non ſic facti, & non celebrati, reique praedicto modo non geſte, ſine cauſa, vel iniuſta cauſa, in factum actioni, exceptioni doli mali, & omni alii iuris, & legum auxilio, patrocinanti, vel competenti modo aliquo in predictis, vel aliquo predictorum; obligando expreſſe generaliter, vel ſpecialiter pro predictis omnibus & ſingulis obſervandis firmiter & tenendis ſe ipſum Iacominum, & eius heredes, & bona omnia preſentia, & future ſupraſcripto Syndico recipienti, & ſtipulenti, ut ſupra dictum eſt. In quibus omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, & quolibet ipſorum adimplendis, & ſervandis, Lepus quondam Brunetti de Alfanis de Florentie, & Giannes quondam Forenſis Alfani de Florentia, & quilibet ipſorum totaliter, & in ſolidum, precibus, & mandato dicti Iacomini fide iubendo pro eo, & ſe ſpecialiter, & in ſolidum obligando ex certa ſcientie, & ex conſulto, volentes ſe ad infraſcripta omnia efficaciter obligare ſolemni ſtipulatione promiſerunt dicto Ser Guidoni Syndico recipienti, & ſtipulanti, ut dictum eſt, ſe facturos, & co-

Digitized by Google

curaturos ita, & taliter omni iuris, & facti exceptione, & defenſione remota, quod dictus Iacominus obſervabit, adimplebit, & efficaciter faciet omnia, & ſingula ſupraſcripta in promiſſo; & quod ipſi, & quilibet ipſorum obſervabunt, facient, & adimplebunt omnia, & ſingula per ipſum Iacominum promiſſa de eorum proprio ad poenam, & ſub poena dupli pretii ſupraſcripti; quam poenam toties dare, & pagare promiſerunt, & convenerunt, quoties contra predicta omnia & ſingula non fuerint obſervata, obligando pro predictis dicti fideiuſſores, & quilibet ipſorum ſe ipſos, & ſuorum, & cuiuſcumque heredes, & bona tam habita, quam habenda, renuntiando beneficio novarum conſtitutionum de pluribus reis defendendis, & de fideiuſſoribus, & Epiſtolae Divi Adriani, exceptioni doli mali; conditioni ſine cauſa, vel ex iniuſta cauſa; in factum actioni, & omni alii iuris & legum auxilio, quo ſe ad predictis, vel aliquo ipſorum poſſent defendere, vel tueri. Qui Giannes confitens ſe maiorem quatuordecim annis, minorem viginti quinque, iuravit ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis ſcripturis contra praedicta, vel aliquid praedictorum ratione, vel occaſione minoris aetatis, aut alia qualicunque, non facere, vel venire. Quibus praedictis Iacomino, Lapo, & Gianni, & cuilibet ipſorum volentibus, & confitentibus predicto, Ego Mattheus Notarius infraſcriptus praecipio, nomine quarantigiae, ut predicta omnia, & ſingula faciant, & obſervent, ut ſupra ſcriptum eſt.

Actum Florentie in domo d. Domini Iacomini, poſita in loco dicto Caſoggio, preſentibus Domino Baldo de Aghiglione Iudice, Domino Gherardino Iudice de Samminiato, Magiſtro Alberto Medico, Ser Benincaſa Not. de Gavilla Vallis Arni, & Ser Curtio Not. de Florentia rogatis, & vocatis teſtibus ad praedicta.

Poſtea vero ſupraſcriptis anno, Indictione, & loco, & die decimo menſis Decembris, preſentibus Magiſtro Alberto Medico de Florentia, Chele Ammonitti, Dengo Domini Albizzi de Rubeis, & aliis pluribus teſtibus ad hoc vocatis, & rogatis, Iacominus predictus ex certa ſcientia, & non per aliquem errorem iuris, confeſſus & contentus fuit ſe habuiſſe & recepiſſe pretium ſupraſcriptum venditionis, ſcilicet Florenos mille ducentos de bono & puro auro, ad libram & rectum pondus Florentinum, a Ser Guidone Syndico praedicto Communi Samminiatis ſolvente, & dante; & renunciavit idem Iacominus exceptione dicti pretii non habiti, non recepti, & ſibi non ſoluti, & integre numerati.

Ego Mattheus quondam Viglielmi de Samminiate Imperiali auctoritate Notarius.

Ex hiſce Inſtrumentis amplius patet, veram eſſe, quod ſuperius *pag.* 365. obſervavimus; Imperatores Vicarios, & Nuntios in Etruriam miſiſſe, ut iura Imperii quaecumque adhuc remanſerant perſequerentur; quae tamen ſenſim defecerant, ut docet etiam haec venditio a *Iacomino Alfanio* Miniatenſibus facta. Hoc eodem anno Miniatenſes fines ſtatuunt ſui agri cum Florentinis, aliiſque populis conterminis, ut patet ex Inſtrumentis ſequentibus.

In nomine Dei, amen. Tempore dominatus nobilium virorum Dominorum Bonifatii de Lutaais de Papia, & Roſſi de Caſtello Defenſoris, & Capitanei, & Conſervatoris pacis Communis, & Populi, Florentiae; exiſtentibus pro Communi Florentie Cambio Aldobrandini Belaatsonis, & Benaiuto Golgani Not. Ambayſſatoribus, Superſyndicis, & Officialibus in partibus Caſtri Florentini, & Gambaſſi; & aliis partibus Vallis Elſae, ad terminandum, & diſcernendum confinia territorii Communis Florentie de territorio Communis Sancti Miniatis in loco ubi terminos utriuſque Communis immiſerint, prout in litteris Communis Florentie ſigillatis Sigillo ipſius Communis plenius continetur ſub milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo, Indictione undecima.

Die XI. Octobris. Prefati Cambius & Ser Benaiutus pro Communi Florentie Ambayſſatores, Superſyndici, & Officiales, requiſitis Poteſtate, Capitaneo, Conſilio, & Communi Sancti Miniatis per Nuntios Communis Florentie, quod per eorum Officiales, & Syndicos deberent intereſſe ad hec invenienda, facienda, terminanda pro eorum Communi; & comparentibus pro ipſo Communi Sancti Miniatis Ambayſſatoribus, & Officialibus, Domino Henrico Iudice, & Ser Catenaccio Notario, & nihil oſtendentibus de ipſorum iuribus, & contumaciter recedentibus, inventa per teſtes omni exceptione maiores loca, & antiqua confinia eſſe, & fuiſſe, & mediare inter Comitatum Florentinum in territorio Communis Caſtri Florentini ex una parte, & Comitatum Sancti Miniatis in territorio de Collepatti ex altera parte, in hunc modum, & in iis locis, & partibus, videlicet a loco de le Serre, quaſi in confinibus Gambaſſi, & Montaionis, uſque ad flumen Elſae, videlicet incipiendo a dicto loco de le Serre, vel ibi prope, ſicut iacet ſtrata, per quam itur a loco de le Serre verſus Caianum, ſeu Sanctum Miniatem, uſque ad viam, que habet initium in dicta ſtrata, & que procedit in Riva mucta verſus Sylvam Ghe-

Gherardi, & uſque in ſtratam publicam verſus Levantem per locum, qui dicitur Sylva Gherardi, ſeu per medium planitiei, ſicut trahit recta linea uſque in ipſam ſtratam ex parte Levantis, que eſt in capite Sylve Gherardi; & ab ipſo loco, qui eſt in capite Sylve Gherardi, veniendo verſus Septemtrionem, & Faſſinaiam per ipſum ſtratam, ſicut ipſa ſtrata iacet, & currit uſque ad viam, qua itur ad Eccleſiam Sancte Marie de Luogotoni verſus Caſtrum Florentinum ad pedem podii coſte de Mutlea, & ab inde uſque ad flavium Elſe, ſicut iacet quedam fovea, ſeu foſſella vel via uſque in ſtrata, qua itur alla Dogana, & eſt quedam viottolo, qua itur ad molendinum Plebis de Caiano; pariter in flavium Elſe per dicta confinia, & loca fieri fecerunt plures morellas, & palos figi, loco terminorum & confinium inter dictum Commune Caſtri Florentini & Sancti Miniatis, & pro terminis, & confinibus dictas morellas poni, & palos figi fecerunt, preſentibus teſtibus Maffeo Pieri Nantio, Gherardino Davanzati, & Ser Ioanne, & Ser Alamanno Not.

Die XVI. Octobris. Hec eſt terminatio, & immiſſio terminorum, & conſtructio morellarum factarum inter diſtrictum Communis Florentie ex una parte, & diſtrictum Sancti Miniatis ex altera parte, inter territorium Communium de Gambaſſi, & Montaionis, per dictum Cambium, & Ser Bonaiutum ex una parte pro Communi Florentie, & prefatos Dominos Gherardinum Iudicem, Ghadiferrum, Bindum, & Alcherolum, & Ser Tommaſium, pro Communi Sancti Miniatis ex altera parte concorditer. In primis a loto Ebule ſurſum verſus Levantem, ſicut trahit & iacet quidam botrus, ſeu foſſatellus, uſque ad caput cuiuſdam boſchetti, verſus podium de Allione propter vallem, que dicitur Aqua bona, & a podio de Allione, uſque in viam ſitam in dicto podio prope quamdam arborem, ſeu oppium, Guiductii cuiuſdam Arrighi per XXV. brachia vel quaſi; & ab inde in antea ſicut trahit, & iacet quedam vallis ſita in dicto loto, que mittit aquam in foſſato, ſeu botro, qui eſt inter villam de Figbino, & ſilvam de Ritondolo, & ſicut trahit, ut iacet ipſe foſſatus uſque, ſive prope Caſtellare, ſeu Caſtellactium; & ab inde in antea ſicut trahit inter terram toſtiam recte ad Balneum de Figbino, & ab ipſo Balneo in antea recte uſque ad podium Beccburiae, ſicut trahit, & iacet foſſa inter terram filiorum Pallamontis, & filiorum Albizzi, & ſicut trahit dicta foſſa uſque ad foſſatam del Canile in capite ipſius foſſe, & uſque ad quemdam foſſatellum poſitum in campo terre Michaelis Doni recte uſque ad podium Atriano; & a podio Atriano recte, uſque ad quamdam arborem pinus Lotterii cuiuſdam Bonifatii, ſitam in valle de la Lama a la Cartalla; & ab ipſa pinu recto tramite, uſque ad quamdam plantam olivarum, olim Nuctii Albizzi, prope capannam ipſius Nuctii poſitam in Fonte Vivola, & ab illa planta olivarum recte uſque ad ulmos Plebis Sancti Regoli, poſitas in plano de Comeni, ſive ibi prope, & ab ipſis ulmis recte, uſque ad lotum de le Serre: in quibus locis hac die facte fuerunt plures morelle, per homines de Gambaſſi, de voluntate dictorum Officialium, preſentibus teſtibus, quando dicta concordia, & terminatio facta fuit, Maffio Pieri, & Gherardino Davanzati de Florentia, & Ser Parigio Not. de Podio Bonizii, & Gheruttio, & Cambio Michaelis de Gambaſſi, & aliis pluribus.

Die XXVII. Octobris. Predicti Cambius, & Ser Bonaiutus invenerunt terrenum, & locum, in quo & ubi fuit Burgus Sancti Geneſii, pertinentem ad Commune Florentie, eſſe per longitudinem ex parte Septemtrionis brachia DCCLXXXX. ad rectum brachium Florentinum; & ex parte podii Sancti Miniatis, ſeu Meridiei, brachia DCCXX. ad predictam menſuram; & ex parte Ponentis brachia CDXL. ad predictum menſuram. Item invenerunt territorium dicti Burgi ſic eſſe undique confinetum. A parte Levantis eſt flumen Elſe; a parte Septemtrionis eſt flumen Arni; & a flumine Elſe, ſicut trahit via, qua itur verſus cultum filiorum Domini Malpilli, qui fuit Lodrighi, & ab inde recta linea uſque ad viam de Cerro, & ab inde ſicut trahit uſque ad domum Bonaventure Ezzoli; & ab inde ſicut trahit uſque ad domum que olim fuit Bonaiuncte, & fratrum filiorum de lo Strenna, que hodie eſt heredum Corſi de Pugnana; & ex parte Ponentis, ſicut iacet, & trahit via de Trepezzano, uſque ad domum olim Bonfiglioli, que hodie eſt Lazzarini; & ſicut trahit uſque ad domum Ronconis, vel ibi prope; & ab inde ſicut trahit recte ad podium Sancti Angeli, & ab inde uſque ad locum de Terralba, & ab inde uſque ad lotum de Campoallerto, & uſque ad rivum de Riodi, qui caput facit in ſtrata prope Domum Infectorum, & redit ad fluvium Elſe; infra quod territorium itur per ſtratum Piſanam, ſeu qua itur Piſas; ex alia parte Elſe verſus Levantem eſt territorium Burgi Sancte Floris, a dicto territorio ultra uſque ad flumen Arni invenitur mediare, & eſſe pro vero & antiquo confine flumen Elſe inter diſtrictum Communis Florentie ex parte Levantis ex una parte, & diſtrictum Sancti Miniatis ex parte Ponentis ex altera parte.

Die XXVIII. Octobris MCCXCVII. Indictione XI. Cambius Aldobrandini, & Bonaiutus praedicti, invenerunt in territorio Burgi Sancte Floris a ponte Elſe, poſiti prope ipſum

ipſum Burgum verſus Levantem uſque ad locum ſive slaſſum, ubi ſuit domus Sobilie, mediare & eſſe pro vero antiquo coaſine inter comitatum Communis Florentie ex una parte, & Commune Sancti Miniatis ex altera parte flumen Elſe.

Die XXIX. Octobris tempore dicti Domini Bonifatii Poteſtatis, & Roſſis de Caſtello Capitanei, prefati Cambius, & Ser Bonaiutus, pro Communi Flarentie ex una parte; & predicti Dominus Gherardinus, Alcherolas, Bindus, & Ser Tommaſus pro Communi Sancti Miniatis ex altera parte, concorditer confirmarunt in territorio Montis Rappoli, & Sancti Andree de Roſiana, diſtrictus Florentie ex una parte; & tereitoria de Canneto, & de Caſtro novo, diſtrictus Sancti Miniatis ex altera perte; & palos miſerunt, & morellas edificari preceperunt, unum iuxta flumen Elſe in capite unius fovee poſite inter terros Cini Pallienſis, & Geri Berardi de Canneto. & ab inde ſicut erabis recte ad cordam verſus Levantem; alium in capite terre Stephani Rellienſis, poſite iuxta rivum Caſagiaoli prope angalum & verſus domum Teigaoſi Pieri, vel Celli, filiorum Naovi, & conſortam ad LXXXVIII. brachia, & ab inde ſupra ſicut trabit recte ad cordam uſque ad morellam ultimam ſactam per illos de Granaiuolo in capite terre Gherardi, cui a primo eſt terra Presbiteri de Retacchio, teſtibus Maſſeo Pieri, & Gherardino Davanzati.

Die XXIX. Octobris, prefati Cambius, & Ser Bonaiutus invenerunt in territorio Communis de Monte Rappoli diſtrictus Floreatie ex una parte; & territorio de Canneta diſtrictus Sancti Minietis ex altera parte, mediare, & eſſe pro vero, & antiquo coaſine, flumen Elſe, a loca ſeu claſſo doune Sobille iuxta Elſam ex parte una, & verſus Levantem, ex parte alteea, uſque ad locum in quo ab appoſita altra Elſam eſt termiaus inter terras Cini Pullienſis, & Geri Berardi, in capite unius fovee iaxta Elſam, preſentibus teſtibus Miniato Banaiuta de Caſtro Floreatino, & Domino Simone Pirbano de Monte Rappoli, Lapu Lamberti de Boſtolis, Gerio Andree Populi Sancti Michaelis Belteldc.

Die XXV. (forte *XXXI.*) *Octabris hec ſunt confinia miſſa ia planitie, partim inter Commune Caſtri novi, & Commune de Granaiuolo, cui a parte Septemtrioais verſus Elſam eſt ipſum flumen Elſe; a parte Meridiei verſus Caſtrum novum, eſt ſtrata, qua itur ad Sanctum Miniatem, per communes amicos electas a Syndico Communis de Granaiaola ex uau parte, & a Syndico Communis Caſtri Novi ex altera parte, de coaſeaſa, & voluntate Cambii Bellandi, pra Cammuni Floreatie ex una parte; & Domini Gherardini, Bindi, Alcheraoli, & Ser Thommaſii Notarii, pro Communi Sancti Miaiatis ex altera parte, qui pro dictis omnibus hec omnia adprobarunt, Scilicet primus conſinis in via, qua eſt una morella, & ia via publica, qua itur ad Caſtrum Novum, ad angalum teree Bertini, que olim fuit Beneditecti, & ab oppoſita ex altera parte vie eſt terra Tignoſi; & ab ipſa morella, uſque Ponentem in capite terre Cannaeti, & Ritoveri filiarum Ioannis de Granaiuolo ia dicto plano, cui terre a primo Moſcardi eſt alia morella ex parte Meridiei dicte poſite terre, pro coaſine, & ab ipſo loco, ſea morella eſt alius coaſinis, vel morella in capite terre, que olim fuit Boainſegae Buroatt, ex parte Meridiei; que terra hodie eſt Ghermoadi, cui terre a primo Gaalterini, & Ser Nero via mediante. Et ab ipſo locu, ſea confine eſt alius coafiait ia capite terre Donati ex latere Meridiei, tuē terre a primo Ser Petri Natarii, & ab ipſo loco, ſeu coaſine eſt, alius caaſinis, ia capita terre Pieri Actorſi de Granaiaolo, ex latera Mrridiei, cui a primo Domini Ridolfi de Caſtro Novo; & ab ipſo loco ſeu confine eſt alius conſinis in capite terre Ghermondi in dicto plano ex latere Meridiei, cui a prima eſt terra Presbiteri de Ritacchi, que confinia reſpondeat unum ad aliam recte ad cordam, preſeatibus teſtibus Domino Simone Plebano Plebis de Monterappoli, Domino Cino Priore de Granaiuola, Maſſeo Pieri, & aliis pluribus.*

Hec ſunt confinia inventa, & declarata per Cambium, & Bonaiutum predictos pro Communi Florentie, ad hoc deputatos ia dicta planitie ex parte Levantis inter Commune Caſtri Novi, & Commune de Cammiaau comitatas Florentie; videlicet a dicta prima morella ſuper confinata uſque ad terram Cancellarii de Caſtra Floreatiaa, prope molendinum Prioris de Caſtro Novo, & conſortium; in quo eſt una morella matonum ſicut trabie recte ad cordam, & ab inde ſuper uſque ad flumen Elſe ia capite cuiuſdam foſſatelli, qui mittit caput in Elſa inter terram dicti molendini, & terram Prioris predicti, ex altera parte dicti foſſatelli; habitis teſtibas pluribus maſſariis fide dignis; preſentibus teſtibus Ser Piero de Granaiaolo, Gherardino Davanzati, & Ricovero filio Bonagratie, die predicto.

In nomine Dei, amen. Tempore dominatus nobiliam virorum Dominorum Banifatii de lucanis (*olias de Facais*) *de Peraſio Poteſtatis, & Todolmeani de Pergamo Defeaſoris, & Capitanei Communis, & Populi Florentie, exiſteatibus pro Communi, & Populo Florentiae Ambayſſatoribus Superſyndicis, & Officialibus, Cambia Aldabrandini Bethactonis* (Bellandi), *& Ser Bonaiuto Gal-*

Galgani Notario, ad inveniendum, & diſcernadum conſinia & terminos, & mittendom & ſigendum, & mitti, & ſigi faciendum, inter comitatum & diſtrictum Communis, & Civitatis Florentie, & comitatum, & diſtrictum Sancti Miniatis, in partibus Caſtri Florentini, & Gambaſſi, & Montis Tignoſi, & aliis circumſtantibus partibus, videlicet in partibus Camporene, & ad ipſam Camporenam, dividendam, & terminandam, inter diſtrictuales Communis Florentie, ad quos ipſa Camporena pertinet, & cum Communi Sancti Miniatis, ſi adpareret, vel inveniretur ipſam Commune Sancti Miniatis in ipſo loco de Camporena, aliquod ius habere, prout in literis ſigillatis Sigillo Communis Florentie plenius continetur ſub MCCLXXXXVII. Indictione undecima.

Praefatus Cambius Aldobrandini Ambayſſator Superſyndicus, & Officialis pro Communi Florentie conſtitutus, cum conſenſu, & voluntate dicti Ser Bonaiuti Notarii, citatis, & requiſitis Poteſtate, Capitaneo, Conſilio, & Communi Sancti Miniatis, per Nuntios Communis Florentie, qui ad hoc pro tota Ambaxiata, Officio, & Syndicatu intereſſa deberent; & comparentibus pro Communi Sancti Miniatis Ambayſſatoribus Domino Gherardino Iudite, & Alcheruolo Paleſtri; tamen de iure Communis Sancti Miniatis nil oſtendentibus, nec oſtendere volentibus, quia invenit dictam Camporenam, & ſilvam, ſeu boſchum de Camporena in parte, & pro parte pertinere, & pertinuiſſe ad Commune Caſtri Florentini comitatus Florentini, & per conſequentiam ad Commune Florentie, per longum, & longiſſimum tempus, adeo ut cum aliis circumſtantibus, vicinioribus exinde nullam in poſterum habeant materiam litigandi, dividendo, & terminando, & diſcernendo ipſam partem ſylve, & boſchi de Camporena pertinentem ad dictum Commune Caſtri Florentini, & Commune Florentie, a territorio, & diſtrictu Sancti Miniatis iuſſit ita debere eſſe confinatum, & confinibus deſignatum, videlicet a podio Allionis uſque ad Matleas, & a dicto loco de Musleis ſicut itur per quamdam viam ad molendinum olim Galgani, quod fuit Boltetti; & ab ipſo molendino uſque od Stechainolam, & a loco de Stechainola uſque ad Crucem de Facto, & ab ipſa Cruce uſque ad caput Camfali, & ab ipſo capite Camfali uſque ad fornacem Gherardi, & ab ipſa fornace uſque ad montem de Allieao, & ab ipſo monte ſicut vadit confine de Pietra uſque ad Hoſpitalettum; & ab ipſo Hoſpitaletto ſicut vadit, & currit Ebulella, que currit in Ebulam ad pedem Orgie; & a pede Orgie uſque ad podium Allionis, & ſicut ipſa ſilva & locus iacet, & conſiſtit infra dictos confines; & ſic deſignatam pertinere, & pertinuiſſe ad Commune Caſtri Florentini, & per conſequens ad Caſtrum Florentinum; & ad cautelam ipſam partem inter predictos confines deſignavit Communi Caſtri Florentini, & Communi Florentie, ſalvo quod inter predictos confines invenit pertinere ad Dominas Recluſas de Caſtro Florentino predicto territorium totum cum domibus, vineis, & caſtagneto, quod olim fuit Fratrum de la Croce, ſicut eſt foveis & confinibus deſignatum, & circumdatum; & territorium, & locus ad ipſas Dominas, & Monaſterium reſtauravit; & ſicut ſupradictum eſt iuſſit & mandavit poni terminum & confines ad perpetuam rei memoriam.

Acta ſunt hec omnia ad locum predictarum Dominarum preſentibus teſtibus, Comucia Vbertini de Certaldo, Guiduccio Belluzai de Treſanti, Fontanino Bonfilioli de Travalle, Primo Guiduccii de Sancta Maria in Trebio, Iacobo Riccoutì (alias Rancuccio) de S. Quirico, Nozonio Benvenuti, Nermo Palmerii dictorum locorum, Viviano Viviani de Gabraula, Ser Emilio Not. de Paſſignano, Giotto Lottieri de Nebbiaia, & aliis: & preſentibus dictis Ambayſſatoribus Sancti Miniatis, qui receſſerunt antequam praedicta legerentur in totum, die vigeſimo primo Decembris, ſub anno & indictione predictis.

Ego Geppus quondam Ser Bonaiuti Galgani Notarius de Florentia Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Not. pub. ipſaque Imperiali Iudex ordinarius predicta omnia, & ſingula rogat. & inbreviat. per dictum Ser Bonaiutum quondam patrem meum ſcripſi, & in publicam formam redegi; adeoque ſubſcripſi & publicavi.

Hoc Inſtromentum, quod ad Camporenam pertinet, ex αὐτογράφῳ, quod in Archivo Richardiano extat, reſtitui; et Notarius in Richardiano ita ſe ſobſcribit: *Ego Bonaiutus olim Galgani de Florentia Imperiali auctoritate Iudex ordinarius & publicus Notarius &c.* quae vera eſt ſubſcriptio: nam Notarius, qui illis locis finiendis & terminandis pro Communi Florentiae interfuit, *Bonaiutus Galgani* F. fuit, ut ex ipſis Inſtrumentis patet; patetque etiam ex ſubſcriptione *Geppi* eius filii, qui fatetur, ſe ex patris Imbreviaturis conſcripſiſſe. Membranae igitur, quibus uſus ſum, quando in meo *Hodoeperico pag.* 113. iſta Inſtrumenta primum edidi, non erant αὐτόγραφοι, sed ἀντίγραφοι; mecumque ex Archivo Sancti Miniatis communicatae fuerunt. Anno MCCCI. in Sancto Miniate Vicarius Epiſcopi Lucenſis morabatur, ut conſtat ex Charta apud Sanctimoniales Sanctae Crucis in Valle Arni inferiori.

In

In Dei nomine amen. Anno Nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo primo, Indictione XV. die ſecunda Septembris. Publice pateat, quod Dominus Petrus de Gallione, venerabilis Patris & Domini Domini Fratris Guillielmi, Dei & Apoſtolice Sedis gratia Lucani Epiſcopi, citra flumen Guiſſianam Vicarius Generalis, habuit & recepit, & confeſſus fuit, ſe habere penes ſe, vice & nomine dicti Domini Epiſcopi & Epiſcopatus a Sorore Beldia Servitiale & Numptia Monaſterii Sancte Marie Novelle de S. Cruce, agente hoc mandatum vice & nomine dicti Mon[...]rii a Domina Angneſia Habatiſſa dicti Monaſterii illas duas libras cere, quas ad dictum Monaſterium Sancte Marie Novelle, & Sancti Michaelis reddere tenetur, quolibet anno ſemel pro reddita, & apud Epiſcopum predictum Lucanum operam recipiente, & ipſum Operarium. Et quamvis hodie hec carta ſit facta, dictus Dominus Petrus aſſeruit, ſe recepiſſe dictas duas libras cere heri die prima Septembris. Et abſolvit dictam Sororem Beldiem recipientem pro dicta Habbatiſſa, & ipſam Habbatiſſam, & Monaſterium totum pro preſenti anno, quia ſic ſolutum eſt a dicta Beldio pro dicta reddita pro preſenti anno.

Actum in Sancto Miniatu in domo, in qua dictus Dominus Vicarius moratur, poſita in Trierio Caſtri veteris, preſentibus Manno Hoſpitalario Hoſpitalis poſiti in Sancto Miniate in contrata publica, & Iacobo F[...]naveris de Petra Sancta morante in Sancto Miniate, teſtibus ad hec vocatis.

Ego Tuccius Cioli Cini de Caſtro Franco Imperiali auctoritate Notarius predicta omnia, quibus interfui, ſcripſi & publicavi rogatus, meumque ſignum & nomen appoſui.

Anno MCCCIII. Procuratorem ad foedera percutienda, & pacta ineunda, aliaque facienda, Miniatenſes & Volaterrani conſtituunt, ut ex ſequentibus Inſtrumentis patet.

In Dei nomine amen. Conſilio omnium Duodecim, & eorum Notariorum, qui ſunt de numero XII. a tempore Populi facti citra, in Palatio Populi Sancti Miniatis, ſono campane, & voce preconis, more ſolito convocato, & ordinato de mandato nobilis Militis Domini Orlandi de Caſſignano de Luca honorifico Capitaneo Communis, ac Populi Sancti Miniatis, preſentibus Dominis Rainaldo de Colle Iudice, Syndico, & Gonfalonerio Communis, & Populi ſupradicti, & XII. Conſervatoribus pacifici dicti Populi. Ipſi Dominus Capitaneus, & Dominus Syndicus, & Gonfalonerius; & Domini XII. una cum Conſiliariis predicti Conſilii, & totum Conſilium cum eis, in communi concordia, & voluntate, vice & nomine dicti Communis, & Populi, fecerunt, conſtituerunt, & ordinaverunt eorum, & dicti Communis, & Populi Ser Romeum Soldanerii de Sancto Miniate Syndicum, Procuratorem, & certum Nuntium ſpecialem ad faciendum, & recipiendum promiſſiones, convenientias, & pacta cum Commune Luce, cum Commune Piſarum, cum Commune Vulterrarum, cum Commone Sancti Geminiani, cum Commune de Colle Vallis Elſe, cum Commune Senarum, cum Commune Florentie, cum Commune Prati, ſeu cum Syndicis ipſorum Communium, & quolibet ipſorum, vice & nomine dictorum Communium, & Communis Sancti Miniatis, prout dicto Syndico videbitur convenire: & generaliter ad omnia alia, & ſingula facienda, exercenda, & procuranda, que in predictis, & circa predicta neceſſaria fuerint, & opportuna, & que verus, & legitimus Syndicus alicuius univerſitatis exercere, & facere poteſt: dantes & concedentes eidem Syndico plenum, liberum, & generale mandatum in predictis & circa predicta; promittentes ratum, & firmum habere, & tenere totum, & quidquid per ipſum Syndicum actum, geſtum, factum, & procuratum fuerit in predictis, & circa predicta; & non contradicere, facere, vel venire aliquo modo, cauſa, vel ingenio de iure vel de facto, ſub obligatione omnium bonorum dicti Communis Sancti Miniatis, & omnium ſingularum perſonarum.

Acta fuerunt predicta in Palatio Populi Sancti Miniatis in dicto Conſilio ſub anno Domini Milleſimo trecenteſimo tertio, Indictione prima, die XXIII. menſis Iunii, preſentibus Meo Rimbotti, Mozo Riccardi, & Grimundo Bannitore, teſtibus.

Ego Petrus de Regio Imperiali auctoritate Not. & nunc Officialis dicti Domini Capitanei, & Communis Sancti Miniatis, predicta ſcripſi, & publicavi.

In Dei nomine amen. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo tertio, Indictione ſecunda, die ſecunda menſis Novembris. Pateat omnibus, quod vir potens ac nobilis Dominus Gabriellus de Piccolominis de Senis Poteſtas Civitatis Vulterre, cum conſenſu, preſentia, & voluntate duodecim Defenſorum Populi dicte Civitatis, & Conſiliarorum Conſilii generalis congregatorum ad Conſilium in Palatio Communis Vulterre, in quo ipſe Dominus Poteſtas moratur pro

Digitized by Google

pro Vulterre Communi, de mandato ipſius Domini Poteſtatis ad ſonum Campane voceque preconis more ſolito, & ipſi item duodecim Defenſores Populi, & Conſiliarii generalis Conſilii, una cum dicto Domino Poteſtate, & eius auctoritate, vice & nomine dicti Vulterrani Communis, pro ipſo Communi fecerunt, conſtituerunt, creaverunt, confirmaverunt eorum dicti Communis Vulterrani Syndicum Procuratorem & Nuntium ſpecialem Ser Gerium Not. quondam Gherardini de Contrata Caſtelli de Vulterra, licet abſentem, ad faciendum, & recipiendum promiſſiones, conventiones, & pacta cum Communi Sancti Miniatis, & cum Ser Romeo Syndico dicti Communis Sancti Miniatis, vice, & nomine dictorum Communium Sancti Miniatis, & Civitatis Vulterre, quod, ob debita, alienationes, promiſſiones, obligationes, venditiones, & contractus, ſive pacta, que de quacumque re vel facto, quocumque nomine cenſeantur, fierent deinceps inter aliquas ſingulares perſonas Vulterrane Civitatis, vel eius diſtrictus, nulla repreſalia, ſeu deprendendi licentia, quocumque nomine dici poſſet, de cetero concedatur, vel concedetur, per Commune Vulterrane Civitatis contra Commune Sancti Miniatis, nec etiam contra aliquam ſingularem perſonam ipſius Terre, vel eius diſtrictus: nec e converſo per Commune Sancti Miniatis contra Commune Vulterrane Civitatis, vel aliquam ſingularem perſonam dicte Civitatis vel eius diſtrictus; ſed illud ſolummodo obſervetur, & debeat obſervari, quod vulgariter dici ſolet, videlicet: *A cui dato, a colui richieſto*: & ad promittendum, & firmandum cum predicto Communi, Syndico ſupradicto de predictis & ſuper predictis totum, quidquid dicto Syndico videbitur convenire; & ad recipiendum de predictis ſolemnem contractum cum ſtipulatione obligatorum bonorum dicti Communis Sancti Miniatis, ut Communis Civitatis Vulterre, prout dicto Syndico videbitur convenire; & generaliter ad omnia alia, & ſingula facienda, exercenda, procuranda, que in predictis, & circa predicta neceſſaria fuerint, & opportuna, & que veri, & legitimi Syndici alicuius univerſitatis exercere, & facere poſſunt, dantes, & concedentes eidem Syndico plenum, liberum, & generale, mandatum in predictis, & circa predicta; promittentes firmum & ratum habere, & tenere totum, & quidquid per ipſum Syndicum actum, geſtum, factum per ante fuerit in predictis, & circa predicta; & non contrafacere vel venire aliquo modo, cauſa vel ingenio, de iure vel de facto, ſeu obligatione omnium bonorum Communis Vulterre, & omnium ſingularum perſonarum.

Actum Vulterre in Palatio Vulterrani Communis preſentibus Ser Bardo Not. Fei, Ser Pietro Notario filio Prevoſti, & Mino Graſſo publico Bannitore Communis Vulterre, teſtibus ad hoc &c.

Ego Michaele quondam Bontalenti de Vulterra Imperiali auctoritate Iudex ordinarius atque Notarius, & nunc pro Vulterrano Communi Scriba publicus.

In Dei nomine amen. Pateat publice quod Ser Romeus Suldanerii de Sancto Miniate Syndicus dicti Communis, ut continetur de dicto Sindicatu Inſtrumento publico manu Ser Petri de Regio Notarii anno Domini milleſimo trecenteſimo tertio, indictione prima, die vigeſimo tertio menſis Iunii, a me Michaele Notario infraſcripto viſo & lecto, vice & nomine dicti Communis Sancti Miniatis, & ſingularum perſonarum ipſius Communis, promiſit, convenit ſtipulatione ſolemni pro bono & utile dicti Communis, & ſingularum perſonarum Sancti Miniatis predicti; & etiam pro utilitate, & commodo Communis Civitatis Vulterre; & ſingularum perſonarum ipſius Communis, Ser Gerio Notario quondam Gherardini de Vulterra Syndico dicti Communis Vulterre, ut conſtat de Syndicatu ipſius publico Inſtrumento facto manu mei Michaelis Notarii infraſcripti Syndico, & pro ipſo Communi Vulterre, & ſingulis perſonis ipſius Communis, recipienti, & ſtipulanti; Et ipſe idem Ser Gerius Syndicus dicti Communis vice, & nomine ipſius Communis Vulterre, & ſingularum perſonarum pro bono, & pacifico ſtatu utriuſque dictorum Communium, ut ius inter eos ſervetur, promiſit, & convenit verſa vice, ſtipulatione ſolemni, dicto Ser Romeo Syndico dicti Communis Sancti Miniatis recipienti, & ſtipulanti nomine, quo ſupra; & amba predicti Syndici, & quilibet eorum dictorum Communium inter ſe, & unus alteri, liberaliter, & benigne promiſerunt, & convenerunt ſtipulatione ſolemni ſe facturos ita, quod facient, & curabunt ita, quod utrumque Commune de predictis obſervabunt, & facient ita per ſe, & ſuos ſubditos, quod ab hodie in antea hic ad viginti quinque annos proxime venturos, ob debita, alienationes, promiſſiones, obligationes, venditiones, ſive pacta, que de quacumque re deinceps quocumque nomine cenſeantur, fierent, vel intervenirent, vel invenirentur facta inter aliquas perſonas terre Sancti Miniatis, vel eius diſtrictus inter aliquas ſingulares perſonas Ci-

 vi-

vitatis Vulterre, & eius diſtrictus, nulla repreſalia, ſeu deprehendendi licentiam quocumque nomine dici poſſit, de cetero concedatur, vel concedetur per dictum Commune Sancti Miniatis, & dictum Commune Civitatis Vulterre, vel ſingulares perſonas ipſius Communis, ſeu diſtrictus: nec e converſo per dictum Commune Vulterre concedatur, vel concedetur aliqua repreſalia contra dictum Commune Sancti Miniatis, vel ſingularum perſonarum ipſius Communis, ſeu diſtrictus; ſed illud ſolummodo obſervari debeat, & obſervetur inter utroſque Cives predictos, & ipſa Communia Sancti Miniatis, & Civitatis Volterre, & ſingulares perſonas utriuſque Communis, quod vulgariter dici ſolet, & dicitur, videlicet: *A cui dato, a colui richieſto*, promittentes inter ſe dicti Syndici, unus alteri, gerentibus, ſtipulantibus nomine quo ſupra predicta omnia, & ſingula inter ſe, & unus alteri attendere, & obſervare; & quod dicta Communia inter ſe attendent & obſervabunt, & contra non facient, vel venient de iure vel de facto, aliqua ratione, modo, vel cauſa, hinc ad dictum tempus vigintiquinque annorum ſub pena, & ad penam mille Marcharum argenti, & dupli totius eius, de quo ageretur, quam penam una pars alteri in fide ſtanti dare, & ſolvere promiſit. Et pena ſoluta, vel non, contracta nihilominus in ſua firmitate perdurent, ſeu perduret. Pro quibus omnibus & ſingulis obſervandis & firmis tenendis obligaverunt ſe pro dictis Civitatibus, & bona ipſorum, & cuiuſcumque ipſorum Communium omnia preſentia & futura; quorum poſſeſſionem intrare unicuique parti ſervanti predicta liceat ſua auctoritate contra partem predictam non ſervantem intrare iudicii requiſito; renuntiando exceptioni rei non ſic geſte, & facte, doli mali, & infacti, & ſine cauſa, & ex iniuſta cauſa, & omnibus aliis privilegiis contra hec agentibus. Quibus Syndicis ſupradictis volentibus, & confitentibus precepi ego Michael Notarius infraſcriptus nomine guarantigie ut iuxta formam Statuti, & Capituli Conſtitutionis Vulterre, & Sancti Miniatis de quod predicta omnia, & ſingula que ſuperius perhibentur, faciant & obſervent.

Actum Vulterre in contrata Sancti Angeli, in Palatio olim Domini Federigi quondam Dom. Ioannis Tuſcani, preſentibus Ser Iance Notario, & Ser Lotteringhi Nolſo quondam Farulle, Iuſto quondam Magiſtri Campagni teſtibus ad hec vocatis. Anno Domini milleſimo trecenteſimo tertio, Indictione ſecunda, die ſecunda menſis Novembris.

Ego Michael quondam Bontalenti de Vulterra Imperiali auctoritate Iudex ordinarius atque Notarius, & nunc pro Vulterrano Communi Scriba publicus predictis omnibus interfui, & ut ſupra legitur ſcripſi, & publicavi rogatus.

Hoc eodem anno iuxta *Ioannem Lelmium*, cuius Diarium in *Deliciis Eruditorum Tomo VIII.* edidimus, *Carolus* Regis Galliae filius in Sancto Miniate verſabatur; qui *Lelmius* confirmat, *Orlandum de Caſſignana de Luca* fuiſſe Communis & Populi Sancti Miniatis Capitaneum hoc anno; anno autem MCCCIV. Kal. Februarii ei ſucceſſiſſe in ea dignitate *Dinum de Salamoncellis* pariter Lucenſem. Anno MCCCXII. *Henricus VII.* Imperator, die XXIV. Aprilis Piſis profectus ad Fanum Sancti Miniatis advenit, & poſtridie diſceſſit per oram maritimam Romam contendens. Quum vero, Roma reverſus, poſt varios caſus & rerum diſcrimina, quae ſuperius *pag.* 238. *& ſeqq.* retulimus, anno MCCCXIII. die XXIII. menſis Februarii in Podio Bonitii eſſet, Florentinos alioſque populos Tuſciae, inter quos Miniatenſes, damnat ac multat, ut patet ex Sententia producta ſuperius *pag.* 523. & ſeqq. & Caſtello quodam Miniatenſium potitur, illudque populatur & vaſtat, ut videre eſt ſuperius *pag.* 243. Hoc Caſtellum dicebatur *Borgo delle Colline*, iuxta *Ioannem Lelmium* laudatum, videturque Suburbium quoddam fuiſſe. Anno MCCCXIV. inter *Fratricellos* Senae condemnatos, fuit etiam Frater *Petrus Giani* ab Sancto Miniate; quare e re nata de Fratricellorum Secta quaedam delibabo, quae aditum patefaciant intelligentiae Actorum Inſtrumentorumque, quae producturus ſum. Iam ſub Romano Pontifice *Bonifacio VIII.* Ordo Fratrum Minorum in duas partes ſciſſus erat, alios *Spiritualium*, ſive *Fratrum ſtrictioris obſervantiae*; alios *Conventualium*, ſeu *Fratrum communitatis*, nomine inſignitis. Haec funeſta Ordinis diviſio magnam peperit litem, & animorum contentionem, quae ſub *Clemente V.* & *Ioanne XXI.* ſeu, ut vulgo dicitur, *XXII.* acrius recruduit, & toto huius Pontificatu, ſummo utrinque partium ſtudio, agitata fuit. Praecipua diſcordiae ratio ſita erat, in diſcrimine habitus, & in frumenti vinique in granariis & cellariis congregatione. At enim, qui *Spiritualium* & *Fratrum ſtrictioris obſervantiae* nomen ambiebant, *habitus curtos, ſtrictos, inſiſtos, & ſqualidos*, ut ait *Wadingus* in *Annalibus Minorum* ad annum MCCCXVII. adhibebant, nec eos iuſſi a Superioribus deponere vole-

volebant ; immo *Fratrum Conventualium* habitum *ſuperfluum* ac *irregularem* eſſe querebantur ; & illicitum eſſe putabant frumentum & vinum in horreis & cellis congregare , quamvis eleemoſynis quaeſita , interpretationes Regulae Sancti *Franciſci* ab *Nicolao IV.* & *Clemente V.* factas , aut reiicientes , eas in pravum ſenſum detorquentes . Non pauci horum Minoritarum , qui eb ſuorum *συμμύςων* communione receſſerant , Florentiae , Senae, atque in aliis Tuſciae Civitatibus, verſabantur ; quare *Clemens V.* huic malo, ſenſim gliſcenti, occurſurus remedium ſalutare propoſuit, quale in inſequentibus Inſtrumentis continetur. Ea huc transfero ex *Hiſtoria Epiſcopatus & Epiſcoporum Senenſium* ab pereruditu Equite Senenſi *Io. Ant. Peccia* nuper edita: illa autem ita habent :

Vniverſis & ſingulis preſentes litteras, redactas in hoc Inſtrumentum , inſpecturis , Beringerius de Sancto Affricano Ven. Patris Domini Fratris Rogerii Dei gratia Senenſis Epiſcopi Vicarius in ſpiritualibus Generalis ſalutem in Domino. Noveritis nos vidiſſe, & inſpexiſſe , & diligentius legiſſe, certas litteras , ſive predictum publicum Inſtrumentum , manu infraſcripti Ser Bonini Not. ſcriptum , & publicatum, non curruptum , non abraſum, non cancellatum, non vitiatum, in omnibus , & per omnia fide dignum, cui appenſum erat cum quadam cordule de repſi, coloris quaſi Indici, rotunda, Sigillum de cera robea oblongum, in quo erat quedam ymago integre , & recta repreſentans quemdam Epiſcopum Pontificalibus indutum, cum Mitris in capite, & cum quodam ſcabello ſub pedibus, tenentem dexteram manum elevatam , quaſi ad benedicendum, & habentem in manu ſiniſtra Baculum Paſturalem, & in anteriori parto ipſius Epiſcopi erant Stelle tres , & in poſteriori ſimiliter alie tres , & littere, que erant in circuitu, erant iſte: *S. Vberti Dei gratia Epiſcopi Bononienſis*, & in principio ipſarum litterarum erat figura cuiuſdam libri. Tenor autem litterarum, ſive ipſius Inſtrumenti, talis erat : Vbertus miſeratione Divina Epiſcopus Bononienſis Executor ad infraſcripta one cum Reverendis in Chriſto Patribus Dominis Archiepiſcopo Ianuenſi, & Epiſcopo Lucano , per Sedem Apoſtolicam deputatis. Venerabilibus Religioſis Viris Dominis Abbati Ordinis Vallis Vmbroſe , & Abbati Monaſterii S. Marie de Florentia Ordinis S. Benedicti, Priori Eccleſie S. Fidelis Senen. Diec. ſalutem, & ſinceram in Domino caritatem. Litteras Sanctiſſimi Patris Dom. Clementis Dei gratia S. Romane Eccleſie PP. Quinti , non vitiatas , non abolitas , nec in aliqua ſui parte corruptas, vera Bulla bullatas, omni prorſus vitio, & ſuſpitione carentes, nos recepiſſe noveritis in hec verba :

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Ianuenſi , ac Lucano , & Bononienſi, Epiſcupis ſalutem , & Apoſtolicam benedictionem. Ad noſtri Apoſtolatus auditum relatio fide digna perduxit , quod nonnulli Fratres locorum Ordinis Minorum tam Civitatis Florentie , quam nonnullarum aliarum partium Tuſcie, ab eiſdem locis , eorumque Conventibus, temeritate propria recedentes alia loca in eiſdem Civitate , & partibus , contra Statuta ipſius Ordinis receperunt , & non abſque gravi ſcandalo morantur in eis pro ipſorum libito voluntatis. Cum igitur nos in deſideriis habeamus , ut idem Ordo , eiuſque perſone , in ſtabilis caritatis dilectione perſiſtant , Fraternitati veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus , quatenus vos , vel duo, aut unus, veſtrum per vos , vel alium , ſeu alios predictos Fratres , & eorum ſingulos , ut eiſdem locis, ut premittitur, receptis per eos , omnino dimiſſis, ad prefata loca una cum aliis dictorum Conventuum Fratribus , ſub dicti Ordinis , ac Superiorum ſuorum obedientia moraturos, qualibet occaſione , & exceptione poſtpoſita , ſuper quo vobis plenam poteſtatem concedimus , compellatis . Non obſtantibus generalis Concilii de duabus , & felicis recordationis Bonifacii PP. VIII. de una, dictis , & aliis , tam predicti Bonifacii, quam aliorum Predeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus contrariis circa Iudices promulgatis . Datum in Prioratu de Gienſillo prope Maleoſanam Vaſionen. Diec. Id. Iulii, Pontificatus noſtri anno VIII.

Nos autem pro quibuſdam noſtris, & Eccleſie noſtre negotiis verſus Romanam Curiam iter agentes, & executioni eorum , que nobis per dictas litteras Apoſtolicas mandantur , intendere non valentes , vobis preſentium tenore auctoritate , qua fungimur in hac parte , committimus , & mandamus , quatenus Fratres predictos tam Civitatis Florentine , quam aliarum partium Tuſcie, qui a locis Ordinis Fratrum Minorum, atque Conventibus, temeritate propria recedentes alia loca in eiſdem Civitate , & partibus , contra Statuta ipſius Ordinis receperunt , & non abſque gravi ſcandalo morantur in eis , ut dictis locis receptis per eos omnino dimiſſis ad prefata priora loca , una cum aliis dictorum Conventuum Fratribus ſub dicti Ordinis ac Superiorum ſuorum obedientia moraturi , qualibet occaſione , & exceptione , poſtpoſita revertantur , per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellatis , ſuper quibus omnibus , & cuilibet ve-

veſtrum inſulidum uſque ad noſtrum beneplacirum committimus plenarie vices noſtras. Per commiſſionem autem huiuſmodi non intendimus uoſtris preiudicare Collegis, quo minus ipſi, & eorum quilibet in predictis, & quolibet predictorum, procedere valeant, prout oportunum fuerir, & eis videbitur expedire, in cuius rei reſtimonium preſentem commiſſionem noſtram per infraſeriptum publieum Notarium uoſtrum ſcribi, & publicari, mandavimus, & Sigilli noſtri appenſione moniri. Darom, & actum Ianue anno Domini MCCCXIII. Indict. XI. die IX. menſis Seprembris, preſentibus diſcretis Viris Dominis Laudo de Vergellaſſis de Piſtorio, Nicolao de Bazaris do Bunonia, & Pariſio de Piſtorio, teſtibus ad predicta vocatis ſpecialiter, & rogaris.

Ego Boninus de Nunptiis de Cremona publicus Apoſtolica, & Imperiali aushoritate, & nunc prefari Dom. Bon. Epiſcopi Not. predicte commiſſioni, & omnibus aliis in ea contentis preſens fui, & ea omnia de mandatu dicti Dom. Epiſcupi Executoris ſcripſi, publicavi, & ſignum meum appoſui conſuetam.

Nos igitur cupientes, ut preſcripto exemplo per infraſcriptum Notarium de noſtro mandato, & authorisate, ſcripto, & publice to, detur in poſterum plena ſides eid m^e, curam nobis in Palatio dicti Domini Sen enſis Epiſcopi pro Tribunali ſedentibus per infraſcriprus Notarios cum originali predicto diligenrer auſcultato, & examinato, & per omnia inſimul concordare invento, authoritatem noſtram, ſeo Curie, cui preſumus dicti Domini Senenſis Epiſcopi, nunc in remotis partibus exiſtentis, authoritsram interpoſuimus, & decretum, ac ipſam Sigilli eiuſdam Curie iuſſimus appenſione muniri ſob anno MCCCXIV. Indict. XII. die XIV. menſis Iunii coram Dom. Tora Vgolini, Griffolu Dom. Iacobi, & Berto Dom. Leonardi Iudicibus, Ser Mino Alberti, & Ser Bindu Cbigii, Notarils, teſtibus ad hec vocatis ſpecialiter & rogatis.

Egu Franciſcus publica Imperiali aurhoritate Notarius, filius q. Cennis de Civitate Senen. totum quod ſupra continetur in uriginalibua litteris ſupradicti Veu. Patris Dum. Vberti Dei gratia Bonunienſis Epiſcopi diligenter vidi, & legi, & una cum Ser Franciſco Magiſtri Paltonerii, & Nicolau Paltonerli Notariis, infraſcriptis diligenter abſcultavi originale ipſarum litterarum cum ſaper ſumpto, & exemplatu, per dictum infraſcriptum Nicholaum Not. & quia utrumque inſimul per omnia concordare inveni, coram ſupradicto Vicario pro Tribunali ſedente Senis in loco ſupradicte Curie, me in teſtem cum ſolito meo ſigno ſobſcripſi apud dictam Curiam ad maiorem fidem predictis omnibus adhibendam ſub anno Domini, Indictione, menſe, & die predictis, & coram teſtibus ſupradictis.

Ego Franciſcus q. Magiſtri Paltonerii de Senis Imperiali authoritare Not. publicus originales, & autenticas litteras ſupradicti Vberti Bononienſis Epiſcupi, ut predicitue, fide dignas vidi, & legi, & eas cum ſupraſcripro exemplatu per infraſcriptum Nicholaum Notarium una com eodem Ser Nicholao Nor. & Franciſco Cenois Notariis diligenter abſcultavi, & per omnia concordare inveni Senis in ſupradicta Curia in preſentia dicti Dom. Beringerii pro Tribunali ſedenris in dicta Curia, & in teſtimonium predictorum me cum ſulito meu ſigno in teſtem appoſui ſub anno Domini, Indictione, menſo, & dio predictis, & coram reſtibus ſupradictis.

Ego Nicholaus Imperiali authoritare Not. publicus, filius q. Paltonerii Civis Sen. ſupraſcriptarum, & exemplatarum litterarum Dom. Vberri Dei gratia Bononion. Epiſcopi, originale, ut predicitue, fide dignum, munitum Sigilio ipſius Domini Epiſcupi vero & integro, ac publicatum manu Bonini Not. ſupraſcripti, vidi, & legi, & hic ſcripſi, & exemplavi, & ipſum exemplasum in dicto originali una cum predictis Franciſcu Paltonerii, & Franciſco Cennis Notariis diligenter abſcultavi, & concordare inveni, nullo diminuto, excepto Signo dicti Bonini Not. & facta inſinuarione de ipſis funto, & originali coram Dum. Beringerio Vicario predicto pro Tribunali ſedente Senis in Aula, & Curia Epiſcopali, ut moris eſt, huic inſinuarioni ſuam, & dicte Curie aurhoritatam, & Decretum preſtantem, de ipſius mandato me publice ſubſcripſi cum ſolito meu Signo in teſtimonium premiſſorum ſub anno Domini, & Indictione, menſe, & die, & curam reſtibus, ſuperius denutatis.

Quum itaque Iudices delegati ac ſubdelegati, quaa Pont. Max. iubebar, exſecutioni mandarent, en quam ſententiam in Monachos Apoſtatas anno ſequenti tulerunt.

Anno

Digitized by Google

Anno Domini MCCCXIV. Ind. XII. die XXVI. menſis Madii. Omnibus & ſingulis hoc Inſtrumentum publicum inſpectantis pareat evidenter, quod de mandato Reverendi & ſapientis Viri Domini Beriogerii de Sancto Affricano Ven. Patris Dom. Fratris Rogerii Dei gratia Senenſis Epiſcopi in ſpiritualibus Vicarii Generalis, habentis ſuper infraſcriptis ſic fieri faciendis mandatum per litteras Dom. Bernardi Prioris Eccleſie S. Fidelis Senen. Diec. Iudicis executoris deputati ad hoc per litteras Dom. Vberti Dei gratia Bononienſis Epiſcopi ſuper infra memorato negotio per Sedem Apoſtolicam delegati. Providus Vir Ser Tura Cappellanus Cathedralis Eccleſie Civitatis Senen, predicta die, in qua fuit predictum Feſtum Penteceſtes de mane intra Miſſarum ſolepnia in dicta Eccleſia Cathedrali coram me Bonaventura Iudice, & Not. & teſtibus infraſcriptis, audiente, & vidente magna multitudine Clericorum, laicorum, & mulierum, qui ibidem convenerant ad eadem Miſſarum ſolepnia audienda, dixit, & denumptiavit excumunicatos publice, & ſolepniter, campanis pulſatis, & extinctis candelis, omnes, & ſingulos infraſcriptos Fratres in Ordine Fratrum Minorum olim Profeſſos, tenendo in manibus Cedulam, ubi hec ſcripta erant, & alta, ſonora, & diſtincta voce, vulgariter ſic dicendo. E precepto Dom. Bernardi Prioris Eccleſie S. Fidelis Senen. Diec. tamquam Iudicis ſubdelegati, & Executoris litterarum Domini Pape denunptiamus maledictos, & excomunicatos, ſicut veros Apoſtatas, & Fugitivos, & Sciſmaticos, & Rebelles Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci, & inventores ſuperſtitioſe Secte, & ſeminatores peſtiſere & non ſane doctrine, & ſicuti maniſeſtos adverſarios, & contemptores mandatorum Sancte Romane Eccleſie.

In primis

Fratrem Iacob do Sancto Geminiano tamquam principale capud, & auctorem, & inventorem multorum malorum, & inobedientie, ac ſcandalorum.
Fr. Groſſum de Senis.
Fr. Guilielmuccium Bartholi de Senis.
Fr. Nicholuccium Reſtauri de Senis.
Fr. Taddeum olim Dom. Neril Servii de Senis tamquam principales, & proſecutores malorum, & inventores.
Fr. Vgonem olim Dom. Naddi de Senis.
Fr. Franciſcum olim Dom. Naddi de Senis.
Fr. Thomam de Iambellatiis de Florentia.
Fr. Symonem de Nerlis de Florentia.
Fr. Iohannem de Nerlis de Florentia.
Fr. Iohannem Ser Dini de Petrignano.
Fr. Petrum Gati de Poneta.
Fr. Nicholuccium de Caſtro Florentino.
Fr. Franciſcum Rubeum de Prato.
Fr. Bartholomeum de Prato.
Fr. Symonem, &) Germanos de Prato.
Fr. Franciſcum)
Fr. Ruſticbellum de Luca.
Fr. Gualardum de Luca.
Fr. Rannccium de Sciano.
Fr. Nicholuccium Anibaldi de Cortona.
Fr. Aiutum de Gbarghonſia.
Fr. Petrum Giani de Sancto Miniate.
Fr. Guilielmum de Aſti Lombardie.
Fr. Fidericum Ser Forenſis de Mucello.
Fr. Bindum See Compagni de Senis.
Fr. Bonaccurſum Bracci de Mucello Laycum.
Fr. Iohannem de Magiano Laycum.
Fr. Orlandum de Cluſio Laycum.
Fr. Vivam de Pacina Laycum.
Fr. Cherum de Fuſinana Laycum.
Fr. Lupum de Prato Laycum.
Fr. Antonium de Villa Baſilica Laycum.
Fr. Ambroſium de Luca Laycum.
Fr. Franciſcum de Arnoldis de Aritio Layc.
Fr. Colam de Montealcino Laycum.
Fr. Vbertinellum de Provincia Ianuen. Laycum,

iſtos omnes, & alios, qui ſunt iſtius ſtatus, aut conditionis, vel ſecte, cum omnibus viris, & mulieribus, qui darent eis, vel alicui eorum, quodcumque adiutorium, conſilium, vel favorem, publice vel occulte, vel alio quovis modo.

Facta fuit dicta denunptiatio die predicta, & hora, & in dicta Eccleſia Cathedrali, preſentibus nobilibus, & ſapientibus Viris Domino Berengario predicto, Domino Alexandro de Salimbenis de Senis Prepoſito dicte Cathedralis Eccleſie, Domino Raynaldo de Malavoltis, Domino Raynaldo de Tholomeis, Domino Bonaguida, & Domino Fazio, Canonicis dicte Cathedralis Eccleſie, Ser Mino de Sciano, Ser Pagno Boccari, Ser Dino Not. Ser Balbo Ser Farolfi Not. Fratre Petro de Figline, & Fratre Guidone Ser Ranuccii de Ordine Fratrum Minorum, & aliis pluribus Teſtibus preſentibus.

Ego Bonaventura Iudex, & Notarius q. Pieri de Senis predictis omnibus interfui, & de ſpeciali mandato dicti Domini Vicarii, & dicti Ser Ture Cappellani, tunc predicta ſcripſi, & publicavi, ideoque me in teſtem cum ſolito meo Signo ſcripſi, vive vocis uraculo facto.

At quum legum rigor huiuſmodi audaces, & refractarios illos Franciſcani Ordinis deſertores ſatis non comprimeret; ut tantae diſcordiae tamdem finem imponeret *Ioannes*

XXII. Conſtitutionem edidit, quae incipit his verbis: *Quorumdam exigit &c.* quaeque habetur inter *Extravagantes*, *Cap. Quorumdam Tit. De Verb. ſignificatione*, qua anno MCCCXVII. edita, Miniſtrorum, Cuſtodum, Guardianorumque, iudicio & arbitrio commiſit, determinare atque praecipere, *cuius longitudinis ac latitudinis, groſſitiei & ſubtilitatis, formae ſive figurae, atque ſimilium accidentium, eſſe debeant habitus & caputia*, Fratrum Minorum; ſimiliter *ubi, & quando, & quoties, granum, panem, & vinum, pro vitae Fratrum neceſſariis, Fratres ipſi quaerere debeant, conſervare, ſive reponere etiam in granariis & cellariis.* Haec conſtitutio Idibus Aprilis edita eſt, quam alia ſubſecuta eſt data III. KL. Ianuarias hoc eodem anno, Fratricellorum Sectam generaliter damnans, quamque apud laudatum *Pecciam* ex Archivo Minorum Conventualium Senen. eam proferentem *pag.* 258. videre eſt; quam tamen legere quoque erat inter *Extravagantes*, *Cap. Sancta Romana Eccleſia Tit. De Religioſis domibus*. Litteras & Mandata quaedam *Ioannis* huius, & ſententias atque poenas irrogatas hiſce haereticis ab aliis, narratas habemus apud *Baluzium Tom. I. Miſcellae. pag.* 195. *& ſeq. pag.* 276. 285. quibus Fratricelli iubentur inquiri, & merita poena inflicta damnari; & de iis iuſta iudicia, & vindictae merito ſumtae referuntur. Illis a Pontifice Maximo Conſtitutionibus editis Florentini inhaerentes legem ſeveram adverſus Fratricellorum Sectam inſecutis temporibus condiderunt, quae in *Libro III. Statutorum Florentinorum* exſtat *Rubrica XXXXI.* atque ita habet:

De Fraticellis.

In Orthodoxa Civitate Florentie, & eius latis, Chriſtiani nominis inimico procurante Sathana, apparuerunt nuperrime secti Fraticelli variis nominibus interdum nuncupati, nam eorum aliqui Apoſtate Ordinis Beati Franciſci, aliquando Fratres Minores, aliquando Fratres della povera vita, aliquando Pauperes Evangeliſi, ſectatores damnate memorie Michaelis, ſive Michelini de Ceſena olim Generalis Fratrum Minorum heretici, & de hereſi ab Eccleſia damnati, eorum variis & pravis doctrinis ſeculares ſimplices a recta via divertentes, varias opiniones & errores ſeminando, & a divinis officiis, & a perceptione Sacramentorum, & ab Eccleſiaſtica ſepultura diſſuadendo, opiniones falſas & novas intra populum Chriſtianum palliare nitentes, inter ceteros errores Papam Iohannem XXII. & ceteros, qui poſt ipſum Summi Pontifices fuerunt, non erubeſcentes in ſuarum animarum preiudicium, & ſenatos Cardinales aſſerere hereticos; & temeraria preſumptione audentes ſe ſolos Sacerdotes & Sacramenta Eccleſiaſtica poſſe conferre, & quod ad ipſos ſolos electio Pape & totius univerſalis Eccleſie reformatio expectat; & quod nullus verus Papa deinceps dici poteſt, ipſique ſoli ſunt univerſalis Eccleſia; aliisque multis erroribus Chriſtiani nominis cultum inficere nitantur. Qua de re ut temeritas reprimatur, altore ferro damnentur. Omnes & ſingulos dictos Fraticellos ſequentes, credentes, vel affirmantes in totum vel in parte eorum errores, ſtare morari converſari in Civitate Comitatu vel Diſtrictu Florentie prohibemus, unicuique licentiam dantes auctoritate propria licite & impune ipſos & eorum ſequaces capiendi, & in fortiam Inquiſitoris heretice pravitatis perducendi, eorum delictis condignam penam paſſuros. Officiales quoque Civitatis Comitatus & Diſtrictus Florentie quotiens requiſiti fuerint pro parte Domini Inquiſitoris ſuam familiam dare teneantur ſub pena librarum quingentarum cuilibet pro quolibet vice auferenda; & omne auxilium, conſilium, & favorem ad eos capiendos, & in carceribus dicti Inquiſitoris deducendos, preſtare procurent. Cuilibet Officiali negligenti aliquod predictorum penam libr. quingentarum auferri volumus ſummarie, & de plano, Comuni Florentie applicandam.

Et recte ac ſapienter quidem ita contra hosce Haereticos ob Sacerdotii & Imperii cautum eſt, ut ſerpenti atque invaleſcenti pravorum dogmatum contagioni quoquomodo obviam iretur. Nam ea *Ioannis* Pontificis Conſtitutione exaſperati Fratres Minores dicti *Spirituales*, ſeu *Strictioris obſervantiae*, in Siciliam ſeceſſerunt, ubi quemdam Ordinis Apoſtatam *Henricum de Ceva* ſibi Miniſtrum Generalem praeficere, ac Provinciales, ac Guardianos, ceterosque Miniſtros, inſtituere auſi ſunt; quodque gravius eſt, ſpreta auctoritate Romani Pontificis, qui eos ad meliorem frugem revocare ſatagebat, in varios proruperunt errores, quos in *Annalibus Eccleſiaſticis* referunt *Abr. Bzovius*, *Henr. Spondanus*, *& Odoricus Raynaldus*, *ad annum MCCCXVIII.* & *Nat. Alexander* ex ipſa *Ioannis* Conſtitutione anno MCCCXVIII. edita eos recitans, ut nihil de eorum recenſione ob Statuto ſupra producto ſecte dicam. Sciendum autem eſt, ut ad rem propoſitam ex diverticulo regrediamur, quum *Henricus VII.* Imperator anno MCCCXIII. apud Bonumconventum obiiſſet, *Clementem V.* Pont. Max. Vicarium Imperii in Italia *Robertum* Neapoleos Regem conſtituiſſe, donec legitimus *Henrici* ſucceſſor electus fuiſſet, aut Apoſtolicae Sedi viſum eſſet. Anno igitur MCCCXIV. Vicarius Regius Florentiae erat *Gentilis Urſinus*, & paullo

poſt

poſt *Petrus* Comes Gravinae, Ipſius *Roberti* Regis frater nato minimus, qui pacem ſanciendam inter Florentinos & Arretinos curavit, cuius acta condita fuerunt Florentiae III. KL. Octobris, quae ita incipiunt:

Anno Dominice Incarnationis MCCCXIV. die XXIX. Septembris. Ad honorem & laudem omnipotentis Dei, & glorioſe Virginis Marie, ad honorem Sacroſancte Romane Eccleſie, & Illuſtriſſimi Principis Domini Roberti Dei gratia Hieruſalem, & Sicilie Regis, & Inclyti Domini Patri Comitis Gravine Vicarii dicti Domini Regis in Thuſcia, Lombardia, Romandiola, Comitatu Brictinorienſi, & in Civitate Ferrarie, & totius Partis Guelfe regionis Italie Capitanei Generalis &c.

Acta fuerunt predicta hec omnia & ſingula in Civitate Florentie in domibus de Mozzis, in quibus idem Dominus Petrus moram trahit preſentibus ad hec rogatis & vocatis teſtibus venerabili Patre Domino Antonio Dei gratia Epiſcopo Florentino, & Domino Tediceo Dei gratia Epiſcopo Faſulano, & Domino Rogerio Abbate Abbatie Vallisumbroſe, & Domino Comite Rogerio de Dovadula Dei gratia in Thuſcia Palatino, & Domino Gerio Domini Manetti de Spinis, Iacobo de Rubeis, Lapo de Bardis, Iohanne de Gherardinis, & Raynerio de Buondelmontibus, militibus Florentinis.

Quae autem fuerint firmatae pacis pacta & conventa, apud *Ammiratum* in *Hiſtoria Florentina* videre eſt. Interim *Ludovicus IV.* Bavarus Imperator eligitur, & adverſus *Fridericum Auſtriacum* pariter electum tandem praevaluit; anno autem MCCCXVI. *Ioannes XXII.* Pontifex Romanus creatur, in locum *Clementis* anno MCCCXIV. vita functi. Statim autem ac *Ludovicus Bavarus*, electus Romanorum Rex, creationem *Ioannis* Papae audivit, miſit oratores ſuos, qui eius adſenſum poſcerent; quem tamen ille variis iuſtiſque de cauſis negavit, ut apud *Henr. Spondanum* ad hunc annum videre eſt. Itaque *Ioannes* Pontifex Maximus anno inſequenti MCCCXVIII. quum plurimi Italiae Proceres, Gibellinae factionis, Vicarios ſe Imperii indigitarent, ſive illum titulum ab *Henrico VII.* obtinuiſſent, ſive etiam ab *Ludovico Bavaro*, qui ſe pro Imperatore gerebat, aut ab *Friderico Auſtriaco* eius competitore, ſeu denique ab ſeipſis accepiſſent, perſpiciens ſic iura Sedis Apoſtolicae auctoritatemque imminui ac violari, Conſtitutionem graviſſimam edidit Pridie KL. Aprilis, qua declarans, vacante Imperio, eius iuriſdictionem, regimen, & diſpoſitionem, tam iure, quam conſuetudine, ad Pontificem Maximum devolvi, omnino prohibuit, nequis quacumque dignitate fulgens, eiuſmodi Vicarii, ſeu cuiuſvis alterius Officii Imperii nomen, ſine Sedis Apoſtolicae auctoritate, quandiu Imperium vacaret, retinere aut uſurpare praeſumeret; quae Conſtitutio inter *Extravagantes, Cap. Si fratrum, Tit. Ne Sede vacante &c.* habetur. In hac Conſtitutione *Ioannes* diſerte luculenteque indicat, quod nos alibi adfirmavimus, non Vicarios tantum generales ab Imperatoribus conſtitutos in Tuſcia fuiſſe; ſed particulares etiam ſpecialeſque in quibuſdam Oppidis & Civitatibus. Ait enim: *Vicariatus, ſeu alterius cuiuſcumque nomen officii, quod ipſa Imperatora vivente ex ipſius commiſſione gerebant, in certis terris, territoriis, ſive locis &c.* Aſt inſuper cognoſcimus, *Fridericum Auſtrium*, & *Ludovicum IV.* Conſtitutione huiuſmodi ſpreta, ſuos Vicarios late conſtituere non ſuperſediſſe, ſed in Oppidis, & Civitatibus eos, ut Caeſares praedeceſſores fecerant, elegiſſe, id adſtruentibus Diplomatis in *Caſtruccii Antelminelli* favorem datis, & quae ex eiuſdem Vita ab *Aldo Manutio Iuniore* ſcripta heic producimus.

Federicus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus gratiam ſuam, & omne bonum. Etſi ad quoslibet, quos Romane dilectionis habet Imperium, munificentie dexteram debeamus extendere debitricem, illos tamen prerogativa favoris complectemur, & ſpecialiori proſequemur dilectionis affectu, qui gratos ſe noſtris repreſentant affectibus, quique Regalis favoris augumentum per zelum purioris fidei, devotionis perfecta, & fructuoſa (que dive recordationis Romanis Imperatoribus, & Regibus, predeceſſoribus noſtris, ac Imperio, retro actis temporibus impertirentur) obſequia multipliciter meruerunt. Ad perſonam itaque Caſtruccii de Antelminellis, de Luca, fidelis noſtri cariſſimi, quem affectione benevola proſequimur, et tenemur, & opportuni patrocinii gratia confovere diſponimus, & honore ſpecialis dilectionis, conſiderationem habentes, dignum reputamus, & debitum, ut, qui de noſtrorum familiarium probitate eximia iocundamur, eos noſtre familiaritatis participio, & ſuavi Regalium iugo, placidis nexibus arctius adſtringamus. Ut autem idem Caſtruccius in effectu percipiat, quod noſter ſuggerit affectus, & in antea Regalibus devotius inſiſtat obſequiis, quo locum apud Maieſtatem noſtram habeat digniorem, ipſum Secretario-

Digitized by Google

riorum, & familiarium noſtrorum predictorum conſortio libenter, & liberaliter duximus aggregandum. Sperantes, quod affectus ſincerus, & fidei fervor, quibus in animo ſuo erga Imperium diuturnitate convaloit, incrementa ſuſcipere ſemper debeant, conducta continue vehiculo ſolide firmitatis. Et, ut ex hoc de bono In melius ſtudiis virtuoſis proficiat, ſic, quod exinde gratiam noſtre Serenitatis valeat uberius promereri; eumdem Caſtruccium, in omnibus caſtris, caſtellis, ſuburbanis, vicis, ſive villis Imperialibus, que tenet, & poſſidet, noſtrum conſtituimus Vicarium, per preſentes litteras Regali noſtro Sigillo ſigillatas.

In earundem teſtimonium ſuper eo datum in Caſtris, ante Ezzeling, Nonis Auguſti; anno Domini Milleſimo tercenteſimo quintodecimo, Regni vero noſtri anno primo.

Fridericus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Nobili & prudenti viro Caſtruccio de Antelminellis, de Luca, fideli noſtro, ſincere dilecto, gratiam ſuam, & omne bonum. Quia in noſtri Imperii exordiis, te culmini noſtro devotum obtuliſti ſum per Lanfrancum de Brodariis de Volterris, virum idoneum & legalem; tum etiam ſcriptis tuis, dignum arbitramur, & equum, ut te nunc & ſemper noſtrarum faciamus participem gratiarum. Et ſicut Vicariatum petiviſti, ita tibi de ſincera tua fide, legalitate, & induſtria, noſtre clementie, per nobilem virum Vonsherum, Comitem de Humbris, fidelem, noſtrum dilectum, multipliciter commendata, fiduciam plurimum obtinentes, aſſumpto te in noſtro Maieſtatis Secretarium, & familiarem Vicarium, tranſmittimus, quem petiſti, ſicut ex litteris patentibus ſibi miſſis colligere poteris evidenter, mandantes fidelitati tue, ut in hec pauca te ſic fidelem exhibeas, quod proceſſu temporis Regalis auctoritas se delectetur conſtituere ſupra multa.

Datum in Caſtris, ante Ezaelingen, IIX. Idus Auguſti, Regni noſtri anno primo.

Fridericus, Dei gratia Romanorum Rex ſempee Auguſtus. Nobili viro Caſtruccio do Antelminellis, ſuo, & Imperli Vicario, & fideli dilecto, gratiam ſuam, & omne bonum. Inter cetera, quarum nos (quem Reipublice, & Romane glorie promotione preſecit Altiſſimus privilegio) cura ſollicitat, quorum deſiderabilis expeditiu mentem noſtram exagitat inceſſanter, illud potiſſimum Regios acuit cogitatus, qualiter gloriam, & decorem, ac laudem Romani Imperii attullamus,

qua-

qualiterque dictis nobis, & Imperii fidelibus, ac devotis procuretur tranquille beatitudo quietis; & felicitatem ſancte pacis, ſcilicet, ad ſingulas regiones, in Romano Imperio conſtitutas, noſtre mentis intuitu diffundamus, precipue tamen ſuper Statu nobilis Italie partis, utique dicti Romani Imperii pretioſe, iam dudum multis hinc inde guerrarum conflictationibus in perſonis, & rebus, perceptis Imperii partibus, afflicte gravate adſtricte, ſalobriter reformando, pro ut ex officii noſtri tenemur debito, ne talentum nobis creditum negligenter abſcondere videamur. Nos convenit conſultius cogitare, ut granum, tribulationum periculis, quibus ipſa Italia iugiter diſtrahitur, exactis, antique ſemina pacis, & concordie, que tantum, & non aliud extollere querimus in ſubiectis, ſic ipſis partibus fructuoſe valeamus inſerere, ut optate pacis iocunda fertilitas poſſit in tellure Italica Verſilie pullolare; & quia huic Serenitatis noſtre ſalubri propoſito nova quidem federa per Magnificum Principem Robertum, Ieruſalem, & Sicilie Regem, nuper a noſtra Maieſtate petita, & per matrimonii vinculum inter Illuſtrem Carolum Ducem Calabrie primogenitum ſuum, & preclaram Catherinam ſurorem noſtram humaniter contracta affinitate, tibi pacis, & quietis adminicula ſunt, ut credimus, immo nec ambiguum, quam plurimum allatura, fidelitatem tuam rogamus effectu ſincero, quatenus tibi dicta federa, pro quo prefatos Regem, & Ducem nobis, & Imperio diſpoſuimus attrahere, allicere, & nuptiarum placare probabili blandimento, non debeant diſplicere. Illud quippe ad laudem Sacri Romani Imperii, & commoda ſalutifera principaliter tua, & aliorum noſtrorum precogitavimus ſubditorum, pro quorum quiete inquietas noctes elegimus ducere, & inſomnes, & ex dicto equitatis federe coronam nobis, ubique ſolatia pacis, & delectamenta quietis, tanto firmius credimus provenire, quanto veriſimilius illa nobis pro concepto ſpei preludia repromittunt. E ut pacis tranquillitas ultra efficacius procuretur, ſana tua conſilia, de viis & modis ad hec congruis nobis novimus opportuna, & pro requiſitione tui conſilii mittimus ad ven. viros Magiſtrum Ioannem de Verona Phyſicum, Canonicum Eccleſie Metenſis, Conſiliarium, & Familiarem noſtrum, necnon Fridericum de Bloiste, Canonicum Eccleſie Friſaten. Magiſtrum Camere Inclyte Eliſabethe Romanorum Regine, conſortis noſtre cariſſime, noſtros dilectos, quibus ſuper premiſſis & aliis fidem placeat adhiberi: requirentes, & rogantes, ut per certos tuos Nuntios ſuper prelibatis nobis cures

semit-

remittere tuum conſilium, & reſponſum, roiptans te obedientie, & fidelitati, Nobis, & Imperio debite, rem prompte, tamque devote, ut ob inde Noſtra Maieſtas gratioſa tibi per omnia inveniri debeat, & benigna.

Datum Stufriſe ſecundo Kalendas Iulii, Regni Noſtri anno ſecundo.

Federicus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Nobili Caſtructio de Antelminellis, ſuo, & Imperii fideli dilecto, gratiam ſuam, & omne bonum. Toties (credimus) *Regiae Celſitudinis ſceptrum altius extollere, & ipſius Statum ſolidius ſolidare, quoties fidelium ſubiectorum vota benigno proſequitur affectu; & ad ipſorum iura obſervanda, & gratias largiendas, benigna Principis clementia invenitur. Cum enim gloria, ſive Principatus potentia in ſubiectorum praecipue conſiſtat ſoliditate, fortius expediens arbitramur, & condecens, ut ſimus ſubditis, & in iuſtitia faciles, & in gratia liberales. Cupientes igitur praemiſſorum contemplatione tuae conſtantiſſimae fidei puritatem, tuaeque perſonae adprobatam fidelitatem, quam ad augmentationem noſtri Culminis, noſtrorum, tuique praedeceſſorum, ut Sacri Romani Imperii ſublimationem a longis retroactis temporibus fideliſſimam ſemper invenimus, & devotam, condigni retributione praemii, tuis meritis multipliciter exigentibus, praemiari, ac ſpecialis gratiae privilegio bonitate Regia largiſſue honorare; Te, tamquam illum, in quo ſumme noſtra confidit magnificentia, in Civitate Lucana, eiuſque diſtrictu ſex miliariorum, & ſuburbanis, vel quaſi, & provinciis Vallium Nebulae, Arianae, & Limae, & terris civium Garſagnanae, terris quae dicuntur Blancorum, Verrucula, Boſſorum, & eius Curia, Lunigiana, Mazza etiam Verſilia, Serravalle, tum aliis terris partis Imperialis Piſtorii, ſubiectis tibi, & Vallis Arni, cum mero & mixto imperio, & omnibus iuriſdictionibus, iuribus, honoribus, & utilitatibus ſuis, cum terris, paſcuis, ſilvis, venationibus, pratis, nemoribus, paludibus, theloneis, fluminibus, aquis, aquarum decurſibus, piſcationibus, & ceteris pertinentiis omnibus, quacumque nomine cenſeantur, & ipſa Civitate, eiuſque diſtrictu, ſuburbanorum, & ſex miliariorum, vel quaſi, terris, vallibus, & montibus, ac locis ſupradictis, ad Imperium de iure ſpectantibus, noſtrum, & Imperii generalem Vicarium, uſque ad noſtrum, & Imperii beneplacitum, de ſpeciali gratia, & noſtrae liberalitatis munificentia, conſtituimus, per praeſentes, ut exinde circa nos, & Imperium, delectes te maioris ſollicitudinis ſtudia vigilare. Tibi nihilominus indulgemus, ut huiuſmodi merum & mixtum imperium poſſis, & valeas per te, vel alium, aut alios, exercere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae conceſſionis, & conſtitutionis infringere, aut ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem noſtram, & poenam quingentarum librarum auri, pro dimidia parte Fiſco noſtro, & pro reliqua dimidia paſſo iniuriam, ſolvendarum, ſe noverit incurſurum. In cuius rei teſtimonium praeſentes litteras exinde conſcribi, & noſtrae Maieſtatis Sigillo iuſſimus communiri.*

Datum apud Cunezam, 18. nonas Aprilis, anno Domini MCCCXX. Regni vero noſtri anno VI.

Federicus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Nobili viro Caſtruccio de Antelminellis, apud Lucam ſuo, & Imperii Vicario generali, fideli ſuo dilecto, gratiam ſuam & omne bonum. Venientes ad noſtrae Maieſtatis praeſentiam viri diſcreti, magnificus Andreas Medicus, & Baldus Cancellarius, cives tui domeſtici familiares, devoti noſtri dilecti, ex parte tua noſtrae Celſitudini praeſentabant quaſdam litteras ſupplicatorias, continentes, ut tibi Vicariam apud Lucam, aliiſque locis, tuis litteris expreſſis, de benignitate Regia committere dignaremur. Nos vero animadvertentes, quanto fervoris affectu, quantaque fidei puritate, nos & ſacrum venereris Imperium inceſſanter; confidentesque de tuae ſincerae fidei puritate, liberalitatis induſtria, ac circumſpectionis tuae providentia commendanda, praemiſſis tuis petitionibus animum benignum favorabiliter inclinamus & conſenſum. Volentes in hoc tuam perſonam, ut in devotionis, & fidelitatis affectu erga nos, & Imperium fidelius attendas, libenter, & liberaliter, honorare. Verumtamen volumus, & mandamus, quatenus Maieſtati noſtrae, ut teneris, & prout conſuetudo antiquitus approbata ſacri Imperii exigit, praeſtes, & facias fidelitatis, & obedientiae debitum ſacramentum; nobiſque tuas litteras obligatorias, quas tibi cum praeſentibus conſcriptas tranſmittimus, ſigillandas deſtinari per noſtrum Nuntium non omittas, tui ſigilli robore communitas: & ſuper praemiſſis ſtrenuum virum Elzarbinum de Geula Camerarium noſtrum dilectum, exhibitorem praeſentium, ad te duximus deſtinandum. Mandantes, quatenus eidem fidelitatis, & homagii praeſtes, nomine noſtro, ſacramentum.

Datum in Vienna V. Idus Aprilis, Regni vero noſtri VI.

Etſi *Fridericus* Vicarium *Caſtruccium* paullo ante conſtituerat, ſcilicet Pridie Nonas Aprilis, potuit paullo poſt ſupplicibus *Caſtruccii* litteris acceptis, hanc eamdem dignitatem ei hoc novo Diplomate confirmare.

Fredericus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Nobili viro Caſtruccio de Antelminellis, auctoritate Imperiali in Luca Vicario generali, Secretario ſuo, fideli dilecto, gratiam ſuam, & omne bonum. Ius, & conſuetudo antiqua noſtra, & ſacri Imperii, hoc expoſtulat, & requirit, ut rationem Vicariae, tibi ad precum tuarum ſupplicem inſtantiam, ex munificentia noſtrae Celſitudinis commiſſae, nobis praeſtet, & faciat fidelitatis, & homagii debitum ſacramentum. Verum, quia propter longinquam diſtantiam id effectui mandare non poteris propria in perſona; tuis laboribus, & expenſis, ob tuae perſonae reverentiam, parcere cupientes, ſtrenuum virum Oſtalerium de Geul Camerarium noſtrum dilectum, exhibitorem praeſentium, ad te duximus deſtinandum. Dantes ſuper praeſentibus plenam ac liberam poteſtatem, exigendi, & recipiendi a te praeſcriptum noſtro, & Imperii nomine, fidelitatis, & obedientiae ſacramentum, praeſentium teſtimonio litterarum, noſtri Regalis Sigillo ſignaculo ſignaturum.

Datum in Paſſano IV. Idus Aprilis, anno Domini MCCCXX. Regni vero noſtri anno VI.

In nomine Sanctae & Individuae Trinitatis. Amen. Ego Caſtruccius de Antelminellis, auctoritate Imperiali in Luca Vicarius Generalis, iuro ad ſancta Dei Evangelia, & praeſentibus me iuraſſe proteſtor, quod Glorioſiſſimo ac Invictiſſimo Domino meo Federico Romanorum Regi inclyto teneor, & debeo, dolo & fraude ſemotis, fidelitatem, & obedientiam, tamquam iuſto, & vero Romanorum Regi, inviolabiliter obſervare, & Vicariae officium praedictae, mihi de benignitatis ſuae gratia creditum, & commiſſum, ad ſuum, & Imperii honorem fideliter exercere. Debeo etiam ſub eodem iuramento praedicti Domini mei Regis & Sacri Imperii, damna, moleſtationes, & gravamina, quantum ſufficio, ſcio, & valeo, fideliter praecavere, honores, & commoda pro viribus promovere. Et in evidens praemiſſorum teſtimonium, ut per me firma permaneant, & illaeſa, Suae Sereniſſimae Maieſtati tranſmitto praeſentes, Sigilli mei robore confirmatas.

Datum Lucae, Kal. Maii, anno Domini MCCCXX.

Locus ſigilli.

At ſuo ſacramento & dictis non diu manſit *Caſtruccius*, & ad *Ludovici* partes tranſivit, *Friderico* deſerto, ut ex inſequentibus Diplomatis patet.

Lodovicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Magnifico viro Caſtruccio de Antelminellis, Vicario Lucanorum, ſuo, & Imperii fideli dilecto, gratiam ſuam, & omne bonum. Regiae liberalitatis clementia, in ſuis fidelibus gratiarum dona multiplicans, illis praecipue conſuevit aſſurgere larga manu, qui per pugnam continuam in rebelles, pro exaltatione Coronae ſingulares triumphos, & nomen laudabile ſunt ſortiti. Sane, cum veraciter ſciamus, te praecipuum in partibus Italiae pro Sacro Imperio pugilem extitiſſe, nulli parcendo periculo, oneri, vel labori, ac iuſtitia tua, & animi probitate, victos de hoſtibus devotos pro Imperio tenuiſſe, ac devios infideles ad fidem gratioſis meritis invitaſſe. Volentes, praemiſſorum obtentu, extollere nomen tuum, & te praerogativa ſpeciali magnifice honorare; Vicariatum Civitatis Lucanae, eiuſque diſtrictum, ſex milliariorum, & ſuburbanorum, vel quaſi, & provinciarum Vallis Nebulae, Arianae, & Limae; & in terris civium Garfagnanae, terris, quae dicuntur Plancorum, Verrucula, Boſſorum, & eius Curiae, Pontremulo, eius diſtrictu, Lunegiana, & omnibus terris ſitis citra, & ultra aquam Magrae, in Lunenſi Dioeceſi, Maſſa, & Verſilia, & Valletina, auctoritate Regia, noſtro in Sacri Imperii vice, & nomine, uſque ad noſtrum, vel ſucceſſoris noſtri Romani Imperatoris, vel Regis, beneplacitum, & voluntatem, tibi committimus, & in ipſis Civitate, terris, & locis, & aliis antedictis, pro nobis in Sacro Imperio, te Vicarium conſtituimus, & facimus generalem. Concedentes tibi plenariam iuriſdictionem in omnibus praedictis Civitate, terris, & locis, ut poſſis inquirere, & punire, & iuriſdictionem ſanguinis cum mero, & mixto imperio exercere, in genere, & in ſpecie, per te, vel alium, aut alios, cui, vel quibus ipſam iuriſdictionem commiſeris exercendam; recepto primitus a te iuramento, quod ipſam iuriſdictionem fideliter exerceas, nulli parcendo, vel contra iuſtitiam offendendo, ſed ius ſuum unicuique tribuendo: volentes per hanc conceſſionem noſtram in praemiſſis omnia, & ſingula tibi eſſe conceſſa, quorum ſpecialem commiſſionem fieri oporteret, & quae in generali commiſſione non intelligerentur commiſſa, niſi de ipſis fieret mentio ſpecialis. In cuius rei teſtimonium praeſentes tibi dirigimus, tradimus, appenſione Sigilli Regii communitas.

Datum in Regali opido noſtro Franchfort, IV. Kal. Iulii, anno Dom. MCCCXXIV. Regni vero noſtri X.

Nos Lodovicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Etſi honor Regis iudicium diligat, tamen Auguſtalis clementia miſericordiam non refutat, quin nonnumquam per iuſtitiam condemnatos cadat per gratiam abſolutos, ſic quippe fideles noſtros, & Imperii intime diligimus, quod longe carius pare-

mus

Digitized by Google

mus reverrentibus, quam poenam reſiſtentibus infligamus. Sane dudum clarae memoriae Dominus Henricus, quoudam Romanus Imperator VII. praedeceſſor noſter, coutra Civitatem Lucanam, & eius diſtrictum, & contra Cummune, & cives, & ſpeciales perſonas eiuſdem, quaſdam condemnationis ſententias promulgavit, proſcriptiones, mulctas, privatinnes, & poenas alias infligentes, pro eo, quod tunc ipſi a fidelitate receſſerant, & Sacro Imperio rebellabanc. Nunc vero, quia Civitas, diſtrictus, Commune, & cives praeſati ad fidelitatem, & devotionem reverſi, Sacro ſe Imperio in paritate, & integritate fidei reddiderant, & in hoc propoſito fidei ſe firmos, & ſtabiles opere comprobant, & effectu. Nos, qui eiſdem pium, & benevolum affectum gerimus, & tamquam filios peramamus, culpam praetericam, quam ipſi ſtudent devotis, & fidelibus actibus expiare, remittentes, eiſdem, de gratia ſpeciali, omnes ſententias, per dictum D. Henricum contra ipſos prolatas, de plenitudine poteſtatis Regiae, relaxamus, & revocamus, quidquid ex eis, vel ab eis factum, vel ſecutum exiſtit; reſtituentes eoſdem, eadem poteſtate, contra ipſas ſententias, in integrum, & in ſtatum priſtinum, ac ſi ipſae ſententiae non fuiſſent ab initio promulgatae. Ad quos ſpecialiter nos induxit praedictorum fidelium noſtrorum nova, creſcens, & firma devotio, & fideliſſima ſtrenui viri Caſtruccii de Antelminellis, ſui Vicarii, pro ipſis intercellantis, ſupplex petitio, & favor multos, quem ipſis gerimus ex affectu. Verumtamen praedictas ſententias non intelligimus relaxatas ad illos de civibus praedictis, qui, in rebellione perſiſtentes, nobis, & Imperio, vel dicto Vicario noſtro nomine non obediunt, nec intendunt, niſi forte ad requiſitionem dicti Caſtruccii, intra terminum, quem praefixerit, ad fidelitatem redierint, & eius beneplacitis paruerint, & mandatis. In cuius noſtrae remiſſionis, relaxationis, revocationis, & reſtitutionis teſtimonium praeſentes damus litteras, Sigilli noſtri robore communitas.

Datum in Franchfort, IV. Kal. Iunii, anno Domini MCCCXXIV. Regni vero noſtri anno X.

Henricus VII. Civitates, & Populos multos Etruriae, ſibi reſiſtentes, ſententia in eos lata multaverat, & punierat, ut ex iis, quae ſuperius *pag.* 121. produximus, conſtat.

Lodovicus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Magnifico viro Caſtruccio de Antelminellis, Vicario Lucanorum, ſuo, & Imperii fideli dilecto, gratiam ſuam, & omne bonum. Regiae liberalitatis clementia, in ſuos fideles gratiarum dona multiplicans, illis praecipue conſuevit aſſurgere larga manu, qui per pugnam continuam in rebelles, pro exaltatione Coronae, ſingulares triumphos, & nomen laudabile ſunt ſortiti. Sane, cum veraciter ſciamus, te praecipuum in partibus Italiae pro Sacro Imperio pugilem extitiſſe, nulli parcendo periculo, oneri, vel labori, ac iuſtitia tua, & animi probitate, victos de hoſtibus devotos pro Imperio tenuiſſe, ac devios

vios infideles ad fidem gratioſis meritis invitaſſe. Volentes, praemiſſorum obtentu, extollere nomen tuum, & te praerogativa ſpeciali magnifice honorare, Vicariatum Civitatis Piſtorii, & totius Comitatus, & diſtrictus eiuſdem, ac in omnibus aliis terris, ſitis infra confinia ſupradicta, & in Dioeceſi Lucana, Piſtorienſi, & Lunenſi, auctoritate Regia, noſtro, & Sacri Imperii vice, & nomine, uſque ad noſtrum, vel ſucceſſoris noſtri Romanorum Imperatoris, aut Regis beneplacitum, & voluntatem, tibi committimus; & in ipſis, Civitate, Comitatu, ac diſtrictu, terris, & locis, ac omnibus antedictis, pro nobis, ac Sacro Imperio te Vicarium conſtituimus, & facimus generalem. Concedentes tibi plenariam iuriſdictionem in omnibus praedictis, Civitate, terris, & locis, poſtquam eas acquiſieris, & pro nobis, & Sacro Imperio tenendas tibi ſubiugaveris, ut poſſis inquirere, & punire, & iuriſdictionem ſanguinis cum mero, & mixto imperio exercere, in genere & in ſpecie, per ſe, vel alium, aut alios, cui, vel quibus ipſam iuriſdictionem commiſeris exercendam; recepto primitus a te iuramento, quod ipſam iuriſdictionem fideliter exerceas, nulli parcendo, vel contra iuſtitiam offendendo, ſed ius unicuique tribuendo. Volentes per hanc conceſſionem noſtram omnia, & ſingula tibi eſſe conceſſa, quorum ſpecialem commiſſionem fieri oporteret, & quae in generali commiſſione non intelligerentur commiſſa, niſi de ipſis fieret mentio ſpecialis. In cuius rei teſtimonium praeſentes tibi dirigimus, & tradimus, appenſione Sigilli Regii communitas.

Datum in Regali oppido noſtro Franchfort, IV. Kalendas Iunii, anno Domini MCCCXXIV. Regni vero noſtri anno X.

Lodovicus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Viro magnifico, & illuſtri Caſtruccio de Antelminellis, Duci Lucano, & Vexillifero Imperii, ſui, & Imperii dilecto, gratiam ſuam, & omne bonum. Regiae liberalitatis clementia, in ſuis fidelibus dona multiplicans, illis praecipue conſuevit aſſurgere, larga manu, qui per pugnam continuam in rebelles pro exaltatione Coronae ſingulares triumphos, & nomen laudabile ſunt ſortiti. Sane, cum veraciter ſciamus, experientia nobis exiſtente magiſtra, te praecipuum, & ſtrenuum in partibus Italiae pro Sacro Imperio pugilem extitiſſe, nulli parcendo oneri, periculo, vel labori, ac iuſtitia tua, & animi probitate, victos de hoſtibus devotos pro Imperio tenuiſſe, & devios infideles ad fidem gratioſis meritis invitaſſe, tantoque magis Imperiale ſceptrum extolletur, tanto cura regiminis a ſollicitudinibus, & laboribus televatur, quanto fideles ipſius in circuitu Imperii circumſpicit digniores, & de fulgore Coronae Caeſareae, veluti ex Sole radii, ſic certe prodeunt dignitates, ut primae lucis integritas minorati luminis non ſentiat detrimentum. Hac igitur conſideratione commoti, qui coeleſti providentia Romani Imperii moderamur habenas, ac Solii noſtri decus tam veterum dignitatum ornatis confovemus, quam novis honoribus ampliamus, & volentes praemiſſorum obtentu extollere nomen tuum, & te praeroga-

gativa ſpeciali magnifiee honorare, de plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia, & de conſilio noſtrorum Principum, & Baronum, Civitatis Lucae, Piſtorii, Volaterrarum, & Lunae, eum omnibus, & ſingulis eaſtris, villis, terris, & locis ſitis in Dioeceſibus ipſarum, & cum omnibus earum, & euiuſque earum pertinentiis, territoriis, & iuriſdictionibus quibuscomque, ad nomen Ducale pertinentibus, transferentes, & voleates ſub uno dignitatis vocabulo contineri Doeatus, Ducem, & Vexilliferum noſtrum, & Saeri Romani Imperii ubilibet, de praemiſſae noſtrae poteſtatis plenitudine, & principali magnificentia promovemus, eiſdem libertatibus, immunitatibus, & iuribus praedictum Ducatum tuum praeſentium auctoritate donantes, quae Ducalem deceant dignitatem, praeſataſque eivitates, & quamlibet earum, & omnes terras, eaſtra, & territoria, atque loca, quae in Dioeceſibus, ſeu Epiſcopatibus, territoriis, & pertinentiis ipſarum eivitatum, & cuiuslibet earum, ſeu intra eonfines Dioeceſum, Epiſcopatuum, pertinentiarom, & territoriorum praeſatarum civitatum, & euiuslibet earum ſitae ſunt, ſeu ſita, in perpetuum tibi, & legitimis ſuc ceſſoribus tuis, ex te deſcendentibus per lineam maſculinam, ex eerta ſcientia, damus, concedimus, & donamus, cum omnibus, & ſingulis villis, eaſtris, terris, fortalitiis, caſalibus, vaſſallis, hominibus, poſſeſſionibos, honoribus, uſibus, demaniis, feudis, homagiis, patronatibus vacantium & non vacantium Eccleſiarum, & loeorum nobis & Imperio ſpectantibus, & cum terris eultis & incultis, ſilvis, paſeuis, nemoribus, ſalinis, balneis, ſtagnis, lacubus, atque quibuſcomque aquis, & aqoarom decurſibus, molendinis, piſcariis, piſeationibus, venationibus, montibus, planis, vallibus, & omnibus, & ſingulis loeis, iusibus, & pertinentiis, tam maris, quam terrarum praeſatarum civitatum, terrarum, & locorum, & cuiuſcumque ipſarum, & ipſorum exſiſtentium infra praedictas Dioeceſes, eonfinia, & loca, quae in huiuſmodi nuſtra conceſſione, & donatione ſub ſpeciali, aut generali vocabulo poſſunt intelligi, aut eomprehendi, quae ad noſtrum Romanum Imperium ſpectaro noſcuntur; & ſic te, ſueceſſureſque tuos ex te legitime deſcendentes (ut dictum eſt) per lineam maſculinam in Ducem, & Duces praedicti Ducatus, eum dignitate illuſtri eligimus, & conſtituimus, praeficimus, & creamus; dantes, & eoncedentes tibi, & ſueceſſuribus tuis praedictis, in praedictn Duesto, pleniſſimam, & liberam auctoritatem, & poteſtatem iuriſdicendi, per te, & per alios, ac etiam merum, & mixtum Imperium ut exercere valeas, & valeant gladii poteſtatem, ad animadvertendum in facinoroſos, & malos. Et, ut ipſius Ducatus dignitate te, & praeſatos tuos ſucceſſores, cognoſcas amplius, & ſavorabilius liberalitate Regia ſublimari; tibi, & ſueceſſuribus tuis praedictis, ex ipſa dignitate Ducatus perpetuo decrevit competere noſtra Serenitas, auctoritatem, & poteſtatem ereandi, & ordinandi perpetuo, vel ad tempus, prout vobis placuerit, in ſingulis civitatibus, eaſtris, opidis, villis, & terris dicti Ducatus, Vicarios, Capitaneos, Poteſtates, Iudices, ſeu Rectores, & quoslibet

ur

ordinarios Magiſtratus, vel etiam delegatos, & quoſcumqoe honores, & honorom officia, cum anctoritato, & poteſtate iuſdieendi, & mero, & mixto imperio, Statura municipalia condendi, ſtatuendi, & decernendi, iuri divino, atque naturali, non contraria, prout utilitati, & paeifico ſtatui, expedire videritis ſubiectorum. Ad haec quoque in praedictu tuo Ducatu flumina navigabilia, & ex quibus navigabiles fuerint portus, plageas, ſicuti nunc dignoſeeris poſſidere, ripas, & riparica, necnon vectigalia, thelonea auri & argenti, & metallorum omnium quaeſtuum, nunc nobis, & Imperio pertinentia, tibi, tuiſque ſuceeſſoribus eoncedimus, & donamus, ac monetae, tam auri, quam argenti, & aeris cudendi iuſti, & recti ponderis, in ipſo tuo Ducatu, tibi, & praedictis tuis ſucceſſoribus praeſenti privilegio ſacultatem liberam indulgemus, & feuda antiqua, & nova, & recta, & regalia conferendi, & infeudandi, vaſſallos Imperii, fidelitatis, & homagii ſacramenta, mulctarum, & poenarum eompendia, & eonfiſcationes bonorum, & cetera, quae dicuntur Regalia, in ipſo Ducatu, ad tuum, & ſaepe dictorum tuorum ſuceeſſorum compendium volumus pertinere. Milites quoque in ipſo Ducatu & extra conſtituendi, & militari cingulo decorandi, & Iudices ordinarios, & Notarios publieos creandi, & ordinandi, ac conficiendi, filios, & filias naturales, tam ſpurios, quam vulgo quaeſitos, ex damnabili coitu natos, legitimandi, & eum ipſis ſuper deſectu quolibet diſpenſandi. Vt tamen pro honore, quem tibi libenter adiieimus, nullum ius ſubtrahatur obedientibus, & obedituris nobis, & Imperio, in eorum bonis, & feudis; iora tamen Imperii remaneant Ducatui ſupradicto, & quod in praemiſſis Ducatu, & Vexilliferatu ſemper maior natu, ſeu ex generatione toa ex te, & ſucceſſoribus tuis legitime deſcendentibus, excluſis aliis heredibus minoribus natu, ſolus in totum ſoceedat, & propter praemiſſa omnia te pro te ipſo, ſucceſſoribuſque tuis, nobis pro nobis ipſis, ſucceſſoribuſque noſtris humagium, & fidelitatis debitae iuramentum praeſtantem de praemiſſis Vexilliferatu, & Ducatu per ſceptrum praeſentialiter inveſtimus. Porro omnia, & ſingula ſupradicta valere, & tenere volumus, & firmamus, non obſtante aliqua lege, eonſuetudine, aut iure, quibus contrarium caveretur, quibus omnibus, & ſingulis, ſpecialiter, & expreſſe, tamquam nominatim de illis in praeſenti privilegio fieret mentio, eſſe intendimus, & debeat derogatum, & potiſſime iuri, & conſuetudini, quo, & qua eaveretur, ſeu eautum diceretur, quod heres in Ducatu, Comitatu, vel Marchia, nullo modo ſuccedat, niſi ab Imperatore aequiſiverit per inveſtituram, quantum ad caſum praeſentem; in aliis vero caſibus, in ſuo robore ſemper durent: ita ramen, quod tu, & ſucceſſores tui, a nobis, & ſueceſſoribus noſtris a Saero Romano Imperio requiſitus & requiſiri, perpetuo teneatis, & teneantur plenam, & liberam obedientiam facere, & omnibus noſtris mandatis, ſucceſſorumque noſtrorum, & Sacri Romani Imperii libere intendere, & parere, & omnia noſtra mandata obſervare, & efficaciter adimplere, iuxta poſſe, & exſecutioni mandare. Statuimus etiam, & mandamus, quatenus nulla Civitas, nulla Commu-

mu-

manitas, & generalitet nulls perſona, euluſcumque conditionis, & praeemineutlae, & ſtatus exſiſtat, hulc noſtrae paginre audeat ln aliquo contrafacere. vel venire, ſeu te, aut praedictos tuos ſucceſſores in aliquo moleſtare de his, quue ſupra tibi, & eis a noſtra elementia liberalitee ſint collata. Sl quis autem temerario praeſumpſerit conteaire, mille marcharum auri poenam incurrat, pro dimidia Camerre noſtrae ſolvendam, & pro alia dimidia Camerae dicti Ducatus, & Vexilliferarus in quorum praeiudicio aliquid exſtiterit attemptatum. Quibus omnibus, & ſingulis ſupradictis, teſtes interfueunt infraſcripti, videlicet Rudolpbus Dux Bavariee, Princeps & Patruus noſter; Venerabilis Iacobus, Epiſcopus Caſtellanus; Venerabilis Frater Gerardus, Epiſcopus Alerienſis; Hermannus de Lithelberg, Cancellrrius noſter, Albertus Hymiel de Lithelberg, Mareſchalcus noſter; Frater Henricus Lanrhgravius Alſatiae; Menchardus, & Albertus fratres, Comites de Hortemburg; Iosnnet, Comes Mochac, dictus de Claramonte; Hermannus, Comet de Donoratico; Ranerius Ioannis, Comes de Donoratico; & Bandinus, Comes de Marciano. Et ad praedictorum omnium corroborationem, & teſtimonium, praeſentes conſcribi, & Sigillo Maieſtatis noſtrae iuſſimus communiri.

Datum Lucae XVII. die menſis Novembris, anoo Domini MCCCXXVII. Regni veeo noſtri anno XIII.

Lodovicus, Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Illuſtri Caſtruccio de Antelminellis, Duci Lucana, Comiti Sacri Lateranenſis Palatii, & Vexillifero Imperii ſuo, & Imperii fideli dilecto, gratiam ſuam, & omne bonum. Principalis liberalitatis clamenxia, in ſuis fidelibus dona multiplicans, illis praecipue conſuevit aſſurgere larga manu, qui per pugnam continuam in rebelles pro exaltatiana Coronae ſingulares triumphos, & nomen laudabile ſunt fortiti. Sane, cum verrciter ſcimus, experientia nobis exſiſtente magiſtra, te praecipuum, & ſtrenuum in partibus Italiae pro Sacro Imperio pugilem exſtitiſſe, nulli parcendo oneri, periculo, vel laberi, ac luſtitia tua, & animi probitate, victos de hoſtibus devotos pro Imperio tenuiſſe, & devies infideles ad fidem gratioſis meritis iuvitaſſe; tantoque magis Imperiale ſceptrum extollis, saoto cura regiminis e ſollicitudinibus, & laboribus relevatur, quanto fideles in circuitu Impetii circumſpicit digniores. & de fulgore chroni Caeſarei, velut ex Sole radii, ſic rectae prodeunt dignitates, ut primae lucis integritas minorati luminis non ſentiat detrimentum. Haa igitue conſideratione commoniti, qui coeleſti providentia Romani Imperii moderamus habenas; ac Solii noſtri decus trm veterum dignitrtum ornatibus conſovemus qoam novis honoribus ampliamus. Volentes, praemiſſorum obtentu, extollere nomen tuum, & te praerogativa ſpeciali magnifice honorare; de planitudine poteſtatis, & de certa ſcieotia, & de conſilio noſtrorum Principum, & Baronum Civitatis Lucae, Piſtorii, Volaterrarum, & Lunae, cum omnibus & ſingulis caſtris, villis, terris, & locis, ſitis in Dioeceſibus ipſarum, & cum omnibus earum, & cuiuſque earum pertinentiis, ter-

territoriis, & iuriſdictionibus quibuſcumque, ad ius, honorem, & nomen Ducrtus praeſentibus transferentes, & volentes ſub uno diguitatis vocabulo contineri. Ducatus Lutani, te pro te, & ſucceſſoribus tuis, ex te per lineam maſculinam natis & naſciturit, in perpetuum ipſius Ducatus Ducem, & Vexilliferum noſtrum & Sacri Romani Imperii, ubilibet de praemiſſae noſtrae poteſtrtis plenitudine, & principali munificeutia, promovemus; eiſdem libertatibus, immunitatibus, & iuribus praedictum Ducatum tuum praeſentium auctoritate donantes, quae Ducalem deceant dignitatem, praefatasquo civitates, & quamlibet earum, & omnes terras, caſtra, territoria, atque loca, quae in Dioeceſibus, ſeo Epiſcopatibus, & territoriis, & pertineotiarum ipſarum, civitatum, ſeu cuiuslibet earum, ſeu intra confines Dioeceſum, Epiſcopatuum, pertinentiarum, & territoriorum praefatarum civitatum, & cuiuslibet errum ſitao ſunt, ſeu ſita, in perpetuum tibi, & legitimis ſucceſſoribus tuis, ex te deſcendentibut, natis, & naſcituris, per lineam maſculinam, ex certa ſcieutia damus, concedimus, & doormus, cum omnibus, & ſingulis villis, caſtris, terris, caſalibus, vaſſallis, homioibus, poſſeſſiouibus, honoribus, uſibus, derittis, feudis, homagiis, patrooatibus vacantium, & non vacantium Eccleſiatum, & locorum ad uos, & Sacrum Romanum Imperium ſpectantibus, ſeu pertioentibus, & cum terris cultis, & incultis, ſilvis, paſcuis, nemotibus, ſalinis, balneis, ſtagnis, laeubus, atque quibuſcumque aquis, & aquarum decurſibus, molendinis, piſcariis, piſcationibos, venationibus, montibus, planis, vallibut, & binoibus, & ſingulis locis, iuribus, & pertinentiis, tam maris, quam tereae praefatarum civitatum, terrarum, & locorum, & cuiuſque ipſarum, & ipſorum exſiſtentium infra praedictas dioeceſes, confines, & loca, quae in huiuſmodi noſtra conceſſione, & donatione, ſub ſpeciali, aut generali vocabolo poſſunt intelligi, ſive comprehendi, & quae ad nos, & Romanum Imperium ſpectare noſcuntur, & ſic te, & ſucceſſores tuos praedictos in Ducem, & Duces praedicti Ducatus cum dignitate illuſtri eligimus, conſtituimus, praeficimus, & creamus; dantes, & concedentes tibi, & ſucceſſoribut tuis praedictis, in praemiſſo Ducatu, pleniſſimam iuriſdictionem, & liberam auctoritatem, & poteſtatem iuriſdicendi per te, & per alies, ac etiam merum & mixtum imperium, ut exercere valeas & valeant, gladii poteſtatem, ad animadvertendum in facinoroſos, & malos. Et, ut ipſius Ducatus dignitate te, & praefatos tuos ſucceſſores, cognoſcas amplius, & favorabilius ab Imperiali eminentia ſublimati; tibi & ſucceſſoribus tuis praedictis, ex ipſa dignitate Ducatus perpetuo decrevit competere noſtra Serenitas, auctoritatem, & poteſtatem creandi, & ordinandi perpetuo, & ad tempus, prout vobis placuerit in ſingulis civitatibus, caſtris, opidis, villis, terris dicti Ducatus, Vicarios, Capitaneos, Poteſtates, Iudices, & ſeu Rectores, & quoslibet ordinarios Magiſtratus, vel etiam delegatos, & quoſcumque honores, & dignitates, atque honorum, & dignitatum officia, cum auctoritate, & poteſtate iuriſdicendi, & mero & mixto imperio, Statuta municipalia condendi, iuri divino, & naturali non contraria, prout uti-

utilitati & pacifico ſtatui expedire videritis ſubiectorum. Ad boe qnoque in praedicto tuo Ducatu flumine navigabilie. & ex quibus navigabiles fuerine portus, plegeas, ſicut & nunc dignoſcerie poſſidere ripas, ripetica, necnon veſtigelie, thelonea auri, & argenti, & metellorum omnium quaeſtuum, nunc nobis, & Imperio pertinantas, tibi, tuiſque ſucceſſoribua memoratis concedimus, & donamus. Ac monetae tam euri, quam argenti, & aerie cudendi, iuſti & recti ponderis, in ipſo tuo Ducatu cibi, praedictiſque tuis ſucceſſoribus, praeſenti privilegio facultatem liberem indulgemus, & feuda antiqua, & nova recte, & regalie conferendi, & infaudandi vaſſallos Imperii de feudis, quae menu, vel ore, eut quocumque alio modo fuerint conferenda, & recipiendum a vaſſallis Imperii fidelitatis & homagii ſacramentum, & multerum ſeu poenarum compendia, & confiſcationes bonorum, & cetera, quae dicuntur Regalia, in ipſo Ducatu ad tuum, & peaedictorum tuorum ſucceſſorum compendium volumus pertinere. Militea quoque in dicto Ducatu & extra coostituendi. & militari cingulo decorandi, & Iudices ordinarios, & Notarios publicoe, ereandi, & ordinendi, ac conficiendi, filioe & filias naturales, tem ſpurios, quam vulgo quaeſitos, ex damnabili coitu natos, legitimendi, & cum ipſis ſuper netalium defectu, & elio quolibet diſpenſandi tibi & ipſis, euctoritatem, & poteſtatem plenariem indulgemus. Vt temen pro honore, qoem tibi libanter adiicimus, nullum ius ſobtraberor obedientibus, vel obedituris noble, & Imperio, in eorum bonis, feudis, iura tamen Imperii remaneant Ducatui ſupradicto. Volumus inſuper, quod in praemiſſis Ducatu, & Vexilliferetu ſemper maior natu, ſen ſenior ex generatione tua, ex te, & ſucceſſoribus tuis legirime deſcendentibue, excluſis eliis filiie, ſeu baredibus minoribus, ſolus, & in totum ſuccedat: & propter praemiſſa omnia te, pro te ipſo, & praedictis ſucceſſoribus tuis, nobie, pro nobis ipſis, ſucceſſoribuſque noſtris, bomagium, & debitae fidelitatis iuramentum praeſtantem de praemiſſis Ducetu, & Vexilliferetu per ſceptrum, quod in manu tenemus, praeſentialiter inveſtimus, & infeudamus. Porto omnia, & ſingula ſupredicta valere, & tenera volumus, & firmamus, non obſtante eliqua lege, conſuetudine, aut iura, quibus contrarium caveretur. Quibus omnibus & ſingulis, ſpecialiter, & expreſſe, tamquam nominatim de illis in praeſenti privilegio fieret mentio, eſſa intendimus, & debeat derogetum, & potiſſime iuti & conſuetudini, quo, & qua cavetur, ſeu cautum diceretur, qood heres in Ducatu, Comitatu, vel Merchie, nullo modo ſuccedat, niſi eb Imperatore acquiſiverit per inveſtituram, quantum ad caſum praeſentem; in aliis vero caſibus in ſuo robore ſemper durent. Volumus tamen, quod tu & ſucceſſores tui, a nobis & ſucceſſoribus noſtris, & Sacro Romano Imperio, requiſitus, & requiſiti, perpetuo tanaatis & teneantur, plenem & liberam obedientiam facere, & in omnibus noſtris mandatis, ſucceſſorumque noſtrorum, & Sacri Romani Imperii libera intendere, & parere, & omnia noſtra mandate obſervare, & efficaciter adimplere, iuxta poſſe, & exſecutioni mandare. Meminit quoque noſtre Serenitas de praedictis ante noſtrae Coronationis ſollemnia tibi, & praedictis tuis ſucceſſoribus privilegium ſimile indulſiſſe. Quae & omnia in ipſo contente, ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine, ac de conſilio, & aſſenſu Procerum, & Baronum Imperielis aulae ratificemus, approbamus, & confirmamus. Statuimus etiem & mandemus, quatanus nulla Civitas, nulle Communitas, & generaliter nulle perſone, cuiuscumque condicionis, ſeu ſtatus, & praeeminentiae exſiſtat, huic noſtrae peginae eudeat io aliquo contrafacere, vel venire, ſeu te, eut praedictos tuos ſucceſſores in aliquo moleſtare, de his, quae ſupra, tibi, & eis, noſtra clementia liberalitas ſunt collata. Si quis autem temerario auſu praeſumpſerit contravenire, mille marcharum euri poenam incurrat, pro dimidia Camerae noſtrae perſolvendam, & pro elia dimidie Camerae dicti Ducetus, & Vexilliſaratus, in quorum praeiudicium aliquando exſtiterit attemptatum. Quibus omnibue & ſingulis ſupradictie, teſtes interfuerunt, infreſcripti, Videlicet Rudolphoe Dux Baveriae, Princeps, & Patruus noſter cariſſimus; Venerabilis Iacobue, Epiſcopus Caſtellanue; Venerabilis Fratec Bonifacius, Epiſcopus Chironenſis; Hermannus de Lithelberg, Cancellarius noſter; Henricus, Dux Bruſvicenſis; Lodovicus, Dux de Tech; Albertus de Lithelberg, Mareſcalcue noſter; Henricue, Lanthgrevius Alſatiae; Federicus de Nuremberg; Mencherdus, Comes de Hortemburg; Otho, Comes de Bruheodigen; Ioannes Comes, dictus de Claramonte; necnon nobiles viri Iacobus Sciara de Colnmna; Iacobus de Sabellis, Senatores Vrbis; Manfredus de Viro, Almae Vrbis Praefectus; Tebaldus de Sancto Conſtacchie (*forte Euſtachie*, vel *Conſtantie*). Et ad praedictorum omnium teſtimonium, & corroborationem, praeſentes canſcribi, & Sigilli Maieſtatis noſtrae robore iuſſimue communiri.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, XV. die menſis Februarii, Indictione XI. anno Dominicae Incarnationis MCCCXXIIX. Regni noſtri anno XIV. Imperii vero Primo.

Lodovicus Dei gratia Romenorum Imperatoc ſemper Auguſtus. Illuſtri Caſtruccio, Duci Luceno, Sacri Lateranenſis Palatii Comiti, & Romani Imperii Vexillifero, ſuo, & Imperii fideli dilecto, gratiem ſuam, & omne bonum. Dignum eſt, & Maieſtati Imperiali proprium, ac ſicut quotidie fidelium augetur ſubſtantie, & devotio, ita eis Imperiale culmen augeat digniteris privilegie, & honores. Sane, experientia docente novit Imperielis Maieſtas maximam fidem, devotionem, & conſtantiam tuam, & ante, & poſt a nobis tibi collatos honores, ultra ceteroe fidelee Imperii de bono in melius quotidie profeciſſe. Vt igitur praemiſſorum contemplatione ad ampliorea dignitatum apices per Imperiale culmen tua devotio attollatur; de conſilio, & aſſenſu Procerum noſtrae Imperialis aulae, tibi, & ſucceſſoribus tuis ex te natis, & naſcituris, per lineam maſculinam, in perpetuum, Comitatum Sacri Lateranenſis Palatii, quem ad Fiſcum noſtrum, & Sacrum Romanum Imperium iuſtis, & legitimis cauſis devolutum, & applicatum pronuntiamus, & declaremus, & ad omnem du-

dubictatem tollendam devolvimus, & applicamus, damus, concedimus, & donamus, ex carta ſcientia, de plenitudine poteſtatis; & te, & praedictos ſucceſſores tuos in perpetuum eligimus, conſtituimus, praeficimus, & creamus Comitem, & Comites ipſius Sacri Palatii Lateranenſis; Voſque de Comitatu praedicto inveſtimus, & infeudamus, tamquam veros fidales Imperii, & vaſſallos; Dantes, & concedentes, & eribuentes tibi, & eis, omnes, & ſingulos honores, & omnia, & ſingula privilegia, & emolumenta, quos & quae Comites praedicti Sacri Palatii habent, & habuerunt quoque tempore, de conſuetudine, vel de iure; declarantes ex nunc per hoc nuſtrae Serenitatis indultum, tibi, & praedictis ſucceſſoribus tuis, ex praedicta Comitatus dignitate competere ius aſſiſtendi perpetuo Benedictioni, Sacrae Vnctioni, & Coronationi ſucceſſorum noſtrorum Principum Romanorum, & omnibus, & ſingulis ipſius Coronationis ſollemnitatibus, & praecipue ſociandi. & deducendi ipſos Romanos Principes tempore Coronationis fiendae de eis, ad Sacram Vnctionem de ipſis fiendam, & eoſdem Romanos Imperatores, ſucceſſores noſtros, tenendi, & Iuvandi in ipſa Sacre Vnctione, & actu ipſius, & eadem Vnctione perfecta, eos reducendi, & ſociandi ad Altare, & thalamum, prout, & quoties Principibus expedierit redire. Item ius levandi, & tenendi Imperiale Diadema de noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Principum capite, tempore, quo Imperialia Coronationis ſollemnia celebrantur. & etiam quocumque alio tempore, quoties publice ipſum Diadema expedierit elevare de capite noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Principum raponi. Quae omnia, & ſingula ſupraſcripta valere, & tenere volumus, & iubemus, ex carta ſcientia, de plenitudine poteſtatis, iure aliquo non obſtante. Nolli ergo omnino hominum liceat hanc noſtram paginam in aliquo violare, vel ei euſu temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare praeſompſerit, gravem indignationem noſtram ſe noverit incurriſſe. In cuius rei teſtimonium praeſentes conſcribi, & Sigilli Maieſtatis noſtrae robore, cum annotatione teſtium ſubſcriptorum, iuſſimus communiri; Rudolphi, Ducis Bavariae, Principis, & Patrui noſtri cariſſimi; Henrici, Ducis Bronſvicenſis; Ludovici, Ducis de Tech; Harmanni de Linthelberg, Cancellarii noſtri; Alberti, dicti Symiel, de Linthelberg, Mareſchalchi noſtri; Menchardi, Comitis da Hortemburg; Orbonis, Comitis de Corlamendae; Ioannis, Comitis de Claramonte; Corradi, Comitis de Bruhendigen; Corradi de Zoluſelberg; nacnon nobilium virorum Iacobi de Columna Sciarae; & Iacobi de Sabellis, Senatorum Vrbis.

Datum Romae XIV. die menſis Martii, Indictione XI. anno Domini MCCCXXIIX. Regni noſtri anno XIV. Imperii vero Primo.

At *Caſtruccius* tot honoribus ab *Ludovico* Imperatore auctus, hoc ipſo anno MCCCXXIIX. die XXIII. Septembris, aetatis ſuae anno XLVII. naturae conceſſit; quumque tam multa de eo heic, occaſione adcepta, produxerimus, haud abs re fore cenſe-

mus

mus quaedam alia proferre, quae illius res, & filiorum ſucceſſorum, ſimulque Tuſcam hiſtoriam illuſtrent. Quare iam eius Teſtamentum & Codicillum in medium adferamus, & nonnulla alia *Ludovici* Auguſti Diplomata *Caſtruccii* filiis conceſſa, quae ex laudata *Caſtruccii* Vita, ab *Aldo Manutio* Iuniore conſcripta, pariter depromimus,

Caſtruccii Antelminelli Teſtamentum.

In Dei nomine. Amen. Nos Caſtruccius Dei gratia Dux Lucanus, & Sacri Romani Imperii Vexillifer. Hodie, & in diem aeternitatis ſit ei gloria, magnificentia, imperium, & poteſtas, a quo eſt omne datum optimum. & omne bonum perfectum; apud quem non eſt permutatio, nec viciſſitudinis obumbratio; qui ab infantia noſtra dignatus eſt noſtram defenſionem aſſumere, & ſua clementiſſima magnificentia nos cuſtodiendo protegere; quique nos eruit de multis, & maximis adverſitatibus, etiam periculis, per ſuam benigniſſimam caritatem, Nos quoque, licet immeritos, tot, tantiſque honoribus, & dignitatibus extulit. ut non ſufficiat lingua proferre, neque mens noſtra capere, quas dignas gratias, aut laudes, pro his maximis beneficiis, ſuo ſanctiſſimo Nomine referamus. Vt igitur eidem Creatori noſtro id, quod pretioſiſſimum eſt cuique mortalium, eiuſque gloriae debitum, omni macula, etiam peccatorum ſordibus, expiatum, reddere valeamus, animam noſtram, quam in hoc corpore ab eo ſuſcepimus, eius immenſae miſericordiae commendamus; ipſius numinis potentiam, & virtutem ſuppliciter invocantes, ut ſua nobis benigna pietate dignetur concedere gratiam ordinandi, & diſponendi taliter hanc noſtram ſupremam, & noviſſimam voluntatem, ut laudabiliter in hoc ſaeculo de temporalibus diſponamus, & in futuro eſſe participes ſuae ſempiternae gloriae mereamur. Eius ergo nomine, potentia, & virtute (ut praediximus) invocatis, dum ratio libere regit mentem, quae, in ſemetipſo collecta, nullis obnubilata langoribus, nullis adverſis cauſſis, ſeu periculis involuta, ſalubrius de temporalibus, & ſpiritualibus ordinata diſponit, de his, quae nos habere in hac peregrinationis vita conceſſit Omnipotens mentis, & corporis ſoſpitate gaudentes, ſic per praeſens nuncupativum teſtamentum providimus diſponendum.

In primis quidem volumus corpus noſtrum ſepeliri debere, & ipſius noſtri corporis ſepulturam eligimus, apud locum Fratrum Minorum de Luca, ad quem ipſum volumus, & iubemus deferri, ubicumque nos ſors humana ſuſtulerit; quia reverentia, & devotio, quam ibi habemus, nos inducunt ad ipſam ſepulturam ibidem eligendam, cum ipſius ordinis & Fratrum habitu; & ipſos Fratres precamur humiliter, & devote, quod ipſum habitum nobis exhibere dignentur. Attamen, ſi fata in Vrbe contingeret nos implere, in Baſilica Beati Petri Apoſtoli dictum corpus noſtrum iubemus, & volumus ſepeliri.

Item

Item indicamus, volumus, & mandamus do bonis noſtris, per infraſcriptos noſtros fidei commiſſarios dari, ſolvi, reddi, & reſtitui debere omnibus, & ſingulis perſonis, a quibus adpararat nos illicita habuiſſe, val percepiſſe, & praecipue illis parſonis, illas quantitatar, & ſummas, qnas per pablicum inſtrumentum manu tui Ioannis Notarii, Cancellarii noſtri, notari, & ſpacificari ſingulatirar feeimus.

Item iudicamus, mandamus, & volumus, quod da bonis noſtris, atiam quondam Gerii patris noſtri, & filiorum noſtrorum exſacntioni, etiam reſtitutionl integrae, & debitaa mandare teſtamentum dicti quondam Gerii patris noſtri, quod conditum fuit in Civitata Anroaa, & ſcriptum manu Laurentii Lneae Notaril, anno Nativitatis Domini milleſimo tracentaſimo primo, Indictione quartadecima, die vigeſimanona menſis Soptembris, ita, & taliter, quod omnia, & ſingula ſortiantur effectum. Et idem volumns fiari de teſtamanto quondam Dominae Pucciae, matris noſtraa; ſi quod inde reſtar, ſolvendo, & reſtituendo.

Item iudieamus, volumus, & mandamus, deri, ſolvi, & reſtitui debere Inclyrae, & Illuſtri Duciſſae Pinae, dilectaa coniugi noſtraa, dotes ſeas, quas confitemur, diaimus, & aſſerimoa, eſſe, & fuiſſe libras mille bachatinorum, val circa.

Item, cum in multis partibus Tuſciae, & Lombardiae, & maxime Brixiae, Soncini, Vicetiae, in Capodiſtria, & alibi, occaſione guerrae, etiam aliis occaſionibus, conſcientiam habeamus, quod de bonia multarum ſingularium perſonarnm, & Communium illicite habuimus, & percepimus, ultra aa, da qoibus mantionam fecimus in praeſcripta note, atiam inſtrumanto manu tui Ioannis praedicti, multa de quibus proptar labilitatam humanae mamoriae racordari nequimus, adeo quod te vara credamua ſummam, & valantiam axeedere omnium bonorum noſtrorum, non computato Ducatu, nuper uobis, atiam ſucceſſoribus noſtris, collato per Seraniſſimum Principam Dominum noſtrum Dominum Lodovicum Dei gratia Romanorum Regem, & ſemper Auguſtum, in quo Heorico primoganito noſtro, & ſucceſſoribus noſtris praeiudicare, aut illum eis minuere non poſſimus, eo quod ipſe Ducatus, etiam bona per ipſum Seraniſſimom Principem Dominum noſtrum ei, & aia poſt nos, ſicut nobis ex forms privilegii pater, principaliter ſit conceſſum.

Inbemus, volumus, & mandamus per infraſcriptos noſtros fidei commiſſarios omnie bona noſtra mobilia, & immobilia, exeapto Ducatu praedicto, diſpenſari, & diſtribni omnibus & ſingulis illia perſonis, & Communitatibus, quae petarant, & appareret aliquid a nobis debera recipare occaſionibus illis, & ipſis non apparentibus, neque peteotibus praedicta, diſpanſari, & diſtribui illis parſonis, atiam illis locis, & intar illas perſonas, & loca, quibus & in quibus etiam prout, & ſicut eia placuerit, & vidabitur pro maliori, & ſalubriori remedio animae noſtrau.

Et ad praedicta omnia, & ſingula axſequenda, & axſecutioni mandanda, eligimus, conſtituimus, & eſſe volumus exſacutoras, & fidei commiſſarios noſtros, & huiuſmodi no-

ſtraa

ſtraa ultimae voluntatis, Pinam dilectam coniugem noſtram, inclytam, & illuſtram Duciſſam Lncanam, & Venerabilem virum Dominum Fratrom Garardum Epiſcopum Alericenſem, & Raverendum virum Dominom Albitium Priorem Eccleſiae Sanctae Mariae foris portam Lucanam, Capitoli Epiſcopatu Lueano vacante Vicarium. Quibus damus, tribuimus, & concedimus auctoritatem, poteſtatem, & baliam vendendi, & alianandi bona noſtra praedicta, pro pretio, & pretiis, quibus eis videbitur, & plscuarit; ac etiam ea petendi, & exigendi, & de ipſis paciſcendi, & tranſigandi, iura, & actlones cadendi, confeſſiones, & abſolutiones faciendi, chartas & rogita caſſandi, & cancellandi, pretium, & pretia confitendi, promiſſiones, renuntiationes, cautiones, obligationes, ceteraqua faciendi, quaa in praedictis, & qeorum praedictorum utilia, & neceſſaria fuarint, & quaecumque generaliter, etiam ſpacialiter, poſſemns, ſi praeſentas eſſemus.

Dilactis qoeqne filiis noſtria Henrico primogenito, Valerano, & Ioanni, qoos nobis beredes facimus, & inſtituimus, noſtram paternam benedictionem relinquimus.

Praedictum vero primogenitum noſtrum, qnem tamqeam maiorem natu in dicto Ducatu ſucceſſorem inſtituando eligimus, & declaraiuua, rogamua paritar, & monemus, ut cunctis diebus vitaa ſuae eum omni timora, & reverentia ſui Craatoris, omnes ſuos ſubditos dicti Ducatna in manſuatudine, aequitate, & iuſtitia, ſtudear gubernare. Ei quoque iniungimus, & mandamus ſub interminatione maledictionis peternae, quod praedictam inclytam Duciſſam dilactam coniugam noſtram, matrem qua ſnam, revereatur, honoret, & timeat, eamque in ao ſtatu, honorificentia, & dignitate, manu teneat, & conſervet, in quibus eunc dignoſcitur decorari; & in tali ſtatu, honorificentia, & dignitate conſiſtat cunctis temporibus vitaa ſuaa Volumus, & iobemus, per praedictum primogenitum, & quoslibet alios ſucceſſores in Ducatu praedicto eidem aſſignari, & exhiberi cunctis temporibus vitae ſuaa, ſoas, & ſuorom ſervitorum, & ſamiliae expenſas, & etiam tot ex redditibus dicti Ducatus, quot ex eia ſine aliqua difficultate ſingulis annis habere, & percipero valeat, ſummam florenorum mille auri expandendorum, ad ipſius Duciſſae libitum voluntatia. Et praedictos ſuos genitos, Valeranum, & Ioannem diligat, eoſque, more boni geniti, benivole, & banigne, fraterna dilectione pertractet.

Et ſic etiam Valerano, & Ioanni, dilectis, & benedictis filiis noſtris, ſub aadam interminatione iniungimus, & iubemus, ut eumdem primogenitum noſtrum, tamquam maioram ipſorum fratram, & Dominum, revereantur, & honorant, eique intendant, & obediant tamquam nobis. Quibus Valerano, & Ioanni filiis noſtris, ſeuda, & honores, quae ſunt noſtro beneficio hodie aſſecuti, per praeſens teſtamentum, & noſtram voluntatem ultimam confirmamus. Volentas & mandantes, quatanus per praadictum primogenitum noſtrum, & quoſcumqua alios noſtros ſucceſſores, ea habera, & tenare pacifice, & quiete, ſinantur.

Dial-

Dialtam) Iacobam &) benedictas & di-
Catharinam > Viridem > lectas filias no-
Becterchaam)) ſtras eidem primogenito noſtro pio & tenero animo intime commendamus. Volentes & praecipientes eidem, ut praedictae Dialtae maiori filiae noſtrae in dotibus, & pro dotibus ſuis, quas eam habere volumus duplo maiores ceteris noſtris filiabus, in compenſationem, & reſtitutionem adverſitatis, quas hactenus pro noſtro Statu, & fidelium Sacri Romani Imperii patientem, & cum manſuetudine ſuſtinuiſſe dignoſcitur, florenos auri quattuor millia; in quibus nihil computetur ex iis, quae ipſa, aut egregius miles Philippus de Tediciis, vir eius, a nobis habuit, & percepit.

Catharinam vero praedictam Marchioniſſam Malaſpinam volumus eſſe contentam illis duobus millibus florenis, quos pro dotibus ſuis dedimus, & ſolvimus ſollemni Marchioni Malaſpinae, viro ipſius, & genero Noſtro, ut conſtat per publicum inſtrumentum, manu Spallae Rapondi Notarii, anno Nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſexto, die ſecunda Novembris.

Reliquis autem filiabus noſtris, ſcilicet Bertecchae Comitiſſae de Donoratico, Sor Iacobae dilectiſſimae filiae noſtrae, quam Deo, & Beatae Clarae dedicavimus, & obtulimus, in Monaſterio de Gattaiola, ſeu ipſi Monaſterio, necnon Verdi filiae noſtri minori, ſcilicet cuilibet earum, pro dotibus, & eleemoſyna florenorum auri duo millia: in quibus quantitatibus, etiam dotibus, eas eſſe nobis heredes, & de quibus eas, & ipſarum quamlibet contentas eſſe volumus, & iubemus: has autem dotium quantitates, quae reſtant ſolvendae, diſponimus, & mandamus, per ſucceſſorem noſtrum de bonis, & redditibus Ducatus praedicti perſolvi integraliter, & ſatisfieri debere.

Item dilectam filiam noſtram naturalem Marcheſanam ad legitima iura eadem auctoritate translatam, quam nobis in florenis quadringentis, quos pro dotibus eius Moruccio viro ſuo tradidimus, heredem inſtituimus, & inde ipſam volumus eſſe contentam de eius dotis ſolutione contenta in publico inſtrumento manu Spallae Rapondi Notarii, anno Domini milleſimo tricenteſimo vigeſimoſexto, die ſecundo Novembris praedicto, primogenito noſtro affectu intimo ſimiliter commendamus.

Inſuper etiam Octinum dilectum filium noſtrum naturalem ad legitima iura Imperii auctoritate translatum, quem nobis in quodam idoneo podere emendo pro eo, vel ſibi aliter aſſignando, quod valeat annuatim ſummam florenorum mille auri, heredem inſtituimus, & ipſum de hoc volumus eſſe contentum.

Dilectos etiam conſortes noſtros conſanguineos, & amicos praefato primogenito noſtro, & aliis noſtris filiis, ut benivole, & paterno more tractentur, affectuoſe, & meritabiliter commendamus.

Devotiſſimos quoque familiares noſtros, qui fide, & devotione ferventes die, noctuque pro nobis laborare laetantur, eidem primogenito noſtro, intimo recommendamus affectu; volentes, ut in eo ſtatu, benivolentia, & amore ſerventur, quibus eos tenemus ad praeſens, ut de bene geſtis praemia digna percipiant, & ut eorum perſeveret devotio, & continue in melius augeatur.

Item ordinamus, volumus, & relinquimus, praedictos primogenitum noſtrum Henricum, Valeranum, Ioannem, & Viridem filios, & filiam noſtros, minores aetate, ex nobis, & praemiſſa Duciſſa uxore noſtra ſuſceptos, in tutela, mundualdia, & cura memoratae Duciſſae ipſorum matris, Domini Nicolai Caſtracani patrui noſtri, Reverendi viri Fratris Lazari Magiſtri Manſionis Sancti Iacobi de Alto paſſu, Domini Princivallis del Veglio, Perotti quondam Iacobi dello Strego ipſorum avunculi, & Ducci Domini Henrici Bocca de Vacche, Quibus damus, & concedimus plenam auctoritatem, poteſtatem, & baliam, regendi, & gubernandi dictos filios noſtros, & filiam, & adminiſtrandi, & gerendi omnia, & ſingula eorum negotia, prout & ſicut eis placuerit, & videbitur, & prout etiam utilitas ipſorum minorum ſuadebit; & quod generaliter omnia adminiſtrare, gerere, & exercere, poſſint circa negotia dictorum minorum, quae per nos ipſos conſiſtentes in vita adminiſtrari, geri, & exerceri poſſent, & poſſint. Volumus tamen, quod praedicti tutores, curatores, etiam mundualdi, in omnibus, & ſingulis gerendis, & adminiſtrandis, circa praedictas tutelam, curam, & mundualdiam, teneantur omnes eſſe concordes, vel ſaltem eorum pars maior, dummodo eidem maiori parti conſentiant, & adſit conſenſus praedictae Duciſſae coniugis noſtrae. Ne quandoque, propter abſentiam, aut impedimenta, etiam occupationes alicuius, ſeu aliquorum ex eis, praedictorum minorum negotia retardari, & impediri contingat, volumus, & mandamus, quod praedicta Duciſſa coniux noſtra, cum quibuslibet ex duobus praefatis tutoribus, etiam curatoribus, & mundualdis, omnia poſſit & valeat circa adminiſtrationem dictae tutelae, curae, etiam mundualdiae, quae poſſent ipſi omnes, ſi praeſentes eſſent, & conſentirent.

Conſulimus tamen praefatae Duciſſae coniugi noſtrae, ut in omnibus, & ſingulis gerendis per eam circa praedictas tutelam, curam, etiam mundualdiam, adhibeat, & ſequatur conſilium, & conſenſum dilectorum familiarium noſtrorum Neri Rainaldi, Sagine, & Ioannis quondam Guidi Ranerii Caſſiani, Cancellarii noſtri; cum eorum fidem, & devotiſſimam conſtantiam ab experto noſtris negotiis proficere cognoſcamus, in quibus poteſt, ſicut nos, plane confidere.

Et fatemur, & dicimus hoc eſſe noſtrum ſupremum, & ultimum teſtamentum, & noviſſimam voluntatem, quod & quam valere, & tenere volumus, & iubemus iure teſtamenti, &, ſi iure teſtamenti non valeat, ſaltem iure codicillorum, & cuiuslibet alterius ultimae voluntatis, & quod lex Falcidia, ſeu Trebellianica, vel aliqua iis nociva locum non habeat, vel ſibi vindicet in praedictis.

Actum Lucae in noſtro Ducali Palatio, exſiſtentibus praeſentibus ad praedicta, Inclyta Pina, Duciſſa praefata coniuge noſtra, Venerabili viro Fratre Lazaro Magiſtro Manſionis Sancti Iacobi de Alto paſſu, Nobili viro Domino Nicolao Caſtracanis patruo noſtro, Mun-

dualdis,.& totoribus antedictis, & ſtrenuo Domino Ioanne Comite Moach, & Sanctae Severinae, dicto de Claramonte, & ſtrenuo viro Hectore Comite de Panigo Maniſcalcho noſtro, ſapienti viro Domino Matthaeo de Aſiſio noſtro Ducali Vicario generali, & nobili viro Bonadicto Maccaonis de Gualandis, milite fideli, & vaſſallo noſtro, religioſo fratre Franciſcu de Bugiano, Confeſſore, & Poenitentiario noſtro, etiam Fratre Thomaſio de Sancto Miniate, ſocio eius, de Ordine Minorum, & diſcretis viris Simone de Camporeggiaoe, etiam Rainerio de Monte Pulciano, noſtris Iudicibus, ac Nerio Sagina, & Iacta Tonia de Piſtorio, Conſiliariis noſtris, & alĕs fide dignis teſtibus ad hoc praeſentibus, & vocatis pariter, & rogatis, anno Nativitatis Domini milleſimo tricenteſimo vigeſimo ſeptimo, Indictione undecima, die vigeſima Decembris, Regni vero Sereniſſimi Principis, & Domini ſingularis Domini Ludovici Romanorum Regis ſemper Auguſti, anno quartodecimo, & Ducatus noſtri anno primo.

Hactenus *Caſtrucii* Teſtamentum, cui additi fuerunt ſubſequentes Codicilli.

In nomine Domini, Amen. Haec eſt nota, & ſpecificatio facta, etiam declarata per Illuſtrem Principem, & Dominum, Dominum Caſtruccium, Dei gratia Ducem Lucanum, & Sacri Romani Imperii Vexilliferum, de his, etiam pro his, quorum habet memoriam ad reſtitutionem teneri, & quae ſatisfieri voluit, & mandavit, ut per teſtamentum hodie per eundem conditum, ſcriptum, & publicatum manu Ser mei Ioannis Cancellarii ſui, Notarii ſui, ſub verbia generalibus declaravit ſcripta, & regiſtrata in praeſenti libro per me eundem Cancellarium ſuum, & in publica forma reducta eiuſdem mandato anno Nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimoſeptimo, Indictione undecima, die vigeſima Decembris.

In primis, heredibus quondam Domini Nantini da Salamoncellis de Luca, pro equo eius, ſito in Civitate Lucana, & ſibi donato per Pierum de Brixia eius familiarem per eum lucrato, die qua ipſa Civitas pervenit ad Statum Imperii, florenos centum quinquaginta.

Item Simoni Cozzoni, pro uno equo per eum ſibi ablato dicta die ad ſui requiſitionem, etiam contentationem, uſque in florenos ſexaginta.

Et eidem Simoni, pro alio equo ſimiliter ablato, & ipſi Domino Duci elargito per Guiduccium Goidetti, ad eiuſdem voluntatem, & contentationem, uſque in florenos quadraginta.

Item heredibus quondam Domini Vannis de Toaignano, pro uno equo ſibi ablato ea dia, & ipſi Domino Duci elargito per Santagallum eius familiarem, ad dictorum heredum quondam Domini Vannis voluntatem, uſque in florenos quadraginta.

Item, quod de bonis ſuis fiat, etiam fieri debeat reſtitutio illis perſonis, ad quas ſpectat, & fieri debet, de omni eo, quod reperiretur, & reperiris potuerit eum habuiſſe, & percepiſſe de pecunia, & rebus quondam Goidoboni Vbertini, Ioannis Bartalotti de Maſſa Lunenſi, & quorumcumque aliorum de Maſſa praedicta.

Item Mercatoribus de Monte Pulciano & de Arretio, quorum, vel eorum filiorum & heredum nomina ſciunt Frater Iſaac de Ordine Fratrum Minorum, & Frater Bandinus, dictus Cavarette, de Empoli, & quos ipſi Fratres, vel alter eorum nominabunt, & dicent, pro reſtitutione debita eis fienda, pro derobbatione eiſdem facta diu apud Caſtrum Boſci, quia tantum eidem pervenit de ipſa derobbatione in parte facta eius conſenſu, & opere, florenos centum quinquaginta unum.

Item, quod de ſuis bonis reſtituantur, & reſtitui debeant integre omnes quantitates pecuniae, quae apparuerint per ſcripturam manu Gaddi Amengi, ſeu in eius ratiociniis, & libris, eumdem habuiſſe de la a, & cottone, quod, & quam cepit, retinuit, & ſibi propriavit in terra Sarzanae, etiam quae erat dictorum Mercatorum Florentinorum, quorum nomina, & pretium venditionis inde factae & valentiae, dictus Gaddus ſcit quae poteſt eſſe uſque in florenis mille quingentis.

Item, quod pro illis, quas capi fecit apud Maſſam Lunenſem, quae erant quorumdam de Traſilica, Cerreto, & de aliis partibus Garfagnanae, etiam eas ad ſe reduxit in numero pecorarum CCCC centum, vel circa, reſtituantur, dentur, & ſolvantur de bonis ſuis illis, quorum dictae pecorae erant, ſi reperiri poterunt, alias miſerabilibus perſonis, & pauperibus de Garfagnana lib. quingentas.

Item, quod de bonis ſuis reſtituantur illis Florentinis, quorum fuerunt equi, per eum, & ad eius petitionem ablati, in territorio Sarzanae, uſque in quantitatem, & ſummam in totum florenorum ducentorum; etiam de dictis Florentinis, qui perſonae eſſe debent ſollicite, exploretur, etiam ſi eorum nomina habere non poſſent, dentur, & diſtribuantur pauperibus Chriſti.

Item valentiam pannorum, & aliorum ablatorum in quatuor balliis Sarzanae, & ſalmarum undecim pannorum ablatorum apud, & prope Sarzanam, & praedicta fuerunt ablata tamquam res inimicorum.

Item Guicciardino pro ſe, & filiis redemptis ab eo, quando erat Piſis, florenos quadraginta.

Item heredibus quondam Ser Lemmi della Torre, ſeu illis perſonis, quibus videbitur fidei commiſſariis ſuis fienda reſtitutio florenorum nonaginta auri, quos illicite ſumit ex denuntiatione eius conſcientiae facta olim Iudici, & Curiae rebellium Lucan.

Item certis de montanea Verſilis, quos habet captivos, de quorum nominibus non recordatur, uſque in quantitatem florenorum centum quinquaginta, vel circa, quos dimiſit, & iudicavit reſtituendos integre ipſis, qui fuerunt captivi, ſi vivunt, & inveniri poſſunt, vel eorum filiis, & heredibus, aut pauperibus ipſius contratae; & pro anima, etiam ſalute ipſius teſtatoris, & illorum, a quibus ipſam pecuniam habuerit.

Item ſimiliter reſtitui debere quidquid habuit, & percepit de captivis apud tertam

Adi-

Adivoli, & in territorio Prati, de quibus ſcriptura, & introitus eſt in Camera Lucana.

Et ſimili modo quidquid habuit, & percapit de captivis de Varnaccis, qui redempti fuerunt in Caſtro Sarzanae.

Item, quod equi, quos habuit, & pervenerunt ad eum in introitu Civitatis Piſtorii, reſtituantur illis, quorum fuerunt, vel eorum valentia integre; quos equos & valentiam poſſum ſpecificare, & declarare ego Notarius infraſcriptus, non obſtante, quod inde fuerit Baſtino ultra montanorum ſolut.

In Dei nomine. Amen. Iuris decrevit auctoritas, & favor ultimae voluntatis permittit, quod uſque ad extremum vitae exitum cuilibet ſit permiſſa codicillandi poteſtas, & de ſuis bonis qualitercumque ſibi libuerit diſponendi. Qua ratione penſata, nos Caſtruccius, Dei gratia Dux Lucanorum, Lateranenſis Comes, Sacri Romani Imperii Vexillifer, & Piſarum Vicarius generalis, mente, & corpore ſani, per gratiam Ieſu Chriſti codicillari volentes, & quidem recte diſponere, non diſcedendo propter eo a teſtamento, & ultima voluntate per nos facta, & ſcripta manu Ioannis Cancellari noſtri infraſcripti anno proxime praeterito, Indictione undecima, die vigeſima Decembris, niſi prout, & quatenus diſponimus praeſentibus codicillis ſic per hos codicillos duximus ordinandos, videlicet:

In primis dicimus, volumus, & mandamus, quod illa ſumma, etiam quantitas duorum millium florenorum auri, per nos in dicto teſtamento, & ultima voluntate relicta Sorori Iacobae dilectiſſimae filiae noſtrae, quam Deo, & Beatae Clarae dedicavimus, & obtulimus in Monaſterio de Gattaiola, ſeu ipſi Monaſterio perveniat ad manus Pinae dilectae conjugis noſtrae inclytae, & Illuſtris Duciſſae Lucanorum, matris eiuſdem Sororis Iacobae, de qua velut de nobis, plene confidimus, cuius coniugis noſtrae fidei committimus, & eam rogamus, ſibique imponimus, etiam mandamus, quod dictam ſummam duorum millium florenorum auri det, diſtribuat, & diſpenſet in neceſſitatibus, & pro neceſſitatibus dictae Sororis Iacobae, vel quod dictam ſummam florenorum in toto, vel parte, prout etiam Duciſſae placuerit, tribuat, & conſignet dicto Monaſterio pro godimento, & ad godimentum eidem filiae noſtrae, vel alio modo, prout eidem Duciſſae videbitur; ita, quod ipſa quantitas florenorum ad ipſum Monaſterium non perveniat, niſi per manus dictae Duciſſae, etiam prout, & ſecundum quod ipſa voluerit, vel quod aliter quomodocumque eidem coniugi noſtrae videbitur de ipſa quantitate florenorum faciat, & diſponat, pro utilitate, & commodo Sororis Iacobae ſupradictae; cui Duciſſae coniugi noſtrae damus in praedictis, & circa ea, plenum arbitrium, & liberam poteſtatem. Volentes praedicta fieri, & obſervari, non obſtantibus aliquibus ſcriptis, & poſitis in dicto noſtro teſtamento, & ultima voluntate, ſi & in quantum praedictis in aliquo derogarent.

Item iubemus, volumus, & mandamus, quod quaelibet filiarum noſtrarum, quando, & quoties viderit, vel evidentis neceſſitatis caſum, quod abſit, pati contingeret, toto tempore ſuae viduitatis, vel ſuae neceſſitatis habeat, & habere debeat, pro ſe, ſuiſque ſervitoribus, ſervitialibus, & familia, decentem, & convenientem habitationem in domibus, & habitationibus, & ſucceſſorum noſtrorum, & etiam victum, & veſtitum honorifica, & decenter de redditibus, & bonis noſtri Ducatus. Affectuoſe mandantes Henrico primogenito noſtro dilecto, aliiſque filiis, & ſucceſſoribus noſtris, quod iuxta votum, & diſpoſitionem noſtram praedicta omnia cum affectu adimpleant, & adimpleri faciant, & procurent.

Item approbamus, & confirmamus, praefatum teſtamentum, dicto tempore per nos factum, & ſcriptum manu Ioannis Cancellarii noſtri praedicti, ſalvis ſemper ſupradictis.

Et praedicta omnia, & ſingula valere, & tenere volumus iure codicillorum, & omni alio iure, & modo quibus melius valere, & tenere poſſunt.

Actum in exercitu noſtro contra Piſtorium, in domibus, ſive molendino, & caſſero filiorum Raoolmi de Piſtorio, coram Reverendo viro Domino Fratre Lazaro Magiſtro Manſionis Sancti Iacobi de Alto paſſo, Domino Ioanne de Caſtilione, Domino Rabuino de Beroctanis, Domino Franciſco de Piſcia, & Pulcerio de Fulgineo, teſtibus ad praedicta praeſentibus, & rogatis, anno Nativitatis Domini milleſimo tricenteſimo vigeſimo octavo, Indictione undecima, die decima Iulii.

Ego Ioannes quond. Guidi Rainerii de Luca, Imperiali auctoritate Iudex ordinarius, & Notarius, praefati Domini Ducis Lucanorum teſtatoris Cancellarius publicus, praemiſſis omnibus & ſingulis interfui, eaque, licet ab alio, de meo rogito, & rogitis publicis tranſcripta, mei licentia, & voluntate, ſic me ſubſcripſi, meo ſigno, & nomine ſolitis publicavi.

Locus ſigilli.

Quid vero *Ludovicus* Auguſtus, poſt *Caſtruccii* mortem egerit in eo, quod ad *Caſtruccii* ſucceſſores attinet, vel ex inſequentibus Diplomatis elucere poteſt; beneficiorum enim a patre acceptorum oblitus, rebellium & tumultuantium partes fovit, & Lucam Piſaſque iis, & Piſtorium, auferri non eſt indignatus, ut *Manutius* memoriae prodidit.

Lodovicus, Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Nobili, & Magnificae Mulieri Pinae relictae olim Caſtruccii, Ducis Lucani, necnon Nobilibus viris Valerano, & Ioanni fratribus, natis quondam dicti Ducis Lucani, ſuis, & Imperii fidelibus dilectis, gratiam ſuam, & omne bonum. Merita probitatis praefati Caſtruccii, & grata, & accepta ſervitia, per eum nobis, & Imperio exhibita, & devotionis, & fidei fervor, quem ad nos ſemper habuit, favorabiliter nos inducunt, ut nos ipſorum intuitu ſpecialibus gratiis, & beneficiis proſequamur, ut remuneratio praemiſſorum

ſorum praeſentis aetatis hominibus ſit note, & poſteris tranſeat in exemplum. Ob quam rem, ad perſonarum noſtrarum tutelam, & gubernationem, noſtrae mentis aciem convertentes, vobis, veſtriſque heredibus, & ſucceſſoribus legitimis, gubernationem, & cuſtodiam Caſtri de Monteggiori; cum fructibus, & proventibus Caſtri praedicti, & omnibus pertinentiis ſuis, Imperiali auctoritate committimus, concedimus, atque damus: volentes, ut ex redditibus, & proventibus dicti Caſtri, & proventibus, & gabellis Vicariae Petraſanctae, ſingulis annis quattuor millia florenorum habere; & percipere debeatis in praedicti Caſtri dicti Monteggiori fructibus, & proventibus computatis; &, ſi dicti Caſtri Monteggiori, & Vicariae Petraſanctae proventus, & fructus ad praedictam ſummam non aſcenderent, ex nunc volumus, & intendimus uſque ad completam ſummam praedictam de Camera noſtra integraliter erogare. Si quid vero ſuperfluum, vel reſiduum erit, illud totum noſtrae Camerae reſervatur; &, ne in praedictis fraus aliqua committatur, volumus, ut fructus & proventus Caſtri praedicti de Monteggiori, & Vicariae Petraſanctae, Vicarius noſter Lucanus, qui nunc eſt, cum pro tempore erit, recolligat, & conſcribat, qui ex dictis fructibus, & redditibus quantitatem praedictam quattuor millium florenorum, abſque dilatione aliqua vobis integraliter ſolvat. Auctoritate praeſentium decernentes, ut in praedictis a Maieſtate noſtra vobis conceſſis, ab aliqua perſona, loco, vel univerſitate, pro cauſſa alicuius debiti, per dictum quondam patrem veſtrum contracti, non poſſitis, vel valeatis aliqualiter moleſtari; &, ſi dicta quattuor millia florenorum vobis de noſtra Camera ſolvere nos contingat ſingulis annis, ut ſuperius eſt expreſſum, non volumus fructus, & proventus Caſtri praedicti Monteggiori, & Vicariae Petraſanctae praedictae, ad nos, & noſtram Cameram libere pertinere. Ad haec quoque volentes vos & Henricum fratrem veſtrum uberioris gratiae dono proſequi, vos, & quemlibet veſtrum, ac Henricum praefatum, auctoritate praeſentium, ab omnibus angariis, & muneribus, honoribus, functionibus, collectis, datiis, praeſtantiis, obſequiis, realibus, & perſonalibus, atque mixtis, Imperiali auctoritate, & ex certa ſcientia, liberos eſſe volumus, & immunes; ab aliqua perſona, loco, vel univerſitate, quacumque occaſione, vel cauſſa gravari, ſive moleſtari minime valeatis. Non obſtantibus in praemiſſis, vel aliquo praemiſſorum, aliquibus privilegiis, gratiis, ſeu iuribus, a quocumque ſub quacumque verborum forma conceſſis, per quae effectus huiuſmodi in aliquo valeat impediri, ſeu aliqualiter retardari: quibus, quantum ad praemiſſa, etiam ſi de ipſis eſſet ſpecialis mentio facienda, ex certa ſcientia derogamus. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtrae commiſſionis, & conceſſionis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Quod qui facere praeſumpſerit, gravem indignationem noſtram ſe noverit incurſurum. In cuius rei teſtimonium praeſentes litteras fieri, & Maieſtatis noſtrae Sigilli iuſſimus munimine roborari.

Datum Piſis anno Domini milleſimo triteneteſimo vigeſimo octavo, Indictione duodecima, die decima ſeptima Decembris, Regni noſtri anno quintodecimo, Imperii vero primo.

Ego Franciſcus quond. Ranuccii de Prato, Notarius, Imperiali auctoritate, & Iudex ordinarius, praedicta omnia ut contineri inveni in privilegio conceſſionis praedictae, ſigillato ſigillo cereo giallo magno pendenti, cum chordula ſerici coloris viridis rubei, & albi, facto pro parte Imperialis Maieſtatis, ſic hic exemplavi, tranſcripſi, & meis ſigno, cognomine aſſuetis fideliter publicavi.

Lodovicus, Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Providis viris, Poteſtati, ſeu Vicario, Rectoribus, Officialibus, Conſiliariis de Petraſancta, & ipſis Vicariae hominibus, & perſonis ſuis, & Imperii fidelibus dilectis, gratiam, & omne bonum. Volentes nos ſpecialiter, ex certa ſcientia, conceſſiſſe pro eorum ſuſtentatione Duciſſae Collaterali, & filiis olim Lucani Ducis gabellas dictae terrae Petraſanctae, & Vicariae ipſius, uſque in quantitatem florenorum quattuor millium auri annuatim; & intellecto aliquos impedire conari, ac etiam dictas gabellas intercipi, & fraudari, & alias dictis gabellis abuti, in detractionem iuris Duciſſae, & filiorum praedictorum; & non intendentes, nec volentes, contra noſtram permiſſionem talia acceptari; vobis, & univerſitati veſtrae, ceteriſque de Vicaria praedicta, & aliis praeſentes litteras inſpecturis, per haec ſcripta ſtricte committimus, & mandamus, ſub poena indignationis noſtrae gratiae, & quinquaginta marcharum argenti, pro qualibet vice, qua fuit contra factum, pro dimidia Fiſco noſtro, & pro alia dimidia paſſo iniuriam applicanda, quatenus de dictis gabellis dictae Duciſſae cum filiis Lucani Ducis, ipſorumque nuntiis, & procuratoribus, iuxta praemiſſa noſtra, pure, integre reſpondeatis, & libere ipſas gabellas non fraudando, nec fraudari faciendo, conſentiendo, vel promittendo, & fraudatores ipſarum impedientes, & interceptores iuris, & facti remediis reprimendo, & ſtricte arcendo eum coercitione qualibet refrenando ſit, quod dicta Duciſſa, & filii dictis gabellis nullatenus decipi valeant, vel fraudari, turbari, inquietari, vel moleſtari quoquo modo, directe, vel indirecte, aliquo colore quaeſito, ut noſtra promiſſio firma prodire, nullo mandato, praecepto, vel inquiſitione pro habitatione, comminatione, vel inhabitatione, ſeu ſequeſtratione Lucani Vicarii, vel Rectoris, ſeu alterius in aliquo obſtitura. Quae omnia in praeſenti, & futuro caſſamus, & irritamus, & in ipſius Duciſſae, & filiorum, & iuris ipſius praeiudicium volumus non valere, uſque ad noſtrae beneplacitum voluntatis, quod dicti nobis, & Imperio fideles extant. In quorum certitudinem, praedictorum evidens teſtimonium, praeſentes litteras fieri iuſſimus, noſtro Sigillo muniri.

Datae Piſis die decima menſis Aprilis, duodecimae Indictionis, Regni noſtri anno quintodecimo, Imperii noſtri ſecundo.

Ego Franciſcus quond. Ranuccii de Prato, Imperiali auctoritate Notarius, & Iudex ordinarius, praedicta omnia, ut contineri inveni in littera praedictae conceſſionis, ſigillata magno

Si-

Sigillo Imperialis Msieſtatis cera gialla ; ſic hic tranſcelpſi, & exemplavi, & meis ſigoo, & nomine conſuetis fideliter publicavi.

Quum *Caſtruccii* liberi lam de ſolio deciꝺiſſent, Imperatores etiam alii quicquam penſi non habuerunt eos urdine motos relinquere, nec antiquae dignitati reſtituendos curarunt; nam & *Carolus IV.* privilegia varia iiſdem conceſſit, & aliqua beneficia confirmavit, ſed quae tantum eſſent antiquse potentiae monumenta ac reliquiae, ut ex ſequenti Diplomate ab *Manutio* pariter producto conſtat.

In nomine Sanctae & Individuae Trinitatis, feliciter, Amen. Karolos Quartus, Divina faveote elementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Boemise Rex. Nobili Franciſco Caſtracanis de Antelminellis de Luca, ſuo & Imperii fideli, dilecto, Comiti noſtri Sacri Palatii, gratiam ſuam, & omne bonum. Quia virtutum praemia tribui merentibus convenit, conſtituit Imperialis auctoritas dignis & benemeritis ſe reddere erga gratias, & beneficia liberalem. Tua ergo legalitas, & devota fidelitas, quam ad nos, Romanorumque Imperium, ut ab experto cognovimus, habuiſti, & virtutis opera, quae geſſiſti, nos admonent, ut ad te beneficia Imperialis munificentiae ſic liberaliter extendamus, quod de tuis meritis laeteris praemia reportaſſe. Hinc eſt, quod te, tuoſque heredes legitime deſcendentes noſtri Sacri Palatii Comites facimus, & creamus, ex noſtra Imperialis plenitudine poteſtatis, cum omnibus honoribus, dignitatibus, gratiis, privilegiis, beneficiis, iuriſdictionibus, officiis, gagiis, ſalariis, ſtipendiis, annonis, praebendis, pabulis, quae, & quas Comites Sacri Palatii, & Imperialis aolae de iure, vel de conſuetudine, vel de facto habere, uti, ſeu percipere, ſive exercere conſueverunt. Aggregantes te, tuoſque ſucceſſores legitimos aliis noſtris Comitibus Palatinis, & te de dicta dignitate inveſtimus plenarie, per praeſentes: non obſtantibus quibuſcumque contrarietatibus, quas omnes, ex certa ſcientia, tollimus in hoc caſu. Adiungentes, quod te, Franciſce, Comes iam dictus, tuique heredes legitime deſcendentes, habeatis, & poſſitis, perſonis, quae fide dignae, habiles, & idoneae extant, notariatus, ſeu tabellionatus officium concedere, atque dare, & Iudices ordinarios, ſeu chartularios, qui voluntariam iuriſdictionem exercere poſſint, ubique facere. Ab eiſdem tamen Notariis, & Iudicibus pro nobis & Romano Imperio tibi, tuiſque heredibus praeſtito prius iuramento de fidelitate, & legalitate officium praedictum exercendi iuxta modum haſtenus obſervatum. Et quod de dictis officiis, iudicatibus, & notariatibus, per impoſitionem manus, ſeu traditionem pugillaris, ſeu pennae, poſſitis libere inveſtire. Qui ſic a te, ſeu poſteris tuis inveſtiti dicantur Notarii, ſeu Iudices ordinarii, & poſſint officia praelibata publice exercere. Inſuper ſpurios, biſignos, baſtardos, manſeres, & quoſcumque alios ex inceſtuoſo, ſeu damnato coitu natos, vel quocumque modo natalium vitio laborantes, legitimare, & ad ſtatum legitimum reducere, omnemque maculam, & vitium ab eis extergere, eoſque habiles, & capaces facere poſſint in iudicio, & extra iudicium, vitiorum natalium in eis nulla rubigine permanente; ſed proinde ſint, & habeantur, ac ſi a principio legitimi nati eſſent, tibi, tuiſque heredibus concedimus gratioſe, de Imperialis plenitudine poteſtatis. Vicariam inſuper Corelliae de Garſagoana dioeceſis Lucanae, cum fortalitiis, caſtris, villis, & locis ad eandem pertinentibus, videlicet Corelia, Grumignana, Rocca Pictorita, Lucignana, Ghivixanum, Colle Bettinghi, Borl, Ierulium, Vitiana, Calavorma, Villa Terenzana, Lugnanum, Buglianum, Granarolum, Fornele, Chifetti, Curſagna, Serra, Puticciaoum, Anchianum, Burgemozzani, Cerero, Rocca Orani, Oneta, Cune, Vergilio, Moſtone, Spolizano, Cerelulo, Cioviani, Terzone delle Volaniana, Vetriano, Colognora, Villa Roggia, Caſtella Veggia, Anaana. Gello, Piccario, Puſcalia, & Gavalli, ibidem ſituata, & cum hominibus, & perſonis ibi habitantibus, & quae in poſterum habitabunt. Volumus a modo Comitatum Corelliae nuncupari, ac in poſterum & perpetuo dici ab omnibus, & cenſeri; dictamque Vicariam, Comitatum iam factum, tibi, tuiſque poſteris per praeſentes concedimus, cum omnibus terris, caſtris, villis, fortalitiis, & locis, diſtrictus Vicariae Corelliae antedictae, quae eſt hodie Comitatus, cum omnibus ibi habitantibus, & eorum rebus, & bonis, ac cum mero & mixto imperio exercendo, adeo quod ibidem gladii poteſtatem ad examen in facinoroſos & pravos per te, vel aliom exercendum cum plena iuriſdictione, pleniſſimo iure, & cum omnibus proventibus, introitibus, gabellis, paſſagiis, theloneis haſtenus conſuetis, montibus, alpibus, piſcationibus, aucupationibus, venationibus, & nundinis, & aliis quibuſcumque: quae Imperialia, ſeu Regalia in eodem Vicariatu, hodie Comitatu, nuncupantur, habeas pro te, deinceps, tuiſque heredibus, in rectum, & honorabile feudum; teque & quoſcumque legitimos deſcendentes de ipſo feudo per praeſentes liberaliter inveſtimus, ut a modo nobis & noſtris ſucceſſoribus, ac Imperio, aut Regno Romano, ſis cum omnibus tibi ſuccedentibus obſtrictus, ratione dicti Comitatus, ad homagia, fidelitatem, & quaevis ſervitia per noſtram Curiam diſtincta, vel in poſterum diſtinguenda. Pro quorum omnium, & ſingulariter quorumlibet praemiſſorum obſervatione a te, pro te, tuiſque ſucceſſoribus legitime deſcendentibus fideliter perpetuo pro nobis, noſtriſque ſucceſſoribus in Romano Imperio, ſive Regno, debitum ſuſcepimus iuramentum; ex certa ſcientia revocantes, & irritantes omne aliud privilegium, gratiam, vel indultum, ſeu conceſſionem, in feudum alii, vel aliis quoquo modo per nos, vel noſtros anteceſſores datum, & conceſſum, loco, Collegio, Communitati, vel Univerſitati, ſub quocumque tenore verborum. Volentes praedictam conceſſionem feudi obſervari, prout ſuperius dictum eſt, iure aliquo contrario non obſtante. Nulli ergo omnino hominum, nec alicui Civitati, Univerſitati, Communitati, vel loco, liceat huiuſmo-

iuſmo-

iuſmodi noſtrae gratiae, conceſſionis, & infeudationis, paginam infringere, aut ei caſu temerario contraire. Si quis autem contra hoc temere attemptare praeſumpſerit, indignationem noſtram, & poenam mille marcharum argenti, qualibet vice perſolvendam, quarum medietatem Fiſco noſtro, reliquam vero paſſis iniuriam, toties, quoties contrafactum fuerit, applicari volumus, ſe noverit incurſurum, ſine ulla remiſſione.

✠

Signum Sereniſſimi Principis, & Domini, Domini Karoli Quarti, Romanorum Imperatoris Invictiſſimi, & Glorioſiſſimi Boemiae Regis.

Teſtes huius rei ſunt, Venerabiles Arneſtus Pragenſis Archiepiſcopus, Ioannes Olomucenſis, Marquardus Auguſtenſis, & Protoya Sagmen. Eccleſiarum Antiſtites; Illuſtres Otho Br.ſivanes, Nicolaus Apavenſis, & Bollio Fallrem Berghetii Duces, nec non Ioannes de Vico, Almae Vrbis Praefectus illuſtris, & Ioannes Marchio Montisferrati; & nobiles Busko Viliartiez, Frater Sezenko Wartembergk, Commendator de Praga, Willelmus de Egerbergk, Beordus de Vbertinis Lucimburgo de Petra mala, & alii quampluret praeſentes ſub Imperialis Maieſtatis noſtrae Sigillo, teſtimonio litterarum.

Datum Piſis anno Domini MCCCLV. IIX. Indictione, IV. Idus Maii, Regnorum noſtrorum anno IX. Imperii vero primo.

Per Dominum Cancellarium Luthomus Lem.

Per Epiſcopum, Angelus de Arretio,

Haec e re nata inſtrumenta produximus, adrepta tempeſtive occaſione ea proferendi, quae in huius operis progreſſu apte mihi uſui eſſe poſſunt; ſimulque Vicarios Imperiales in diverſis Etruriae locis conſtitutos fuiſſe confirmavimus, quod noſtri muneris eſſe duximus. Quia ſuperius *pag.* 366. *& ſeqq.* iam adſtruximus, anno MCCCXXVIII. & MCCCXXIX. Vicarios Imperiales in Piſcia exſtitiſſe; quum Piſcia per ea tempora Lucanae Civitati ſubeſſet. Florentini tamen, ut Guelphi, Pontificiae voluntati & conſtitutioni, quam ſupra *pag.* 415. innuimus, morem gerentes, quum *Ioannes XXII.* Vicarium Italiae *Robertum* Regem iam confirmaſſet, Vicarium Regium tantum admiſerunt, ut apud *Scipionem Admiratum in Hiſtor. Florent.* videre eſt; quare non mirum ſi nec in Sancto Miniate tunc temporis Vicarius Imperialis reſidebat, & annuum cenſum Vicario Regio oppidum illud, ut inferius patebit, ſolvebat. Nam anno MCCCXVI. *Guido* Comes de Battifolle, Palatinus in Tuſcia, erat Vicarius Generalis *Roberti* Regis Siciliae, ut ex Inſtrumento ſcripto Indictione XIV. die XIV. menſis Auguſti nobis innotuit, & *Ioannes Villanius Lib. IX. Cap. LXXVII.* teſtatur. Anno MCCCXVII. diverſae Etruriae Civitates, Oppida, Communia, Populi, miſſis Procuratoribus ſuis Neapolim, coram *Roberto* Rege, Etruriae Italiaeque Vicario, omnes controverſias ſuas componunt, & pacem generalem ineunt, remiſſis invicem & condonatis omnibus iniuriis, & damnis; interque iſtos etiam Populus Sancti Miniatis fuit, ut ex ſequenti Inſtrumento ex Archivo Volaterrano eruto patebit. Huius concordiae & pacis memini in meo *Hodoeporico pag.* 638. referens ea, quae de eadem *Mich. Ang. Salvius* in *Hiſtoriis Piſtorienſibus* litteris mandaverat. Hanc quoque commemorat *Aldus Manutius* in *Vita Caſtruccii*, & *Scipio Ammiratus* in *Florentina Hiſtoria*, ut nihil dicam de *Ioanne Villanio*, qui eius meminit *Libro IX. Cap. LXXX.*

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen. Ad honorem, & gloriam omnipotentis Dei, & glorioſe Virginis Marie, & omnium Sanctorum, & ad laudem & reverentiam Sacroſancte Romane Eccleſie; ac Summi Pontificis Domini Ioannis Pape XXII. & ad honorem & laudem Sereniſſimi Principis Dom. Roberti Dei gratia Illuſtris Ieruſalem, & Sicilie Regis, & ad exaltationem, bonum, & tranquillum Statum infraſcriptorum Communium, & Vniverſitatum, & ſingularum perſonarum, earumque diſtrictuum. Cum omne Regnum, Civitatum, & populorum, & ſingularum perſonarum, deceat tranquillitatis, & pacis beneficio exultare, in quo reſidet animarum ſalubritas, viget iucunditas corporum, & proficiunt omnes populi, & utilitas gentium cuſtoditur; ideo ſapientes & diſcreti Viri Salveſtrus Manetti Boncicoveri, Ser Marcus Ser Boni de Vgoano, Cives Florentini, Syndici, & Procuratores, Communis & Populi Civitatis Florentie, de quorum Syndicatu & Procura patet publico Inſtrumento manu Ser Gratioli Notarii Mutinenſis Scribe Conſiliorum, & Inſtrumentorum Syndicatus Populi & Communis Florentie, facto & celebrato Florentie ſub anno ſalutifere Incarnationis MCCCXVI. Indict. XV. die XVIII. intrante menſe Martii ſecundum conſuetudinem Florentie; & nobilis & ſapiens Vir Dominus Andreas Dom. Fortebracci de Rubeis de Piſtorio geſtorio nomine pro Communi Piſtorii ſequens in hoc mandatum Dom. Regis; & diſcretus & ſapien. Vir Ser Frontinus Not. filius Salvucci Frontini de Prato geſtorio nomine pro dicto Communi de Prato ſequens in hoc mandatum Domini Regis, & nobiles Viri Dominus Luci Malaſpina de Opizzonibus, Dominus Dinus de Salamoncellis, & Lottus

Re-

Regragnunus Syndici & Procuratores Vniverſitatis & Hominum Partis Guelforum Foruſicorum, ſeu exititiorum de Luca, ut patet publico Inſtrumento manu Donati Rambocti de Luca Not. ſub annis Incarnationis Domini MCCCXVI. Ind. XV. die XVIII. menſis Octubris pro Ipſis, & pro omnibus aliis Inſtrumentis Syndicatu contentis, & geſtorio nomine pro omnibus aliis de eorum parte, ſeu de dictis exititiis, tam Civitatis, quam Comitatus, & dixtrictus, & fortie cuiuſcumque Communis, vel Status, exiſtant eorum & cuiuſcomque eorum vice & nomine. Et diſcretus & ſapiens Vir Ser Iacobus Ser Miniati de Secto Miniate Syndicus & Procurator Communis S. Miniatis, ut patet publico Inſtrumento ſcripto manu Ser Herrigi olim Ser Bindi de S. Miniate Not. ſub annis Dominice Incarnationis MCCCXVII. Indict. XV. die XVI. Martii ſecundum mudum & conſuetudinem Terre S. Miniatis; & ſapiens & diſcretus Vir Ser Nardus olim Iacobi de Maſſa Syndicus & Procurator Civitatis Vulterre, prout de ſuo Syndicatu & Procura conſtat in carta facta manu Ser Bardi Giannelli Not. de Vulterre anno Domini MCCCVI. Indict. XV. die XXII. menſis Martii ſecundum conſuetudinem Civitatis Vulterre; & ipſe Ser Nardus Syndicus & Procurator Communis & Populi Civitatis Maſſe de Maritima, ut patet de Syndicatu publico Inſtrumento manu Ser Tore Not. Magiſtri Ardovini de Maſſa ſub anno Domini MCCCXVI. Indict. XV. die X. menſis Septembris ſecundum conſuetudinem dicte Civitatis Maſſe; & diſcretus & ſapien. Vir Ser Corradus Not. filius olim Ioannis de Ficechio, & Ser Bartholomeus olim Ioncte Not. de S. Cruce, & diſcretus Vir Meus olim Graccii de Caſtro Franco, volentes & intendentes predicti Ser Corradus, Ser Bartholomeus, & Meus infraſcriptam pacem ſcribi facere cum Communi Piſano geſtorio nomine pro Communibus Caſtri Ficechii, & Cappiani ultrarivii, & Maſſe Piſcatorie dicti Communis Ficechii, S. Crucis, Caſtri Franchi, S. Marie ad Montem, & Montis Falconis, & pro quolibet eorum & cuiuſque eorum dixtrictu; & Dominus Barone de Rubeis de Florentia Ambaſciator Communis Florentie, & geſtorio nomine pro Communibus, & Vniverſitatibus Collis Vallis Elſe, & S. Geminiani, & pro omnibus & ſingulis nobilibus de domo Panocchienſium, & pro eorum, & cuiuſque eorum dixtrictualibus, & cenſualibus ex una parte. Et nobilis Lemmus Domini Raneriì Baghe de Gualandis Miles, & ſapiens Vir Dominus Ioannes Benigni de Vico Iuriſperitus, Syndici, & Procuratores, Communis & Populi Civitatis Piſarum conſtituti per publicum Inſtrumentum ſcriptum manu Franciſci Ioannis de Saxeto Civis Piſ. & Scribe Cancellarie Piſani Communis ſub annis Dominice Incarnationis MCCCXVII. Indict. XV. die XI. Kal. Martii ſecundum conſuetudinem Civit. Piſ. & diſcretus Vir Ser Borreddetus Baldinocti Civis Lucanus, Syndicus & Procurator Communis & Populi Civitatis Lucane, ut patet de Syndicatu publico Inſtrumento ſcripto manu Ser Ioannis Necti de Viterbio Not. Cancellarie Lucani Communis ſub annis Dom. MCCCXVII. Indict. XV. die III. menſis Februarii ſecundum morem Lucane Civit. Syndicatus & Procure nomine, pro dictis Communibus, & eorum diſtrictu, videlicet quilibet eorum pro eo Communi, cuius eſt Syndicus; & Procurator, ut dictum eſt ex parte altera, quorum omnium ſyndicatuum, & procurarum, Inſtrumenta ego Bardus Not. infraſcriptus vidi. Conſtituti in preſentia predicti Domini Regis, cuius conſilio & prudentia, ac mediante miniſterio, facta, & firmata, fuit infraſcripta pax, aſſiſtente gratia Dei Patris; fecerunt, & reddiderunt ſibi ad invicem veram, & puram pacem, concordiam, & bonam voluntatem perpetuo duraturam oſculo pacis interveniente; & remiſſionem, & liberationem de omnibus, & ſingulis guerris, iniuriis, & offenſionibus hinc inde habitis, & illatis, & factis, & de omnibus damnis datis occaſione guerre, & de omnibus obligationibus factis, occaſione alicuius pacis hactenus facte, & de penis hinc inde commiſſis, & de omnibus obligationibus factis Communi Piſ. a quocumque, qui eſſet de predictis Communitatibus, vel Nobilibus, aut eorum, vel alicuius eorum dixtricto, qui hactenus fuerit, vel ſit carceratus Communis Piſ. Quam remiſſionem, & liberationem fecerunt predictis Salveſtro, & Ser Marco Not. pro ipſis carceratis, & eorum vice, & nomine recipientibus. Quam quidem pacem, & concordiam, fecerunt remiſſis hinc inde rancoribus, & iniuriis quibuſcumque cum infraſcriptis pactis videlicet. Quod predicte Partes tam in univerſo, quam in ſingulari, debeant ſe habere, tenere, & tractare ad invicem pro amicis in bono, & perfecta pace tam in perſonis, quam in rebus, & promiſerunt ſibi ad invicem ſe de cetero non offendere, vel offendi facere in perſonis, vel rebus per ſe, vel alium publice, vel occulte, ſive dando auxilium, vel favorem, vel alio modo. Item quod quicumque offenderet in Civitate Piſ. vel Lucan. aut eorum, vel alicuius eorum Comitatu, fortia, vel dixtrictu aliquem de Civitate Flor. vel de predictis Civitatibus, Terris,

ris, Nobilibus, & uliis in praſenti paue, & contractu venientibus, & de notatis, ut uſt dictum, ut de dixtrictu, & turritorio cuiuſque ipſorum, vel ipſarum, poniatur, ſicut & per quos puniretur, ſi offendiſſer aliquem de ipſa Civit. ſeu loco, in qua, vel quo facta eſſet offenſio. Et u converſo quicumquu offenderet aliquem de Civit. Piſ. vel Lucan. vel eorum, vel alterius eorum Comitatu, ſeu dixtrictu, in quaeumque dictarum Civitatum, Terrarum, & locórum ſupraſcriptorum Nobilium, & aliorum, ut predicitur, in hanc pacem, & contractum venientium, ſeu denotatorum, aut in dixtrictu, vel territorio euiuſeumquu ipſorum, vel ipſorum, puniatur, ſicut, & per quos, puniretur ſi offendiſſet uliquem de ipſa Civit. Terra, ſeu loeo, in qua, vel quo; offenſio facta eſſer. Item quod omnes captivi, & eorum obſides de predictis Civit. Florentie, Piſtorii, & eliis Civitatibus, & Communibus, Terris, Vniverſitetibus, & Comitibus, & Nobilibus, & aliis in hanc pacem, & contractum venientibus, ſeu denotatis, aut aliqua, ſeu aliquo ex eis, aut de dixtricto, & fortiu euiuſque earum, & eorum, & que in ſervitio cuiuſcumque eorum, vel earum capti fuiſſent, & eſſent per quoſcumquu . . . . qui ſunt de parte ipſorum, vel earum in dicta Civit. Piſ. vel Lucan. & earum, & cuiuſque uarum dixtrictu, & fortia. Et e converſo omnes captivi, & obſides de predictis Civit. Piſan. & Luc. & earum, & cuiuſque earum dixtrictu, & fortia, & qui in ſervitio Piſ. & Lucan. Communis capti fuiſſent, & eſſent, per quoſcumquu, ſeu apud quoſcumque, aut qui ſunt de parte Piſ. vel Luc. in quacumque predictarum Civit. Terrarum, locorum, apud quoſeumque dictorum Communium, Comitum, Nobilium, aut in fortia, & diſtrictu cuiuſque ipſorum, & ipſarum occaſione guerre liberu relaſſentur priſtine libertati per Communu, & alios predictos in hanc pacem, & contractum venientes ſinu ulla ſolutione, vul gravaminu expenſarum, hinc ad unum menſem proximum illi, qui ſunt du Civit. & locis, de qeibus & pro quibus ſyndicario nomine agitur, & in unum menſem u die exibite ratificationis illi, qui ſunt de Communitatibus & locis, & aliis pro quibus geſtorio nominu agitur. Item quod omniu & ſingula bamna, & coudemnationes, datu & facta quacumque occaſione guerre, vel malefitii, ſeu qui in Civit. Piſ. vel Lucan. aut earum, vel alicuius earum fortia, & diſtrictu contra dicta Communie, Civitates, Terras, & loca, Communitates, & Nobiles, & alios in preſentem pacem, & contractum venientes, vel aliquem eorum,

ſeu

ſeu de uis, vel aliquo eorum, aut contra ſingulares perſonas ipſorum, vel alicuius eorum, ſeu diſtrictus alicuius eorum. Et e converſo omnia & ſingule bamnu, & condumnationes data & facte occaſione guerre, maleſitii, ſeu qui in aliquo predictorum Communium, Civit. Terrarum, & locorum, ſeu per aliquem dictorum Comitum, Nobilium, & aliorum in preſentum pacum venientium, ut dictum uſt, & in alia quacumque parte diſtrictus, & fortie eorum, vel alicuius uorum contra Commune Piſ. & Luc. vel ſingulares perſonas ipſorum Communium Piſ. & Lucan. vel eorum diſtrictus, aut Terras, Communia, vel loca de diſtrictu Piſ. vel Luc. vel aliquibus eorum caſſentur & irritentur in totum, & ex nunc caſſa & irrita ſinu; ex beneficio preſentis pacis; hoc ſalvo, & intellecto expreſſe, in predictis, quod nullum predictorum Communium, Civitatum, Terrarum, vel locorum, Comitum, & Nobilium, & aliorum in preſentem pacem, & contractum venientium, ut ſupra dictum eſt, teneantur, & debeant rebamnire, vel de bamnis, & condemnationibus liberare aliquem ſuum exbamnitum, vel condemnatum, qui ſit origine ſua, vul paterna, de ipſo Communi, Civitate, Terra, loco, diſtrictu, & fortia, unde rebamniri, vel liberari peteret; nec aliquem, qui non ſit ad mandata ſui Communis, Civit. & loci, diſtrictus, & fortie eorumdem, unde oriundus fuerit. Item quod non receptentur in Civit. Comitatu, diſtrictu, & fortia Civit. Piſ. vel Lucan. aliqui ſotii, inſtitores, diſcipuli, vel factores aliquorum Mercatorum Flor. Piſtorienſium, Maſſaniorum, vel aliorum Civitatum, Terraru , & locorum, venientium in pacem, & contractum predictum, vel alicuius eorum oriundus de aliquo predictorum locorum ex utraque parte in hanc pacem, & contractum venientium, qui eb eis aufugerint cum rebus & pecunia eorum, aut ceſſarent eis de geſtis reddere rationem, & ſi repetirentur ibidem, capiantur in perſonis, & rebus, per Rectorem loci, ubi venirent, ad petitionem Mercatoris petentis, & ſuis expenſis, & capti tradantur tali Mercatori, cum cuius rebus, & pecunia recederent, vel cui ceſſarent de geſtis reddere rationum, cui liceat eum, & eos ducere ad dictam Civit. & locum unde aufugiſſent, vel oriundi eſſent; & hec fiant ad requiſitionem legitimam cuiuſcumque ipſorum Communium, & de fugitivis, & ceſſantibus Mercatoribus cum aliena pecunia idem fiat, & fieri debere intelligatur. Et u converſo non receptentur in dicta Civit. Flor. aut in uliqua dictarum Terrarum, & locorum in hanc pacem, &

con-

contractum venientium, vel eorum, aut eurum, vel alicuius eorum, ſive alicuius earum, vel eorum fortia, & diſtrictu aliqui ſocii, inſtitores, diſcipuli, vel factores aliquorum Piſanorum, vel Lucan. Mercatorum oriundorum de aliquo dictorum locorum ex utraque parte in hanc pacem venientium, qui ab eis, ut ſupra dicitur, aufugerint cum rebus, & pecunia eorum, aut ceſſarent eis de geſtis reddere rationem; & ſi reperirentur ibidem, capiantur in perſonis, & rebus per Rectorem loci, ubi invenirentur, ad petitionem Mercatoris petentis, & ſuis expenſis, & capti tradantur tali Mercatori, cum cuius pecunia & rebus decederent, vel cui ceſſarent de geſtis reddere rationem, cui liceat eum, & eos, ducere ad dictas Civit. Piſ. & Lucan. unde aufugiſſent, vel oriundi eſſent; & hec fiant ad requiſitionem legitimam Communis Piſ. & Luc. & cuiuſque ipſorum, & ſimiliter de Piſanis, & Lucanis Mercatoribus ceſſantibus, & fugientibus cum pecunia aliena, idem ſervetur, & fiat, & fieri debere intelligatur, in qualibet dictarum Civitatum, & locorum, & hec que in preſenti Capitulo continentur locum habeant in committentibus talia, in futurum. Item quod omnes repreſalie, & repreſaliarum licentie, & conceſſiones hinc conceſſe per dicta Communia, vel alios in hanc pacem & contractum venientes, aut per quamcumque aliam perſonam . . . uſque ad diem preſentis pacis firmate, ſuſpendantur, & ſuſpenſe intelligantur eſſe, & ſint uſque ad decem annos proxime venturos, & per ipſum tempus, ita quod nulla executio poſſit inde fieri in dictum tempus; & fiat tamen nihilominus hinc inde ius ſummarium conquerentibus ſuper principali iure, & poſſit quilibet uti iure ſuo, quod habebat ante conceſſionem repreſaliarum. Et quod intra quatuor menſes a die publicate pacis, & exhibite ratificationis, ut dictum eſt, dicta Communia conveniant, in loco convenienti per ſolemnes Ambaſciatores, & Syndicos, ad examinandum dictas repreſalias, & ſuper eis providendum, & componendum ſicut eis videbitur. Et quod regimina dictorum Communium in principio ſuorum officiorum iurent ſummarium ius facere habentibus ipſas repreſalias ſuper principali iure. Item per dicta Communia Piſ. & Lucan. vel eorum Rectores, ſeu Officiales nullus proceſſus, occaſione alicuius maleficii, vel delicti fiat, vel fieri poſſit contra aliquem de predictis Civit. Flor. & Piſtorii, Maſſe, & S. Miniatis, & de aliis Communibus Terris, Comitatibus, & Nobilibus, in hanc pacem venientibus, aut eorum, vel alicuius Comitatus, fortie, vel dixtrictus, niſi primo per literas ipſius Civit. Piſ. vel Lucan. ubi proceſſus fieret, ſeu fieri intenderetur legitime denuntietur Communi, Civitati, Terre, vel loco, aut Comitibus, & Nobilibus, & aliis in hunc contractum venientibus, unde, ſeu de cuius diſtrictu, eſſet ille, in quem ipſe proceſſus fieret, ſeu fieri intenderetur, exprimendo in ipſis literis nomen, & pronomen, maleficium, vel delictum, illus, contra quem procederetur, aſſignando in eis competentem terminum ad comparendum, & ad ſe defendendum, ab ipſo proceſſu; & e converſo nullus proceſſus occaſione alicuius maleficii, vel delicti fiat, vel fieri poſſit per dicta Communia Flor. Piſtorii, Maſſe, S. Miniatis, vel alias de dictis Communibus, Terris, Comitatibus, & Nobilibus in hanc pacem, & contractum venientibus aut per eorum, vel alicuius eorum Rectores, vel Officiales contra aliquem de dictis Civit. Piſ. & Lucan. vel earum, vel alicuius earum, niſi primo ſimilis denuntiatio fiat per literas ipſi Communi Piſ. & Lucan. unde eſſet ille, contra quem procederetur, in quibus contineantur ea, que ſuperius ſunt expreſſa. Item quod omnes & ſinguli Flor. Piſtor. Maſſani, & omnes alii Civit. Terrarum, & locorum, venientes in pacem, & contractum preſentem, poſſint, & eis liceat libere deferre, & conducere, & deferri, & conduci facere, undecumque ſua mercimonia, mercantias, pecunias, & res, & bona ad Civit. & in Civit. & dixtrictum, & fortias Communitatum Piſ. & Luce, & cuiuſque earum, tam per terram, quam per mare, & alias aquas, & in ipſis Civit. Piſ. & Lucan. & earum, & cuiuſque earum fortia, & dixtrictu, & terris ſubiectis ipſis Communibus Piſ. & Lucan. & cuiuſque eorum libere, & ſecure commorari, & mercimonia, & mercantias exercere, habere, & tenere, vendere, & emere, & permutare, & de ipſis Civit. Piſ. & Lucan. & qualibet earum, & eorum, & cuiuſque earum Comitatu, fortia, & diſtrictu tam per terram, quam per mare, & alias aquas libere extrahere, & extrahi facere omnia, & ſingula mercimonia, mercantias, pecunias, res, & bona, dummodo ſolvant alii exceptis Flor. gabellas, & pedagia, ſalvo quod victualia, comeſtibilia extrahere non poſſint de dictis Civit. Piſ. & Lucan, vel aliqua earum, & eorum, & cuiuſque earum dixtrictu, niſi ea, que deferrent de extra dictas Civit. Piſ. & Lucan. vel aliqua earum, & cuiuſque earum dixtrictu, & fortia, in ea, & quod ab aliquo, vel aliquibus de dicta Civit. Comitatu, & dixtrictu Flor. predictis, vel aliquo predictorum, aut eorum occaſione, nullum exigatur pro ipſis

Communibus Piſ. vel Luc. vel eorum, aut alienius eorum Communium auctoritate, pedagium, vel gabella; nihilque directe, vel per obliquum oomine alicuius gabelle, diricture, euratorie, ripe, vel modi, vectigalis, vel portorii, vel nomine, ſeu ſub colore cuiuſque alterius exactionis, vel retentionis pro ſomis, mereantiis, beſtiis, aut rebus aliis quibuſeumque, exigatur pro Communi Piſ. vel Lucan. vel eorum, vel alicuius eorum, auctoritate; & nihil fiat, vel ordinetur, aut fieri, vel ordinari permittetur per Commune Piſ. vel Lucan. io fraudem predictorum. Et è converſo omues, & ſinguli de dictis Civit. Piſ. & Luc. & earum, & euiuſque earum Comitatu, & dixtrictu poſſint, & eis liceat ſua mercimonia, merçatantias, pecunias, & res, & bona, quecumque, ad Civit. terras, & loça predicta, & terras, & loca predictorum Communium, & Nobilium, & aliorum io hane pacem, & contractum venientium, & euiuſque eorum, & ad eorum terras, & forriam. & dixtrictum deferre, & conducere, & deferri, & conduci facere undecumque tam per terram, quam per mare, & alias aquas, & obique libere, & ſecure commorari, mercimonia, & merçantias exercere, habere, & tenere, vendere, emere, & permutare, & exinde extraere, & extrai facere omnia, & ſingule mercimonia, mercatantias, pecunias, & res, & bona, ſolver do gabellas, & pedagia excepto quam in Civit. & dixtricto Flor. Salvo quod victualia, comeſtibilia extrahere non poſſint de aliqua dictarum Civit. locorum, & terrarum, vel alicnius earum dixtrictu, niſi que deferrent de extra ipſam Civit. & locum, & eius Comitatum, & dixtrictum de quo, vel qua, extrahere vellet, & predictis, vel aliquo predictorum in dicta Civit. Flor. & eius dixtrictu nullum ab ipſis Piſ. vel Lucan. exigatur pedagium, vel gabella, oihilque directe vel per obliquum oomine alicuius gabelle, diricture, euratorie, ripe, vel modi, vel oomine, ſeu ſub colore cuiuſcumque alterius exactionis, vel retentionis pro ſomis, & mereantiis, beſtiis, aut rebus aliis quibuſeumque, exinde exigatur; & quod nihil fiat, vel ordinetur aut fieri, vel ordinari permittatur per dictum Commune Flor. in fraudem predictorum. Item quod dicta Communia Piſ. & Lucan. teneantur, & debeant omnibus, qui ſunt de dictis Civit. terris, & locis, Comitibus, & Nobilibus in hanc pacem, & contractum venientibus, ſeu concordantibus, & earum, & eorum Comitatu, & dixtricto libere reſtituere predia, domos, & poſſeſſiones, & res, & iura eorum, & ea, que tenebant, & poſſidebant,
vel

vel quaſi, tempore adventus Domini Enrigi de Luzoinburgo, qui Alamannie ſe Regem gerebat in Italia, que eſſent apud iſta Communia Piſ. & Lucan. inſra menſem a die petite reſtitutionis, & de aliis, que non eſſent apud ipſa Communia, teneantur facere ius ſummarium contra poſſidentes, vel quaſi, ita quod iure queſita tempore guerre non obſint, neç aliqua preſcriptio, que fuerit incoata, vel completa, tempore, quo ille, cuius eret poſſeſſio, vel ius, non potuiſſet perſequi ius ſuum propter guerram, vel rebellionem: & e converſo dicta Communie Civit. Terre, & loca, Nobiles, & Comites, & alii in hanc paçem, & contractum venientes, teneantur, & debeant omnibus, qui ſunt de dictis Civit. Piſ. & Luc. & earum, & euiuſque earum Comitatu, & dixtrictu, libere reſtituere predia, domus, & poſſeſſiones, & iura eorum, & ea, que ipſi tenebant, & poſſidebant, vel quaſi, tempore adventus dicti Domini Errici in Italiam, que eſſent apud dicta Communia, Civit. Terras, Comites, & Nobiles, vel aliquem eorum, inſra menſem a die petite reſtitutionis, & de aliis, que non eſſent apud dicta Communia, Civit. Terras, Comites, vel Nobiles, vel aliquem eorum, teneantur façere ius ſummarium contra poſſidentes, vel quaſi, ita quod iura queſita tempore guerre non obſint, nec aliqua preſcriptio, que fuerint incoata, vel completa tempore, quo ille, cuius erat poſſeſſio, vel ius non potuiſſet perſequi ius ſuum propter guerram, vel rebellionem. Item quod Commune Piſ. teneatur, & debeat eximere & liberare Comites de Monte Cocchari de bamnis, & condemnationibus, & proceſſibus datis, & factis contra eos per dictum Commune Piſ. &c. Item Commune Piſ. teneatur, & debeat Comites, & Commune de Collegargli, & homines dicti Communis, rebamnire, & liberare ab omnibus, & de omnibus bamnis, & condemnationum ſententiis, & proceſſibus datis, & quibuſcumque impoſitis &c. Item predictum Commune Piſ. teneatur & debeat Communia Montis Topoli, Caldane, & Burieni, & Colonne, Lombardos, & Nobiles, & homines dictorum Communium, & terrarum rebamnire &c.

Predicti Dom. Lemmus, & Dom. Iuannes Syndici, & Procuratores Communis Piſarum, ſyndicario, & procuratorio nomine pro Commune Piſano, & Ser Borreditus Syndicus, & Procurator Communis, & Populi Civitatis Lucane, ſyndicario & procuratorio nomine pro dicto Communi, & Populo Lucano ex una parte; & predictus Ser Nardus Syndicus, & Procurator Communis Vulterrane Civitatis, ſyndicario, & procuratorio nomine pro di-
cto

cto Communi, & Civitate Vulterre ex altera parte, ſecerunt inter ſe pacem, & ut ſuperius eſt expreſſum cum pactis, ſeu Capitulis generalibus ſupraſcriptis, & etiam cum infraſcriptis, videlicet. Quod dictum Commune Vulterre teneatur, & debeat rebannire omnes ſuos rebelles de omnibus bannis, & condemnationum ſententiis, & proceſſibus quibuſcumque, & de omnibus, & ab omnibus datis, & impoſitis uſque in diem preſentis pacis firmate; & ipſas condemnationes, & banna, ſententias, & proceſſos, datas, & impoſitas de omnibus actis, & libris ipſius Communis facere cancellare ſine aliqua ſolutione, & onere expenſarum; & ex nunc ipſo iure liberati, & exempti eſſe intelligantur, & ſint, ex beneficio preſentis pacis, & eis, & cuilibet eorum reſtituere, & reſtitui facere bona eorum extantia, que ipſi poſſidebant tempore eorum rebellionis, & que per eos non eſſent legitime alienata, & quod eorum familie libere poſſint redire, & ſtare in dicta Civitate Vulterre, & eius diſtrictus, exceptis maribus maioribus quatuordecim annis, ipſi vero rebelles, & eorum filiii deſcendentes maſculi maiores quatuordecim annis intrare non poſſint in dictam Civitatem Vulterre, niſi quatenus eſſet, & procederet de voluntate Communis dicte Civitatis Vulterre. Inſuper predicti Syndici Piſani Communis proteſtati fuerunt, quod ſalvum, & reſervatum ſit ipſi Communi Piſano omne ius, ſi quod ipſum Commune Piſanum habet, in Villa de Cedri, & quod per preſentem pacem ipſi iuri non intelligatur, nec ſit, renunciatum. Cui proteſtationi, & reſervationi dictus Syndicus Communis Vulterre reſpondendo negavit dictum Commune Piſanum habere ius in dicta Villa de Cedri, & proteſtatus fuit nomine dicti Communis Vulterre, quod propter dictam proteſtationem factam per Syndicos Piſani Communis nullum ius queratur, vel queſitum eſſe intelligatur, ipſi Communi Piſano in dicta Villa de Cedri, Inſuper dicti Syndici Piſani Communis ſyndicario nomine pro Communi Piſano dixerunt, & proteſtati fuerunt, quod ſalva ſint, & firma perdurent, pacta tregue inite inter dicta Communia Piſana, & Volterrana, durante tempore ipſius tregue, & quod per predicta non intelligunt ipſi Syndici Piſani Communis a dictis pactis tregue recedere, vel ea novare, Predictus Dominus Lemmus, & Dominus Ioannes Syndici, & Procuratores Piſani Communis ſyndicario, & procuratorio nomine pro dicto Communi Piſano, & Ser Borreditus Syndicus, & Procurator ſupraſcriptus ſyndicario, & procuratorio nomine pro dicto Communi, & Populo ex una parte, & predictus Ser Nardus quondam Sacchi de Maſſa predicta de maritima, Syndicus, & Procurator Communis, & Populi Civitatis Maſſe predicte, ſyndicario, & procuratorio nomine pro dicto Communi, & Populo Civitatis Maſſe ex alia parte, fecerunt ad invicem pacem, remiſſionem, ut ſuperius in principio plenius continetur, cum generalibus pactis, & capitulis ſupraſcriptis.

Quoſcumque... guerre... item, quod hinc inde nulla novitas fiat in locis, & in muris, niſi quantum popoſcerit neceſſitas victualium, & . . . . . , ſe novitas hoſtilis contra pacem predictam.

Acta ſunt hec omnia predicta Neapoli in Caſtro novo, ubi regia Aula tenetur, & in qua ipſe Dominus Rex habitat, & moratur, preſentibus teſtibus venerabilibus Patribus, Dom. Inghiramo Archiepiſcopo Capuano, Domino Fratre Franciſco Epiſcopo Gaitano, & Magnificis, & Nobilibus Viris Domino Gentile, & Poncello de filiis Urſi de Urbe, & Domino Bartalomeo de Capova Legum Doctore, milite Luogotenente, & Protonotario Regni Sicilie, Domino Ricciardo Mazze de Salerno, Magiſtro rationali Regni Sicilie, Domino Curradino Spinole Amirato Regni Sicilie, & predicti Domini Regis, Domino Camelio de Balzo, Domino Ioanne de Laia milite, & Magiſtro rationabili predicti Domini Regis, Domino Ioanne de Aqua Blanca Legum Doctore, & pluribus aliis teſtibus ad hec preſentibus vocatis, & rogatis, & preſentibus Ser Bonacosa quondam Compagni de Florentia, Notario Ambaſciatorum & Syndicorum Communis Florentie, & Ricciardo Notario Ser Bencivegnis Notario predictorum Ambaſciatorum Communis Piſani, qui de predictis rogati fecerant Inſtrumentum, ut ſupra per omnia continetur, & preſentibus Ser Arrigo de Sancto Miniate, & Ser Tore M. Arduvini de Maſſa maritime, & me Bardo Notario infraſcripto, qui etiam de predictis cartam feci rogatus a ſupraſcriptis Syndicis, anno Domini ab eius Incarnatione ſecundum conſuetudinem Civitatis Florentie M.CCCXVII. Indictione XV. die XII. menſis Mai, & ſecundum conſuetudinem Civitatis Piſarum anno Domini ab eius Incarnatione M.CCCXVIII. Indictione XV. tertio Idus Mai, & ſecundum conſuetudinem Civitatis Vulterre anno Domini M.CCCXVII. Indictione XV. die XII. menſis Mai, & ſecundum conſuetudinem Civitatis Maſſe de maritima anno Domini M.CCCXVII. Indictione XV. die XII. menſis Mai.

Ego Bardus olim Ianelli, Domini Iacobi de Vulterra Imperiali au-

cto-

ctoritate Iudex ordinarius, & Notarius, predictis omnibus interfui, &, ut ſupra legitur, ſcripſi, & publicavi rogatus, & que ſupra ſignata, & tranſcripta, ſunt, mea propria manu ſcripſi, & ſignavi.

Anno MCCCXXVII. Commune Sancti Miniatis ſolvit annuum cenſum *Roberti* Regis Neapoleos filio *Carolo*, Calabriae Duci, ut ex ſequenti Inſtrumento patet, quod ex *Hodoeporico* noſtro *pag.* 149. producimus.

In Dei nomine amen. Anno Dominice Incarnationis milleſimo trecenteſimo vigeſimo octavo, Indictione undecima, ſecundum conſuetudinem Terre Sancti Miniatis, die undecima Decembris. Pateat publice, quod religioſus & honeſtus vir Domnus Leonardus Monacus de Ordine Camaldolenſi, Camerarius Camere Communis Sancti Miniatis, eorum nomine pro ipſo Communi Sancti Miniatis, dedit, ſolvit, & numeravit eorum preſentia mei Notarii, & teſtium infraſcriptorum, & plurimorum aliorum, Magnifico viro Domino Raymundo Roſſo de Cathanya Theſaurario & familiari Illuſtris Domini Domini Karoli Ducis Calabrie pro ipſo Domino Duce Florenos, quos dictus Dominus Dux habere debet, & recipere annuatim a Communi Sancti Miniatis pro cenſu ſuo annuatim promiſſo a Communi Sancti Miniatis predicto; videlicet pro primo anno, & quolibet annorum, quibus Terra Sancti Miniatis commiſſa eſt ſub protectione Domini Ducis predicti, Florenos quingentos de auro, de quibus quidem Florenis, & ſolutis, & confeſſis, ipſe Domnus Leonardus Camerarius ſupradictus habuit, & recepit apodixam ipſius Domini Raymundi ſubſcriptione, & ſigillo munitam. Vnde ego Notarius infraſcriptus fui rogatus conficere publicum Inſtrumentum.

Actum in Civitate Florentie, in Palatio, & ad Bancum dicti Domini Raymundi Theſaurerii, preſentibus Ser Tubertello Stefani, Ser Iacobo Ser Miniati, Stefano Andreoni de Communi Miniatenſi, & pluribus aliis teſtibus ad hec vocatis & rogatis.

Ego Franciſcus Landi de Sancto Miniate, Imperiali autoritate Iudex ordinarius & Notarius publicus predicta omnia, quibus interfui, rogatus ſcripſi, & publicavi.

Anno MCCCXXIX. inter Piſanos, Florentinos, Miniatenſes, alioſque Tuſciae populos, & Reſpub. pax alia componitur, ut conſtat ex ſequenti Inſtrumento apud *Paulum Troncium* in *Annalibus Piſanis*, quod a me etiam in *Hodoeporico pag.* 437. relatum eſt.

Il Comune di Piſa, e per detto Lemma di Bullicino de' Gualandi, Meſſer Iacopo da Caccianimico, Ser Iacopo di Vitale da Calci, e Ser Bono de' Bianchi, Cittadini Piſani, Sindichi per il detto Comune, fecero pace, e concordia con il Comune di Firenze, e per detto Simone della Toſa Cavaliere, Meſſer Foreſe Rabatta Dottore, Donato dell' Antella, Toldo Valori Ambaſciatori Fiorentini; e Meſſer Veglio Buongiovanni, e Corrado di Meſſer Vinceguerra Ambaſciadori di Piſtoia; e Meſſer Briforte Belforti, e Meſſer Buonafidanza Tignoſelli Ambaſciatori Volterrani; e Boniface di Bino, e Bernardino degli Avveduti da Maſſa Ambaſciatori di Maſſa; e Meſſer Buonaccorſo di Landino Landi, e Meſſer Pietro di Bartolino de' Manaſſei, Ambaſciatori di Prato; e Riccio di Riccio Caſtolini da San Geminiano Ambaſciatore di San Geminiano, e Meſſer Forte di Maruvello Dottor Ambaſciatore di Colle, e Ser Arrigo di Ser Bindo Ambaſciatore di Collegarli, e Ciardino di Lando Ambaſciatore di S. Miniato, Ser Vanni di Forte Ambaſciatore di Fucecchio, Nuccio di Arriguccio Ambaſciatore di S. Croce, e Gherardo di Ser Giovanni Ambaſciatore di Caſtelfranco, fecero pace, e remiſſione d' ogni ingiuria, e danno ſeguito tanto nella preſente guerra, che in altri tempi, rimettendoſi qualſivoglia pena per pace rotta, e patti non oſſervati, annullando ogni altra capitolazione, con queſti capitoli, e patti.

Che i Piſani fra quattro meſi devano mandare Ambaſciatori al Sommo Pontefice Giovanni XXII. a domandare aſſoluzione, pace, e miſericordia, per la quale ſiano rimeſſi nel medeſimo ſtato, ch' erano avanti la venuta del Bavaro in Lombardia, & in Toſcana.

Che il Comune di Piſa, per quanto può, ſia apparecchiato di ſtarr in grazia di Roberto Re di Geruſalemme, Napoli, e Sicilia.

Che detti Comuni s' intendano per l' avvenire amici, nè dia una parte aiuti, o favori contro l' altra.

Che il Comune di Piſa non s' ingeriſca mai più nella Città, o diſtretto di Lucca, nè meno nella Provincia di Valdinievole, nè dia favore, conſiglio, o aiuto, a chi tentaſſe di occupare, o invadere tanto Lucca, che la Valdinievole direttamente, o indirettamente.

Nè alcun Cittadino poſſa pretendere in detti luoghi giuriſdizione, nè in modo alcuno ſi poſſa intromettere, con dichiarazione di non comprenderſi in queſto capitolo il Caſtello di Monte Calvoli, e Serezzana, che teneva il Co-

Digitized by Google

Comune di Piſa avanti la venuta del Bavaro.

Che il Comune di Piſa non farà, nè tenterà alcuna concordia per conto della Città di Lucca con i Teotonici, o con altri, nè meno direttamente, o indirettamente trotterà, che Lucca pervenga in potere del medeſimo Comune di Piſa, che del Comune di Firenze.

Che il Comune di Piſa, ſe averà, o terrà a ſuo ſtipendio alcuni di detti Teotonici, deva provedere, che detti non offendano alcuno del Comune di Firenze, di Volterra, e altri ſopranominati.

Che il Comune di Firenze, ſe acquiſterà Lucca, deva procurare, che il Comune di Lucca ſtia in pace col Comune di Piſa, anzi s' intenda incluſo nelle medeſime capitolazioni del Comune di Firenze, fuor dell' immunità delle gabelle.

Che il Comune di Firenze, ſe piglierà Lucca, fra quindici giorni doppo, deva far diſtruggere la fortezza fatta da Caſtruccio nel monte Piſano, ancor di preſente poſſeduta da chi tien Lucca, e reſtituire il monte al Comune di Piſa.

Che ſe il Comune di Firenze concorderà co' Teotonici, che tengono Lucca, o farà con eſſi capitolazione alcuna, deva far sì, che i Fiorini tredicimila cinquecento venti d' oro pagati dal Comune di Piſa a detti Teotonici, gli ſiano reſtituiti, almeno dell' entrate del Comune di Lucca; e nella medeſima forma detto Comune deverà reſtituire al Comune di Firenze il denaro, che converrà pagare a detti Teotonici per liberar Lucca dalle loro mani, ed anco deverà operare, che i Piſani ne' medeſimi accordi ſiano liberati da' Teutonici, e da tutto quello, che avevano lor promeſſo per la ragione di Lucca.

Che ſe i detti Teutonici, o altri, che tengono la Città di Lucca, doppo l' accordo, che ſi foſſe fatto con detti dal Comune di Firenze, offendeſſero, o invadeſſero il Comune di Piſa, deva il Comune di Firenze difenderlo, e aiutarlo, e offendere detti invaſori; e all' incontro, ſe doppo l' impreſa di Lucca, e doppo l' accordo fatto, detti Teutonici, o altri, offendeſſero il Comune di Firenze, deva il Comune di Piſa aiutarlo, e difenderlo.

Che occorrendo, che Lucca venga in poteſtà del Comune di Firenze, deva egli conſervare il Comune di Lucca in buono, e pacifico ſtato, e ciaſchedune perſone Luccheſe deva godere i ſuoi beni, e andare a ſtare in Lucca a ſuo piacimento, ſenza che ſi poſſa eſiliare, nè confinare alcuno, tanto Guelfo, che Ghibellino, ſe non col conſenſo del Comune di Piſa, al quale concordemente ſe pareſſe con il Comune di Firenze, levare dalla Città, o Caſtelli alcuno diſcolo, ſi poſſa fare, e confinarlo a tempo fuori di detta Città, o Caſtello, con che poſſa godere le ſue entrate.

Che ſe non ſortirà il trattato d' accordo co' Teutonici, e ſe ſi farà la guerra, il Comune di Piſa non poſſa dar ricetto ad alcuno Teutonico, nè ad alcuno Luccheſe, o diſtrittuale di Lucca, nè poſſa aver commercio nel territorio di Lucca, nè vendere a i Luccheſi per mare, o per terra coſa alcuna; e queſto deve fare tra un meſe, da che ſarà rotto il trattato, che ſubito ſarà notificato da i Fiorentini al Comune di Piſa, e deve bandire il divieto per tutto lo Stato Piſano, ſotto pena alli contrafacienti, che parrà al detto Comune, con che a i privati ſia nella perſona, od avere, a dieci fanti armati, non poſſa eſſer meno di lire cento, e da dieci in sù non poſſa eſſer minore di cinquecento, e ſe cavalli, non poſſa eſſer meſſo meno di lire mille, e deva il Comune di Piſa far giurare a' ſuoi Rettori, che con ogni diligenza faranno eſeguire le condannazioni.

Che il Comune di Firenze reſtituirà fra quattro giorni al Comune di Piſa il Caſtello di Pretiglione ne' gradi, che di preſente ſi trova.

Che il Comune di Piſa s' intenda eſſerſi ribellato da Lodovico già Duca di Baviera, nè più lo deva ricettare, nè alcuno ſuo ſuddito, nè ſtipendiato, nè anco altro Re, o Imperatore, che con tal titolo veniſſe contro la Chieſa, o non obbediſſe al Sommo Pontefice, nè deva dargli aiuto, o favore alcuno; e ſe il Bavaro, o altro Re, che ſi diceſſe Imperatore, contrario a Santa Chieſa, faceſſe guerra al Comune di Piſa, deva il Comune di Firenze con tutte le ſue forze, ed avere, difendere, ed aiutare il detto Comune; ed all' incontro, ſe il Bavaro, o altri attaccaſſe il Comune di Firenze, o Lucca, quando veniſſe in poter de i Fiorentini, il Comune di Piſa deva far l' iſteſſo verſo quello di Firenze.

Che il Comune di Piſa non deva trattare con alcun Tiranno, nè eleggerſi alcun Tiranno, e lo ſteſſo deva oſſervare il Comune di Firenze.

Che ſe alcuno offendeſſe qualche Piſano nella Città, o territorio Fiorentino, Volterrano, o di altro Comune nominato in detta pace, il malfattore deva eſſer gaſtigato, come ſe aveſſe offeſo un altro del medeſimo luogo, dove foſſe ſeguita l' offeſa; e l' iſteſſo s' oſſervi, ſe alcun Volterrano, o altro compreſo in queſta pace, foſſe offeſo nel Piſano, dal Comune di Piſa. E che tanto gli oſtaggi, che i prigioni fatti in queſta guerra, ſi rilaſſino da una parte, e dall' altra.

Rrrrr *Che*

Che e' annallino, e caſſino tatti i bandi, e condannagioni fatte dall' una parte, e dell' altra in occaſione dello predetta guerra, e ſi rimettano tatti i banditi, i fuoruſciti, e ribelli per queſte occaſioni, e non per altro, purchè ritornino a Banziare nella loro Città, o Terra.

Che i Fiorentini, che abitano, ſiano fatti Cittadini Piſani, ſiano rimeſſi, o liberati da ogni debito di dazi (non oſtante che non toccaſſero a Firenze) impoſti sì dal Comune di Firenze, che di Piſa, e per l' avvenire ſiino eſenti in Piſa da ogni fazione reale, o perſonale, ſiccome i Piſani in Firenze. Non ſi faccia novità alcuna contro la preſente pace per conto dei confini fra l' una parte, e l' altra, ma ſi mantengano, come ſono di preſente.

Che non poſſano eſſere ricettati in Piſa, o ſuo Territorio Mercanti, che facendo compagnia con altri, ſi fuggiſſero con le robbe; nè falliti, nè garzoni, nè fattori, nè agenti, che non voleſſero render conto dell' amminiſtrazione, e ſe vi arrivaſſero, a richieſta degl' intereſſati devano eſſer cattarati dal Rettore, ove ſaranno trovati, e conſegnati a quell' intereſſato, che a ſue ſpeſe lo faccia condurre in poter del ſuo Comune, o al ſuo Foro; e così s' oſſervi de' fuggitivi Piſani, e d' altri Comuni.

Che s' intendano ſoſpeſe tutte le rappreſaglie concesse da detti Comuni a private perſone d' eſſi, ed intanto ciaſcuno poſſa eſperimentare le ſue ragioni avanti il Poteſtà, o Rettore del ſuo luogo, ſopra il negozio principale, e ſia fatta ſommaria giuſtizia, e fra un meſe congreghino gli Ambaſciatori di detti Comuni a S. Gminiano per decidere, e dichiarare ſopra dette rappreſaglie, le quali non s' intendano ſoſpeſe contro quel Comune, che non manderà il ſuo Ambaſciatore; e quelli, che arriveranno, ſiano obbligati rappreſentarſi al Capitano di detta Terra, e dire d' eſſer lì come Deputati del ſuo Comune, e devano aſpettare almeno otto giorni.

Che il Comune di Piſa non poſſa procedere criminalmente, nè far proceſſo contro qualſivoglia Fiorentino, Piſtoreſe, e Volterrano, ſe prima non averà legittimamente notificato al Comune, di dove ſarà quel tale, l' accoſa del maleficio, con tutte le circoſtanze, con tempo conveniente d' andare a difenderſi, & e converſo.

Che i Fiorentini, Piſtoreſi, Volterrani, Meſſetani, Colligiani, e Prateſi, poſſano liberamente condurre a Piſa, e ſuo territorio, tutte le mercanzie, e robe, ſenza oſtacolo alcuno, ed anco poſſano eſtrarne con pagare le ſolite gabelle, quanto gli altri, e non i Fiorentini, che ſono eſenti, e poſſano dal Piſano eſtrarre ogni ſorta di robe, fuorchè ſegale, orzo, ſpelta, vena, ſcandella, miglio, panico, ſaggina, ceci, fave, cicerchie, mochi, lupini, ſisbi, noce, uve noſtrali, mandole, aranci, cedri, civaie, uccelli da mangiare, peſce, carne, ova, cacio, ſale, ..., ſorra, mele, & olio, ſenza licenza de i Governatori di Piſa; e quanto a i Fiorentini ſi dichiara non eſſer tenuti ad altra gabella, come ſe foſſero Cittadini Piſani, e così s' intenda il medeſimo è converſo.

Che i Fiorentini poſſano tener lor balle in Dogana di Piſa per tre meſi, con pagare ſecondo la tariffa in detti capi notata, e acciò che ſotto nome de i Fiorentini non ſia frodata la gabella, ſi faccia giurare quello, che dice eſſer roba de i Fiorentini alla preſenza di due Mercanti Fiorentini, che atteſtino così eſſere; e tali Mercanti, che devono atteſtare, ſiano del negozio, o de' Bardi, Acciaioli, Pitozzi, Cecche, (forſe Perazzi, Cerchi) Buonaccorſi, Alberti, dell' Antella, Albizi, Telloſini, Mazzinghi, Gaidalotti, Bandinelli, Rivi, Corſini, Rinuccini, Pucci, Manetti, Ridolſi, Ancadoti, Capponi.

Che eſſendo accuſati i Fiorentini per frodatori al Giudice della gabella di Piſa, devano dare mallevadori, ed eſſer relaſſati, e non poſſano eſſer condennati in pene corporali, ed il medeſimo s' oſſervi in Firenze de i Piſani. I Fiorentini delle liti in Piſa ſiano trattati benignamente, e dato mallevadore de in Iudicio ſiſti, ſi trattino come Piſani, e così i Piſani nelle liti co' Fiorentini in Firenze.

Che ſia lecito a i Fiorentini tenere in Piſa un Sindico, o Ambaſciatore reſidente per far oſſervare detti patti, ed a' Piſani in Firenze.

Che ſia lecito a' Fiorentini vendere in Piſa, e ſuo diſtretto, il vino a minuto, ed a i Piſani in Firenze.

Che i Piſani debbano reſtituire a detti Comuni, Città, Luoghi, Signori, Conti, e Nobili compreſi in queſta pace tutti i luoghi, e beni, che tenevano, e poſſedevano alla venuta di Lodovico Duca di Baviera in Italia fra un meſe dal dì della domanda, che ne foſſe fatta; ed il Comune di Piſa deva far loro ſommaria giuſtizia contro quelli, che gli poſſedeſſero, a i quali non s' intenda giovare il tempo della guerra, preſunzione, o ragione alcuna; ed il ſimile a quelli dalla parte de i Piſani ſi deva oſſervare da' Fiorentini.

Che ſi devano rimettere tutti i popolari, artigiani, e mercanti Piſani, e non i Magnati, eccetto il Conte Ugolino di Battaccia

da

Digitized by Google

Sa Miniato ; come anche ſi rimettano tutti gli origicari di Prata, San Miniato, Fucecchio, Santa Croce, Caſtelfranca, e Montepuli, e gli ſieno reſtituiti i lora beni.

Che ſe alcun Comune non vorrà oſſervare detti patti, deva il Comune di Firenze dichiarare, ſe il Comune di Piſa deva ſtare a detta pace; che ſe alcuno particolar perſona litigherà con alcun Comune, non le poſſa eſſer oppoſta il Decrete di privazione, fatta dall' Imperatore Arrigo.

Che il Comune di Piſa deva liberare gli eredi, e figli del Giudice di Gallura, del Conte Ugolino, del Conte Anſelme, e de' Conti di Biſerne, da detti bandi, e condannazioni, e reſtituirgli i lora beni fra un meſe. Così che i banditi origicari di Montopoli devone fare il medeſime verſo i Piſani, e renunziare ad ogni rappreſaglia. Fatta la pace, detti Ambaſciatori Piſani con gli Ambaſciatori de' Fiorentini la fecere col Cavalier Belforti, e Cavalier Buoconfidanza Tigneſelli Ambaſciatori Volterrani, con gl' iſteſſi ſopraſcritti capi, proteſtandoſi però i Piſani di non intendere per detta pace pregiudicarſi alle ragioni, che hanno ſopra Cedri, e proteſtandoſi i Volterrani, che per detta proteſta non s' intenda aver acconſentita, che il Comune di Piſa abbia in Cedri giuriſdizione alcuna, e giurarono l' oſſervanza alla pena di dieci mila Marche d' argento.

Huius pacis inter Florentinos ac Piſanos, aliorumque Tuſciae populos compoſitae meminit etiam *Scipio Ammiratus* in *Hiſtoria Florentina* editionis ſecundae, atque, initam & firmatam in Caſtro Montis Topparii, in Eccleſia dicti Caſtri, die XII. Auguſti, anno, ut diximus, MCCCXXIX. Anno vero MCCCXXXV. vacabat Eccleſia Sancti *Martini* Fagognanae extra & iuxta Portam Fagognanae oppidi Sancti Miniatis, Lucanae Dioeceſeos; & Parochiani convenerunt inter ſe, ut compromitterent electionem Rectoris in Fratrem *Bene*, olim *Lapi Benini*, Civem Florentinum, Ordinis Humiliatorum, Praepoſitum Conventus Omnium Sanctorum Florentiae, qui elegit Fratrem *Rodulphum*, olim *Iohannis de Ginganis* de Florentia, Ordinis Humiliatorum Monaſterii Omnium Sanctorum; & hic de licentia ſui Praepoſiti Fratris *Bene*, eandem electionem acceptavit. Quare praedictus Frater *Bene* Praepoſitus praeſentavit Domino *Vgoni* Praepoſito Eccleſiae *SS. Geneſii* & *Mariae* de Sancto Miniate eundem Fratrem *Rodulfum*, qui vacante Eccleſia dicta *S. Martini* per obitum Presbyteri *Bernardini*, quondam *Herrici* de Buſeo, Rectoris eiuſdem Eccleſiae, electus fuerat; & *Vgo* Praepoſitus confirmavit electionem. Nec eo contenti praedicti Parochiani donarunt & conceſſerunt in poſterum iuſpatronatus dictae Eccleſiae Fagognanae praedictis Praepoſito, & Fratribus Humiliatis, Conventus Omnium Sanctorum de Florentia; & ad transferendum in ipſos dictum iuſpatronatus conſtituerunt ſuum Syndicum & Procuratorem Dominum *Petrum* quondam *Teſi de Bertaldis* de Signa, Canonicum Maioris Eccleſiae de Florentia. Ut autem haec omnia ſub manus ſuccederent, iam anno MCCCXXXIV. ſupplicatum fuerat *Ioanni* Cardinali Diacono *S. Theodori*, Apoſtolicae Sedis Legato, ut Parochiani iuſpatronatus dictae Eccleſiae in praedictos Fratres Humiliatos transferre poſſent, qui Legatus cauſae cognitionem *Tedicio* Epiſcopo Faeſulano commiſit. Hic vero explorata Praepoſiti *Vgonis*, & eius Capituli, & Parochianorum, voluntate, conceſſit anno MCCCXXXV. ut dictis Fratribus iuriſpatronatus huius Eccleſiae donatio fieret; quare Dominus *Petrus* Canonicus Florentinus ius illud in Homiliatos tranſtulit. Haec omnia continet Volumen Membranarum in Archivo Commendae Pontis Ormae, quae Eccleſia *D. Michaeli* Archangelo ſacra cum fondis olim pertinebat ad Monaſterium Omnium Sanctorum Florentiae, in quo Humiliati degebant; at extinctis ab *Pio V.* Pontif. Max. anno MDLXXI. Humiliatis, Monaſterium Omnium Sanctorum Fratribus Minoribus Obſervantibus conceſſum fuit; & Eccleſia Pontis Ormae cum omnibus bonis Ordini Equeſtri *D. Stephani* Papae & Martyris addicta eſt; quae tamen Commenda Praepoſiturae nomen retinet in memoriam Praepoſiti Humiliatorum Florentiae, ad quos olim pertinebat. Haec Commenda a Magnis Etruriae Ducibus genti *Cavae* Brixianae in perpetuum conlata eſt, ex qua multi Equites Stephaniani prodierunt, uſque ab anno MDLXVI. ut apud *Georgium Vivianum Marchesium* in *Muſeo Honoris* videre eſt. Obſervandum hic eſt, *Vgonem* illum *SS. Geneſii* & *Mariae* de Sancto Miniate Praepoſitum, de gente *Malpilea* fuiſſe, inter Miniateoſes primaria; ut conſtat ex meo *Hodoeporice pag.* 187. 188 & ex *Par. III. Hiſt. Siculae Laur. Beeincontrii pag.* 148. in *Deliciis Eruditorum*, ubi tamen mendoſe pro Eccleſia *D. Martini* Faognanae, Eccleſia *D. Miniatis* ſcriptum eſt; quod eſt corrigendum quoque ſuperius *pag.* 335. ubi pariter idem mendum irrepſit. Non mirum autem ſi iuſpatronatus Eccleſiae *S. Martini* Fagognanae in Humiliatos translatum fuit, nam hic

hic Monachorum Ordo etiam Eccleſiam *S. Mariae* Ciculi, oppidi a Sancto Miniate duobus milliaribus diſtantis, poſſidebat, & domum ſeu Monaſterium adnexum habebat; quae quidem Eccleſia in Commendam iam ceſſit, & fere ſemper alicui Cardinali confertur, quia magnus reditus adfert; adhuc vero Praepoſiturae titulo inſignitur, quod Monaſteriorum Humiliatorum praeſides, ut diximus, Praepoſiti vocarentur. Conſulendum meum *Hodneparican pag.* 240. & heic quoque animadvertendum, hoc anno Legatum Apoſtolicum in Etruria fuiſſe *Ioannem* Cardinalem Diaconi *S. Theodori*, ſcilicet *Ioanem Caietanum Vrſinum*, creatum Cardinalem ab *Ioanne XXII.* anno MCCCXVI. qui Legatus Romandiolae, Piceni, Etruriae, Vmbriae, & Sardiniae, atque pacificator in Italiam Avenione delatus eſt anno MCCCXXVI. de quo late agunt *Io. Villanius Lib. IX. Cap.* 349. *& Lib. X. Cap.* 26. 98. *Alph. Ciacconius De Vitis Pontif. & Cardinal. Io. Palatius* in opere paris argumenti; *Henr. Spondanus* in Annal. ad annum MCCCXXVI. *Stephan. Baluzius* in *Vitis Paparum Avenionenſium &c.* Anno MCCCXLVII. quaedam conveniunt inter Commune Florentinorum, & Commune Miniatenſium, ut ex ſequenti Inſtrumento patet, quod ex *Hodoeporico* noſtro *pag.* 59. producimus.

In Dei nomine amen. Anno ſue ſalutifere Incarnationis milleſimo trecenteſimo quadrageteſimo ſeptimo, Indictione prima, die duodecima menſis Octobris. In Conſilio Domini Capitanei, & Populi Florentini, mandato nobilis & potentis viri Pauli Domini Negri de Brixiatis de Brixia Populi & Communis Florentini honorifici Capitanei, & Defenſoris artium & artificum Civitatis Florentie, preconis convocatione, campaneque ſonitu, in palatio Popoli Florentini more ſolito congregato; & die tertiodecimo eiuſdem menſis Octobris in conſilio Domini Poteſtatis & Communis Florentini, mandato nobilis militis Domini Vivieri, Domini Hermani de Sextino, Civitatis Communis Florentini honorifici Poteſtatis, preconis convocatione, campaneque ſonitu in dicto palatio Popoli Florentini more ſolito congregato, & per ipſa iam dicta conſilia, ut ſupra dicitur, congregata, preſentibus, volentibus, conſentientibus Dominis Prioribus artium & Vexillifero iuſtitie Populi & Communis Florentini totaliter adprobata, accepta, admiſſa, & firmata fuit proviſio infraſcripta per dictos Dominos Priores artium, & Vexilliferum iuſtitie, & Officium duodecim Bonorum virorum, cum diligenti examinatione & deliberatione, eorum Officii auctoritate & vigore ſuper infraſcriptis in ea contentis edita & facta & infra proxime & immediate adnotata & ſcripta; & quod in iis, & ſuper iis procedatur, obſervetur, & fiat in omnibus, & per omnia prout eſt ſcriptum, & infra proxime & immediate plenius & latius legitur & habatur.

Cuius quidem proviſionis tenor talis eſt.

Predicti Domini Priores artium, & Vexillifer iuſtitie adtendentes quod pridie de menſe Septembris proximi preteriti, ipſique Officiales, & Gonſalonerius Civitatis Populi Florentini, & Officium duodecim Bonorum virorum dicte Civitatis fecerunt varias & diverſas proviſiones & ordinamenta vigore & auctoritate poteſtatis & balie conceſſe eiſdem per Commune Sancti Miniatis, ſeu per Conſilium Populi & cuſtodie Terre Sancti Miniatis, & per Reformatores in dicto conſilio, ut patet ex ſcriptura facta manu Ser Benvenuti olim Ser Beuincaſe de Prato Imperiali auctoritate Notarii, & nunc Not. Reformationum & Dominorum duodecim Defenſorum Populi Terre predicte Sancti Miniatis, & quod utile eſt pro executione & effectu dictarum proviſionum & ordinamentorum, ſeu aliquarum ex iis iſta providere & ordinare, & ea provideri, & firmari facere per conſilia Populi & Communis Florentini. Idcirco habita prius ſuper his cum Officio duodecim Bonorum virorum diligenti deliberatione, & demum inter eos ſecundum formam ſtatutorum premiſſo facto & obtento partito, & ſecreto ſcrotinio, ad fabas nigras & albas, eorum officii auctoritate & vigore, & omni modo, & iure, quibus melius potuerunt, ordinaverunt, & ſtantiaverunt, quod conſtruatur & fiat, & fieri & conſtrui debeat, quidam pons ſufficiens de lapidibus ſeu mattonibus & calcina ſuper flumine Elſe in eo loco & in capite dicti fluminis, de quo videbitur operariis ad dictum laborem fieri faciendum deputatis hactenus per Commune Sancti Miniatis, vel aliis eligendis per conſilium Populi & cuſtodie Terre Sancti Miniatis predicti, & eligendis, & deputandis per dictos Priores artium & Vexilliferum iuſtitie Populi & Communis Florentini preſentes, & qui pro tempore fuerint, una cum Officio duodecim Bonorum virorum dicti Communis Florentini preſentium, & qui pro tempore fuerint, ſemel, & pluries, & quoties cum auctoritate, officio, balia, & ſalario, & pro eo tempore, quod videbitur ipſis electoribus; que quidem conſtructio

fiat

Digitized by Google

fiat & fieri debeat expenſis communibus dictorom Communium Flureotini, & Sancti Miniatis. Et quod habentes ſeu habituri terrene ſeu edificia, que predictu laboratoriu ocenparentur, vel deſtruerentur, vel elia neceſſaria forent; ſiquidem fueriot in territurio ſeu comitatu vel diſtrictu Flurentino, ipſum Commune Flurentinom teneetur reſtaurare dictos teles, quorum fuerint dicta terreoe, ſeu edificia, vel eſtimationem faciendam per eſtimatures eligendos per Dominos Priores artium, & Vexilliferum iuſtitie, una cum Officio duodecim predictorum, qui pro tempore fuerint, quorum eſtimatorum, ut predicitur, eligeodorum declarationi ſtent, & ſtere debeant. Ita tamen quod bune predicta, ut predicitur, eſtimanda non deſtruantur, nec veſtentur, oec eliqualiter uccupentur, niſi primo & ante omnia eſtimantiu fienda de huiuſmodi bonis integraliter & cum effectu ſolvatur poſſeſſoribus huiuſmudi bunorum de pecunie, de qua, & prout, pruvidebitur per dictus operarius, ut ſuperius dicitur, eligendos pro parte dicti Communis Flurentini. Item quod omnes & ſioguli pupulares, & de populu dicte Terre, ſeu diſtrictu Sancti Miniatis intelligantur eſſe, & ſint, pupulares & de populo dicte Civitatis Floreotine, & in omnibus & per omoia, ut populeres & de populo diete Civitetis Florentine trectentur, & tractari debeant io umnibus, & per omnie. Et quud Magnates dicte Terre Sancti Miniatis intelligantur eſſe, & ſint Megnates dicte Civitatis Floreotine, & ut Magnates ipſius Civitatis Florentine habeantur & tractentur, & haberi, & tractari debeent in umnibus, & ad umnia. Et e converſo omnes & ſinguli pupulares, & de populo Civitatis Florentine, ſeu eius comitatus, eſſe intelligantur, & ſint, populares & de populo Terre Sancti Miniatis, & io omnibus & per omnie ut populares, & de populu Terre Sencti Mioiatis hebeentur, & tractentur, & baberi, & trectari debeent. Et quod Magnates Civitetis ſeu cumitatus Florentini eſſe intelligantur & ſint Magnates dicte Terre Sancti Miniatis, & ot Magnates ipſius Terre Sancti Mioiatis babeantur, & tractentur, & haberi, & rractari debeant. Et predicta in huc preſenti capitulu contente locom ſolum habeant quoad coercitiones in futurum fiendas, & penas in ſuturum imponendes, pro delictis & exceſſibus, que in futurum committerentur, que delicta & exceſſoe coereeantur, & puoientur, & cuerceri & puniri debeant, per urdinamente iuſtitie Populi Florentini, ſeu per urdinamente Popnli Sancti Minietis predicti, edita contra Magnates, tam contra ipſos

ipſos delinqueotes, ſeu delinqui facientes, quem ipſurum, & cuiuſcumque ipſorum coniunctos, ſeu conſortes. Et pru dictis maleficiis, & exceſſibus cugnoſcetur & procedatur, & ille pena impunatur, prout cognuſci & procedi, & que imponi deberet per dicte urdinementa illius locorom ex predictis, in quo, ſeu curam cuius Recture, ſeu Iudice procederetur; ita quod facta executione ſeotentie late in uno de predictis locis non poſſit emplios de eodem meleficiu, vel exceſſu, cugnuſci, procedi, vel puniri in eodem loco, vel elio. Non derugandu per predicte, vel eliquod eurum ordini Iuſtitie Pupuli Florentioi, ſeu penis & greveminibus impoſitis, & inſertis in dictis ordinamentis contre Magnates, qui huiuſmodi delicta, & exceſſus committerent, ſeu cummitti facerent, contre populeres Civitatis, comitatus, & diſtrictus Flurentini, vel in ipſorum popularium, vel alicuius eorum bonis, & contra ipſorum Magnatum, & cuiuslibet eorum conſortes, & cuniunctos; ſed ipſe urdinamenta iuſtitie, & pene, & gravemina, & cetera alia in eis impoſita & inſerta firma & illibate permaneant; & in quoliber caſu contra ipſos Magnares offendentes, vel offendi facientes, & contra ipſarum cuniunctoe, & conſortes, prout, & ſicut in dictis urdinamentis iuſtitie continetur. Item quod omnes & ſinguli de Terra, cumitatu, ſeu diſtrictu Sancti Miniatis, exbanniti dicti Communis Sancti Miniatis pro meleficio, & deſcripti in libris exbaonitorum pro maleficio, exiſtentibus in Camera dicti Communis Sancti Miniatis, vel alibi pro ipſo Communi Sancti Miniatis, qui exbanniti fuerint pru maleficio hinc retro cummiſſo, noo receptentur, nec receptari poſſint vel debeant in dicte Civitate Florentie, vel eius comitatu, & diſtrictu; illi vero ex predictis exbennitis, de quibue non receptandis requiſiti fuerint Officium Dominorum Priorum artium, & Vexillifer iuſtitie, vel Capitaneus, & Defenſor Populi & Civitatis Flureotie, ſeu cuſtodie Civitatis, comitatus, & diſtrictus Flurentini, per Officium doodecim Defenſorum Pupoli & Communis Sancti Miniatis, ſeu per literas eorum. Et quod umnes, & ſinguli Rectores dicte Civitatis Florentie tam preſentes, quam futuri, teneantur ad requiſitionem faciendam per litteras dictorum duodecim Defenſurum Populi, & Communis Sancti Miniatis huiuſmodi condemnatos repellere ac fugare, & eos, & eorom quemlibet repelli, & fugari facere, de Civitate Florentie, & eius cumitatu & diſtrictu, ſub penis librarum ducenterum ſemper pru quolibet exbannito, & quoties fuerint requiſiti.

ti. Exbannieodi vero in foturum pro maleficiis, qoe in futurum commirtentur, noo receptentur, vel receptari poſſint, vel debeant iu dicta Civitate Florentia, vel eios comitatu, & diſtrictu; & exinde repellansur, & fugentur, & repelli, & fugari debeant, & non facta requiſitione predicta quilibet Rectores poſſint & debeant dictos exbanoitos inobedientes condamnara pecunialiter ſuo arbitrio inſpecta qualitate perſone & banni, applicando ipſam condemnationem Communi Florentino predicto. Item quod Rectoribus Terre Sancti Miniatis preſentibus, & futuris, & ipſorum, & cuiuscumque ipſorum familie, & berrovariis, ac omni cuicumque alii malefactorem, & malefactores, qui maleficiom committerent in territorio Sancti Miniatis iuxta confinia territorii Communis Florentini per duo milliaria vel infra, ipſo die commiſſi maleficii liceat perſequi, fugara, & capere in serritorio, & ſuper territorio dicti Communis Florentioi libere licite & impune, & huiuſmodi malefactorem, & malefactores capere s ducere in fortiam dicti Communis Sancti Miniatis, ſeu Rectorem dicti Communis, ad quem ſeu quos pnoitio huiuſmodi maleficii pertines; que perſecutio, fugatio, & captio fieri poſſint infra territorium ſupradictum Commonis Florentioi per duo milliaria, & non ulera, ſalvo quod ſi ordiosmenta proviſionis & ordines editi per dictos Dom. Priores artium, & Vexillifarum iuſtitie, & Officium Gunfalonum ſocietatis, & Officium duodecim Bonorum virorum Civitatis Florentie, vigore & auctoritate balie, ut predicitur eiſdem conceſſe per dictum Commune Sancti Miniatis, ſeo par conſilium Populi & cuſtodia dicte Terre Sancti Miniatis, caſſarentur vel tollnrentur: ex tunc in eo caſu preſens proviſio, ſeo proviſiones intelligantur eſſe, & ſint nullius roboris, & momenti. Et qood de predictis ſupra in hac preſenti proviſione, & qualibet eius parte contentis, providendis, & deliberandis, & ſcribendis, vel ſuper his conſulendis, predicti Rectores & Officiales Priores artium, & Vexillifer iuſtitie, doodecim Boni viri, vel aliquis eorum Notarius Scriba dictorum Priorum artium & Vexilliferi iuſtitie, Notarius Scriba Reformationum conſiliorum Populi dicti Communis Florentini, vel aliqua alia perſona de predictis non poſſit vel debeat per Commune Florentie, vel aliquem Rectorem, vel Officialem Populi; & Commonis Florentini preſentem, vel fusurum ſyndicari, condemnari, vel moleſtari, vel in aliqoo cogi, vel conveniri realiter vel particalariter; ſad exinde a Commuoi & pro Communi Florentie ſine liberati, & totaliter abſoloti. Et qood nullus Rector vel Officialis Populi, & Communis Florentie praſens vnl futurus nollam habeant cognitionem, vel poteſtatem cognoſceodi, val procedendi contra dictos Rectores, Priores artium, & Vnxilliferum iuſtitie, & duodecim Bonos viros, Norariom, Scribam dictorum Dominorum Priorum, & Vexilliferi iuſtitie, Nor. & Scribam Reformatioonum coonſiliorom Populi, & Commonis Florantis, Camerarium Camere Communis Florentie, vel aliquem predictorum, vel aliquam aliam perſonam pro predictis vel predictorum occaſione, vel dependentibus ab eiſdem, vel aliquo eorum, imponendo, vel iniungendo aliquam penam condemnationem val mulctam. Nullos quoqoe nudeat, vel praſumat aliquem, vel aliquos ex predictis Rectoribus, vel Officialibus, vel aliis, de quibus ſupradicitur, occaſionibus predictis Rectoribus, vel Officialibus, vel aliis, de quibus ſupradicitur, occaſionibus predictis, vel aliqus esrum, dictare, notificare, vel denuntiare ſecrete, vel palam, vel quodlibet dicere, opponere, vel allegare contra predicta, vel aliquod eorum, vel contra eorum obſervantiam, vel executionem, in iodicio vel extra; vel quod predicta uon valeant, val nou teneant, vel quod providsri, deliberari, ordinari, ſtantiari, vel fieri uou potuarint, vel quod propterea factum, ſeu ventum ſis contra aliqua capisula, ſtatusa, ordines, proviſiooes, vel reformationes, conſiliorum dicti Populi, & Communis, cuiuſcumque nomiois, auctoritatis, ſeu vigoris exiſtans. Imo omnes & ſinguli contra predicta, vel eorum aliquod quodlibes facientes, vel venientes de facto, ſine ſtrepitu & figura iudicii, & ſine aliquo proceſſu propteres faciendo per Dominum Poteſtasem, Capitaneum, & Executorem ordinis iuſtitie, & quemlibet ipſorum, omni iure, ſtasuto, & ordine pretermiſſo, in Florenis aureis duobus millibus Communi Floreotino condemnetur. Quam condemnatioonem ſi non ſervaverit intea tres dies a die late ſantentia, ſi fuerint in fortia Communis Florentie, vel infra sres dies poſtquam in fortia dicti Communis pervaueriat, eiſdem caput n ſpatulis ampusesor. Inſuper unoſquiſque Rector & Officialis, qui predicta omnia & ſingula non adimplaverit, vnl in aliquo contravenerit, vel neglexeris, ſeu remiſſus fuerit, in Florenos auri mille Communi Florentie condemnetur, & ab officio, in quo prefuerit pro dicto Communi, removeatur, & privetur, & ex nunc ipſo iore intelligatur aſſe, & ſit remotus, & privatus in totum, & inomnibus, & quoad omnis, & Magnates dicte Terra Sancti Miniatis.

Ego

Digitized by Google

Ego Cardinus olim Dini de Colle Imperiali auctoritate Notarius, & Iudex ordinarius, nunc Notarius Scriba Reformationum conſiliorum Populi, & Communis Florentie, pro ipſo Communi predicta omnia, & ſingula, quibus dum legerentur interfui, rogavi & imbreviavi, & ideo Ser Formato Notario Coadiutori meo publicanda, & in publicam formam redigenda commiſi, & ideo me ſubſcripſi.

Ego Formatus filius Fabrini de Florentia, Imperiali auctoritate Iudex ordinarius, & Notarius publicus, Coadiutor ſupraſcripti Ser Cardini ſupradicta omnia ſcripta in precedenti petio Chartarum pecudinearum, & in preſena rogata, & imbreviata per ſupraſcriptum Ser Cardinum, ex commiſſione mihi per eum facta, ut ſupra patet, ex Reformationibus conſiliorum dicti Populi, & Communis Florentini exſiſtentibus in Palatio Populi Florentini penes dictum Ser Cardinum ſupraſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, ideoque me ſubſcripſi; & quod ſupra remiſſum, & ccentatum eſt, poſt verbum quod dicitur: Sancti Miniatis, & in omnibus confinibus Terre Sancti Miniatis, propria manu feci, quod errore obmiſerant.

Anno MCCCLV, *Carolus VI.* qui hoc anno fuit in Sancto Miniate, ut ſcribit *Ammiratus*, dat Miniatenſibus duo Diplomata, quae hic produco ex *Tomo VIII. Deliciarum Eruditorum pag.* 160. *& ſeqq.* ſeu *Part. III. Hiſtor. Siculae Laurent. Baniecontrii.*

Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Buemie Rex. Dilectis viris & Sacri Imperii fidelibus duodecim Deſenſoribus & Gubernatoribus Populi & Comunis Terre Sancti Miniatis & eius diſtrictus, necnon Conſilio & Comuni dicte Terre, gratiam Regiam & omne bonum. Inter cunctas ſollicitudines, que Regie Maieſtatis pulſant animum, & ex negotiorum circumſtantium qualitate innumera, diſtrahunt uſquequaque, ad hoc noſtra precipue fertur intentio, ad hoc etiam noſtrum deſiderium ſinceris affectibus inclinatur, ut tempore felicis noſtri regiminis; pacis gaudia ſubditis accuratius procuremus, & eorum ſtatum in fundamento ſolido, ſuper quo fidelitatis & iuſtitie firmiora opera edificari valeant, regulari quodam ordine, & proviſione gratuita reponamus. Nam quanto maiori ſtudio in premiſſis de ſalute populi providetur, tanto regalis ſublimitas propenſiori fructu ſe refertam conſpicit, & benedictionem impendiis, que debent, bonis Rectoribus habet ratam. Sane veſtre fidelitatis immota conſtantia, aliaque virtuoſa opera, que tota mentis ſolicitudine & labore continuo pro reverentia & honore clare memorie Divorum Imperatorum & Regum Romanorum predeceſſorum noſtrorum & Sacri Romani Imperii, atque noſtro, notabiliter & utiliter impendiſtis, perſonas & res veſtras frequenter exponentes periculis & iacturis, ad Regalem clementiam merito intercedunt, ut vobis ſuper infraſcriptis gratiis & conceſſionibus, ex quibus pacis iuſtitie & boni communis commoda vobis non dubitatis occurrere, & fructum provenire ſperatis, manu munifica ſpecialem gratiam faciamus. Et ut in veſtre fidelitatis & devotionis ſtudio erga Maieſtatem noſtram noſtroſque ſucceſſores Imperatores & Reges Romanos preclaros, qui pro tempore fuerint, ac Sacrum Imperium, tanto maioris ſinceritatis affectu perſiſtere valeatis, quanto ampliori munificentia a nobis fueritis inſigniti, ſuper infraſcriptis veſtris petitionibus vobis taliter duximus providendum. Supplicaſtis ſiquidem, ut libertas & libera facultas Communis Sancti Miniatis & iura, iuriſdictiones, caſtra, communitates, territorium, & diſtrictus, ipſius a decem annis citra & aliunde retro per ipſum Commune poſſeſſa, vel quaſi, intelligantur & ſint rite & recte poſſeſſa, vel quaſi; & fuiſſe & eſſe intelligantur; quin etiam predicta intelligantur & ſint, & fuiſſe & eſſe intelligantur exempta a quocumque onere & ſervitute, tam ſingularibus perſonis, quam univerſitatibus, & collegiis quibuſcumque. Nos vero de regali clementia predicta concedimus, & tenore preſentium indulgemus, ſed intelligi volumus eſſe conceſſa ſine iuris preiudicio alieni; nam de iure noſtro & Imperiali vobis condeſcendimus ex gratia ſpeciali. Item ſupplicaſtis, quod pedagium, gabella, & vectigal, & cetera omnia fiſcalia a decem annis citra & aliunde retro per dictum Commune poſſeſſa, vel quaſi, intelligantur, & ſint rite & recte poſſeſſa, vel quaſi. Nos quum hec ſint Regalia, indulgendum decernimus, nam nulli ſit preiudicium, niſi iuri noſtro. Placet etiam noſtre Regie Maieſtati, quod per aliquam conceſſionem hactenus factam per retro Divos Principes Romanos predicta ad dictum Commune Sancti Miniatis pertinentia, & quodlibet eorum, nullam diminutionem vel preiudicium recipiant, ſeu etiam leſionem. Sed quod in ſupplicationibus veſtris huiuſmodi videbatur

tur adiectum, videlicet quod nulla alia perſona, vel univerſitas poſſit in Terra Sancti Miniatis, & eius diſtrictu aliquod pedagiom vectigal, ſeu aliam euiuſcumque generis exactionem ſacere, vel aliud ouus imponere, vel exigere, reeipere, ſeu iorisdictionem aliquam exercere, niſi Commune predictum Sancti Miniaris, vobis concedimus gratioſe, intelligendo tamen auctoritatem Imperatoris exceptam, ita quod ipſe Imperator vel Rex non concedat alteri vel committar. Inſuper ſupplieaſtis quud Officium duodeeim Terre Sancti Miniatis eum balia & poteſtate, quam nunc baber, vel in futurum daretur per ipſum Commune, ſit, & ſint, Vicarii Regie & Imperialis Maieſtatis. Er omnes & ſinguli Officiales electi & eligendi in dicto Cummuni per ipſum Commune intelligantur, & ſiur electi legitime, & per eos regi debeanr, & non per alios, vel alio modo, ſed per ipſum & de eis per dictum Commune Sancti Miniatis fiat electio, quor, & quos eis plaeuerit & viſum fuerit; placer Regie Maieſtati, quod ſint & eſſe debeant Vicarii reſervata ſoperioritate dominii, & qood Regi vel Imperatori teneantur ramquam vero ſoo Domino obedire, atque regant Vicariatum ad honorem Regia vel Imperatoris ipſius; & Commune eligat Officiales, ſeu Rectores rationabiliter ſecundum formam ſtatutorum municipalium & ordinamentorum dicte Terre, & non per alios, ſeu alio modo, debeat Communitas ipſa regi. Ad hec per vos extitit ſupplieatum, qood dictum Commune Sancti Miniatis poſſit leges & ordinamenta componere, & hactenus ſacte ſint firme & valide, & ſecondum mores & eorum conſuetudines vivere & regere & fieri potuiſſe, & validum robur habuiſſe, & nunc & in futurum habere, per Maieſtatem Regiam concedatur, nee in dicti Communis preiudicium vel leſionem ſeu libertatis vel iuriſdictionis concellionem ſacere, ſed factam potius revocare tam de ipſa Terra, quam de viribus ſupradictis, & ipſam libertatem & iura Civitatis predicte defendere & manorenere dignetur ipſa Regia & Imperialis Maieſtas. Nos de Regali benignitate ſtatota edita & edenda adprobamus, dum tamen habito reſpectu ad condirionem univerſalem loci, perſousrum, & remporom, ſint rationabilia, nec concedatur privilegiom, quod ſir in preiudicium iuris noſtri; & ſic fiant contenta io Capitulo, videlicet quod ipſas conceſſiones ex certa ſeientia & de Romane Regie poteſtatis plenirudine revocamus, lege aliqua loquente in contrarium, per quam revocationi predicte derogari vale- ret,

ret, nullstenos obſiſtente; ſalvis iuribus legitime poſſidentiom vel quaſi, ſeu etiam legitime poſſidentis, vel quaſi; que quidem omnia & ſingula ſuperius vubis eonceſſa ſeu indulta, lnrelligi volumus vite noſtre temporibos duratura. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam conceſſionis & indulti noſtrorom infringere, vel ei auſu temerario coutraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit indignationem naſtram Regiam ſe noverit graviter ineurſurum, & pro pena mille mareas auri puri eomponar, quorom medietas Fiſco noſtro Regali, reliqua vero medietas paſſorum iniuriam uſibus veniat adplicanda; decernenres nihilominus irritom & inanc ſi quid contra predicta a quoque, qoavis temeritate eontigerir attentari, preſentiom ſub noſtre Maieſtatis ſigillo teſtimooio litterarum.

Datum Piſis auno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quinto, Indictione octava, II. Idus Martii, Regnorum noſtrorum anno nono.

Carolus Dei gratia Romauorum Rex ſemper Augoſtus, & Boemie Rex. Dilectis noſtri & Sacri Imperii fidelibus duodecim Defenſoribus & Gubernatoribus Popoli & Communis Terre Sancti Mioiaris, & eius diſtrictus, nec non Conſilio & Communi dicte Terre gratiam Regiam & omne bonum. Etſi Regalis magnificentia, que a Domino Deo gladium ad vindictam malorum, ad laodem vero bonorum accepir, delinquentium crimina non debeat relinquere impunita, rigorem tamen buiuſmodi cenſuit clementia & manſuetudine in illis miſericorditer temperandum, qui non ex eulpa propria, ſed aliorom impreſſionibus eorruentes furſitan in delictum, cooantur ſe virtuoſis operibus ſacultate adveniente temporia reparare poſt lapſum. Oblata ſiquidem pro parte veſtra Celſitodini noſtre Regali devura & humilis ſupplicatio continebar, quud omnes & ſingule condemnationes, & banna, ſiqua data & lata fuerint per retroprincipes ſeu alios eorum vice & nomine contra Commune Sancti Miniatis vel ſingolares perſonas einſdem, ſeo quoquomodo in dicti Communis preiudicium vel perſonas data, lata ſeu ſancita fuiſſeur, ſeu etiam in diminutionem vel preiudiciom libertatis & iuriſdictionis cuiuſcumque generis Communis preſati, decernerentur per Maieſtatem naſtram Regiam caſſa irrita & nulla, & nullius eſſe, ſeu eſſe debere valoris, & ab ipſa & ipſis intelligeremini & eſſetis libere abſoluti, & in omoibus & per omnia reſtituti in integrum per eamdem Re-

Regie clementiam Maieſtatis. Nos igitur attendentes fidem & legalitatem veſtram, aliaque opera virtuoſa, que in conſpectu Maieſtatis Regie plurimum ſunt accepta; & volentes in hac parte gratioſo favere conſenſu, omnes & ſingulas condemnationes, ſententias, forbannitiones, & proceſſos per quoſcumque Divos Romanorum Imperatores & Reges predeceſſores noſtros contra Commune veſtrum, ſeu ſingulares eius perſonas, aut etiam in territorium, ſeu diſtrictum, aut loca, vel pertinentias eius latas, factos ſeu factas, necnon, & quaſcumque penas, infamias, notas, inhabilitates, ſeu defectus, qui ex his ſequi vel infligi a lege vel ab homine ſeu contrahi potuiſſent vel poſſent, aut forſitan ſint inflicte, contracte vel commiſſe, ſeu contrahi potuiſſent, quatenus proceſſerunt contra Commune predictum, anteceſſores, & progenitores veſtros, voſque, ſeu veſtros poſteros, ſeu veſtrum territorium, pertinentias, & diſtrictum, quovis modo contingere, innovare, de innata nobis clementia, auctoritate Romana Regia, tollimus, remittimus, relaxamus, indulgemus, & totaliter, ac in perpetuum abolemus, voſque & veſtrum ſingulos, necnon ſingulares perſonas dictorum locorum & cuiuslibet eorum, quin imo locum Sancti Miniati predictum adverſos ſententias, proceſſus, & forbannitiones huiuſmodi plenarie, & de ſingulari gratia in integrum reſtituimus, etiamſi ſententie, forbannitiones, aut proceſſus ipſi vel eorum aliqui execu tionem aliquam aſſequuti fuiſſent, omnem defectum ſeu errorem, ſiquis in ſublatione, remiſſione, relaxatione, & abolitione huiuſmodi commiſſi forſitan extitiſſent, ſtatuto vel lege quacumque in contrarium obſtantibus, ſupplentes de Romane Regie plenitudine poteſtatis. Ceterum ſupplicatio veſtra ſimiliter continebat, quod omnem exactionem, omneque ius, & omne debitum, quod contra Commune veſtrum per Maieſtatem Regiam occaſione cuiuſcumque cenſus, vel alicuius debiti preteriti ex quacumque cauſa ordinaria, vel extraordinaria, ſeu mixta indicti, aut ex onere qualicumque alias impoſiti, peti, & exigi poſſent a dicto Communi vel ſpeciali perſona Communis eiuſdem, & omne, & totum, quod tam pro preterito, quam futuro tempore deberetur, conſiderata dicti Communis impotentia, relaxare, & remittere de ſpeciali gratia dignaremur. Nos conſiderata huiuſmodi veſtra impotentia, vobis, & veſtrum ſingulis de ſingulari gratia pro nobis & Sacro Imperio, noſtriſque ſucceſſoribus Imperatoribus & Regibus Romanorum, auctoritate Romana Regia, de certa ſcientia, relaxamus, tollimus, & remittimus in perpetuum, & totaliter in his ſcriptis omnia & ſingula debita precedentia videlicet in cenſibus proventibus redditibus & quibuſcumque emolumentis, de terris, locis, & hominibus Sancti Miniatis predicti, vel quibuſcumque rebus conſiſtant, ad quorum ſolutionem nobis & Sacro Imperio uſque in preſentem diem eſſe poſſetis, vel eſtis quomodolibet obligati; voſque & veſtrum Commune quietos abſolutos & liberatos dicimus, reddimus, & decernimus, per preſentes, tam de ſolutione omnium predictorum, quam de preſtanda & reddenda nobis, vel dictis noſtris ſucceſſoribus, nomine ipſius Imperii ſuper his qualibet ratione; ita tamen quod ex nunc in antea cenſum Romano Imperio debitum & conſuetum ſtatutis temporibus Camere noſtre Regie abſque contradictione, difficultate, vel diminutione qualibet perſolvatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam remiſſionis, relaxationis, & abolitionis noſtrarum infringere vel auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit indignationem noſtram Regiam ſe noviter graviter incurſurum; & pro pena mille marcas auri puri componat, quarum medietas Fiſco noſtro Regali, reliqua vero medietas paſſorum iniuriam uſibus veniat applicanda. Decernentes nihilominus irritum & inane ſi quid contra predicta a quocumque, quavis temeritate, contigerit attentari, legibus conſtitutionibus indultis privilegiis ſeu reformationibus in contrarium loquentibus, per quas, ſeu que dictis noſtris gratiis & earum effectibus obviari valeret, de certa noſtra ſcientia & poteſtate predicta per omnia derogantes preſentium ſub noſtre Maieſtatis Sigillo teſtimonio litterarum.

Datum Piſis anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quinto, octava Indictione, II. Idus Martii, Regnorum noſtrorum anno nono.

Quum autem quaedam ad territorium Sancti Miniatis ſpectantia nominentur in alio Diplomate einſdem Imperatoris, illud hic iterum producimus ex *Hodoeperico* meo *pag.* 74.

Carolus Dei gratie Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Boemie Rex, ad perpetuam rei memoriam. Etſi regie liberalitatis dextere tam ſupreme poteſtatis auſpiciis, quam plenitudine gratie candida, ad ſuſcipienda vota ſubditorum regulari quodam ordine, & elegantis etiare inſtincta, habiliter ſit extenta, large ſpargenda munificentie ſemina ipſorum uſibus profutura; ad illorum tamen deſi-

deria libentiori agilitate ſe porrigit, & ea quaſi ſpecialis inclinationis dulcedine facilius comprehendit, quorum ſincere devotionis, & preclare fidei merita, & alia virtuoſa opera, bellorum certamine comprobata, in aula regalis culminis velut clara luminaria exaltata ſuper candelabra, manifeſtius rutilant, & reſplendent. Et revera non immerito talibus potentie & honoris robur adicitur, quia quanto grandiori gratia inſigniti fuerint, tanto ferventius ſuper his, que regalis excellentie decus reſpiciunt, opportuno tempore fructum adferunt glorioſum. Sane pro parte Poteſtatis, Capitanei, Antianorum, Conſilii, & Communis Civitatis Piſanorum, noſtrorum, & Sacri Imperii fidelium dilectorum, expoſitum extitit regie maieſtati, qualiter recolende memorie Divi videlicet Fridericus I. Henricus VI. Otho IV. & Federicus II. Romanorum Imperatores magnanimi predeceſſores noſtri, conſiderantes fidei conſtantiam Civium predictorum Civitati Piſane, & volentes Civitatem Piſanam propterea ſingularibus honoribus, libertatibus, exemptionibus, prerogativis, & gratiis, inſignire, per diverſa indulta, ſeu privilegia, in preſentia noſtre maieſtatis exhibita; & per ſapientes regalis Palatii fideli ſubiecta examini dederant, & inter cetera provide conceſſerunt Civibus Populo & Civitati prefatis, in feudum totum illud, quod eadem Civitas, ſeu quelibet alia perſona, de bonis, & rebus Sacri Romani Imperii, ſive Regni, tenet, & habet, totumque, quod ad ipſum Imperium, ſive Regnum de Marchia, vel alio quocumque modo de iure vel conſuetudine pertinet & pertinuit, ſeu in poſterum pertinebit in Civitate prefata Piſana per inſulas ſive terras. Suppoſuerant quoque, & conceſſerant Comitatum Piſano diſtrictui, ſicut tenet Turris Benai uſque ad Arnum, & ad Cannetum, & inde ad Barbiallam; & ſicut trahit ab Ebala uſque ad Montem Tinioſum, ipſumque Montem Tinioſum cum pertinentiis ſuis, & uſque ad Burianam, & Quercetum cum pertinentiis ſuis, & uſque ad Caſtrum Cornie, & ipſum Caſtrum Cornie cum pertinentiis, & inde uſque ad Scherlinum, & a Scherlino ſicut trahit marina uſque ad Portum Herculis. Ab alia parte fluminis Arni, ſicut trahit Plonesſale, & comprehendit Cintorie curia, & ſicut trahunt confinia Civitatis Piſane, & Lucane uſque ad Pontem Magione, & abinde ſicut ſunt confinia Piſani diſtrictus, infra que confinia, ſeu terminos, hec loca inter cetera continentur. Videlicet, Caſtrum Peccioli cum pertinentiis ſuis omnibus, Caſtrum Montis Castbari ſimiliter cum pertinentiis, Gezzanum, Caſtellum Falſi, Camporena, Vignale, Leguli, Petra raminga, Laiaticum, Chianni, Agnanum, Pava, Petracaſſia, Gabbretum, Gellum, Caſalia, Seſſa, Caſelle, Canaetum, Monſviridis, Caſtellione Bernardi, Soſſetum, Cuianam, Campianum, Palaria, Sanctus Gervaſius, Mons de Caſtello, Mons Tanpari, Morti, Colcarelli, Collegarli, Pratillianum, Uſilianum, Cerretum, Treggiaria, Forculi, Alica, Petriolum, Mons Beltarii, Cumalus, Stibbiam, Monſaltus, Comugnole, Pinochium, Ponshere, Appionam, Gellum, Pecianum, Ropida, Canelle, Schetoſtuli, Teavalda, Ciſanum; & omnia predicta cum pertinentiis ſuis. Item Vignole, Campiglia, Rocca Biſerni, Rocca Palmenti, Donoraticum, Caſtagnetum, Segalari, Bulgari, & Bibbona, cum omnibus eorum pertinentiis. Caſtillione de Piſcaria, & fauces ſite iuxta, & prope dictum Caſtrum Caſtilionis, & Stagnum cum tumulis ex utraque parte cum omnibus ſuis pertinentiis. Abbatia de Fango cum pertinentiis ſuis. Conceſſerant etiam predeceſſores noſtri prefati Communitati, Populo, & Civitati predictis Inſulam, ſeu Provinciam Sardinee, ac Ilbam, Capraciam, Gorgonam, Planuſiam, & Corſicam cum eorum pertinentiis. In quibus quidem Inſulis, & aliis convicinis, poſt diverſa, & frequentia bella, que Piſanus populus egit adverſus plurimos infideles, & ſepius celeſti victoria ſuperavit eoſdem, idem populus gentes Sardinee potenti brachio ac infatigabili gladio cultui divino ſubmiſit. Item conceſſerunt manu munifica Caſtrum Maſſe maritime, & ipſam Maſſam cum pertinentiis ſuis; nec non litus maris, & tantam iuxta hoc, quod ipſi Piſani in eo navet, & galeas facere, ac mercatus ſuos exercere libere valeant. atque poſſint, & quodcumque in littore ad Romanum ſpectat imperium a Civitavechia uſque ad Portum Veneris; vel quod nullus poſſit in ipſo littore, vel aquarum faucibus contentis infra terram commemoratos portum facere, vel adplicare cum mercibus contra Piſani populi voluntatem. Que quidem loca, terras, comitatum, diſtrictus, inſulas, littora, res, & bona quelibet ad ea pertinentia, & quecumque alia, que infra predictos terminos continentur, iidem Piſani ex conceſſione, & donatione predictis, habeant, & habere debeant, cum omni iuriſdictione Imperiali, & quidquid aliqua perſona ab Imperio, ſive Imperium, & Regnum Romanorum, in eis obtinere noſcitur, ſeu ad ipſos pertinet, ſive conſiſtant in caſtris, locis, villis, civitatibus, burgis, habitationibus, terris, aquis, fluminibus, ſtagnis, paludibus, piſcariis, ſylvis, portubus, paſcuis, ſalinis, argenti fodinis, & omnibus metallorum venis cum omni integritate, & plenitudine promiſſorum. Quodque nulli perſone, ſeu hominibus, ſeu alicui alii Civitati, ſeu loco, de cetero edificare liceat aliquod edificium, aut munitionem aliquam a loco, qui

Corbo

Corbo dicitur, uſque ad ſauces fluminis Arni iuxta mare, vel etiam in plagia, vel infra terram, a Pedemontio uſque ad mare pee fines, ſeu teeminos ſupradictos. Contulerunt inſuper Imperatores prefati omnibus Piſanis pro ampliori gratia, & dederunt, quod ipſi Piſani, & qui de eorum ſunt diſtrictu, cum rebus ſuis omnibus ſint liberi, etiam ſub Conſulatu, Iudicibus, & Poteſtatibus, & etiam de ſe ipſis, ſicut eis placuerit; & quod habeat Piſana Civitas plenum iuriſdictionem, & poteſtatem faciendi iuſtitiam & vindictam, & merum & mixtum imperium in facinoroſam animam, atque dandi tutores, & curatores, ſeu mundualdos in Civitate, & diſtrictu predictie, nec non in omnibus locis, & terris eis conceſſis; ſicut Iudices Ordinarii, vel Imperiali auctoritate prediti ſimiliter habere debeant poteſtatem. Sed nec aliquis in eodem diſtrictu Piſano, niſi ab ipſiſmet Piſanis valeat ulterius ſoderari, neque hoſpitee teneatur ſuſcipere, & in expeditionem aliquam duci non poſſit. Ipſi vero Piſani poteſtatem habeant ad omnem expeditionem, & munera ſua predictus ducendi. Quodque negotiatores Piſani per Siciliam, Calabriam, & Apuliam, ac Principatum, nec non per totum Imperium noſtrum, vadant ſecure, & ſint liberi per terram, & equam abſque omni pedagio, & directura, & ultra ſuum velle vendere, vel emere minime compellantur; nec etiam prohibeatur quilibet alius vendere, vel ab ipſo emere, ſeu ad eos cauſa negotiandi, vel aliter, per terram aut mare tranſire, niſi ſit in banno Imperatoris, vel Regis Romanorum, aut ipſorum etiam Piſanorum. Liceat quoque ipſis Piſanis proprium habere numiſma, & in ipſo ad placitum formum imprimere, ac de graviori ad levius, vel de leviori ad gravius, pondus idem numiſma transferre; quod habeat curſum ſuum. Nec ſit licitum alicui perſone parve, vel magne, ſive Princeps, Marchio, Comes, aut conſtitutus in quacumque dignitate alia eſſe dicatur, contradicere Piſane monete, ſeu a curſu ſuo etiam prohibere; quin imo ipſi Cives Piſani iuxta utilitatem propriam, & opportunitatem ipſam valeant immutare. Conceſſerunt ſimiliter ipſis Piſanis predeceſſores prefati in feudum medietatem Palermi, & Meſſine, Salerni, & Neapolis, cum medietate eorum diſtrictuum, & cum medietate agrorum, vel portuum, vel aliorum, que ab eiſdem Civitatibus excoluntur, & totam Gaetam, & Mazerum, & Trapali, cum omnibus agris eorum, & ceteris que ſuperius exprimuntur. Voluerunt inſuper, & ſtatuerunt predeceſſores noſtri predicti per Lonenſem Epiſcopum tempore quo inveſtituram Regalium, & Comitatus ſui ab Imperatoribus aut Regibus Romanorum exceperit, preſtari, & fieri iuramentum, quod Piſanos ſecuros faciet & quietus per ſe ſuoſque homines, ut ipſorum res, & bona ſalva ſint, & maneant in toto ſuo diſtrictu. Et ut memoratis Piſanis de premiſſis omnibus optatum poſſet commodum provenire, iidem Imperatores illuſtres eadem omnia, & ſingula, non obſtantibus aliquibus litteris ab excellentia Imperiali huc uſque conceſſis, vel etiam concedendis, Civitati Piſanorum prefate gratioſius elargiri curarunt, ac littere Imperiales, ſi que contra predictas conceſſionee invente fuerint, Imperiali exiſtant auctoritate caſſate. Quare per predictus ipſorum noſtre Regali Excellentie extitit humiliter ſupplicatum, quatenus ea omnia, & ſingula, que ſuperius ſunt expreſſa, confirmare, innovare, approbare, auctorizare, & de novo ipſis de Regia clementia concedere dignaremur. Nos itaque cupientes eorumdem predeceſſorum noſtrorum digne in premiſſis veſtigia imitari; & volentes eorum noſtrorum, & Sacri Imperii fidelium devotorum Poteſtatis, Capitanei, Antianorum, Conſilii, & Communis, ſeu Populi Civitatis noſtre Piſane, meritorum ſuorum intuitu, grato exauditionis animo deſideria perſitere concupita, omnes, & ſingulas conceſſiones, donationes, iuriſdictiones, exceptiones, libertates, gratias, honores, & iura, bona, res, terras, diſtrictus, homines, Civitates, burgos, caſtra, villas, poſſeſſiones, inſulas, littora, & quecumque alia, cum ipſorum pertinentiis univerſis, prout ſuperius per ordinem ſunt expreſſa, nec non & eadem privilegia in quibus premiſſa habentur expreſſa ſecundum omnem modum & formam ipſorum, ac ſi preſentibus de verbo ad verbum inſerta fuiſſent, auctoritate Romana Regia adprobamus, auctorizamus, innovamus, confirmamus, ac tenore preſentium concedimus, & largimur. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam noſtrarum adprobationis, confirmationis, & conceſſionis, infringere, vel ei quovis auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit, ultra indignationem noſtram Regiam, quam contrafaciens ſe noverit graviter incurſurum, mille libras puri auri pro pena componat, quorum medietas Erario ſive Fiſco noſtro Regali, reliqua vero medietas paſſorum iniuriam uſibus veniat adplicanda. Decernentes nihilominus irritum, & inane, quicquid contra premiſſa a quocumque quavis temeritate contigerit attentari; preſentibus venerabil. Nicolao Patriarcha Aquilegienſi fideli noſtro, Marquardo Auguſten. Epiſcopo, Egidio Vicentino, Protbario Seguen. & Ioanne Emonen. Epiſcopis; nec non illuſtribus Valadiſlao Teſſibinen. & Iohanne Marchione Montis Ferrati, Principibus; Iohanne Norembergenſi, Burchardo de Recz Magdeburgenſi, Purcgraviis; & Henrico de Svarzburg, Comitibus;

tibus; Haſcbone de Sarretitz Magiſtra Cameræ, & Senczcone de Cioiſcat Pincrrna Curie noſtra Regals, & aliis Baraaibus & Militibos pluribus teſtibus ad prrmiſſa.

Datum Mediolani anna Domini Milleſima trecenteſima quinquagreſimo quinto, octava Indictiane, quinta Idus Ianuarii, Regnorum naſtrorum anna nono.

Ego Iobannes Dei gratia Luthomuſcbilrn. Epiſcopus, Aule Regie Cancrllarius, Vice Reverendi in Chriſto Patris Domini Guillelmi Sancte Cataniensis Ecclesir Archirpiſcopi, Sacri Imperii per Italiam Archzcancellarii, recognavi.

R. Volpertus.

Pro D. Ia. Ep. Luthom. Cancrll. Iacobus Auguſtini.

Quse Diplomata praedaeceſſorum Imperaturum heic a *Carolo IV.* laudaurur, cuncta ſuperius protulimus, excepto Diplomate *Fridrrici II.* quod reperire non potuimus. Diploma *Friderici I.* habetur *pag.* 339. *Henrici VI. pag.* 383. *Othonis IV. pag.* 351. Diplomaris huius a *Caralo IV.* dati meminit *Paollus Troncius in Annalibus Piſanis*, qui rradit, *Vladislaum* Ducem Texineuſem in hoc Diplomare memoratum mortem obiiſſe Piſis hoc eodem auno, menſe Aprili, & in Eccleſia primaria ſepulrum fuiſſe. Auno MCCCLXIX. Oppidum Sancti Miniatis in Florentinurom ditionem ac poteſtatem venit, ut trsdunt *Scipio Ammiratus in Hiſtor. Florcnt.* & *Dominic. Boninſegnius*, aliique; & conſuleoda ſunt, quas ipſe habeo io meo *Hadaeperica pag.* 155. & quae produco ad tertiam Parrem Hiſtoriae Siculae *Laurrntii Banincantrii* in *Deliciis Eruditarum*. Haec vero, quae ſequontur, ſunt quae poſt deditionem, pacta couveuta inter eos habita ac firmata ſunt.

In Dei nomine, amen. Auno Incarnationis eiuſdem M. CCC. LXVIIII. Indict. octava, die XVII. menſis Februari. Magnifici & potentes viri Domini Priores Artium, & Vexilliſer Iuſtitie, Popoli & Communis Florentie, una eum Gonfalonerio Societatis Populi, & eum XII. Bonis viris Communia Florentie, & ipſi omnes ſimul invicem in palatio Populi Florentini in ſufficientibus numeris conſtituti, ubi videlicet interfuerunt due partes & ultra cuiuslibet dictorum Collegiorum, conſiderantes ſubmiſſionem ouper factam die videlicer oltimo menſis Ianuarii prereriti per Syndicum Communis Sancti Miniatis del Tedeſco, Communi Floreotie ſeu Syndicis dicti Commuois Flo-

Florentie pro Ipſo Commoni recipientibus de terra Sancti Ministis predicti & eius comitatu, eios territorio, fortia, & diſtrictu, & dicto Communi & hominibus dicti Caſtri, cum dationibus & cunceſſionibus & rranslationibus pactis modis & tenoribus, de quibus in Inſtrumento inde rogato per me Petrum Ser Grifi Norarium infraſcriptum plenius continetur. Et quod inter cetera actum fuit inter partes predictas, quod Domini Priores Artium & Vexilliſer Iuſtitie Populi & Communis Florentie, ona cum Gonfalonerio Socieraris Populi, & eum duodecim Bonis viris Communis Florentie, & due partes omnium ipſorum, aliis etiam abſentibus, & inrequiſitis, non acceptanribus, mor:uis, vel remotis, poſſint uſque ad per rorum menſem Februarii tunc venturi ſemel & pluries, & quotieſcumque, providere & ordinare ac diſponere de regimine dicte terre Sancti Miniatis, eius comitatus & territurii, fortie, diſtrictos, & de cuſtodia ipſius terre & de pluribus aliis, de quibus & prout in dicto Inſtrumento latius continerur. Et pru honore & utilitate dicti Popoli & Communis Florentie, pro quiete, pace, bono regimine, cooſolatione, predicti Communis & hominum dicti eaſtri Sancti Miniaris, eiuſque corie & diſtrictus, volentes diſponere de predictis habita ſuper predictis & infraſcriptis omnibus & ſingulis invicem & cum officio Gonfaloneriorum ſocietatum Populi, & cum officio duodecim Bunorum virorum Communis Florentie; Er ipſi omnes ſimul invicem in palatio Populi Florentini in ſufficientibus numeria conſtituti collatione, colloquio, & tra&c.tu, & deliberatiune ſolemni. Et demum inter ipſos premiſſo & facto diligenti & ſecreto ſcrutinio, & obiento partito ad fabas nigras & albas ſecundum formam ordinamentorum Communis Florentie, ut moris eſt, Chriſti nomine invocato, vigore balie poreſtatis auctoritatis predictis conceſſe omni via ioria, quibus & melius potuerunt, providerunt, ordinaveront, & deliberaverunt.

In primis quod ipſum Commune Sancti Miniatis cum tota eius curia & diſtrictu, & omnes univerſaliter & ſinguli ſingularirer, homines & perſone de dicta terra Sancti Miniatis ſeu eios curia vel diſtrictu, intelligantur eſſe & ſint exempti liberi & immunes ab omnibus & ſingulis impoſitis, preſtantiis, datiis, & gabellis, muneribus, & factionibus, quibuſcumque Communis Florentie realibus & perſonalibos ſeu mixtis ordinariis & extraordinariis, tam io dictis, quam in dicendis ſive imponendis per tempus & terminum decem annorum proxime venturorum, & pro toto ipſo tempore & termino, ſal-
vo

Digitized by Google

Et ſi contingeret dictas condemnationes non ſufficere ſatisfationibus antedictis tunc & in caſu quando opportuoum ſuerit ſeu erunr tempora ſatisfactionis predictarum ſunda-tam vel ante vel poſt quam videbirur di-cto Vicario, & Prioribus dicti caſtri, ha-beatur recurſus ad taxationes predictas & cogantur & cogi poſſint & debeant ſumma-rie & de facto ipſe omnes Comuoitares & terre ad contribuendum & daodum & ſol-vendum pro or cuique rata ſue taxe con-tinget, quantitatem & quantitates propte-rea opportunas, ſeu du quibus deliberatum fuerit per ipſum Vicarium ſimol cum Prio-ribus antedictis & Capitaneis partis Guelſe dicti caſtri Camerario ſupradicto, quam pe-cuniam ipſe Camerarius mitiere teneatur in capſam predictam, & inde oon extrahere & convertere vel expendere niſi prour ſupra dictum eſt de alia peconia in dictam ca-pſam mittenda, & ſub pena qua ſupra. Salvo & expreſſo & declarato quod Domi-ni Priores Artium & Vexillifer Iuſtirie Populi & Comunis Florentie, qui tempore quo Cives Florentini ituri ad reformandam terram Sancti Miniatis predicti redierunt ab ipſo eorum offirio exercendo, ipſi Prioratus officio preſidebunt & Gonſalonerii Societa-tum Populi & duodecim Boni viri Comnnis Florentie puſſint ſicot videbirur conveuire quomodo & uſque in quam quaotitatem pecunie & quemadmodum poſſit de peco-nia Comunis Florentie dictu Comoni Sancti Miniatis pro ſuis fundendis expenſis ſubve-niri, conſiderato preſertim quod ſupradicte quatuor terre videlicet Ceuli, Montisbichie-ri, Leporarie, & Stibbii, ſegregantur a dicto caſtro Sancti Miniatis, & eius curia & di-ſtricta.

Taxationes vero & alia quecumque mu-nera ſeu honera qua dicta terra Sancti Mi-niatis & alie ſupradicte rerre curie Sancti Miniati predicti, vel aliqua ipſarom habe-bunt ſolvere Comuni Florentie, quelibet ipſarum terrarum pro ſe directe & imme-diate ſolvere teneaotur & debeant dicto Comuni Florentie ſeu Camerario Camere dicti Comunis pro ipſo Comuni recipienti, Adeo quod ipſe comunitates & terre curie ſupradicte vel homines ipſarum in nullo in-telligantur ſubeſſe dicto Comuni Sancti Mioia-tis, niſi qosteous ſupra continetor expreſſe. ſed immediate intelligaotur eſſe & ſint de comitatu Civitatis Florentie. Et liceat ipſis comunitatibus & cuilibet ipſarum ſibi nota-rios & officiales de civibus ſeo comitatinis vel diſtrictualibus Comonis Florentie Guelfis prout & quemadmodum poteſt ſeu poſſet quecumque alia comunitas comitstus Flo-rentie. Et quod ipſi offitiales eligendi com ſuc-fuerint ſecundom formam ſtatutorum & ordi-nameororom Comunis Flor. approbati inter homines ipſius comomratia per quam electi ſuerint cognoſcere, terminare de civilibus cauſis vertentibus de re vel quaotitate non excedeotc ſummam vel valentiam V. librar. flor. parvor. & que a minori ſumma uon dependet ſummarie du plano & ſecuudum ordinamenta cumuuitatis eiuſdem. Ac etiam cognoſcere & determinare de damnis datis & queſtiooibus damnorum datorum iu comoni-tate predicta ſecundum formam ſtatutorum dicte terre.

Item quod appellatione curie vel di-ſtrictus ſeu rerritorii terre Sancti Miniatis predicti contineantor omues & ſingule ter-re, que erant de dicta curia vel diſtricto de menſe Auguſti aooo MCCCXLVII. exce-ptis terris iofraſcriptis, videlicet terra Montiſaionis, terra Caſtrinovi, terra Coiani, terra S. Quentini, terra Barbialle, terra Tonde, terrs Ceuli, rerra Montisbichieri, terra Stibbii, terra Leporarii, cum eorom curiis hominibus & perſonis, que quantom ad preſens rempus vel futurum non intelli-gantur eſſe nec ſint de dicta curia vel di-ſtrictu licet hactenus fuerint. Er qood ipſe rerre & quelibet ipſarum cum eorum curiis homioibus & perſoois inrelligantor eſſe de-inceps & ſint immediate ſubpoſite Comuni & de comitatu Civit. Florentie, & a curia & diſtrictu Sancti Miniatis totaliter ſepara-te. Et quod per ſupradicta vel aliquod ipſorum nullum preiudicium generetur vel generari poſſit alicui pactioni ſeu promiſ-ſioni per Comune vel pro parte Comunis Florentie ſacte alicui ex cumunitatibus ſu-praſcriptis vel alicui comonitati curie Sancti Miniatis predicti. Sed Ipſe omnes pactiones firme remaneant & inleſe, & quod de ter-ra & caſtro Canneti & eius curia & homi-nibus dicte terre ſerveror & ſiat prout & ſicur deliberabitor per Dominos Priores Artium & Vexilliferum Iuſtitie Popoli & Comunis Florentie, vel duas partes eorum, ut ſupra dictum eſt.

Item non obſtantibus ſuptadictis vel ali-quo predictorum Comuoe Florentie ac Do-mioi Priores Artiam & Vexillifer Iuſtitie Populi & Comunis Florentie ona cum Gon-falooerila Sucietatum Populi duodecim Bo-nis viris Comuuls Florentie, & due partes omnium ipſorum aliis etiam abſentibus in-requiſitis non acceptantibus mortois vel remotis, poſſint ſemel & pluries & quotiens-cumqoe omnia & ſingula ſupradicta mu-tare addere corrigere & minuere & provi-dere & ordinsre & diſponere de regimine & cuſtodia dictarum rerrarum & culusliber ipſarum; & de immunitatibus maneribus & ho-

& honoribus & privilegiis & beneficiis & favoribus ac legibus & ordinamentis quibuſcumque, prout volent. Reſervantes ſibi baliam auctoritatem & poteſtatem in predictis & de predictis & aliis quibuſcumque iterato providendo ordinando mutando corrigendo, prout viderint convenire.

Acta fuerunt predicta Florentie in palatio Populi Florentini preſentibus Domino Iohanne Ruggerii de Ricciis & Domino Philippo Domini Thomaxii de Corſinis, Legum Doctoribus, & Simone Roncrii de Peruzzis, Gogliardo Neri de Boncianis, civibus honorabilibus Florentinis teſtibus ad predicta vocatis & habitis.

Ego Andreas quondam Auguſtini de Caſtilione Aretino Imperiali auctoritate Iudex ordinarius & Not.

Hactenus pacta conventa inter Florentinos, & Sanminiatenſes, inita, quum iam hi a Florentinis victi fuiſſent, & eis ſe dediſſent, atque ſubieciſſent, ut conſtat ex inſequenti *Syndicatu ſubmiſſionis factae pro Commune Sancti Miniatis Communi Florentiae*.

In Chriſti nomine, amen. Anno Incarnationis eiuſdem MCCCLXIX. Indict. VIII. ſecundum morem & ritum Civit. Florentie, & anno Incarnationis eiuſdem MCCCLXX. Indict. VIII. ſecundum modum & ritum terre Sancti Miniatis del Tedeſco Luc. Dioc. die ultima Ianuarii, Providus vir Ser Iacobus Ser Filippi de Sancto Miniate, Contrate Faeſporte, Syndicus populi & Comunis & hominum Sancti Miniatis predicti & eorum Procurator & Numptius ſpecialis, de cuius ſyndicatu & numptiatu conſtare vidi ego Notarius infraſcriptus publico Documento rogato & ſcripto per Ser Thomaſium Ser Andree, & per Ser Ambroxium olim Domini Marcobaldi de Portigianis de Sancto Miniate predicto, die XXV. preſentis menſis Ianuarii; conſtitutus in preſentia magnificorum virorum Dominorum Prioris Artium & Vexilliferi Iuſtitie populi & Comunis Florentie, preſentibus & conſentientibus prudentibus viris Domino Michaelle Cei Iuriſperito, Iacobo Mocii, Uberto Domini Curradi, Ser Franciſco Ser Antonioli, Ser Franciſco Ser Ugolini, Ser Ambroxio Domini Marcobaldi, & Pilo Coretti omnibus de Sancto Miniate predicto. Et faciens omnia & ſingula infraſcripta ut ſyndicus & procuratorio nomine Comunis & univerſitatis & hominum & univerſaliter & ſingulorum & ſingulariter hominum terre Sancti Miniatis predicti eiuſque corte fortie & diſtrictus; Conſiderans ipſam Comune & homines de Sancto Miniate propter eorum diſcordias, inimico humano generis fa-vorante, non poſſe per ſe ipſos, nec ſit per alium, ſicut per Comune Florentie, & ſub umbra alarum dicti Comunis cuius lenitatem & dulcedinem guſtaverant longis temporibus vere ſolide bene regi, ex certa ſcientia & non per errorem, non vi vel metu, ſed ſua propria & ſpontanea voluntate dedit conceſſit & tranſtulit actum terram Sancti Miniatis cum toto eius comitatu curia territorio fortia & diſtrictu, & eius cuſtodiam protectionem gubernationem adminiſtrationem & regimen & omnem eius auctoritatem poteſtatem iuriſdictionem & omne eius merum & mixtum imperium & quantumcumque etiam gladii poteſtatem & ipſam Comune & univerſitatem & omnes univerſaliter & ſingulos ſingulariter homines & perſonas Comunis Sancti Miniatis predicti, & omne ipſorum dominium ſignoriam & adminiſtrationem, Comuni & in comune Civitatis Florentie, & diſcretis viris Ser Nicholao Monachi, & Ser Nicholao Ser Serugli Syndicis populi & Comunis Florentie ad infraſcripta omnia & ſingula de dicto menſe Ianuarii legitime conſtitutis, prout publice patet manu Mei Petri Ser Griſi & in predicto ſyndicato ſyndicario nomine dicti populi & Comunis Florentie recipientibus pro ipſo Comuni Florentie & populo in preſentia & cum voluntate & conſenſu Dominorum Priorum Artium & Vexilliferi Iuſtitie populi & Comunis Florentie, & Gonfaloneriorum Sotietatum populi, & duodecim Bonorum virorum Comunis predicti, ibidem preſentium in ſufficientibus numeris & expreſſe conſentientium & volentium in omnibus & omnia & ſingula ſupraſcripta & infraſcripta & dicto ſyndicario & procuratorio nomine Comunis Sancti Miniatis prenoto titulo & ex cauſa donationis pure mere libere ſimpliciter & irrevocabiliter inter vivos, ut regantur gubernentur in tranquillitate & pace prout Domini adminiſtrabit ſubmitte ſopradictis Ser Nicholao Ser Seragli, & Ser Nicholao Ser Venture ſyndicis & ſyndicario nomine dicti Comunis Florentie recipientibus omnem cuſtodiam gubernationem protectionem dominium & regimen & omnem iuriſdictionem imperium & poteſtatem dicti Comunis Sancti Miniatis, & ipſum Comune & univerſitatem & ipſam terram Sancti Miniatis cum toto eius comitatu territorio curia & diſtrictu, & omnes & ſingulos homines & perſonas de dicta terra & eius comitatu territorio fortia & diſtricta, dicto & ſub dicto Comuni Florentie, & ſub dominio & ſignoria Comunis eiuſdem, volens & pacto expreſſo conveniens ac paciſcens dictos & cum dictis Syndicis dicti populi & Comunis Florentie dicto ſyndicario nomine recipientibus & agentibus in preſentia & cum voluntate & conſenſu predictis, quod omnis cuſtodia gubernatio adminiſtratio protectio do-mi-

minium & regimen & omnis iuriſdictio imperium poteſtas dicti Comunis Sancti Miniatis tum toto eius tumitatu territorio curia fortia & diſtrictu & omnes univerſaliter & ſinguli homines & perſone de dicta terra Sancti Miniatis cum tota eius comitatu fortia & diſtrictu ſint deinceps perpetuo in futurum dicta Comuni & ſub dicto Comuni Florentie & ſub dominio & ſignoria Comunis eiuſdem &. ad ipſum Comune Florentie pertineant pleno iure & cum biis pactis modis & formis, videlicet, quod Comune Florentie poſſit ſemel & pluries & quotienſcumque diſponere & providere de regimine dicte terre Sancti Miniatis & eius comitatus fortie & diſtrictus, & de cuſtodia ipſius terre, & de immunitatibus muneribus & oneribus & privilegiis beneſitiis favoribus & legibus & ordinamentis quibus dicto Comuni Florentie videbitur & placebit, & cum poteſtate mutandi addendi diminuendi & corrigendi ſemel & pluries & quotienſcumque ipſi Comuni Florentie videbitur & placebit & cum poteſtate mutandi pro tato, quod Domini Priores Artium & Vexillifer Iuſtitie populi & Comunis Florentie una cum Gonfaloneriis Societatum populi & duodecim Bonis viris Comunis Florentie, & due partes omnium ipſorum aliis etiam abſentibus & inrequiſitis non acceptantibus mortuis vel remotis, poſſint uſque ad per totum menſem Februarium ſecuturum ſemel & pluries & quotienſcumque providere ordinare ac diſponere de regimine dicte terre Sancti Miniatis & eius comitatus fortie territorii & diſtrictus, & de cuſtodia dicte terre & de immunitatibus muneribus & oneribus & privilegiis beneſitiis & favoribus & legibus & ordinamentis, de quibus ipſis Dominis Prioribus & Collegiis ſeu duabus partibus ipſorum dicto Comuni Florentie videbitur & placebit, remittentes ſemper dicto Comuni Florentie auctoritatem & poteſtatem mutandi addendi diminuendi & corrigendi ſemel & pluries & quotienſcumque dicto Comuni placebit omne totum & quicquid proviſum & ordinatum ſeu diſpoſitum fuiſſet vel eſſet per ipſos Dominos Priores & Collegia ſupradicta. Promittens dictus Ser Iacobus Procurator & Syndicus procuratorio & ſyndicatorio nominibus & quolibet ipſorum & ipſos & ipſorum quemlibet obligando in ſolidum & corporaliter ad ſancta Dei Evangelia iurans dictis Ser Nicolao, & Ser Venture, & Ser Nicolao Ser Seragli Syndicis & ſyndicatorio nomine dicti populi & Comunis Florentie ſtipulantibus & recipientibus ſupradictas dationes conceſſiones tranſlationes ſubmiſſiones conventiones & pactiones & omnia & ſingula ſupradicta perpetuo firma habere & tenere & obſervare & contra ea vel ipſarum aliquod in nulla dicere vel facere vel venire per ſe vel alium aliqua ratione vel cauſa vel de iure vel de facto, vel facere aut dicere volenti aliqualiter conſentire tumſulere vel auxiliari ſub pena centum milium florenorum aur. ſtipulatione premiſſa qua commiſſa vel ſoluta vel non, predicta omnia & ſingula obſervare tum eadem pena obligentur & tum refectione damnorum & expenſarum & intereſſe litis & extra, pro quibus omnibus & ſingulis &c.

Sed pacta illa & conventa deinde anno MCCCLXX. ſocta fuerunt, & Florentini die XXIX. menſis Aprilis aliam de Sancto Miniate conſtitutionem emiſerunt, qua de forma gubernationis eiuſdem oppidi diſpoſuerunt, & conceſſere, ut Sanminiatenſes nongentos ſtarios ſalis, & trecentos ſalinae, ſingulis annis habere poſſent eodem pretio, quo Florentini habent, & de aliis quibuſdam inter nos convenit, dum interim *Simon Raineris de Peruziis*, & *Gaghardus de Boncianis*, & *Melior de Guadagnis*, ad reformationem oppidi Sancti Miniatis tranſmiſſi eſſent, & *Melior Guadagnius* praedictus Vicarius eiuſdem creatus fuiſſet. Quae autem ad Vicarium ſpectant in ea conſtitutione ita habent:

Item quod deinceps in terra Sancti Miniatis predicti poſt finitum offitium Melioris de Guadagnis ac ipſius Vicarii pro Comuni Florentie in terra Sancti Miniatis, ſit & eſſe debeat ex civibus Florentinis habilibus & Guelfis unus pro Comuni Florentie Vicarius qui appelletur Vicarius Vallis Arni inferioris. Et ſit pro dicto Comuni Florentie Vicarius in dicta terra Sancti Miniatis & toto eius vel nunc vel alim curia & diſtrictu. Et in terris & caſtris Ficechi, Sancte Crucis, & Caſtrifranchi, & Montiſtopoli, & Sancte Marie in Monte, diſtrictus Florentie, & ipſorum caſtrorum curiis & diſtrictibus quibuſcumque; qui Vicarius teneatur & debeat, niſi caſus neceſſitatis aliud requireret, reſi entiam facere in terra Sancti Miniati predicti. Et circa cuſtodiam dicte terre intendere diligenter, & claves dicte terre tenere, & habere intelligatur idem Vicarius durante dicto ſuo offitio in omnibus dictis terris illud offitium baliam iuriſdictionem & poteſtatem quod & quam prout haberet ſecundum ordinamenta Comunis Florentie Vicarius Vallis Nebule diſtrictus Florentie in partibus ſeu terris Vallis Nebule, qui quidem Vicarius habeat & habere & tenere tontinue durante ſuo officio ſecum teneatur & debeat pro ſuo offitio exercendo unum bonum & expertum ſocium, qui ſit Notarius, & duos bonos & expertos Notarios omnes vere de civitate & comitatu vel diſtrictu Florentie exiſtentes, & ſex domicellos ad eamdem intagliam indutos, & ſex equos & vigintitres ſa-

famulos armigeros eodem modo indutos, pro quibus omnibus & ſingulis & perſona ſua habeat & habere debeat pro tempore ſex menſium & pro tempore ſui adventus ſyndicatus & receſſus libras duomille quadringentas flor. parv. quod ſalarium ſibi Vicarius ſolvere poſſit & debeat ex pecunia que pro parte Comunis Florentie percipitur ex pedogio quod recolligitur in curia Sancti Miniatis predicti; & de mercede que percipietur ex navi ſeu locatione navis que tenetur in flumine Elſe, que vocatur navis da Elſa; & de condemnationibus que fient per ipſum Vicarium ſeu per ipſum exigentur. Quod ſalarium omnes & ſinguli illius Camerarii ſeu offitiales Comunis Florentie omnes ad quem vel quos de dictis pecuniis perveniret teneantur & debeant dare dicto Vicario uſque ad concurrentem debitam quantitatem. Reſiduum vero quod ipſe Vicarius reſtaret recipere Camerarii Comunis Florentie de pecunia dicti Comunis teneantur & debeant dare dicto Vicario uſque in eam quantitatem quam regulatores introituum & expenſarum Comunis Florentie declarabunt ipſum Vicarium reſtare recipere de ſalario ſupradicto, cuius quidem Vicarii electio fiat & fieri debeat modo infraſcripto, videlicet, quod per tres menſes ante finem offitii Vicariatus Miglioris predicti vel ante vel poſtea extrahatur & extrahi debeat in preſentia offitii Dominorum Priores Artium & Vexilliferi Iuſtitie populi & Comunis Florentie & Gonfaloneriorum Societatum populi & duodecim Bonorum virorum Comunis Florentie de burſa in qua imburſati fuerunt Vicarii Sancti Miniati predicti, & ut moris eſt in aliis extractionibus fiendis unus civis Florentinus & Guelfus habilis & devetum ab offitiis Comunis Florentie non habens, & quod ille qui ſic extractus fuerit intelligatur eſſe & ſit electus ad dictum Vicariatus offitium pro tempore ſex menſium incipiendorum immediate finito offitio Vicariatus Miglioris predicti, & ſic deinde de ſex menſibus in ſex menſes qui ſic extractus poſſit & debeat ipſum offitium acceptare vel renuntiare ſi volet, & circa eius acceptationem renuntiationem ſucceſſionem & remiſſionem & alterius in loco renuntiantis extractionem fiat & obſervetur in omnibus prout obſervatur in Vicariatu, & de Vicario Vallis Nebule ſupradicte.

Item Vicarius teneatur & debeat ſtare ad ſindicatum finito dicto ſuo offitio cum comitiva ſua in dicta terra Sancti Miniatis per tempus & terminum trium dierum continuorum prout & quemadmodum in omnibus & per omnia ſecundum ordinamenta Comunis Florentie ſtare debet ad preſens Vicarius in dicta terra Sancti Miniatis. Et quod etiam omnia ordinamenta Comunis Florentie que diſponitur de ſindicatu Vicarii dicte terre intelligantur etiam diſponere de ſindicatu Vicarii predicti ut predicitur eligendi, ſalvo eo quod dictum eſt de dicto tempore trium dierum, quibus & non plus ſtare debent ad ſindicatum predictum.

Item quod qui fuit eſt vel erit Vicarius ſive Poteſtas dicte terre Sancti Miniatis, ſeu Vicarius Vallis Arni predicti, intelligatur habere & habeat devetum a quolibet dictorum officiorum per tempus & terminum unius anni incipiendu a die primi dicti ſui finiti offitii. Et inſuper quod duo conſortes ſeu coniuncti per lineam maſculinam non poſſint eodem tempore concurrere in dictis offitiis, & quod finito officio unius conſortis in aliquo dictorum officiorum alius eius conſors habeat devetum a quolibet ipſorum officiorum per tempus unius anni; & quod inſuper habeant devetum ab ipſis officiis & quolibet ipſorum carcerati, obſentes per triginta miliaria vel ultra, extracti ad officium Civitatis Florentie. Et qui perdidit ſeu perdiderit aliquid ex terris Comunis Florentie ſubpoſitis in omnibus & per omnia & prout & quemadmodum haberent qui extraherentur ad officium Vicariatus Vallis Nebule; & quod inſuper quicumque extractus eſſet ad aliquod officium alicuius Poteſterie, Capitaneatus, Vicariatus, ſeu Poteſterie, vel Caſtellanerie alicuius terre comitatus vel diſtrictus Florentie habeat devetum ab dicto Vicariatus officio per tempus ſex menſium venturorum incipiendorum a die finiti ſui offitii primi ſupradicti; & etiam ſimiliter devetum habeant Ghibellini & omnes non vere Guelfi forenſes ceſſantes & fugitivi exbanniti Comunis Florentie ſeu condemnati pro maleſitio per ſententiam privati, in quibus omnibus ſervetur ut in aliis omnibus offitiis comitatus predicti.

Item quod in terris infraſcriptis comitatus Florentie que fuerunt olim curie Sancti Miniatis predicti ſint & eſſe debeant ex Civibus Florentinis & Guelfis Poteſtates ut inferius continetur, videlicet, in terris de Ceuli, de Monte Bicbieri, de Stibbio, & de Lepocaria unus Poteſtas qui reſidentiam faciat in terra de Ceuli donec aliud per Dominos Priores Artium & Vexilliferum Iuſtitie & Gonfalonerios Societatum populi & duodecim Bonos Viros Comunis Florentie ordinetur; & in terris Barbialle, Coiani, Sancti Stephani, & Collegorli unus Poteſtas qui reſidentiam faciat medietate temporis ſui officii in Barbialla, & reliqua medietate temporis in Coiano, donec aliud per Dominos Priores Artium & Vexilliferum Iuſtitie & Gonfalonerios Societatum populi & duodecim Bonos viros Comunis Florentie ordinetur. Et in terris Caſtri Novi, & Sancti Gentini, & de Canneto, unus Poteſtas qui reſidentiam faciat in terra Caſtri Novi predicti, donec aliud per Dominos Priores Artium & Ve-

& Vexilliferum Iuſtitie, & Gonfalonerios Societatum populi & duodecim Bonos viros Comunis Florentie ordinetur; & in terris Montaionis, Tonde, & Figghini ſimul vicinalibus unus Poteſtas qui reſidentiam ſociat pro medietate temporis in terra Montaionis, & pro reliqua medietate in terra de Tonda, donec aliud per Dominos Priores Artium & Vexilliferum Iuſtitie, & Gonfalonerios Societatum populi & duodecim Bonos viros Comunis Florentie ordinetur.

Quorum quidem Poteſtatum quilibet in terris ſue Poteſterie earum curiis & diſtrictibus habeant durante ſuo offitio illam iuriſdictionem officium & poteſtatem que & quod officialibus dictarum terrarum conceduntur ſecundum ordinamenta Comunis Florentie diſponentiam de predictis. Et quod quilibet ipſorum Poteſtatum teneatur & debeat ſecum tenere & habere in dicto offitio unum bonum & expertum Notarium de Civitate comitatu vel diſtrictu Florentie vere Guelfum, & tres famulos armigeros & unum equum pro quibus omnibus & pro ſua perſona habeat & habere debeat ab hominibus dictarum terrarum pro toto tempore ſui offitii & pro adventu mora & receſſu libros trigentas quinquaginta flor. parv. & lucrum penne ſecundum formam ſtatutorum ipſarum terrarum que approbata fuerint pro ut debent, & quod nihil aliud ultra predicta poſſint ipſi Poteſtates vel aliquis de ſua familia exigere petere vel recipere quoquo modo pretextu ſui offitii ſub pena quingentarum librarum flor. parv. cuilibet contrafacienti auferenda quorum quidem Poteſtatum pro temporibus ſecuturis incipiendis finitis offitiis Poteſtatum iam electorum ad Poteſterias predictas fieri debent extractio de burſa ſiu burſis in quibus ſunt ſeu erunt imburſati Poteſtates minoris gradus terrarum comitatus ſeu diſtrictus Florentie, & eiſdem modis tenoribus & formis; & quod omnia alia ordinamenta Comunis Florentie que diſponunt de extractionibus acceptationibus renuntiationibus remiſſionibus ſatiſdationibus devetis & ſyndicatibus, & prohibitionibus dictorum aliarum Poteſtatum minoris gradus, & aliis ad predicta coherentibus vel connexis locum habeant & ſerventur in ipſis Poteſtatibus ut dicitur extrahendis.

Item quod in terra Sancti Miniatis predicti ſit & eſſe debeat de cetera poſt finitum officium Vicariatus Miglioris de Guadagnis predicti ex civibus Florentinis & Guelfis ad regimen dicte terre Sancti Miniatis & eius curie & diſtrictus unus Poteſtas cum iuriſdictione officio poteſtate famulis conditionibus tenoribus & ſalario & articulis infraſcriptis, videlicet, quod ipſi Poteſtates & quilibet ipſorum teneantur & debeant ad dictum officium ſecum ducere & in ipſo officio continue retinere unum bonum & expertum Iudicem iuriſperitum & Guelfum undecumque exiſtentem, & unum Militem ſocium qui ſit Notarius bonum ſufficientem praticum, & duos bonos & ſufficientes Notarios omnes quidem ſocios & Notar. de Civitate comitatu vel diſtrictu Florentie exiſtentes & Guelfos, & duos domicellos ad eamdem intagliam indutos, & duodecim famulos armigeros & ad unam & eamdem intagliam indutos & tres equos. Pro quibus omnibus & ſingulis & pro ſua perſona & pro tempore ſex menſium ſui offitii & pro adventu & ſyndicatu & receſſu habeat & habere debeat a dicto Comuni Sancti Miniatis milla quingentas libras flor. parv. ſibi dandas per Comune & homines Sancti Miniatis predicti de pecunia Comunis eiuſdem in ſex terminis ſive pagis, videlicet quolibet menſe dicti temporis ſextam partem. Qui Poteſtates & quilibet ipſorum habeant & habere intelligantur in dicto terra Sancti Miniatis & eius curia & diſtrictu omnem iuriſdictionem & omnem auctoritatem & poteſtatem & omnem officium & arbitrium tam in civilibus quam in criminalibus & aliis quibuſcumque quam haberet ſeu haberet Vicarius terre Sancti Miniatis predicti iam electus ſeu eligendus ſecundum ordinamenta Comunis Florentie hactenus edita, exceptis dumtaxat hiis que ſecundum formam preſentis proviſionis pertinebunt ad officium Vicarii Vallis Arni eligendi ut ſuperius continetur. In quibus & de quibus ipſi Poteſtates non poſſint, nec debeant ſe intromittere quoquo modo &c.

Eodem pariter anno die XXV. Octobris alio Florentini diſpoſuerunt de Contractibus in Sancto Miniate eiuſque territorio faciendis; & anno MCCCLXXI. die prima menſis Aprilis in *Conſilio Domini Capitanei & Populi Florentini mandato nobilis & potentis viri Domini Franciſchi quondam alterius Domini Franciſchi de Montone de Peruſio Populi & Comunis Civitatis Florentie honorabilis Capitanei, preconis convocatione campaneque ſonitu in palatio Populi Florentini more ſolito congregato; & die ſecondo menſis Aprilis in Conſilio Domini Poteſtatis & Comunis Florentie mandato nobilis & potentis militis Domini Guidonis della Pace Domini Giuſtinelli de Firmonibus de Firmo, Civitatis & Comunis Florentie honorabilis Poteſtatis &c.* alio a Florentinis iuſſa ſunt, quae ad vectigalia Sanminiatenſibus ſolvenda de rebus tranſportatis pertinerent; & alia conſtitutio ſimilis ibidem producitur, quae anno M. CCCLXVI. die XXIX. menſis Iunii in favorem Sancti Miniatis emanaverat. Die autem XIV. menſis Iunii anno MCCCLXXI. alia

alia quaedam Florentini, ſeu potios *Officiales & Gubernatores Gabellae portarum & ſalis & ſalinae Cammunis Flsrentiae*, decreverunr de vectigali ſolvendo ob beſtias laniende deſtinatas in oppido Sancti Miniatis; quae qnidem omnia rectam iuſtamque regiminis formam, & victorum Flurentinorum voluntati accommodatam, in Sauminiatenſem populum induxerunt. Quoniam vero inter pacta & conventa ſuperius adducta, pluria agri Miniſtenſis Caſtella memorantur, lubet heic eurum Catalogum, qoae oppido Sancti Miniatis iam ſoi iuris ac libero parebant, proferre; quem etiam in *Deliciis Eruditorum ad Par. III. Hiſtor. Sicul. Laurent. Boeiucontrii* publici iuris feci.

„ San Romano,	„ Sauto Stefano,
„ Comugnori,	„ Tonda,
„ Mˌntalto,	„ Caſtelfalſi,
„ Stibbio,	„ Camporena,
„ Civoli,	„ Montaione,
„ Leporaia,	„ Vignale,
„ Bacoli,	„ Agliana,
„ Morioro,	„ Caſtelnuovo,
„ Grumolo,	„ Coiano,
„ Montebiehieri,	„ Caſtelluccio,
„ Agliati,	„ Collepatti,
„ Bucciano,	„ Canneto,
„ Valchoniviſi,	„ Montarſo,
„ Sau Giovanni,	„ Capriauu
„ Barbialla,	„ San Q[illegible]ino,
„ Monteleoui,	„ Gello,
„ Collegarli,	„ Milicciauo,
„ Collelungo,	„ Collebrunachi.

Atque ita quidem illoſtre & nobile Tuſciae oppidum, quod tamdiu ſua libertare fruitus & potitus erat, Florenriuis obnoxium & ſubditum factum fuir; nec amplios poſt illa tempora eius mentiu, tamquam Reip. Tuſcae, & liberae utcumque Civitatis, occorrit. Populus fuir ſatis potena pro illis remporibus, & eum aliis pupulis belligerabat, inducias firmabat, pacem componebat, ſoedera percutiebat. Multa hactenus produxi, quae huius oppidi praeſtantiam indicent, ſeu Imperatoribus, ſeu Regibus, ſeu Tuſcis Marchionibus pareret, ſeo ſuis legibus & arbitrio ſtaret; ſed modo iuvat heic opportune inſerere tria Inſtrumenta, ex quibus hunc pupulom cum aliis Etruriae populis in fuedus veniſſe ſaeculo XIII. conſtat. Haec in Archivo Noſocomii de Scala Senenſis adſervantur; primumque praenotatur numero 135. alterum numero 34. tertium denique numero 35. quae deſcripſit, & mihi miſit *Io. Ant. Peccius* Eques Senenſis, patriarom antiquitatum conſultiſſimus.

In nomine Domini, amen. [illegible]nno eiu[illegible]dem Milleſimo ducenteſimo ſexageſ. mo, Indictione IV. die XVII. Kal. Iun.. Nos Patriceiuolus de Firmo Iodex Vicarius in Civitate Senen. pro Illuſtri Viro Domino Comite Iordano Regio in Tuſcia Vicario Generali, & Senen. Poteſtari, & Guiglielmo de Piatracupa Dei, & Regia gratia Capitaneus Populi, & Comunis Sen. de conſilio, conſenſu, & auctoritate Domini Gherardi de Ymola Iudicis, & Aſſeſſoris Populi prefati, & Orlandi Pacini, Criſtofori Mancini, & Bonagoide Vghetti Priorum XXIV. Populi Sen. & Conſilii XXIV. & Populi Sen. & XVIII. Bonorum hominum electorum pro Comuni, & Populo Sen. ad infraſcripta facienda, & complenda, & ex licentia, mandato, & auctorirare Generalis Conſilii campane, & Populi Civitatis Sen. nomine, & vice dicti Comunis facimus, conſtituimus, & ordinamus Orlandum Renaldi Civem Sen. licet abſentem Syndicum, & Actorem, & Nuntium noſtrum, & Comunia, & Populi Sen. & verum Prucuratorem ad eontrahendum, inhiendum. ſaciendum, & firmandum ſotietatem, amicitiam, compagniam, & confederationem perpetuo duraturam cum Comunibus Florentie, Piſarum, Piſtorii, Vulterre, Sancti Miniatis, Podiibouizi, Prati, Sancti Geminiani, & cum aliis Comunibus, & Perſonis, & Populis, & Vniverſitatibus, & quibusliber eorum, vel eorum Syndicis, & Procoraturibus ſemel, & pluries ſimul, & coniunctim, ſeu diviſim, ſub modis, tenuribus, condictionibus, & ſtipulationibus, de quibus, & prout eidem Syndieo, & Procuratori noſtro, & Comunis Seu. placuerit, & ſibi videbitur, & ad pacta, eunventiones, promiſſionea, obligationes, & penarum ſtipulationes, facieadum, & recipiendum, & que, & ſicut ei faciende, & recipiende videbuntur, & ad iurandum in animas noſtras vice, & nomine Comunis Senen. & omnem cautelam, ſeo cautelas preſtandum, ſeu recipiendum, que, & ſicut eis vila fuerint expedire, & ad componendum, paciſcendum, & contraſigendum ſuper omnibus, & ſingolis, & eorum occaſione, que, & ſicut ei expedire videhunror, & generaliter ad omnia, & ſingola facienda, contrahenda, & recipienda, que ad hec pertinent, & pertinere noſcuntor, & que, & ſicut natura negocii, & eorum merita poſtulant, & requirunt, & prour uos met pro Comuni Sen. & Comone Sen. facere promiſimus, & poſſet quoquo modo, vel vice, promittentes nos pru Comuni Sen. & ipſum Comune Sen. firmum, & ratom habituros rotum, & quicquid ſyndicatus, & pru-

procurationis officio dictus Syndicus ſecerit de predictis, & ſuper predictis, & quolibet predictorum, & eorum occaſinne, & contra nulla ratione facere, vel venire ſub obligatione bonorum, & rerum dicti Comunis Seneuſis.

Actum Senis coram Domino Vinceguerra Iudice Dom. Comitis Iordani Regii in Tuſcia Vicarii Generalis, Domino Matheo de Salerno ſotio & familiari dicti Comitis, Dom. Iacobo Palliareſe Iudice, & Dom. Beringerio olim Dom. Ildebrandini Ionce, & aliis pluribus teſtibus preſentibus & rogatis.

Ego Guidoccinus Iohannis Notarius predictis interfui, & ea de mandato Dominorum Vicarii, & Capitanei, & aliorum ſcsipſi & publicavi.

In nomine Domini, amen. Anno eiuſdem Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto, Indictione VIII. die VI. Idus Maii. Pateat omnibus evidenter preſentem paginam inſpecturis, qualiter Benedictus de Sancto Ministe Iudex & Aſſeſſor Comunis Seneu. & Dominus Ghinibaldus quondam Dom. Ildibrandini Salvani Camerarius Comunis Sen. & oune Vicarii Dom. Ranerii quond. Dom. Andree de Peroſio, Dei & Regia gratia Sen. Poteſtatis abſeotis, & Dom. Vguccio de Benicbis de Imola eadem gratia Capitaneus Populi & Comunis Seoen. de conſilio, conſenſo, & expreſſa voluntate, & parabola Bernardini Proſperini Camerarii Populi & Comunis Seo. Ildibrandini Cerrentonis, Anconirantis Migranelli Priorum XXIV. & ipſorum XXIV. & generalis Conſilii campane, & Populi Comunis Civitatis Sen. cum adiuncta centum per Terzerium, & Rectorum Artium & Sotietatum ipſius Civitatis Sen. in Eccleſia Sancti Chriſtopbori ad ſonum campanarum, & voce Bannitorum, moru ſolito congregati, & ipſi Iidem Conſiliarii, & adiuncti vice & nomine Populi & Comunis Senen. fecerunt, conſtituerunt, & creaverunt Caccia contem Titelmi Notarium preſentem, & recipientem, eorum, & dicti Comunis & Populi Syndicum, & Procuratorem, & Actorem, & ſpecialem Nuncium ad faciendum, contrahendum, inhiendum ſotietatem, unionem, & confederationem perpetuo duraturam eum Comunibus, & univerſitatibus infraſcriptis, ſcilicet Piſarum, Floreutie, Piſtorii, Vulterre, Prati, Sancti Miniatis, Sancti Geminiani, Podiibonizi, & Collis Vallis Elſe, & cum eorum, & cuiuslibet eorum Syndico, ſeu Syndicis, pro eis, & quolibet eorum, & ad faciendas, recipiendas promiſſiones, & obligationes de ipſa ſotietate ſervanda, & firma tenenda perpetuo cum pene adiectione, que dicto Syndico videbitur, & maxime de articulis, & ſuper articulis infraſcriptis, & ſecundum quod in eis per ſingula continetur; & ad ordinandum, & componendum quicquid pro ipſa ſotietate firmanda, & pro ipſius ſotietatis utilitate, videntur ordinanda, ſeu componenda; & ad obligandum Comune Seu. & Populum, & eius bona preſentia & futura in predictis omnibus, & pro eis; & ad faciendum, & fieri faciendum de predictis omnibus, & pro eis Inſtrumentum, & Inſtrumenta; & ad iurandum ſuper anima dicti Conſilii, & Comunis, & Populi ſupraſcripta, & infraſcripta omnia & ſingula attendere, & obſervare, & attendi, & obſervari facere; & ad recipiendum a predictis Syndicis, & quolibet eorum vice & nomine dicti Comunis & Populi Seoen. ſimilem promiſſionem, & obligationem, & ſimilia Inſtrumenta, & ad omnia & ſingula facienda, que ſuper predictis, & circa ea, vel aliquid eorum, vel ipſorum, ſeu alicuius ipſorum occaſione viderint, vel cognoverint expedire; & promiſerunt, & confeſſi ſont ſe, & Comune Sen. & Populum ſupradictum ratum, & firmum babere totum, & quicquid per dictos Syndicos fuerit procuratum, vel firmatum, ſub ypotheca, & obligatione bonorum dicti Comunis & Populi, & renunptiaverunc conditioni indebiti, & ſine cauſa, & omni iuris, & legum auxilio. Articuli vero, conventiones, & pacta ſunt hec:

In primis, quod ipſi Syndici, & Procuratores in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen, ad honorem Dei, & Beate Virginis Marie, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, & ad honorem, ſervitium, & manutentionem Excellentiſſimi Viri Domini Manfredi Divi Augusti quondam Dom. Imperatoris Federici filii, Dei gratia incliti Regis Sicilie, & ad proſperum, & tranquillum ſtatum Comunium predictorum omnium, ſyndicatus, & procuratorio nomine pro ipſis Comunibus contrahanc, faciant, & inhiant ſotietatem, & unionem, & confederationem perpetuo duraturam ſub modis, & conditionibus infraſcriptis: promictant ſiquidem, & conveniant ipſi Syndici, & Procuratores vice ac nomine ſuorum Comunium ſibi ad invicem ſtipulantes ſolepni ſtipulatione interpoſita, quod ipſa Comunia ſeſe iuvabunt, defendent, fovebunt, & manutenebunt, contra Guelfos, & rebelles eorum

Comunium, vel sliquorum, ſeu alicuius eorum, donec in rebellione ſuorum Comunium ſteterint, dummodo reconciliari non poſſint ſuis Comunibus abſque communi licentia, & voluntate omnium predictorum Comunium, & contra inimicos, & adverſatios, qui nunc ſunt, vel in antea fuerint predictorum Comunium, vel alicuius eorum in Tuſcia, & contra omnem aliam perſonam, & locum turbantem, ſeu turbare volentem in Toſcia pacificum ſtatum, & honores, & iura ſotietatis ipſius.

Et ſi qua guerra, vel offenſio, ipſis Comunibus, vel aliquibus, aut alicui eorum, in Tuſcia fieret ab aliis quibuſcumque iniurantibus, vel iniuriariunem, ſeu offenſionem inferre volentibus, patenter, & potenter upponant ſe.

Et cum dictis Guelfis, & ſuper dictis inimicis, vel adverſariis predictorum Comunium, vel alicuius eorum per ipſa Comunia, vel aliquid eorum, nulla pax, vel tregua, vel compoſitio, ſeu confederatio, fieri poſſit abſque communi voluntate omnium predictorum Comunium, nec etiam cum aliis quibuſcumque perſonis, & locis de Tuſcia confederatio fieri poſſit per ipſe Cumunia, vel aliquid eorum abſque communi voluntate omnium predictorum Comunium, & ſi qua facta eſt contra formam huius ſotietatis, in nullo ſervetur.

Pro conſervandis quoque iuribus, & honoribus ipſius ſutietatis, & cuiuſque dictorum Comunium, tam ad offenſiunem, quam ad defenſionem, ſtatuerunt, & habebunt comitivam militum quingenturum Theothonicorum ſecundum diſtributionem veteris ſotietatis, dudum inter ipſe Comunia, ſeu eorum Syndicos, inhite, que talis eſt, ſcilicet quod Comune Piſanum ſolvat, & habeat de predictis militibus 124., Comune Florentie 150., Comune Senarum 125., Comune Piſturii 40. Comune Sancti Miniatis 16., Comune Vulterre 12., Comune Prati 12., Comune Sancti Geminiani 12., & Comunia Collis Elſe 8., qui milites debeant ire, & ſtare, & facere ad voluntatem duorum partium dictorum Comunium.

Item, quod alter pro altero non conveniant, vel exigant, & fiat, *A cui dato, a colui richieſto.*

Item quod nullum predictorum Comunium contra alterum ius acquirat, nec alicui perſone, vel loco iura ſua concedat, ſeu tranaſerat quoquo modo contra aliquod predictorum Comunium.

Item, quod dicta Comunia ſotietatis teneantur manutenere, & fovere Poteſtatem, Capitaneum, & Antianos Piſani Populi, quod pro tempore fuerint, & ipſum Populum Piſanum, & Poteſtatem, & Capitaneum, & Priores XXIV., & ipſos XXIV. Populi, & Comunis Sen., & ipſum Populum Sen., & Poteſtatem, & Capitaneum Populi, & Pupulum, & Antianos, & XXIV. Civitatis Piſtorii, & Partem Ghibellinurum Florentie, Prati, Sancti Miniatis, Vulterre, Podiiboni, & Sancti Geminiani.

Item, quod ipſa Comunia ſotietatis teneantur facere exercitum prepotentem, & copioſum anno preſenti, & quolibet in poſterum in Tuſcia, vel, & quandu, ipſis Comunibus, vel duabus partibus eorum magis videbitur expedire ad conſervationem, defenſiunem, & manutentionem ſalubris ſtatus, honorum, & iurium ſotietatis ipſius, & ad offenſiunem inimicorum, & eorum exterminium procurandi, quem exercitum ducere debeant per menſem ad minus ſuper terram inimicorum, ubi voluerint due partes dictorum Comunium.

Item teneantur dicta Comunia, & quodlibet eorum exbannitos occaſione guerre, vel rebellionis, & inimicos alterius Comunis dicte ſotietatis occaſione guerre, ſeu rebellionis habere pro exbannitis, & rebellibus, & inimicis, & eos de terris ſuis exbannire, & expellere, dum tamen dicti exbanniti ſint homines ipſorum Comunium, vel terrarum, vel diſtrictus eorum, vel alicuius eorum.

Item teneantur dicta Comunia per eorum Ambaſciatores quolibet anno ſemel ad minus facere parlamentum, & coadunationem in Caſtro Sancti Miniatis, vel alibi, ubi dicte ſotietati videbitur pro tractandis, & ordinandis utilitatibus dicte ſotietatis dictorum Comunium ad requiſitionem dictorum Comunium, vel maioris partis eorum.

Hec autem omnia predicta, & ſingula dicti Syndici, & Procuratores ſyndicatus, & procuratorio nomine pro predictis ſuis Comunibus conveniant, & promictant inter ſe ad invicem per ſtipulationem ſolepniter, & iurent ad ſancta Dei Evangelia ſic firma tenere, & facere, & inviolabiliter obſervare, & contra non venire, vel facere per ſe, vel per alium quoquo modo, vel iure, aut quacumque occaſione, vel cauſa, que dici, vel excogitari poſſit ullo ingenio, ſalvis pactis, & promiſſionibus, & obligationibus, quibus Comune Piſanum eſt obligatum Romane Eccleſie, & ſalva ſotietate, & confederatione, quam Comune Piſanum habet cum Duce, & Comuni Venetiarum, & ſalvis fidelitatibus, quas alia dicta Comunia fecerunt, vel aliquod eorum

rum Domino Regi Manfredo Sereniſſimo Sicilie Regi.

Actum Senis in Eccleſia Sancti Chriſtofori, coram Dom. Gratiano Iudice, D. Bartholomeo Ildebrandini Saracini, D. Ranerio Mathei Iudice, D. Beringerio Iudice, & D. Bonaguida Gregorii Iudice teſtibus preſentibus, & rogatis.

Ego Benintende Notar. filius quond. Magiſtri Ildibrandini predictis omnibus interſui, & ea de mandatu dictorum Vicariorum, & Capitanei, & Priorum Conſiliariorum dicti Syndici rogatus ſcripſi, & publicavi.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen. Ad honorem Dei, & Beate Marie Virginis, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei; & ad honorem, & ſervitium, & manutentionem, & exaltationem Excellentiſſimi Domini Domini Manfredi Divi Auguſti quondam Dom. Imperatoris Friderici filii, Dei gratia incliti Regis Sicilie, & ad perpetuum, & tranquillum ſtatum Comunium ſubſcriptorum. Oddo Gualducci Syndicus, & Procurator Piſani Comunis ad hec ſpecialiter conſtitutus, ut in publico Inſtrumento ſyndicatus, & procurationis ipſius confecto a Moricone Not. Scriba publico Cancellarie Piſane Civitatis, & a me Not. viſo, & lecto liquido continetur ſyndicatus, & procuratorio nomine pro ipſo Comuni. Dom. Lotteringus Iudex de Pegoloctis Syndicus, & Procurator Comunis Florentie ad hec ſpecialiter conſtitutus, ut in publico Inſtrumento confecto a Nero Guictonis de Pontormo Not. & a me Not. viſo, & lectu continetur ſyndicatus, & procuratorio nomine pro ipſo Comuni. Dominus Albizzus Alteguerre Iudex, Syndicus, & Procurator Comunis Podiibonizi ad hec ſpecialiter conſtitutus, ut in publico Inſtrumento confecto per Ranerium Notar. & a me Not. viſo, & lecto continetur ſyndicatus, & procuratorio nomine pro ipſo Comuni. Dominus Vguccius Dom. Guglielmi Syndicus, & Procurator Comunis de Prato ad hec ſpecialiter conſtitutus, ut in publico Inſtrumento confecto per Bindum Naviganti Not. & a me Not. viſo, & lecto continetur ſyndicatus, & procuratorio nomine pro ipſo Comuni. Aliottus quondam Domini Leonardi Galli Syndicus, & Procurator Comunis Volterre ad hec ſpecialiter conſtitutus, ut in publico Inſtrumento confecto per Ranerium Not. & a me Not. viſo, & lecto continetur ſyndicatus, & procuratorio nomine pro ipſo Comuni, & Bate Salvucci de Sancto Giminiano Syndicus, & Procurator Comunis Sancti Geminiani ad hec ſpecialiter conſtitutus, ut in publico Inſtrumento confecto per Piaſſagium Not. & a me Not. viſo, & lecto continetur ſyndicatus, & procuratorio nomine pro Comuni, fecerunt, contraxerunt, & inierunt ſotietatem, & unionem, & confederationem perpetuo duraturam ſub modis, & conditionibus infraſcriptis. Promiſerunt ſiquidem, & convenerunt ipſi Syndici, & Procuratores vice, & nomine ſuorum Comunium ſibi ad invicem ſtipulantes ſolepni ſtipulatione interpoſita, quod ipſa Comunia ſeſe iuvabunt, defendent, fovebunt, & manutenebunt contra Guelfos, & rebelles dictorum Comunium, vel aliquorum, aut alicuius eorum, donec in rebellione ſuorum Comunium ſteterunt, dummodo reconciliari non poſſint ſuis Comunitatibus abſque communi voluntate, & licentia omnium predictorum Comunium, & Comunium Piſturii, & Sancti Miniatis, ſi ad hanc ſotietatem venerint, & contra inimicos, & adverſarios, qui nunc ſunt, vel in antea fuerint predictorum Comunium, vel alicuius eorum in Tuſcia, & contra omnem aliam perſonam, & locum trahentem, ſeu trahere volentem in Tuſcia pacificum ſtatum, & honores, & iura ſotietatis ipſius. Et ſi qua guerra, vel offenſio ipſis Comunitatibus, vel aliquibus, aut alicui eorum in Tuſcia fieret ab aliis quibuſcumque iniuriantibus, vel iniuriam, aut moleſtiam, ſeu offenſionem inferre volentibus, patenter, & potenter opponant ſe, & cum dictis Guelfis, & ſupradictis inimicis, vel adverſariis predictorum eorum, vel alicuius eorum per ipſa Communia, vel aliquod eorum, nulla pax, tregua, vel compoſitio, ſeu confederatio fieri poſſit abſque comuni voluntate omnium predictorum Comunium, & Comunia Piſturii, & Sancti Miniatis ſi ad hanc ſotietatem venerint, nec etiam cum aliis quibuſcumque perſonis, & locis de Tuſcia confederatio fieri poſſit per ipſa Comunia, vel aliquod eorum abſque comuni voluntate omnium predictorum Comunium, & ſi qua facta eſt contra formam huius ſotietatis, in nullo ſervetur.

Item, quod omnes alie ſotietates ab hodie retro contracte inter dicta Comunia, vel aliquod eorum, & iura occaſione dictarum ſotietatum queſita ſint ſupreſſa, & caſſa, & nullius valoris. Pro conſervandis quoque iuribus, & honoribus dicte ſotietatis ipſius, & cuiuſque predictorum Comunium, tam ad offenſionem, quam ad defenſionem, ſtatuerunt, & habebunt comitivam militum quingentorum Theotonicorum

corum ſecondum diſtributionem veteria fotietatis dodum inter ipſa Comuoia, ſeu eorum Syndicos inhite, que talis eſt, ſcilicet, quod Comone Piſarum ſolvat, & habeat de predictis militibus 125., Comune Florentie 150., Comune Senis 125., Comune Piſtoɩi 40., Comune Sancti Miniatis 16., Comune Vulterre 12., Comuno Prati 12., Comune Sancti Geminiaoi 12., & Cumune Collis Vallis Elſe 8. qui milites debeanr ire, & ſtare, & facere ad voluotatem doorum partiom dicturum Comunium.

Item, quod alter pro altero non eonveoiant, vel exigsnr, & fiat, *A cui dato, a colui richieſto*.

Item, quod nullom predicturum Comunium contra alterum ius acqoirat, nec alicui pro fotietate, vel loco iura ſua cuncedar, ſeu traosferat quoqoo modo cootra aliquod predictorum Comunium.

Item, quod dicta Comunia fotietatis teneantor maoutenere, & facere Poteſtatem, Capitaneum, & Antianos Piſaoi Popoli, qui pro tempore eruot, & ipſum Populum Piſanum, & Poteſtatem, & Capitaneum, & Priores XXIV., & ipſos XXIV. Popoli, & Comunis Sen. & ipſom Popolum Sen. & Poteſtatem, & Capitaneum, & Populom, & Antianos, & XXIV. Civitatis Piſtorii, ſi Comune ipſum Piſtorii ad haoc fotietatem venerit, & partem Ghibellinorom Floreotie, Prati, Sancti Miniatis, Volterre, Collis, Podiibooizi, & Sancti Geminiani.

Item, quud ipſa Comunia fotietatis teneantur facere exercitum potentem, & eopioſum anoo preſeoti, & qoolibet aono in poſterum in Toſcis, vel, & quando ipſis Comunibus, vel duabus partibus eorum magis videbitur expedire, ad conſervationem, defenſionem, & manutentionem ſalobris ſtatus, honorum, & iurium ſotietatis ipſius, & ad offenſionem ioimicorum, & eorum exterminium procurandom, quem exercitum ducere debeat per menſem ad mioos ſuper terras inimicorum, ubi voluerint doe partes dictorum Comunium dicte fotietatis.

Item teneantur dicta Comunia, & quodlibet eorum exbannitos occaſione guerre, vel rebellionis, & ioimicos alterius Comunis dicte fotietatis occaſione guerre, ſeu rebellioois habere pro exbaonitis, & rebellibos, & Inimicis, & eos de terria ſuis exbannire, & expellere, dum tamen dicti exbanniri ſiot homines dictorom Comoniom, vel eorum, vel diſtrictus eorum, vel alicuios eorum.

Item teneantur dicta Comunia per eorum Ambaſciatores qoolibet anno ſemel ad mious facere parlamentum, & coadonationem io Caſtro Sancti Miniatis, vel alibi, ubi dicto ſotietati videbitur pro tractandis, & ordioandis utilitatibos dicte ſotietatis, & dictorum Comuoiom ad reqoiſitionem dictorum Comunium, vel maioris partis eorom.

Hec autem omnia predicta per ſingola dicti Syndici, & Prucuratores ſyodicatus, & procuratorio oomioe predictis ſ'is omoibus convenerunt, & promiſerunt inter ſe ad invicem per ſtipulationem ſolepnem, & iuraverunr ad ſancta Dei Evangelia ſic firma tenere, facere, & inviolabiliter obſervare, & contra oon venire, vel facere per ſe, vel per alium quoqoo modo, vel iure, aut quacumque ratiuue, vel cauſa, quo dici, vel excogitari poſſit ullo iogenio, ſalvis pactis, promiſſiooibos, & obligationibos omnibus, quibus Comune Piſanum eſt obligatum Romane Eccleſie, & ſalva fotietate, & confederatione, quam Comuoe Piſanum habet cum Duce, & Comune Venetorum, & ſalvis fidelitatibus quas alia dicta Comunia fecerunt, vel aliquod eorum Domino Regi Manfredo Sereniſſimo Sicilie Regi, alioquin pena mille marcharom auri ſibi ad invicem vice, & nomine ſuorum Comunium componere, et dare ſtipulatione ſolepni viciſſim appoſita promiſerunt Comuoi, vel Comunibus fidem ſervaotibus ab alio, vel aliis Comunibus quod, vel que contraveoirent, vel facerent, qooqoo modo preſtandum; et omnia dapna, et expenſas, que in predictis vel ratione predictorum, propterea haberentur, et fierent ſibi ad iovicem promiſerunt integra reſarcire. Pro quibus omnibos, et ſingolis ſic firmis tenendis, et inviolabiliter obſervaodis, dicti Syodici, et Procoratores vice, et nomioe ſuorum Comunium, et ipſa eorum Comunia, ac ipſorum bona omnia preſeotia, et futura viciſſim, generaliter, et ſpecialiter obligaverunt, renunptiando conditioni indebiti ſine cauſa, et ex injoſta cauſa, exceptione doli, omnique alii legum, et iuris, et cooſtituti auxilio ſibi vice, et nomioe ſuorum Comooium, ipſiſque omnibus, et eorum cuilibet competentibus, et competendis impoſterum contra predicta, vel aliquod predictorum.

Actum Piſis io Coria Archiepiſcopali in Eccleſia videlicet Sancti Davitii, preſentibus Domino Monaldo de Fighino, ee D. Pagano de Salmona Iudicibus Domini Comitis Guidonis Novelli, D. Goalterone de Soldaneriis, D. Tano de Gangalandi de Florentia, D. Dietaviva Vgolioi Iudice,

ce, Cive Sen. D. Gerardo de Faſcione Iuris Profeſſore, Gualteredo Soppentis, Raerio de Sancto Caſcisno, & Laborstore de Vico, Iudicibus, Piſanis Civibus, D. Iacobo de Ripa Marrancia Iudice, Cive Vulterre, D. Ranerio Nicholai de Sancto Geminiano, D. Paganello Domini Paganelli de Colle, & aliis pluribus adlegaris, & ſpecialiter convocatis teſtibus anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto ſecundum curſum Piſanum; & aono Domini Milleſimo ducenreſimo ſexageſimo quinto ſecundum curſum Florentie, & aliorum Comunium predictorum, Indictione octsve, die Sabbati, decimo Kalendas Iunii.

Inſuper anno Domini, & Indictione, & loco predictis, & preſentis ſupraſcriptis teſtibus, die Martia, ſeptimo Kal. Iunii ſupraſcripti Syndici omnes, & Guidaloctus q. Ildibrandini Anſaldi Syndicus, & Procurator Comunis, & hominum de Sancto Miniate ad hec ipecialiter cooſtitutus, ut in publico Inſtrumento manu confecto per Ranerium Notarium continetur ſyndicatus, & procuratorio nomine pro predictis eorum Comunibus fecerunt, contraxerant, & inhierunt ſorietatem, & unionem, & confederstionem perpetuo duraturam ſub modis, & conditionibus ſupraſcriptis, & promiſerunt, convenerunt, obligaverunt, atque fecerunt ſub eadem pena ipſi Syndici vice & nomine ſuorum Comunium ſibi ad invicem ſtipulantes ſolepni ſtipulatione interpoſita per ſingula Capitula, ut ſuperius continentur, ſupradictos Syndicos ſibi invicem promiſiſſe, conveniſſe, obligaſſe, renunptiaſſe, atque feciſſe per ſingula. Et iuravit idem Syndicus de Sancto Miniate vice, & nomine dicti ſui Comunis ad ſancta Dei Evangelia predicta omnia, & ſingula ſic firma tenere, & facere, & inviolabiliter obſervare, & contra non venire, vel facere per ſe, vel per alium quoquo modo, vel iure, aut quacumque ratione, vel cauſa, que dici, vel excogitari ullo ingenio poſſit.

Ego Benintende Notarius filius quond. Magiſtri Ildibrandini predictis interfui, & ea omnia, que ſuperius continentur rogatus ſcripſi, & publicavi.

Quoniam vero hic quaedam non ſuis annis, licet non ἀκαίρως, producta ſunt, alia quaedam adducere licebit, quae ſuperius ſuis locis inſerenda fuerant, ſed quae nondum ad manus mihi erant, adeoque non potui. Et primum obſervandum *Videricum* Marchionem, Praeſidem Tuſciae dici quoque in Diplomate dato anno MCXLIII. quod exſtat in Archivo Archiepiſc. Lucenſi ✠ A. 7. quodque ampliat & corrigit, quae de Tuſciae Praeſidibus ſuperius *pag.* 343. diſſerebamus. Diploma autem *Henrici VI.* Eccleſiae Volaterranae conceſſum, cuius memini ſupra *pag.* 341. ex Archivo Volaterrano erutum eſt inſequens.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Henricus Divina favente gratia Romanorum Rex Auguſtus. Exemplarem Regie Maieſtatis decet eminentiam iuſtis fidelium ſuorum deſideriis benignam ſe prebere & commodam; & illorum propenſis votis Sue Serenitatis aures accommodare, quorum devotionem lucidam & fidem occultam preclara in dies commendant obſequia. Inter quos dilectum fidelem Principem noſtrum Ildebrandum venerabilem Vulterran. Epiſcopum reputantes, cum ſue honeſtatis, & conſpicue devotionis, cuncta nobis clareſcant inditia, & perfecte dilectionis, quam noſtre parenter gerit Maieſtati; & ob meritum fidelitatis, quam Sacro Romano Imperio exhibere & ſemper exhibuiſſe dignoſcitur; effectuoſius cum in petitionibus ſuis exaudire decrevimus, ea, que Sereniſſimus Pater noſter munifica liberalitatis ſue largitate aliquando conceſſit predeceſſoribus eius, & Vulterrane Eccleſie, preſentis privilegii robore confirmantes; etiam de ſua probitate capientes fiduciam, quod quanto preces eius familiarios recipimus, tanto ipſum in noſtris & Imperii ſerviriis tanquam plantam fructiferam fideliorem inveniſmus. Ea propter univerſis Imperii fidelibus, preſentis videlicet etatis, ac ſucceſſive poſteritatis, notum fieri volumus, quod nos ad ſupradicti Principis noſtri interventum, ipſam Volterranam Eccleſiam cum univerſis, que ex antiquo, aut ex novo, tempore poſſidet; aut in futurum iuſte & rationabiliter poterit adipiſci; clipeo noſtre protectionis tuendam ſuſcepimus & defenſandam, univerſa que ad ipſius Eccleſie iuſtitias & iura pertinentia noſtra evidenter auctoritate confirmantes. Quorum quedam propriis ſuis nominibus denotare dignum duximus. Vulterranam videlicet Civitatem cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum omni iuriſdictione, quam nos in Civitate predicta habemus, & idem Epiſcopus a nobis tenet, cum omni etiam uſu & conſuetudine, quam Vulterrana Eccleſia hactenus in ea habuit; Caſtrum Sancti Geminiani, & Caſtrum de Monte Vultrario, & Caſtrum de Caſula, & Caſtrum de Cluſlino, cum omnibus per-

tinentiis ſuis. Similiter cum iuriſdictione noſtra, & cum omni uſu & conſuetudine, medietatem Caſtri Gerſalchi, cum argentifodinis ſuis & omnibus pertinentiis & iuriſdictione ſua; medietatem Caſtri Travalis cum pertinentiis ſuis; totum Caſtrum Foſini, cum pertinentiis ſuis. Quartam partem Petre Corbstie cum pertinentiis ſuis, totum caſtrum Froſini cum omnibus pertinentiis ſuis, & iuriſdictione ſua. Quidquid Eccleſia Vulterrana habet in Tremuli cum pertinentiis ſuis, Licciam cum pertinentiis ſuis, medietatem Caſtellionis Bernardi cum pertinentiis ſuis, Montem Cerboli, Berignone, Vlignano, Pulicciano, Gambaſſum, Collemuſuli, Montemacutulum, medietatem Stagie, tertiam partem Barbialle, tertiam partem Scopeti, medietatem Leguli, medietatem Vignalis, medietatem Caſtelfalfi, tres partes Ripe Poiuli, medietatem Caſtri de Monte Tioioſi, Caſtrum Cisnni, Caſtrum de Peciole, Laiaticum cum omnibus pertinentiis ſuis, & iuriſdictione predictorum Caſtrorum; tres partes Pave, Caſtrum Bibonis cum pertinentiis ſuis, medietatem Podii Vivarii, totũ Caſtrum Catalie, totum Gellum, medietatem Stridi cum pertinentiis ſuis, Caſtelvecchium, Pichenam, Foſchium, Caſsliam de Valle Elſe cum pertinentiis ſuis, Muchium, Caſtrum S. Benedicti, Villam Giuncarii, S. Mariani, S. Victoris, Pettam, medietatem Aquevive, Bucignanam, podium Montiscaſtelli ſitum iuxta Bucignanam, & podium Montiscaſtelli ſitum iuxta Strove, Monteſcianum, podium Montiſfalconis poſitum ſuper Ruſianı, Michianum, Belſortem, Montemgemmoli, Quercetum, Saſſam, Cannetum, Caſellem, Rovetum, Caſalem, Sarzanum, Corniam, Montemviridem, Burianum, Miemom, Orciaticum, Agnanum, Petramcaſſam, Montemcuccari, Gezanum, tertiam partem Menziani cum pertinentiis ſuis. Porro de aliis duabus partibus que ad glorioſiſſimi Patris noſtri & noſtram rationem ſpectant, prenominato Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſie Vulterrane Regalis munificentie largitate concedimus, omnem iuriſdictionem, ſcilicet, & quidquid iuris in eis habemus, ita videlicet, ut hominibus predictarum duarum partium terras aut poſſeſſiones ſuas alicui perſone non liceat ullo tempore obligare, vel ullo modo alienare, ſine permiſſione Vulterrani Epiſcopi, niſi Epiſcopo & Eccleſie Vulterrane. Preterea caſtrum Montelii prenominato Epiſcopo confirmamus, & Argentifodinas, que ibidem ſunt, cum omnibus pertinentiis ſuis Regia liberalitate concedimus, eo videlicet tenore, quod prenominatus Epiſcopus & ſui ſucceſſores no-
bis

bis noſtriſque ſucceſſoribus pro ipſis argentifodinis XXX. marcas argenti examinati ad pondus Camere noſtre annuatim perſolvant. De toto etiam Epiſcopatu & Comitatu Vulterrano omnem iuriſdictionem & quecumque regalia ad ius noſtrum pertinent, & preterea fodri collectionem, prenominato Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus munificentia noſtra concedimus; ita tamen ut ipſe Epiſcopus ſuique ſucceſſores nobis noſtriſque ſucceſſoribus XXX. alias marcas argenti puriſſimi ad pondus Camere noſtre annuatim perſolvant, excepto eo anno, quo nobis generale fodrum noſtrum per totam Tuſciam congregare placuerit, tunc nihilominus fodrum noſtrum principale per manus Epiſcopi de Epiſcopatu & Comitatu Vulterr. colligemus, & eum ab hac XXX. marcarum penſione eo anno liberum dimittemus & abſolutum. Statuimus etiam ut in Civitate Vulterrana, & in Sancto Geminiano, & in Monte Vultrario, & in Caſula, Conſules non eligantur, nec ullo modo abſque conceſſione & voluntate Vulterrani Epiſcopi. Decernimus etiam ut de poſſeſſionibus Vulterrane Eccleſie iniuſte detentis vel quoquo modo poſſeſſis, iniuſti poſſeſſores adverſus predictam Eccleſiam nulla ſe poſſint longi temporis preſcriptione tueri, niſi forte centum annorum preſcriptione muniti fuerint. Concedimus inſuper ſepe dicto Epiſcopo & Eccleſie Vulterrane Caſtrum de Montegabbro, & Curiam Gabreti cum pertinentiis ſuis, & podium Montis Calvoli cum pertinentiis ſuis, & podium de Ripablanca, & Ripammarrantiam, & generaliter ut liceat Epiſcopo hec & omnia alia podia, que ſunt in Epiſcopatu vel Comitatu ſuo edificare, & conſtruere in eis caſtra & turres. Caſtrum de L. bbiano. Concedimus etiam ipſi Vulterrano Epiſcopo ut liceat ei civiles & criminales cauſas uni vel pluribus ſicut ipſi placuerit terminandas delegare. Ad hec Auguſtali noſtra auctoritate firmiter ſancimus ut nullus unquam Dux vel Marchio aut Archiepiſcopus, Comes aut Viccecomes, nulla prorſus eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona, predictum Epiſcopum & Eccleſiam Vulterranam in omnibus ſupradictis infeſtare, diveſtire, aut aliquovis modo audeat perturbare. Si quis autem quod abſit contra huius Regalis edicti ſtatutum venire tentaverit, Regali banno noſtro, & inſuper pene centum librarum auri puriſſimi ſubiaceat, medietate una Camere noſtre, alia vero medietate Vulterrano Epiſcopo & Eccleſie, perſolvenda; quam etiam ipſi Epiſcopo liceat a traſgreſſoribus exigere, &
eam,

eam, que nos contingit, medietatem nobis conſervare. Et tam hec quam omnia ſupradicta, ſalva per omnia Regali iuſtitia noſtra, preſenti privilegio, aureo Maieſtatis noſtre ſigillo inſignito confirmamus, & de omnibus plenam ei iuriſdictionem concedimus. Concedimus etiam firmiterque ſtatuimus ut ſepe dictus Ildebrandus Epiſcopus cariſſimus fidelis noſter & illuſtris Princeps Imperii, tam in facienda iuſtitia, & pace manutenenda, quam in fodro colligendo, & ceteris que ad ius & honorem noſtrum ſpectant, per totum Epiſcopatum & Comitatum Vulterranum vice noſtra ordinet & diſponat. Preterea Caſtrum Suvere cum pertinentiis ſuis, Caſtrum Vecchienne cum pertinentiis ſuis eidem Epiſcopo confirmamus, & ſuis ſucceſſoribus. Sancimus etiam ut ſi quod ſcriptum contra Epiſcopatum, vel Comitatum Vulterranenſis Eccleſie impertitum fuit indultum, vel in poſterum ab aliquo fortaſſis fuerit impertitum, caſſum & inutile habeatur. Huius rei teſtes ſunt Rodulfus Imperialis Aule Prothonotarius, Petrus Prefectus Vrbis, Oddo Frangens panem, Leo de Monumento, Comes Henricus de Dietiſalve, Comes Pandulfus de Anguillaria, Henricus Teſta Marſcalcus, Philippus de Bonlandis, Marquardus Dapifer, & alii quamplures.

Sigillum Domini Henrici VI. Romanorum Regis inviċtiſſimi.

Ego Guido Imperialis Aule, & Sacri Palatii Domini Friderigi Not.

Ego Godefridus Aule Cancellarius vice Domini Philippi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italie Archicancellari recognovi.

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis M. C. LXXXVI. Indictione IV. regnante Domino Henrico VI. Romanorum Rege glorioſiſſimo, anno regni eius XVIII.

Datum apud Caſtrum Sancti Miniatis V. Kalendas Septembris feliciter, amen. Hoc autenticum vidi & magna cum diligentia fideliter exemplavi.

Ea quae differui *pag.* 355. & 397. de *Reginaldo* Spoleti Duce, & Tuſciae Legato, iis, quae de eodem excommunicatione punito habet *Odericus Rainaldus* ad annum MCCXXIX. *pag* 12. illuſtrantur & ſunt ſequentia *Gregorii IX.* verba:

Excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra, omnes haereticos Catharos, Paterinos, Pauperes de Lugduno, Arnaldiſtas, Speroniſtas, & Paſſaginos, & omnes alios, quocunque nomine cenſeantur, & omnes fautores, receptatores, & defenſores eorum. Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac noſtra, Fridericum dictum Imperatorem pro eo quod contra ſententiam excommunicationis a venerabili fratre Albanen. Epiſcopo, & Gual. bonae memoriae quondam tituli S. Marci presbytero Card. de voluntate, & aſſenſu ſua auctoritate Apoſtolicae Sedis latam, ad terminum, quem ſibi praefixit, non transfretavit, ſicut promiſit, nec promiſſum numerum militum ſuis expenſis pro ſubſidio Terrae ſanctae miſit, vel tenuit; nec in Terram ſanctam promiſſam pecuniam ſtatutis ab ipſo terminis deſtinavit.

Item pro eo quod Archiepiſcopum Tarentinum ad ſedem propriam, & populum ſuum, accedere non permittit; & quod Templarios & Hoſpitalarios bonis mobilibus & immobilibus, quae habebant in Regno, ſpoliavit: & quia compoſitionem factam inter ipſum, & Comitem Celanenſem, & Raynaldum de Averſa, pro cuius obſervatione Eccleſia Rom. ad eius inſtantiam fideiuſſit ſervare contempſit, & quod Comitem Rogerium cruceſignatum, ſub protectione Apoſtolicae Sedis receptum, Comitatu & terris ſuis penitus ſpoliavit, ac filium in captivitate detentum ad mandatum Apoſtolicum ſaepius iteratum reſtituere non curavit.

Item excommunicamus eum, & anathematizamus pro eo quod ab oppreſſionibus, & ſpoliationibus Eccleſiarum, & perſonarum eccleſiaſticarum & conculcatione eccleſiaſticae libertatis monitus non deſtitit.

Item excommunicamus eum, & anathematizamus, pro eo quod ab oppreſſione pupillorum, orphanorum, & viduarum, ſeu nobilium, & aliorum hominum Regni, vel deſtructione eiuſdem, quod ad Romanam Eccleſiam ſpecialiter noſcitur pertinere, pro quo Eccleſiae Rom. iuramentum fidelitatis exhibuit, & homagium praeſtitit, monitus non ceſſavit.

Item quia contempta excommunicatione ad mandatum Apoſtolicum non rediit, omnes qui ſunt ei iuramento fidelitatis adſtricti & ſpecialiter homines Regni, a iuramento, quo ſibi tenentur, denuntiavimus, & denuntiamus abſolutos, quia Deo & Sanctis eius adverſanti, atque eius praecepta calcanti, nulli fidelitatem ſervare tenentur. Praeterea civitates, caſtra, & omnia loca, ad quae ipſe pervenerit, eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, ut quandiu praeſens fuerit, ibidem nulla di-

divina officia celebrentur, officio beneficioque privantes omnes cuiuscumque profeſſionis, vel ordinis, qui ei, poſtquam denunciatus fuit excommunicatus a nobis, divina auſu temerario celebrarunt; vel antequam ad mandatum Eccleſiae redeat, de caetero celebrabunt.

Item excommunicamus, & anathematizamus Roynaldum filium quondam Conradi Ducis Spoleti, pro eo quod occupavit, & occupat patrimonium Eccleſiae in Marchia, & alibi, & omnes, & ſingulos, cuius vel quorum auctoritate, auxilio, conſilio, vel favore talia fecit, vel facit, vel faciet in futurum.

Item civitates, caſtra & alia loca omnia, ad quae idem Raynaldus pervenerit, quamdiu ipſe ibidem praeſens fuerit, eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto.

Item excommunicamus, & anathematizamus Bertoldum filium quondam Conradi Ducis Spoleti, pro eo quod caſtra S. Quirici occupavit, & detinet occupata, & terram Eccleſiae Rom. invadit hoſtiliter, & moleſtat; & omnes, qui in hoc ei praeſtat auxilium, vel favorem.

Item excommunicamus Aegidium de Palumbaria, & Nicolaum de Arcione, ac Petrum Gregorii Pagurae cives Romanos, pro eo quod Friderico dicto Imperatori, ac Raynaldo & Bertoldo filiis Ducis Conradi, contra Rom. Eccleſiam praeſtiterunt, & praeſtant conſilium, auxilium, & favorem.

Item excommunicamus, & anathematizamus Comitem Fuxen. & Vicecomitem Biterrenſem, & alios, qui eis praeſtant auxilium, conſilium, & favorem.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios Bullae noſtrae.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui in terris ſuis nova pedagia imponunt.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Apoſtolicam Sedem euntes, vel redeuntes, capiunt, ſpoliant, vel detinere praeſumunt, nominatim Caſtellanum de Sancto Miniato, quia multos venientes ad Sedem Apoſtolicam ſpoliavit.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, vel lignamina, deferunt Saracenis, quibus Chriſtianos impugnant.

Item excommunicamus, & anathematizamus Theodorum dictum Cominiano, & omnes qui praeſtant auxilium, conſilium, vel favorem: & qui ei equos, arma, ferrum, vel lignamina, portant, quibus impugnat Latinos.

Item excommunicamus, & anathematizamus nobilem virum Gauf. idum de Luzinia-co Vicecomitem Caſtri Strandi Pictavienſis dioeceſis propter damna gravia & iniuriae, quae . . . Abbati & Conventui Malliacenſi, & Monaſterio eorumdem enormiter irrogavit, & adhuc irrogare non ceſſat.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui Abbatem & Canonicos S. Quirici de ipſa Eccleſia expulerunt, & qui caſtra ipſius Eccleſiae occuparunt, & detinent occupata, & faciunt detineri.

Item excommunicamus, & anathematizamus Vbaldum civem Piſanum, pro eo quod contra iuramentum praeſtitum Eccleſiae Rom. hoſtiliter intravit Sardiniam ad Rom. Eccleſiam pertinentem, & partem ipſius terrae violenter detinet occupatam: qui etiam ad mandatum dilecti filii G . . . tituli S. Marci presbyteri Cardinalis A. S. L. pignora pro ſatisfactione non praeſticit, nec in aliquo ſatisfecit.

Item excommunicamus omnes illos, qui eidem in occupanda vel detinenda terra praedicta conſilium, auxilium praeſtiterint vel favorem.

Hic autem idem *Reginaldus* teſtis fuit Diplomati a *Friderico II.* conceſſo Comitibus Montis Acuti, quod ita habet:

Federicus II. Divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Sicilie. Imperialis munificentie opera circa ſubiectos benivola, & maxime circa illos, qui fideles per experientiam comprobantur, extendi ſolet ad munera, ut qui fuerunt fideles in opere, eorum fides appareat in muneribus gratioſa; inde eſt quod nos attendentes fidem, & devotionem & grata ſervitia, que Albertus, Matteus, & Thebaldus, de Monteacuto, & eorum predeceſſores Maieſtati noſtre, & noſtris anteceſſoribus preſtiterunt, & potuerunt in acto exhibere; ideo eos, & eorum poſſeſſiones, & bona, & homines, & univerſa, que ad ipſos pertinent, in ſpecialem noſtre Maieſtatis protectionem recipimus, ſtatuentes firmiter & diſtricte precipientes ut nullus hominum eos in perſonis, vel in rebus moleſtare audeat, nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Vicecomes, Comes, vel Comune, nec aliquis noſtrorum eis in aliquo gravamen inferre preſumat. Ad hec autem eiſdem noſtris fidelibus de benignitate Imperatorie Maieſtatis eorum ſervitiis & devotionibus reſpondentes concedimus atque largimur Armannos, Allodarios, Lombardos, qui ſunt in diſtrictu eorum, fodrum, & omnem rationem, que ad nos pertinet de terris, & puſſeſſionibus eorum, ſive de homi-

hominibus qui ſunt in diſtrictu eorum. Sancientes firmiter ut ab omni inquietudine ac datione immunes omnino permaneant, inſuper ipſis & eorum heredibus concedimus & confirmamus forum in Caſtilione quarta feria Imperiali auctoritate ut forum ibi manuteneant, & defendant; precipientes quod nullum aliud fiat ipſa die quod iam dictum impediat forum. Inſuper predicto Matteo, clementi benignitate indulgemus, ut domum ſuam, quam habet in Caſtro Cirerne pro ſuo velle muret & edificet, nullaque perſona, humilis vel alta, ſecularis vel eccleſiaſtica, ipſum in hoc impedire vel moleſtare preſumat; & predicta omnia confirmamus ſicut in privilegiis dive recordationis Patris noſtri Imperatoris Henrici plenius continetur. Si quis vero contra hoc noſtrum edictum venire tentaverit triginta libras optimi auri pro pena perſolvat, medietatem Camere noſtre, reſiduum paſſis iniuriam, & hoc noſtrum mandatum, ut ratum habeatur & firmum impreſſione noſtri Sigilli iuſſimus communiri. Huius rei teſtes fuit Guarnerius de Bollan. Imperialis Dapifer, Anſelmus de Iuſtingen Imperialis Mareſcalcus, Rainaldus Dux Spoleti, Gulielmus Marchio Montis Ferrari, & Roffredus de Benev. Iuris civilis Profeſſor, & Imperialis & Regalis Curie Magiſter, & Iudex, & Palmerius Scirpell. Rainerius de Perod. Canditvin. & alii quamplures. Datum in Caſtello Epiſcopatum Sav. anno Dominice Incarnationis M. CC. XX. in die intrante menſe Decembris, Indict. nona.

Datum Senis anno Dom. MCCCLV. Indict. VII. Quinto nonas Maii, regnorum noſtrorum anno nono, Imperii vero . . . .

Teſtis etiam fuit in ſequentibus Diplomatibus apud *Muratorium Tom. I. Antiq. pag.* 391. & in meo *Tom. III. Deliciarum Eruditorum pag.* 254.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Fridericus Secundus, divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Sicilie. Iuſtis fidelium poſtulationibus Imperialis clementia benevolum debet aſſenſum impendere, & illos favorabili debet affectu proſequi, quos fidei puritas & grata ſervitis nobis exhibita plurimum recommendant. Ea propter notum facimus univerſis Imperii fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod nos reſpicientes ad puram fidem & ſinceram devotionem, quam dilectus fidelis noſter Ildibrandus Comes Palatinus de Tuſcia ad noſtram excellentiam habet fideliter & conſtanter: conſiderantes quoque preclara obſequia, que nobis & Imperio inceſſanter exhibuit, & in antea devotius exhibebit; volentes eidem Comiti pro meritis reſpondere, Civitatem ſuam Groſſeti, & univerſos Cives eiuſdem cum omnibus bonis ſuis, que nunc poſſident, & in antea poſſidebunt, nec non infraſcriptas perſonas, quas propriis nominibus duximus inferius denotandas; videlicet Panogliam & Minglantem Comites, cum illis de domo ſua, Vgonem de Valcorteſe & fratres ſuos, Vgotionem de Saxoforti & fratres eius, Panfoliam de Collis, Gerardum de Vignali, & Gualfredum fratrem eius, Ranerium de Mendico & Guidonem fratrem eius, Guidonem Vicecomitem de Montalto, Maurum de Groſſeto & filios, Gerardum Benardinum de Ornazano, Comites Gherardeſco, filios Comitis Engerami de Biſerno, Vgolinum filium Vicecomitis de Campilio, Bonifacium Comitem de Civitella, & illos de domo ſua, Gregorium de Sancto Geminiano, Cacciacomitem de Collis & fratres eius, Ranaldum de Collis & illos de domo ſua Pennatum & illos de domo ſua, Vicedominos de Maſſa, Maneium de Scolari & fratres eius, Aur cum de Aritio & fratres eius, & Bernardinum de Malliano fideles noſtros & Comitis memorati, cum omnibus ſuis feudis, que ipſi a predicto Comite poſſident & recognoſcunt, & que predeceſſores eorum a predeceſſoribus eiuſdem Comitis poſſederunt & tenuerunt; necnon & cum aliis bonis ſuis ſtabilibus & mobilibus ſub noſtra protectione ſpeciali & defenſione Imperii ſuſcepimus, & eos ac heredes eorum demanio noſtro proprio & Imperii recepimus perpetuo retinendos. Concedentes eidem, ſuiſque heredibus, ac Imperiali auctoritate ex certa ſcientia confirmantes omnes terras, poſſeſſiones, tenimenta, & bona omnia ſtabilia & mobilia, que nunc poſſident, & in poſterum dante Domino poterunt adipiſci. Statuimus igitur, & Imperiali edicto firmiter ſancimus, ut de cetero nulla Civitas, nullum Commune, nullus Comes, Vicecomes, & nulla unquam perſona, magna vel parva, eccleſiaſtica vel ſecularis, predictos fideles noſtros & Comitis pretaxati, vel eorum heredes, Civitatem etiam prefatam, & Cives eiuſdem, contra huius noſtre protectionis & confirmationis paginam audeant moleſtare vel modo aliquo . . . . . ſed ſub noſtra prote-

ctione & defenſione, & demanio noſtro & Imperii, liberi & quieti conſiſtant. Quicunque autem contra hanc noſtram protectionem & confirmationem venire preſumpſerit, indignationem noſtram ſe noverit graviter iocurſurum, & pro pena centom libras auri optimi compoſitiurum, medietatem quidem Camere noſtre, aliam medietatem iniuriam paſſis. Vt autem hec noſtra conceſſio & confirmatio robur obtineat perpetuum, & inviolabile firmamentum, preſens Privilegium ſcribi, & Sigillo noſtre Celſitudinis iuſſimus inferius roborari. Huius rei teſtes ſunt Gualterius Cataniensis Epiſcopus Regni Sicilie Cancellarius, Berardus Panormitanos Epiſcopus, Berardus Tarentinus Epiſcopus, Meſſanenſis Archiepiſcopos Nicholaus, Duipaldus Marchio de Hoburg, Ranaldus Dux Spoleti, Anſelmus de Iuſtigen Mareſcalcbus, Conradus de Verda Camerarius, Fridigus de Stoph Pincerna,

Signom Domini Friderici ✠ invictiſſimi Romauorum Imperatoris ſemper Auguſti & Regis Sicilie.

Dat. apud Meſſanam, anno Dominice Incarnationis MCCXXI. menſe Madii, Indictione IX. Regoante Domno Friderico Romanorum Imperatore gloriuſo ſemper Augoſto, & Rege Sicilie. Anno Regni eins in Germania IX. XXIII. Imperii vero eius anoo primo, feliciter. Ameo;

Ego Chriſtophorus de Turre Maritime Imperiali auctoritate Notarius, viſo Inſtumento originali, viſo etiam exemplo preſenti ex predicto originali Inſtrumento extracto, ita quod nihil erat additum vel diminutum, unde verus ſenſos mutari poſſit, coram teſtibus infraſcriptis ram originale predictum pendente Sigillo Domini Friderigi Sereniſſimi Imperaroris ſemper Auguſti, quam preſens exemplum diligenter legi & abſcultavi, ideuque meum ſignom appoſoi.

Ego Guilielmus de Adria Civis Groſſetanus, Imperii Iudex ordinarios, viſo originali &c.

Ego Benectuccius de Groſſeto, auctoritate Imperiali Notarius, viſo originali Privilegio &c.

Ego Lotharius, auctoritate Imperiali Notarius hoc exemplum Privilegii, Sigillo pendeote cere Domini noſtri Sereniſſimi Friderici II. Romanorum Imperaturis roborati, ſcripſi & publicavi, ut in origi-

asli

nali Privilegio predicto inveni, legi, & abſcultavi cum predictis Dominu Guilielmo Iudice, Chriſtophuro, & Benectuccio Notariis coram teſtibus Domno Bonizzo & Compagno Presbiteris Canonicis Groſſeti, & Presbitero Iohanne filio Domini Alberteſchi de Silvis, Dicetule quondam Domini Ranuccini Tiezi de Groſſeto &c. ad hec rogatis & vocatis, ſub anno Domini MCCXLIX. Indict. VII. octavo Kalendas Maii, Groſſeti in Eccleſia maiori.

Iu *Tomo III. Deliciarum Eruditorum* eſt inſequens.

Fridericus Dei gratia Romanorum ſemper Augoſtus, Hieruſalem, & Sicilie Rex. Licet gratie Imperialis benignitas ſingularis fidelibus, & devotis ſuis favorabilem exhibere ſe debeat, illis ſpecialiter favorabilior eſſe tenetur, qui mundanis voluptatibus abdicatis omnino, ſoli ſervitio illius celeſtis Principis adheſiſſe noſcuntur, quem adorant & metuunt Reges terre, & de prudentia eius faſtigium tanti nominis ac dignitatem adſumont. Inde eſt igitur, quod notum eſſe volomus univerſis fidelibus noſtris per imperium conſtitotis tam preſentibus, quam futuris, quod Frater Benignos venerabilis Abbas Monaſterii Vallisumbroſe devotus noſter per nuncium & Monachum ſuum Fratrem Iacobum duo privilegia, unum videlicet Friderici Imperatoris recolende memorie quondam Avi noſtri, & aliod Henrici tunc Regis & Imperatoris admodum pie recordationis Patris noſtri, unius per omnia, eiuſdemque tenoris, noſtre Celſitodini preſentavit, in quibus vidimus contineri, qualiter predicti Avus, & Pater noſter Vallumbroſanam Eccleſiam cum omnibus Monaſteriis Vallumbroſane Congregationis ubilibet poſitis, ſub ſua protectione receperant, ſtatuentes, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla Civitas, nulla perſona parva, vel magna, eccleſiaſtica vel ſecularis, predicta Mooaſteria inqoietare audeat, vel eorum poſſeſſiones, vel reliqua bona, auferre, minuere, vel quocumque modu vexare preſumat, ſed cuncta que eiſdem Munaſteriis oblata ſunt, vel obferri contigerit, vel aliis quibuſque modis iuſte acquiſita ſunt, vel in futuro acquiſierint, libera, & quieta ſervorum Dei ſervitiis & utilitatibus ſubiaceant. Preterea Imperiali auctoritate conceſſerunt

& coo-

& confirmavere eidem Vallumbroſane Ecclesie & eius Monsſterio, ſalva io omnibus Imperiali ioſtitia, quecumque iuſte poſſident, vel in foturo poſſeſſuri ſunt, ut nulla Poteſtas, nulla Civitas, nec Florentia, nec alia, fodrum aliquod, vel diſtrictum, vel aliquam exactionem a ruſticis, vel converſis, prefatorum Mooaſteriorum exigere vel accipere preſumat, penam centum librarum auri puriſſimi tranſgreſſoribus impooentes. Vnde memoratus Abbas Ceiſtodini oostre humiliter ſupplicavit, ut predictum Monaſterium Vallisumbroſe cum omnibus aliis Monsſteriis ſuis ſub ſpeciali gratia, & protectione noſtra recipientes, predicta privilegia Avi & Patris noſtris recolende memorie coofirmare in perpetuum de noſtra gratia dignaremur. Nos autem io operibus miſericordie, & pietatis prefatum Avum & Patrem imitari volentes & conſiderantes etiam religionis obſervantiam, & vitam laudabilem memorati Abbatis, & Fratrum ſuorum, pro remedio Progenitorum noſtrorum, & conſervatione ſalutis noſtre, ſupplicationes eius favorabiliter admittentes, Monsſteriom ipſum eum omnibus Monaſteriis ſibi ſubiectis, & eorum bona ſub ſpeciali protectione noſtra recepimus, & dicta duo privilegia, & qoecumque continentur in eis, auctoritate Imperiali perpetuo coofirmamus, ſtatuentes, ut nulla omnino perſona, alta vel humilis, eccleſiaſtica vel ſecularis, Monaſterium ipſum Vallisumbroſe, vel quodlibet Monaſteriorum ſuorum, & eorum bona contra preſentem confirmationem moleſtare in aliquo, ſeu perturbare preſumat, quod qui preſumſerit indignationem noſtram, & penam quinquaginta librarum auri, preter penam in privilegiis iam memoratis expreſſim pro tante temeritatis audacia ſe noverit incurſurum; medietatem Camere noſtre, & aliam medietatem paſſis iniuriam perſolvendam. Ad huius itaque confirmationis noſtre memoriam, & robur perpetuo valiturum preſens privilegium fieri, & Sigillo Maieſtatis noſtre iuſſimus communiri. Huius rei teſtes ſunt Albertus Magdeburgenſis, & Lando Reginus Archiepiſc. Curienſis Epiſcopus, & Abbas S. Galli. Cicenſis Epiſcopus . . . . . Brixen. electus. Iacobus Taurinenſis, M. Imolen. & Brixen. Epiſcopi. L. Langravius Turingie. Albertus Dux Saxonie. Rainaldus Dux Spoleti. H. Magiſter Domus Teotonicorum S. Marie in Hieroſalem. Azzo Marchio Eſten. Comes G. de Vienna, & frater eius. Comes de Queu reberte, & alii quamplures.

Signum Domini Friderici II. ✠ Dei gratia invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Hieruſalem & Sicilie Regis.

Acta ſont hec anno Dominice Incarnationis MCCXXVI. menſe Maii, XIV. Indictione, regnante Domino noſtro Friderico II. Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Hieruſalem & Sicilie Rege, anno Imperii eius ſexto, Regni Hieruſalem primo, Regni vero Sicilie XXVIII. feliciter. Amen.

Data apud Parmam anno, menſe, Indictione preſcriptis.

Produceodom etiam Inſtromenta qoſedam ex Archivo Ciſterceoſium Florentiae, quod in aia Sancti Mioistis mentio fiat.

In Dei nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen. Ad futuri temporis memoriam ex ſobnotatis appareat, Quod Datus Notarius quond. Vg.itui de Stramba Procurator conſtitutus a Domino Comite Raynerio de Baigura pro ſe & filiis & nepotibus ſuis, & pro Comitibus Guelfo de Donoratica, Alberto de Segulari, & Bonifatia de Donaratica, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis de domo Gherardeſca, & pro illuſtri vira Domina Petra Iud. Arboree, & pro nobilibus viris Vgolino Vic. quond. Gottifredi, & Gottifredo eius nepote, & Guilelmo Vic. quond. Giberti Vic. & pro omnibus fidelibus & amicis partem eorum tenentibus, & pro Francisci dicta Fabra, & pro omnibus & ſingulis fidelibus & amicis eorum, & Gerardus & Guido germani quond. Rayneris Bavi pro ſe ipſis & omnibus & ſingulis hominibus & perſonis de doma Gualandingorum, & etiam pro omnibus & ſingulis eorum amicis & fidelibus & conſanguineis eorum partem tenentibus, & Gherardus Guinizabalti pro ſe, & pro Ranuccio Benecti, & Bartholomeo eius filio, & pro aliis ſuis filiis, & Ferraose quond. Benecti, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis de domo Sexmundi ex utraque parte Civit. & pro omnibus amicis & fidelibus ſuis dictam partem ſuam tenentibus, & pro ſe ipſis & pro Hermanno de Parcagi, & eius fidelibus & amicis eorum dictam partem tenentibus, & pro Lambertuccio Caſcimo, & cum omnibus ſue domus, & pro aliis omnibus cohabitatoribus & conſederatis eorum, videlicet pro Capitaneis Campagnie nave, que facta fuit in Kalleri dicte de Gamarra, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis eiuſdem Compagnie, & nominatim pro Opsthina de Ripafracta, & Vga-

Vgolino & Raynerio de Saxetta, & pro eorum filiis, & pro nobili viro Saracean Albith. Cald. Capitan. Compagnie Concordie Piſane Civitatis Capitaneo nomine, & pro ipſis Compagniis Vlt. & pro Compagniis de Spada, & Roſſa, & de Orbellis, & Compagnia Pontis maris, & Compagnia de Ponte novo, & pro Compagniis de Roſa, & de Ranza, & de Leone Imperiali, & de Cervo, & de Viola, & de Tabula Rotunda, & de Sanguineis, & de Riangettis, & de Luna, & de Gigliis, & de Aquila, & de Branza, & de Spiedis, & de Ciabira, & de Cruce S. Sebaſtiani, & de Cruce S. Criſtine, & Cruce de Vite, & de S. Paulo, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis ſupraſcriptarum Compagniarum, & pro nobili viro Domino Guatacotto Capitaneo Societatis Concordie Piſane Civitatis & diſtrictus, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis, qui in dicta Societate ſunt & iuramento tenentur, & pro omnibus hominibus & perſonis Civitatis Piſarum, eorum partem tenentibus, & qui eorum parti favorem dederunt, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis Piſani diſtrictus dictam eorum partem tenentibus, & pro Comuni de Vico, & pro hominibus & perſonis dicti Comunis, & pro Comuni de Bugti, & pro omnibus hominibus dicti Comunis, & pro Comuni de Calcinaia, & pro omnibus hominibus & ſingulis perſonis einſdem Comunis, & pro Opesbingis, & Gadulingis, & pro Pleberio Caſcine, & pro omnibus hominibus & perſonis dicti Pleberii, & pro Pleberio S. Laurentii de Curtibus, & pro omnibus & ſingulis ipſius Pleberii, & pro omnibus hominibus & ſingulis perſonis Vallis Arni, & Comuni de Pecciole, & pro omnibus hominibus & perſonis ipſius Comunis, & pro Comuni de Monte Foſcoli, & Corie Laiatici, & pro Comuni de Monte de Morrona, & hominibus ipſius Comunis, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis Vallis Here eorum partem ſupraſcriptam tenentibus, & qui eorum parti favorem dederunt & dant. Et qui cum eis, vel aliquo eorum partis, ſeu in eorum partem aliquod iuramentum de favore eorum parti preſtando fecerunt, ut pro Comuni de Montopuli, & hominibus ipſius Comunis, & pro Comuni, hominibus & perſonis de Palaria, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis terrarum aquiſitarum eorum partem predictam tenentibus, & qui cum eorum parte iuraverunt de favore preſtando, & pro Comunibus de Vada, & Roſignano, & pro omnibus & ſingulis predictorum Comunium, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis Collinarum eorum partem predictam te- *tenentibus, & pro Comuni de Bibbona & hominibus ipſius Comunis, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis Saxtoris de Monte Vallis Serchii, & pro omnibus & ſingulis hominibus Comunis de Ripafracta, & pro omnibus hominibus & perſonis Vallis Serchii eorum partem tenentibus; Et pro nobili viro Vguccione Comite de Campiglia, & pro ſuis amicis & fidelibus, eorum partem tenentibus, & pro Guglielmo de Vſerno, & pro eius fidelibus & amicis eorum partem tenentibus, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis de Suvereto, & de Viſdominis de Maſſa, & pro eorum amicis & fidelibus eorum predictam partem tenentibus, & pro Curteve chia quond. Rabbiti, & pro de Ripafracta eorum partem predictam tenentibus, & pro Henrico Cenciano, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis de Calci, & de Monte Magno, & de Caprona, & de Capitania Podemontis eorum predictam partem tenentibus, & pro viris nobilibus filii quond. Vbaldi de Bagno, & pro eorum hominibus & fidelibus & amicis eorum predictam partem tenentibus, & pro nobilibus viris filii Raymundi de Verſilia eorum partem tenentibus, & pro eorum hominibus & fidelibus & amicis, qui predicte eorum favorem dederunt, & pro nobilibus viris de Corvaria predictam eorum partem tenentibus, & pro nobilibus viris de Caſtello, & eorum hominibus & fidelibus & amicis eorum partem tenentibus, & pro nobilibus viris Gulielmo Marchione quond. Andree & Bartulomeo de Maſſa, & Corrado Marchione dicto de Talea, & pro eorum fidelibus & amicis predictam partem eorum tenentibus, & pro Comuni & omnibus & ſingulis Comunis de Maſſa, & pro nobilibus viris Ildebrandetto de Trebbiano, & fratribus & omnibus ſue domus, & Gerardo, & Arcipreito, & eorum fidelibus & amicis eorum predictam partem tenentibus, & pro nobilibus viris de Garfagnana eorum partem predictam tenentibus, & pro eorum fidelibus & amicis, & qui eorum dicte parti favorem dederunt, & pro nobili Gulielmo de Pedori, & Gulielmo Garfagnana, & Ildebrandino de Cariciano, & Gulielmo de Sala, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis de Bogano, & Montemagno, & Camaiori, & Verſilia, & Lunigiana, & Garfagnana, predictam eorum partem tenentibus, & pro nobilis viris Amerigo, & Henrigo de Peſcia, & eorum fidelibus & amicis eorum partem tenentibus, & pro omnibus & ſingulis hominibus Vallis Nevre, qui eorum parti favorem dederunt, & pro Comuni Civitatis de Maſſa, & de Maremma, & pro omnibus & ſingulis hominibus*

&

& perſonis eiuſdem Civitatis de Maſſa, & pro nobilibus viris Orlando Raſtich. & Iacob Ripa, & Tedice de Corteſe, & Ildebrandino Maurini civibus Lucenſibus, & pro omnibus & ſingulis perſonis & hominibus Civitatis Luce & diſtrictus, que eorum predictorum parti favorem dederunt, & pra Vbertino de Ficeclio, & pra Napoleone, & pro omnibus eorum domus, & pro eorum fidelibus & amicis eorum partem tenentibus, & pro nobili viso Vgolino Bertoldi, & pro ſuis fidelibus & amicis eorum partem tenentibus, & pro nobili vieo Raynaldo Siorſcibe de Colle, & omnibus ſue domus, & pra omnibus & ſingulis hominibus & perſonis de Colle, qui eorum predicte parti favorem dederunt, & pro eorum amicis & fidelibus eorum partem predictam tenentibus, & pro nobili viro Golielmo de Prata, & eius amicis & fidelibus eorum partem tenentibus, & pro Pannocchio de Peretto, & eius fidelibus & amicis eorum partem tenentibus, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis Comitatus Ildobrandeſchi, & de Maremma, eorum partem tenentibus, & qui eorum parti favorem dederunt, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis tam Civitatis Piſarum & eius diſtrictus, quam undecumque ipſam eorum partem tenentibus, & qui ipſe eorum parti favorem dederunt pro ſe ipſis & pro omnibus & ſingulis ſupraſcriptis ſicut continetur in Scheda mandati rogata a Lado Iudice, & Notario quond. Salviben. a me Paccio Notario viſa procuratorio nomine pro eis ex una parte, & Sigerius quond. Vgolini Schiattati, & Galganus qu. Heldisti Vicecomes, & Lamb rtus qu. Paganelli Capitanei, ſicut dicebant, & confitebantur, Vicecomitum maiorum, & eorum partis, Capitaneo nomine pro dicto Vicecom. & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis partem Vicecom. tenentibus & faventibus, & pra tota eorum parte, ac etiam pro Monaco Vicecom. abſente, & pro Galgano quond. Vgolini, & Vguccionello, & Alberto quond. Sig.. Pancaldi, & Gisberto eius fratre, & Bernardo Iudea, & Gottifredo eius filio Inaxpanid. Giſeti, & Gottifredo filio Guilielmi, & Vbaldo, & Lambereo, & Heldithio quond. Albeeti Piſcie, & Francapane quond. Heldithii, & Gottifredo quond. Ildebrandini Giantavallis, & fratre eius, & Ildebrandino Caſampiſa, & eius filio, & Raiſaerio quond. Gerardi Fukin. & Poſavalle quond. Albertelli Vic. & pra illuſtri vira Domino Vbalda Vic. Iudice Gallure & Tareis & pro omnibus aliis & ſingulis de domo Vicecomitum, & pro omnibus & ſingulis coadiutoribus, & fautoribus, & conſanguineis, & fidelibus, & amicis predictorum eum Vitecom. & cuioſcumque eorum, & pro omnibus & ſingulis dicte partis fautoribus, & adiutoribus dicte partis, & pro ſe ipſis eorum proprio nomine, & generali pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis tam nobilibus, quam popularibus, Civitatis Piſarum & eius diſtrictus, ſive undecumque ſint coadiutoribus, & fautoribus, & ſociis vel amicis, ſeu confederatis cum Viſecomitibus, vel cum aliqua perſona, vel loco pro Viſecom. vel eorum parte, qui partem eorum tenuerunt, vel foverunt, vel tenent ſeu fovent aliquo modo, vel qui eis, vel eorum parti aliquod conſilium ſeu auxilium, vel iuvamen dederunt, vel porrexerunt, vel dari, ſeu porrigi fecerunt, vel qui aliqua occaſione pro facto huius guerre, ſeu diſcordie, ſive litis paſſi ſunt, vel patiuntur damnum, ſeu guaſtum aliquod, vel gravamen in perſonis, vel rebus, ſeu bonis eorum, & etiam pro tota ipſa Vicecomitum parte, & etiam omnium predictorum ex ſingulorum in his gerendo, & etiam ipſi Sigerius, & Galganus, & Lambertus Procuratores conſtituti a Galgano quond. Vgolini, & Vguccionello, & Alberto germanis quond. Sig. & Vgolino, & Gisberto germanis quond. Soldani, & Bernardo Iudea, & Gottifredo eius filio, & fratre Cap. quond. Giotti, & Gotcifredo filia Galielmi, & Vbaldo, & Lamberto germanis quond. Alberti Piſcie, & Francapane quond. Heldithi, & Gottifredo quond. Ildebrandini Giantavallis Vicecom. pro ſeipſis, & pro illuſtri viro D. Vbaldo Vicecomite Iudice Gallure & Turris, & pro Io. qu. Vbaldi Vic. & pro omnibus & ſingulis eorum conſortibus ipſorum partem tenentibus, & pro omnibus aliis, & ſingulis eorum, & cuiuſcumque ipſorum conſanguineis, & fidelibus, & amicis, & pro omnibus eorum, & cuiuſcumque ipſorum Vicomitum & eorum partis coadiutoribus, & fautoribus ſicuti continetur in Scheda mandati rogata a me Puccio Notario procuratorio nomine pro eis, & ipſi idem Sigerius, & Galganus, & Lambertus Procuratores conſtituti a Comite Iacobo de Biſerno pro ſe & omnibus ſuis fidelibus, & coadiutoribus, & fautoribus, & amicis dictam partem Vic. tenentibus, ad compromittendum in ſubſcriptos arbitros eligendos de omnibus litibus, & controverſiis, & guerris, & inimicitiis, quas ipſe Iacopus pro parte Vit. maiorum, & occaſione dicte partis tantum, habet cum Communi Piſarum, & magnifico viro D. Raynerio Comite de Bulgharo, & cum omnibus & ſingulis perſonis & hominibus partem ipſorum Communis Piſarum, et Raynerii Comitis predictam tenentibus, vel faventibus, ſicut in Scheda mandati rogata a me Paccio Notario continetur procuratorio nomine pro eo, et Comes Rodulphus

de Capraria quond. Comitis Guidonis Borgognonis pro ſe et ſuo nomine proprio, et pro omnibus et ſingulis ſuis fidelibus, et amicis, et conſanguineis, et fautoribus, et coadiutoribus dictam partem Vicecom. tenentibus, et Guelfus de Porcariis quond. Vgolini pro ſe, et omnibus ſuis conſortibus, et fidelibus, et amicis dictam partem Vic. tenentibus, et idem Guelfus Procurator conſtitutus ab Orlandino quond. Vgolini de Porcari ad faciendum compromiſſum in ſubſcriptis Arbitris preterquam de diſcordia, et lite, quam habet, vel habere ſperat cum Domino Raynerio Comite de Bulgaro de facto Muſſe, et etiam Curie, que in illis clare memorie Gulielmus Marchio, et Iudex Kallaritanus noſcitur habuiſſe ipſi nobili viro Orlandino a Summo Pontifice fideliter cuſtodienda, vel tenenda commiſſa, de quibus non compromittitur, ſicut in Scheda mandati rogata ab Ormanno Bernardi de Luca Iudice, et Notario continetur a me Paccio Notario viſa procuratorio nomine pro eo. Et Malpilius de S. Miniato pro ſe, et filiis, et conſanguineis, et amicis, et fidelibus ſuis; et Comes Rodulphus ſupraſcriptus, et Lambertus Solfa quond. Lotterii de Ripafracta tutores Ioannis quond. Vbaldi Vic. tutorio nomine pro ſupraſcripto Ioanne ex altera poſuerunt, et compromiſerunt in venerabilem Fratrem Gualterium Priorem Fratrum Predicatorum de Piſis, et nobiles viros Gualterium de Calcinaria, et Vguccionem de Caprona, omnes lites, et controverſias, et diſcordias, et damna, et guaſta, et iniurias, et gravamina, et guerras, quas, et que invicem habuerunt, vel habent, et de predictis in eos compromiſſores, et eos ad predicta arbitros eligere, et facere per rationem, vel laudamentum, ſeu amicabilem compoſitionem, et quocumque modo dictis arbitris placuerit, eorum libero arbitrio concorditer definienda predicta omnia una vice, vel pluribus, dando predictis arbitris bailiam, et poteſtatem citandi eos etiam ſine precio termino, et ferendi ſententiam, vel laudamentum, ſeu conventum, aut arbitrium, et pronuntiandi, et interloquendi eorum libero arbitrio concorditer, etiam petitione non facta, et etiam cauſa non cepta, et die feriato, et in die ſolemni, et aliqua partium abſente, et contradicente, et etiam faciendi huiuſmodi eorum pronunciationes, et dicta, et interlocutiones per aliam, quam voluerint, et una vice, et pluribus, et cum ſcripto, et ſine ſcripto, et per Datum Procuratorem ſupraſcriptum conſtitutum ab eis ſit datum eſt procuratorio nomine pro eis obligans eos, et eorum heredes, et bona procuratorio nomine convenit, et promiſit per ſtipulationem ſolemnem predictis recipientibus pro ſe ipſis, et pro predictis omnibus et ſingulis, pro quibus compromittitur, et eo modo, et convenit, et promiſit per ſtipulationem ſolemnem predictis arbitris, et cuiuſcumque eorum in ſolidum obligavit eos, eorum heredes, et bona procuratorio nomine facere, et complere, et obſervare, et obedire, et firmum tenere totum, et quidquid, et ea omnia, et ſingula, que dicti arbitri concorditer de predictis, ſive ſuper predictis, que in eis compromittuntur, vel eorum verbo dixerint, vel laudaverint, ſeu ſtatuerint interloquendo, vel diffiniendo una vice, vel pluribus, et in ſecuritatibus dandis, et preſtandis una vice, et pluribus, et obligationibus faciendis, et venire ad locum de quo ſibi dictum fuerit, et ibi ſtare, et audire ea, que dicti arbitri dicere voluerint quoties dicti arbitri, vel aliquis eorum per ſe vel litteras, vel nuntium ſibi dixerint, vel dicendo miſerint ad voluntatem ipſorum arbitrorum, et inde non recedere contra eorum voluntatem, et contra ea, vel aliqua eorum non venire, nec facere, nec fieri facere per ſe, vel per alium aliquo iure, vel modo, omni fraude, et ſophiſmate remoto: Si vero omnia predicta et ſingula predictorum non fecerint, et non ſervaverint, vel facta, et completa, et obſervata non fuerint, ſeu contra predicta, vel aliqua predictorum, fecerint, vel factum fuerit, marcas decem millia argenti pro pena, et nomine pene, ſupraſcriptis, ſtipulatione pene etiam pro eorum perſonis concepta, in ſolidum ſolvere, et dare procuratorio nomine pro eis, quorum, ut dictum eſt Procurator convenit, et promiſit per ſtipulationem ſolemnem; quam etiam eamdem penam ſupraſcriptis Procuratoribus in eorum perſonis ſtipulantibus dare, et ſolvere promiſit per ſolemnem ſtipulationem, renuncians omnibus conſtitutis, et legibus, et conſtitutionibus, et omni iuri tam eccleſiaſtico, quam civili, unde ſe a ſupraſcriptis, ſeu ab aliquo predictorum, ſeu a ſupraſcripta pena tueri, vel iuvari, aut liberari poſſet: et predicti Sigherius, et Galganus, et Lambertus, Capitanei, ut dictum eſt, predictorum Vicecomitum, et eorum partis Capitaneo nomine pro eis, et pro omnibus et ſingulis hominibus et perſonis partem Vic. tenentibus, et pro tota ipſa parte, et etiam pro Monaco Vicecomite abſente, et pro illuſtri viro D. Hubaldo Vic. Iud. Gallure et Turris, et pro omnibus et ſingulis eorum, et cuiuſcumque eorum, et dicte partis fautoribus, et coadiutoribus, et conſanguineis, et fidelibus, et amicis, et etiam quiſque eorum pro ſe, et proprio nomine obligaverunt ſe, et ſuos heredes, et bo-

ioan, et etiam omnium prediĉtorum, et prediĉtorum negotium in his gerendo, pro quibus compromittitur, et etiam ipſi idem Sigherius, et Galganus, et Lambertus Procuratores ſupradiĉtorum Vicecomitum, quorum, ut ſupradiĉtum eſt, ſunt Procuratores procuratorio nomine pro eo obligavit eum, et eius heredes, et bona procuratoria nomine, et Comes Radulfus ſupraſcriptus pro ſe et omnibus, et ſingulis ſupraſcriptis, pro quibus compromittitur ſuo nomine proprio obligavit ſe, et ſuos heredes, et bona, et Guelfus ſupraſcriptus pro ſe, et omnibus, et ſingulis ſupraſcriptis, pro quibus compromittitur obligavit ſe, et ſuos heredes, et bona, et idem Guelfus procuratorio nomine pro ſupraſcripto Orlandino obligavit eum, & eius heredes, & bona procuratoria nomine, & Malpiliue de Sancto Miniate pro ſe, & pro omnibus et ſingulis, pro quibus compromittitur ſuo nomine proprio obligavit ſe, et ſuos heredes, et bona; Et prediĉtus Comes Rodulfus, et Lambertus Solfa tutores ſupraſcripti Ioannis tutorio nomine pro eo obligaverunt ſe tutoria nomine pro ipſo Ioanne, et ipſum Ioannem, et eius heredes, et bona per ſtipulationem ſolemnem convenit, et promiſit ſupraſcripto Dato Procuratori ſupraſcriptorum conſtituto ab eis pro ut diĉtum eſt procuratorio nomine pro eis recipiente, et etiam convenienter, et promiſit prediĉtis arbitris, et cuicumque eorum in ſolidum per ſtipulationem ſolemnem facere, et complere, et obſervare, et obedire, et firmum tenere totum et quidquid, et ea omnia, et ſingula, que diĉti arbitri concorditer prediĉtis, ſive ſuper prediĉt s, que in eis compromittantur, vel eorum occaſione dixerint, vel laudaverint, ſive ſtatuerint interloquendo, vel ſententiando concorditer, et una vice, vel pluribus, vel pro aſſecurationibus dandis, & preſtandis una vice, & pluribus, & obligationibus faciendis, & venire ad locum de quo ſibi diĉtum fuerit, & ibi ſtare, & audire ea, que diĉti arbitri dicere voluerint, quoties ſupradiĉti arbitri, vel aliquis eorum per ſe, vel per litteras, aut nuncium eis, vel alicui eorum dixerint, vel dicendo miſerint ad voluntatem ipſorum arbitrorum, & inde non recedere contra eorum voluntatem, & contra ea, vel aliquid eorum non venire, nec facere, nec fieri facere per ſe, vel alium aliquo iure, vel modo omni fraude, & ſophiſmate remoto, & quod faciant ea, que prediĉti omnes, & ſinguli pro quibus compromiſerunt facere, & complere, & obſervare, & obedire, & firmum tenere totum, & quidquid, & ea omnia, & ſingula, que prediĉti arbitri concorditer in prediĉtis, ſeu ſuper prediĉtis, que in eis compromittuntur, dixerint, vel laudaverint, ſeu ſtatuerint, vel preceperint concorditer una vice, vel pluribus, & quod contra ea, vel aliquod eorum non venient, nec facient, nec fieri facient per ſe, vel per alium aliquo iure, vel modo omni fraude, & ſophiſmate remoto, dummodo tamen prediĉti tutores diĉti Ioannis pro diĉto Ioanne teneantur tantum tutorio nomine, ſi vero prediĉta omnia, & ſingula prediĉtorum non fecerint, & non obſervaverint, aut facta, & obſervata, aut completa non fuerint, ſeu contra prediĉta, vel aliquod prediĉtorum fecerint, vel factum fuerit, marchas decem millia argenti pro pena & nomine pene ſupraſcripto Dato Procuratori ſupraſcriptorum procuratorio nomine pro eis recipienti in ſolidum, & etiam prediĉtis arbitris, & cuicumque eorum in ſolidum ſolvere, & dare convenerunt, & per ſtipulationem ſolemnem promiſerunt, & obligaverunt ſe, & ſuos heredes, & bona, & quod etiam eamdem penam ſupraſcripto Procuratori in eius perſonam ſtipolanti prediĉta dare, & ſolvere convenerunt, & promiſerunt per ſtipulationem ſolemnem prediĉti tanquam tutores in eo, quod tutorio nomine faciunt, obligare ſe tantum tutoria nomine pro ſupraſcripto Ioanne, & ſupraſcriptum Ioannem, & eius heredes, & bona, renuntiantes omnibus iuribus, & ut ſupra hoc actum eſt inter ſupraſcriptas partes. Quod ſi contingeret pro aliqua cauſa, vel occaſione quod pena committeretur, compromiſſum non ideo ſolvatur, ſed perſeveret, & pena commiſſa, vel preſtita, contractus in ſuo robore perſeveret. Inſuper Datus prediĉtus ex mandato, quod habet a ſupraſcriptis D. Comite Raynerio, & Gerardo, & Guidone Boccii, & Gerardo Giuntelli, iuravit ſuper eorum animas ut in prediĉta Scheda procurationis continetur, ad ſancta Dei Evangelia ſuper animas ſupradiĉtorum DD. Comitis Raynerii, & Gerardi, & Guidonis Boccii, & Gerardi Giuntelli facere, & obſervare id totum, quod ſupraſcripti arbitri dixerint, & ab eis, vel aliquo eorum fuerit iniunctum, vel preceptum per ſe ipſos, vel eorum aliquem. Inſuper diĉtus Datus iuravit ad ſancta Dei Evangelia ſuper animam ſuam ſe habere prediĉtum mandatum iurandi, ut ſupra ſcriptum eſt, & illud mandatum non fuiſſe revocatum ſibi a prediĉtis, & in tali ordine Pactium Notarium, & Bonacurſum de Parviguone de Piſis, & Herminnum Bernardi de Luca Iud. & Not. & unumquemque noſtrum hec ſupraſcripta rogaverunt.

Acta in Eccleſia S. Dalmatii de Caſtro S. Marie in Monte Lucane Dieceſis in perde

pede ripe dicti Caſtri edificata preſentibus Lamberto Guidonis, & Criſtiano qu. Roberto de ſupraſcripto Caſtro Iuriſperito, & Ildebrandino Enrigi Cigoli, & Niculetto Folianozzo de Piſis, teſtibus ad hec rogatis, Dominice Incarnationis anno milleſimo dugenteſimo trigeſimo octavo, Indict. decima, nonis Aprilis.

> *Ego Gerardus de Vico filius Baſsii Imperialis Aule Notarius predicta omnia a ſupraſcriptis Puccio Notario, & Bunaccurſo, & Hermanno Iudicibus, & Notariis rogata, & a quolibet eorum ſicut in Scedis dicti Paccii Notarii inveni ipſius quoque parabola, & manu ſcripſi, & firmavi loco ✠ ſigni.*

> *Ego Paccius de Vico Imperialis Aule Notarius predicta omnia a me, & ſupradictis Bona corſio Iudice, & Notario de Parvignone, & ab Hermanno Bernardi Notorio de Luca, & a quolibet noſtrum rogata, & a ſupraſcripto Gerardo Notario meo parabola ſcripta meo ſigno hoc ſubſcribendo firmavi loco ✠ ſigni.*

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ex huius publici Inſtrumenti clareſcat lectione, Quod Sigerius quondam Vgulini Sebaſtiani, & Galganus qu. Ildebrandi Vicecomes, & Lambertus Paganelli Capitanei, ſicut dicebant, & confitebantur, Vicecomitum maiorum, & eorum partis, Capitaneo nomine pro predictis Vicecomitibus, & pro omnibus & ſingulis hominibus & perſonis partem Vicecomitum tenentibus, & foventibus, & pro tota ipſa parte, & etiam pro Monaco Vic. abſente, & pro Galgano qu. Vgolini, & Vguccionello, & Alberto qu. Sigerii Pancaldi, & Gisberto eius fratre, & Bernardo Iudice, & Gottifredo eius filio, & Francapane qu. Gisli, & Guttifredo filio Gulielmi, & Hubaldo, & Lamberto, & Helditho quond. Alberti Piſcie, & Francapone qu. Helditbi, & Gottifredo quond. Hildebrandini Giantavalle, & fratre eius, & Ildebrandino Campiſa, & eius filio, & Raynerio quond. Gerardi Fnk. & Paſavalle quond. Albertelli Vic. & pro illuſtri viro D. Hubaldo Iud. Gallurie & Turris, & pro omnibus aliis & ſingulis eorum, & cuiuſcumque eorum, & dicte partis fautoribus, & coadiutoribus, & conſanguineis, & fidelibus, & amicis, & pro ſe ipſis eorum proprio nomine, & generaliter pro omnibus & ſingulis hominibus, & perſonis tam nobilibus, quam popularibus Piſane Civitatis, & eius diſtrictus, ſive undecumque aliunde ſint coadiutoribus, vel fautoribus, & ſociis, vel amicis, ſeu confederatis cum Vicecomitibus, vel cum aliqua perſona, vel toto pro Vic. vel cum eorum partem, vel partem eorum tenuerunt, vel foverunt, vel tenent, ſeu fovent aliquo modo, vel qui eis, vel eorum parti aliquod auxilium, vel conſilium, ſeu iuvamen dedere, vel porrexere, vel dant, ſeu porrigunt, vel qui aliqua occaſione pro facto huius guerre, ſeu diſcordie, ſeu litis paſſi ſunt, vel patiuntur damnum, ſeu guaſtum aliquod, vel gravamen in perſonis, vel rebus ſeu bonis eorum, & etiam pro tota Vic. parte, & etiam omnium predictorum, & ſingulorum negotiorum in hiis gerendo, & etiam ipſi Sigerius, & Galganus, & Lambertus Procuratores conſtituti a Galgano quond. Vgolini, & Vguccionello, & Alberto germanis quond. Sigerii, & Vgolino, & Gisberto germanis quond. Suldani, & Bernardo Iudeo, & Gottifredo eius filio, & Franſapane qu. Ghiutti, & Gottifredo filio Golselmi, & Vbaldo, & Lamberto germanis qu. Alberti Piſcie, & Francapane qu. Helditbi, & Guttifredo quond. Ildebrandini Giantivallis Vic. pro ſe ipſis, & pro illuſtri viro Dom. Vbaldo Vicec. Iud. Gallurie & Turritano, & pro Ioanne quond. Vbaldi Visec. & omnibus & ſingulis conſortibus ipſorum partem tenentibus, & omnibus aliis, & ſingulis eorum, & cuiuſcumque ipſorum conſanguineis, & fidelibus, & amicis, & pro omnibus eorum, & cuiuſcumque ipſorum Vicec. & eorum partis coadiutoribus, & fautoribus, & dictam partem Vicec. tenentibus, & foventibus ſicut continetur in Schedo mandati rogati a me Puccio Notario de Vico procuratorio nomine pro eis, & ipſi idem Sigerius, & Galganus, & Lambertus Procuratores conſtituti a Comite Iacobo de Biſerno pro ſe, & omnibus ſuis fidelibus, & coadiutoribus, & foventibus, & amicis dictam partem Vicecomitum tenentibus, ad compromittendum in ſubſcriptos arbitros eligendos de omnibus litibus, & controverſiis, & guerris, & inimicitiis, quas ipſe Iacobus pro parte Vic. maiorum occaſione dicte partis tantum habet cum Comuni Piſano, & magnifico viro D. Raynerio Comite de Bulghero, & cum omnibus & ſingulis hominibus & perſonis partem ipſorum Comunis Piſani, & Domini Raynerii Comitis predicti tenentibus, vel foventibus, ſicut continetur in Scheda mandati rogati a me Paccio Notario procuratorio nomine pro eo, & Comes Roculfus de Capraria quond. Guidonis Borgognonis pro ſe, & ſuo nomine proprio, & pro omnibus, & ſingulis ſuis coadiutoribus, conſanguineis, fautoribus, fidelibus, & amicis. Et Guelfus de Porcari quond. Vgolini pro ſe, & ſuo

& ſuo nomine proprio, & pro omnibus & ſingulis ſuis coadiutoribus, & fautoribus, & conſanguineis, fidelibus, & amicis, & idem Guelfus Procurator conſtitutus a Dom. Orlandino quond. Vgolini Paganelli de Porcari ad faciendum compromiſſum pro ſe Orlandino in ſubſcriptis arbitris precipuam de diſcordia, & lite, quam habet, vel habere ſperat, cum Dom. Rayneiio Comite de Bulgaro de facto Maſſe, & eius Curie & iuriom, & que in illis clare memorie Guilelmus Marchio Maſſe Iudex Kallritanus noſcitur habuiſſe, ipſi nobili viro Orlandino a Summo Pontifice cuſtodiendo, vel tenenda commiſſa, de quibus non compromiſerit, ſicut continetur in Scheda mandati rogati ab Hermanno Bernardi de Luca, & a me Paccio Notario viſa procuratorio nomine pro eo; & Malpilios de S. Miniate pro ſe, & ſuo nomine proprio, & pro ſuis filiis, & coadiutoribus, & fidelibus, & amicis; & predicti Comes Rodulfus, & Lambertus Solſa quond. Luctarii de Ripafacta tutores Ioannis qu. Vbaldi Vicecom. tutorio nomine pro eo ex una parte; Et Boniſatius de Abbate qo. Stefani Procurator, Actor, & Syndacus, & Reſponſalis Domini Comitis Tegrimi Tuſcie Palatini, & Poteſtatis Civitatis Piſane pro Comuni Piſano, & nomine ipſius Comunis, conſtitutus ab ipſo Poteſtate Poteſtarie nomine, & conſenſu, & auctoritate Senatorum, ſicut continetur in Carta mandati confecta a Iado quond. Salimbeni Iudice, & Notario publico, Scriba Cancellarie Piſarum, ad hec infra facienda, videlicet; Ad compromittendum, & compromiſſum faciendum in venerabilem fratrem Gualterium Priorem Fratrum Predicatorum de Piſis, & in Vguccionem de Caprona, & Gualterium de Calcinaio, & etiam ad compromittendum in eoſdem liberr, & ad eorum dictum arbitrium de controverſiis, & litibus, & diſcordiis, guerris, & inimicitiis, quos Capitanei partis Vic. maiorum, & ipſi Vic. & nominatim illuſtris vir Dominus Vbaldus Vic. Iud. Kallur. & Turret. & Monacus Vic. & Comes Rodulfus de Capraria, & Lambertus Solfa, tutores Ioannis qo. Vbaldi Vic. tutorio nomine pro eo, & ipſe, & Sigerius quond. Vgolini Vic. & Galganus Heldi'cthi, & Galganus Vgolini, & Vguccionellus, & Albertus qu. Sigerii, & Vgolinus, & Giſbertus germanus, & Bernardus Iudeus, & filius, & Francapanis Giocti, & Gotcifredus Gulielmi, & filii quon. Alberti Piſcir, & Francapanis Heldicti, & Gottiferdus qu. Ildrbrandini Giuntavallis, & frater, & Ildebrandinus Caſampiſa, & filius, & Raynerius Fulcinus, & Perſavalle quond. Albirtelli, & Lambertus Pa-

gua-

gnan'lli, & filius Bartholomeus Paganelli, & Vbaldus eius frater, & Comes Rodolfus de Capraria, & Comes Iacobus de Biſerno, & Guelfus de Porcari qu. Vgolini, & Malpilius de S. Miniate, & filii eiuſdem Malpilii, & frater, pro ſe, & pro aliis dicte partis, & dictam partem tenentibus, & habentibus, cum Comuni Piſano, & eius coadiutoribus Piſane Civitatis, & cum omnibus & ſingulis, qui partem Piſani Comunis fovebant & fovent, & cum Dom. Raynerio Comite de Bulgaro pro ſe, & omnibus & ſingulis de domo Gherardeſca, & cum Gerardo, & Guidone qu. Raynerii Boccii, pro ſe, & omnibus & ſingulis hominibus, & perſonis de domo Gualandi, & cum Gherardo Giuntelli pro ſe, & omnibus & ſingulis hominibus & perſonis de domo Sexmundi, & nominatim cum magnificis & illuſtribus viris Dom. Comitibus Guidone, & Tegbrino, & Aghinolfo Dei gratia Palatinis pro ſe ipſis & omnibus & ſingulis hominibus, & amicis, & fidelibus eorum cum magnifico & illuſtri viro Dom. Poro Iudice Arboree, & cum Comuni & hominibus Vulterrane Civitatis & eius diſtrictus, & cum nobilibus viris DD. de Verſilia, & Lunigiana, & Carfagnana, qui preſtitere auxilium, & favorem Piſano Comuni, & cum Bernardino de Bogano, & filiis, & Ildebrandino de Monte Magno, et filiis, et Manfredo de Monte Magno, et filiis, et cum eorum omnium fidelibus, et amicis, ſive omnibus Piſani Comunis, et cum Domino Vguccione Comite de Campilia, et eius amicis, et fidelibus, fautoribus Piſani Comunis, et cum Raynerio qu. Ingherami de Montemagno, et eius fidelibus, et amicis partem Piſani Comunis foventibus, et cum nobilibus viris Iacobo Ripa, et Orlando Ruſtichelli, et Tedice de Corteſe, et Ildebrandino Maurini, et Teeiſſa Inteeminelli Lucanis civibus, et cum aliis eiuſdem Civitatis partem Piſani Comunis foventibus, et cum Vbertuccio, et Napoleone, et Hubaldo de Ficeclio, et cum omnibus de domo filiorum qu. Tadi de Ficeclio, et cum nobili viro Malainucta de Sancto Caſciano Capitaneo ſocietatis Concordie Piſane Civitatis, et eius diſtrictus, pro ſe, et omnibus et ſingulis hominibus predicte ſocietatis, et qui in dicto ſocietate ſunt, et ſacramento tenentur, et cum omnibus nobilibus viris de Caſtello, et de Maſſa, partem Piſani Comunis tenentibus, et cum Frarmerigo de Peſcia, et Gerardo de Vivinaria, et Orlando de Otbano, et cum aliis amicis Piſani Comunis de Valle Nevle partem Piſani Comunis tenentibus, et cum nobile viro Saraceno Albitonis Calder Rectore ſocietatis Concordie Piſane

Civitatis Capitaneo nomine pro predictis compagniis, et pro omnibus et ſingulis hominibus et perſonis dictarum compagniorum, et cum Comuni, rs hominibus Maſſe de Maremma partem P ſani Comunis tenentibus, et tum Communi de V c?, et hominibus ipſius Comunis, et cum Comuni de B ti, et hominibus ipſius Comunis, et cum Comune de Peceioli, et hominibus ipſius Comunis, et cum Comuni de Ceuli, et hominibus ipſius Comunis, et cum univerſis hominibus Valliſere, et Montis Foſcoli, et Curie Lotreti, et cum omnibus et ſingulis hominibus trium Pleberiorum, videlicet S. Laurentii de Curtibus, et S. Caſſiaoi Caſſine, et tum omnibus et ſingulis hominibus de Valle Arni, et Calcinarie, et tam omnibus et ſingulis hominibus de Culti, qui preſtiterunt auxilium, vel favorem P ſano Comuni, et cum fi s olim Tolomei Arbopardi, et eorum ee ſoretibus de diſcordia, quam habent cum Gherardo Comiti occaſione Comunis, et tum Conſulibus, et Comune, et hominibus Sexterris de Monte Vallis Serch i, et Capitanie de Pedemontis, partem Piſani Comunis tenentibus, et cum hominibus de Plumbino partem Piſani Comuni tenentibus, et cum nobilibus viris Alberto Comite, et Saraceno Albitelli Calder, Gallo Gualterotto, Henrico, Villano, et Gerardo Guinitelli, olim Piſanis Conſulibus, et generaliter cum omnibus et ſi gulis aliis amicis, et coaiutoribus Piſani Comunis pro Comuni Piſano procuratorio nomine, et ſyndacatus pro iam dicta Poteſtate Poteſtarie nomine pro Comuni Piſano, et pro ipſo Comuni ex altera compromiſerunt in predict s venerabilem Fratrem Gualterium Priorem Fratrum Predicatorum de P ſis, et nobiles viros Gualterium de Calcinaria, et Vguccionem de Caprona omnes et predictas controverſias, et lit s, et diſcordias, et guereas, et inimicitias, et guaſta, et damnu, et perditas, et amiſſiones, et damnificationes, et deſtructiones, et oblutiones, et extorſiones, et exactiones, et pignorationes, et condemnationes, et forbannitiones, et iniurias, violentias, et moleſtias, et rapinas, et offenſiones, et gravationes, que ſunt inter predictas partes, et inter predictas, et inter predictus, et de predict s omnibus et ſingulis in eos compromiſerunt libere, et ad eorum dictum, et arbitrium, quos ad predicta arbitros, laudatores, et arbitratores, ut dictum eſt elegerunt, et fecerunt diffinienda ab eis concorditer eorum libero arbitrio una vice, vel pluribus, dantes predictis arbitris baliam, et poteſtatem citandi eos, etiam ſine peremptorio, et breemodicio, et ferendi ſententiam, ſea laudamentum, aut arbitrium, ſea pronunciandi, et interloquendi concorditer, et etiam petitione non facta, et etiam cauſa non cepta, etiam die feriato, et etiam die ſolemni, et aliqua partium abſente, et etiam utraque, et etiam altera parte preſente, et contradicente, et etiam faciendi legere eorum pronunciationes, et dicta, et interlocutiones per alium, qu m voluerint, et ubi voluerint, et una vice, vel pluribus, et cum ſcriptura, et ſine ſcriptura; et predicti Sigerius, et Galganus, & Lambertus Capitanei, ut dictum eſt predictorum Vic. et eorum partis Capitaneo nomine pro eis, et pro omnibus et ſingulis hominibus et perſonis partem Vic. tenentibus, et pro tota ipſa parte, et pro Monato Vit. abſente, et pro illuſtri viro D. Vbaldo Vicec. Iudice Gallur. et Turrit. et pro omnibus et ſingulis eorum, et cuiuſcumque eorum, et dicte partis fautoribus, et coadiutoribus, et conſanguineis, et ſidelibus, & amicis, & etiam quiſque eorum pro ſe, & ſuo nomine proprio obligando ſe, & ſuos heredes, & bona, & etiam omnium predictorum, & ſingulorum negotium in hoc gerendo, pro quibus compromiſeru t, & etiam ipſi idem Sigerius, & Galganus, & Lambertus Procuratores ſupraſcriptorum Vic. quorum ſunt Procuratores procuratorio nomine; & ipſi idem Sigerius, & Galganus, & Lambertus Procuratores ſupraſcripti Comitis Iacobi procuratorio nomine; & etiam Comes Rodulphus ſupraſcriptus pro ſe, & pro omnibus & ſingulis, pro quibus compromiſerunt ſuo nomine proprio obligando ſe, & ſuos heredes, & bona; Et Gaiſus predictus pro ſe, & pro omnibus & ſingulis, pro quibus compromiſſis obligando ſe, & ſuos heredes & bona; & idem Gaiſus procuratorio nomine pro ſupraſcripto Orlandino, obligando eum, & eius heredes & bona procuratorio nomine; & Malpilius de S. Miniate pro ſe ipſo, & pro omnibus & ſingulis, pro quibus compromiſit ſuo nomine proprio obligando ſe, & ſuos heredes & bona; & predicti Comes Rodulfus, & Lambertus Solfa tutores predicti Ioannis tutorio nomine pro eo obligando ſe, & tutorio nomine ipſum Ioannem, & eius heredes & bona per ſolemnem ſtipulationem convenerunt, & promiſerunt ſupradicto Bonifacio Procuratori & Syndaco ſupradicte Poteſtatis Piſane Poteſtarie nomine, & pro Comuni Piſano, & eius Comunis hominibus procuratorio, & ſyndacatus nomine pro ipſa Poteſtate poteſtatorio nomine pro Comuni Piſano recipienti, & etiam convenerunt, & promiſerunt per ſtipulationem ſolemnem predictis arbitris, & cuique eorum in ſolidum facere, & complere, & obſervare, & obedire, & firmum tenere totum, &

& quidquid, & ea omnia, & ſingula, que ſupraſcripti arbitri concorditer de predictis, & ſuper predictis, que in eis compromittuntur, vel in eis occaſione dixerint, vel laudaverint, ſive ſtatuerint interloquendo, vel diffiniendo concorditer una vice, vel pluribus, & in ſecuritatibus dandis, vel preſtandis una vice, vel pluribus, & obligationibus faciendis, & venire ad locum de quo ſibi dictum fuerit, & ibi ſtare, & audire ea, que dicti arbitri dicere voluerint quoties ſupraſcripti arbitri, vel aliquis eorum per ſe, vel per litteras, vel nuntium eis, vel alicui eorum dixerint, ſeu dicendo miſerint, vel dixerit, vel dicendo miſerit ad voluntatem ipſorum arbitrorum, & inde non recedere contra eorum voluntatem, & contra ea, vel aliquod eorum non venire, nec facere, nec fieri facere per ſe, vel per alium aliquo iure, vel modo, omni fraude, & ſophiſmate remoto; & quod facient predicti omnes, & ſinguli, pro quibus compromittunt facient, & adimplebunt, & obſervabunt, & obedient, & firma tenebunt ea omnia ſingula, que predicti arbitri concorditer de predictis, ſive ſupra predictis, que in eis compromittuntur dixerint, vel laudaverint, vel ſtatuerint, vel preceperint concorditer una vice, vel pluribus, & quod contra ea, vel aliquod eorum non venient, nec facient, nec fieri facient per ſe, vel per alium, aliquo iure, vel modo, omni fraude, & ſophiſmate remoto; dum tamen predicti Tutores ſupraſcripti tenerit pro predicto Iuanne tueantur tantum tutorio nomine, ſi vero predicta omnia & ſingula predictorum non fecerint, vel non obſervaverint, aut omnia predicta facta, & obſervata non fuerint, ſive contra predicta, vel aliquod predictorum fecerint, vel factum fuerit, marcas decem millia argenti pro pena, & nomine pene ſupraſcripto Bonifatio Procuratori & Syndico Piſani Comunis, pro ipſo Comuni Piſano recipienti in ſolidum, & etiam predictis arbitris, & cuicumque predictorum arbitrorum in ſolidum ſolvere, & dare convenerunt, & per ſtipulationem ſolemnem promiſerunt, & obligaverunt ſe, & eorum heredes & bona: predicti tamen Tutores in eo, quod tutorio nomine faciunt, & obligant ſe tantum tutorio nomine pro ſupraſcripto Iuanne, & ſupraſcriptum Iuannem, & eius heredes, & bona; renuntiando omnibus iuribus, & conſtitutis, & legibus, & conſtitutionibus, & defenſionibus, & auxiliis, & omni iuri, tam eccleſiaſtico, quam civili, unde ſe a ſupraſcriptis, ſeu ab aliquo ſupraſcriptorum, ſeu a ſupraſcripta pena tueri, vel iuvari, aut liberari poſſet; & ſupraſcriptus Bonifatius Procurator, & Syndicus ſupraſcripte Poteſtatis Poteſtarie nomine, & pro Comuni Piſano, & ipſius Comunis Piſani pro ipſa Poteſtate, & pro Comuni Piſano, & pro ipſo Comuni ſyndicatus nomine convenit & promiſit per ſtipulationem ſolemnem predictis recipientibus pro ſe ipſis, & pro predictis, & ſingulis, pro quibus compromittunt, & comodo, & etiam convenit, & promiſit per ſtipulationem ſolemnem predictis arbitris, & cuique eorum in ſolidum obligando ſupraſcriptum Dominum Tegrinum Poteſtatem Piſarum Poteſtarie nomine pro Comuni Piſano, & ipſum Comune facere, & complere, & obſervare, & obedire, & firmum tenere totum, & quidquid, & ea omnia & ſingula, que ſupraſcripti arbitri concorditer de predictis, que in eis compromittuntur, vel eorum occaſione dixerint, vel laudaverint, aut ſtatuerint interloquendo, vel diffiniendo concorditer una vice, vel pluribus, & in ſecuritatibus dandis, & preſtandis una vice, vel pluribus, & obligationibus faciendis, & venire ad locum de quo ſibi dictum fuerit, & ibi ſtare, & audire ea, que dicti arbitri, vel aliquis eorum dicere voluerit, quoties dicti arbitri, vel aliquis eorum per ſe, vel per litteras, vel nuntium ſibi dixerint, vel dicendo miſerint, ſive dixerit, vel dicendo miſerit, ad voluntatem ipſorum arbitrorum, & inde non recedere contra eorum voluntatem, & contra ea, vel aliquod eorum non venire, nec facere, neque fieri facere per ſe, vel per alium aliquo iure, vel modo omni fraude, & ſophiſmate remoto. Si vero omnia predicta, & ſingula predictorum non fecerint, & non obſervaverint, vel facta, & completa, & obſervata non fuerint, vel factum, & completum, & obſervatum non fuerit, marcas decem millia argenti pro pena & nomine pene ſupraſcripte ſtipulatione pene in eorum perſonis concepta in ſolidum, & etiam predictis arbitris, & cuicumque predictorum arbitrorum in ſolidum ſolvere, & dare Piſano Comuni convenit, & per ſtipulationem ſolemnem promiſit, quam etiam eamdem penam ſupraſcriptis Procuratoribus in eorum perſonis ſtipulantibus dictus Syndicus ſyndicatus nomine ſupraſcriptum Poteſtatem Piſane Civitatis Poteſtarie nomine pro Comuni Piſano, & ipſum Comune dare, & ſolvere promiſit per ſtipulationem ſolemnem. Renuntiando omnibus conſtitutis, & iuribus, & legibus, & conſtitutionibus, & auxiliis, & defenſionibus, & omni iuri tam eccleſiaſtico, quam civili, unde ſe a ſupraſcriptis, ſeu ab aliquo ſupraſcriptorum, ſeu a ſupraſcripta pena tueri, vel iuvare, aut liberari poſſet.

ſet. Hoc actum eſt inter ſupraſcriptas partes, quod ſi contingeret, quod pro aliqua cauſa, vel occaſione pena committeretur, quod compromiſſum non idea ſolvatur, ſed perſeveret, & quod pena commiſſa, vel preſtita contractus in ſuo robore perſeveret, & in tali ordine Paccium Notar. & Bonaccurſum Iudicem & Notar. de Parignone, & Hermannum Bernardi de Luca, & unumquemque noſtrum hec ſupraſcripta ſcribere rogaverunt.

Acta ſunt hec in Eccleſia S. Dalmatii edificata in pede podii Caſtri S. Marie in Monte Lucane Diœceſis preſentibus Lamberto Guidonis Gallii de Piſis, & Chriſtiano, & Roberto de Caſtro ſupraſcripto Iuriſperitis, & Hildebrando Henrici Cigoli, & Niccoletto Folliaarllo de Piſis teſtibus ad hec rogatis Dominice Incarnationis anno milleſimo dugenteſimo trigeſimo octavo, Indict. decima, nonis Aprilis &c.

*Ego Paccius de Vico Imperialis Aule Notarius, hec omnia ſupraſcripta a me, & ſupraſcriptis Bonaccurſo, & Hermanno Iudicibus, & Notariis, & a quolibet noſtrum rogata, rogatus ſcripſi, atque ſigno meo firmavi loco * ſigni.*

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen. Nos Frater Gualterius Prior Featrum Predicatorum de Piſis, Gualterius de Calcinaria, & Vguccio de Caprona arbitri, & laudatores, & arbitratores, ex compromiſſis electi a magnifico viro Comite Rodulfo de Capraria qu. Guidonis Borgognonis, pro ſe ipſo, & pro omnibus & ſuis conſanguineis, & coadiutoribus, & fautoribus, & fidelibus, & amicis ex una parte, & Bonifacio de Abbate qu. Stefani Procuratore, Syndaco, actore, & reſponſale illuſtris viri Domini Comitis Tegrini Tuſcie Palatini, Dei gratia Piſanorum Poteſtatis Poteſtarie nomine, & pro Comuni Piſarum & ipſius Comunis Piſarum procuratorio, & ſyndacatus nomine pro ſupraſcripta Piſana Poteſtate Poteſtarie nomine, pro Comuni Piſano, & pro ipſo Comuni Piſano. Et Dato Notar. quond. Vgolini de Strambo Procuratore illuſtris viri Domini Rayneri Comitis de Bulgaro procuratorio nomine pro eo, & etiam pro omnibus & ſingulis, quibus idem Datus Procurator compromiſit ex altera ad omnes & ſingulas lites, & diſcordias, & controverſias, & guerras, & inimicitias, que inter predictas partes erant, vel fuerant de damnis predictis, ablationibus, iniuriis, offenſionibus, violentiis, gravaminibus, & rapinis, & ceteris in compromiſſo, aut compromiſſis, que ſunt, aut fuerunt inter predictas partes, & inter predictos, ſeu ſpecialiter, vel generaliter in compromiſſis nominatos compromittentibus invicem dictis partibus inter ſe, & etiam nobis dictis arbitris, ad penam marcarum decem millia argenti habere, & tenere firmum, & ratum, & facere, & obſervare totum, & quidquid inter eos dixerimus, quocumque modo nobis predictis arbitris placuerit una vice, vel pluribus, & una parte preſente, & alia abſente, & lite conteſtata, vel non conteſtata, &c. ſicut in compromiſſis a Paccio Notario de Vico, & Bonaccurſo Iudice & Notario de Parrignone, & Hermanno Notario Bernardi de Luca, & a quolibet eorum rogatis, & ſcriptis per omnia continetur, predictas diſcordias reſecare cupientes pro bono pacis, & concordie ſuper damnis, & iniuriis, & rapinis, & offenſionibus predictis dicta, & allegationes dictarum partium intelleximus diligenter. Inde nos predicti arbitri, & laudatores, & viſis ſcripturis publicis Procuratorum, & Syndicorum predictorum partium, & auditis predictarum partium dictis, habito quoque ſuper his conſilio Sapientium pro bono pacis, & quietis Civitatis Piſarum ad predictam penam decem millium marcarum argenti dicimus, & pronuntiamus, & arbitramur, atque laudamus, quod predictus Syndicus Piſani Comunis ſyndicatus nomine, & dicta Piſana Poteſtas Poteſtarie nomine pro ſupraſcripto Comuni Piſano, & ipſum Comune Piſanum, dent, & ſolvant, aut dari, & ſolvi faciant ſupraſcripto Comiti Rodulfo recipienti pro ſe ipſo, & pro omnibus & ſingulis, pro quibus compromiſit, pro ſupraſcriptis damnis, iniuriis, & ceteris in compromiſſis comprehenſis, ab hodie ad annos tres proximos, & completos, libras quatuor millia denariorum Piſanorum minutorum, videlicet tertiam partem predictarum quatuor millium librarum ab hodie ad unum annum proxime completum, & aliam tertiam partem, ab inde ad unum alium annum proxime completum, & reliquam aliam tertiam partem in capite termini predictorum trium annorum.

Item dicimus, & laudamus, & arbitramur, & pronuntiamus ad ſupraſcriptam penam, ut dictus D. Raynerius Comes pro ſe, & nobili viro Guelfo Comite, & idem ipſe Guelfus Comes de hinc ad Kalendas Iulii proximas dent, & reſtituant, aut dari, aut reſtitui faciant, ſupraſcripto Comiti Rodulfo, & Bertoldo eius nepoti, omnes equos, qui fuerunt predicto Comiti Rodulfo, & nepoti, vel eorum nuntiis, ſive maſnadis ſuper mare ablati, vel capti, a ſupraſcripto Guelfo Comite, vel ab alio, pro eo,

to, equos bonos, pro ut erunt tempore predicte ablutionis, ſeu captionis predictorum equorum, vel ſi dictos equos dare, & reſtituere non poſſunt. Dicimus, & laudamus ad predictam penam, & ab hodie ad Kal. Auguſti proximae dent, & ſolvant predicto Comiti Rodulfo, & dicto eius nepoti eſtimationem predictorum equorum, ad defenſionem predicti Comitis Rodulfi, eiuſque nepotis predicti ſub ſacramento ab eis legaliter faciendam, cum taxatione tamen noſtra, ſi nobis viſum fuerit faciendo.

Item dicimus, & laudamus ad ſupraſcriptam penam, ut predicta Piſana Poteſtas pro Comuni Piſano iuret, & contentum faciat in brevi futuri ſui regiminis, ſuiſque ſucceſſoris, quod ipſi teneantur ſacramento ſolvere, & dare pro Comuni Piſano predictas quantitates librarum quatuor millium ad predictos terminos conſtitutos, ut ſupra laudatum eſt, & pronuntiatum.

Item & dicimus, & laudamus, & pronuntiamus ad ſupraſcriptam penam, ut predictus Comes Rodulfus pro ſe ipſo, & pro omnibus & ſingulis, pro quibus compromiſit, & idem ipſi omnes, & ſinguli, pro quibus compromiſit firmam pacem, & concordiam teneant ſupraſcripte Piſane Poteſtati, eiuſque ſucceſſoribus, pro Comuni Piſano, & omnibus & ſingulis tam perſonis, quam Comunibus, ſeu locis terrarum, pro quibus dictus Syndicus pro ſupraſcripto Comuni compromiſit, & etiam predicto Domino Rayneria Comiti, & omnibus & ſingulis tam perſonis, quam locis, ſeu Comunibus terrarum pro quibus dictus Datus Procurator, ut ſupra dicitur compromiſit; & dicimus, & laudamus, & pronuntiamus ad predictam penam, ut dictus Comes Rodulfus per ſe, vel per alium, ſeu aliqui, ſeu aliquis eorum, pro quibus dictus Comes Rodulfus compromiſit de ſupraſcriptis, vel pro ſupraſcriptis, ſive eorum occaſione de cetero non faciant, vel faciat, aut fieri faciant, vel faciat occulte, vel manifeſte aliquam rixam, vel conſpirationem, aut ordinatum, vel tractatum, coadunationem, ſeu ſocietatem, vel compagniam, aut guerram, vel inſultum, vel aliud aliquod negotium, ſive reclamationem, vel querimoniam, contra predictam Piſanam Poteſtatem, vel eius ſucceſſores, pro Comuni Piſano, ſive contra Civitatem, & Comune Piſanum, aut contra predictum Dominum Raynerium Comitem de Bulgari, aut contra aliquem, vel aliquot tam perſonas, quam terras, comunia, ſive loca, pro quibus fuit a ſupraſcripto Syndaco pro Comuni Piſano, & ſupradicto Dato Procuratore, ut ſupra dicitur compromiſſum, & factum, vel factas non teneant, vel teneat; Et dicimus, & laudamus ad predictam penam, ut dictus Comes Rodulfus de cetero per ſe, vel per alium, ſeu aliquos, vel aliquis eorum, pro quibus idem Comes Rodulfus compromiſit nulli tam perſone, quam loco, ſeu Comuni terrarum volenti facere, vel facienti contra predicta dent, aut dari faciant, vel faciat conſilium, auxilium, vel favorem de perſonis, vel rebus.

Item quod de cetero non faciant, ſeu faciat, aut fieri faciat, vel patiatur aliquam iniuriam, vel offenſam, aut rapinam, ſeu moleſtiam, vel gravamen alicui, vel aliquibus, pro quibus eſt a ſupraſcripto Syndaco Piſani Comunis, & Dato ſupraſcripto Procuratore, ut ſupra dicitur, compromiſſum pro predictis in compromiſſis comprehenſis, vel eorum occaſione.

Item & dicimus, & laudamus ad predictam penam, quod facta reſtitutione ſupraſcriptorum equorum, aut eorum eſtimationis ſolutione in loco tuto facienda ad quem Piſani, & idem ſupradictus Comes Rodulfus ſecure, & ſine ſuſpectu convenire poſſint predictus Comes Rodulfus, & predictus eius nepos faciant finem, & refutationem generalem, & pactum de non petendo ſupraſcriptis Dominis Raynerio, & Guelfo Comitibus, vel eorum Procuratori pro eis recipienti per ſcripturam publicam de ſupraſcriptis equis, & eorum valentia, & de omnibus aliis, de quibus fuit in nos compromiſſum, in laudo eorum ſententiis, ſapientibus, ſive ſacramentalibus, aut patatoribus ultra iam datos . . . . dandos.

Item ad dictam penam dicimus, & laudamus, quod in ſolutione ultima predictarum librarum quatuor millium ſupraſcripto Comiti Rodulfo, ut ſupra dicitur, in comuni loco, & tuto faciendo, ad quem Piſani, & idem Comes Rodulfus venire ſecure poſſint. Idem Comes Rodulfus pro ſe ipſo, & pro omnibus & ſingulis, pro quibus compromiſit, faciant finem, & refutationem generalem per ſcripturam publicam Syndico Piſani Comunis pro Piſano Comuni recipienti, & ipſi Comuni Piſano in laudo ſapientis convenientie dicti Comunis, ſive pagatoribus, ut ſupra dicitur, & ut quelibet ſupraſcriptarum partium, ut ſupra dictum eſt, faciat, & adimpleat, & obſervet, & contra non veniat, vel faciat, neque a ſupra laudatis appellet, nec in appellationem de his procedat in aliquo ad dictam penam, dicimus, & laudamus integre, reſervata nobis iure, de ſuper premiſſis in in nobis, vel aliquo eorum una voce, vel pla-

Fffff

pluribus iterum ſeutentiandi, & quocamque modo nobis placuerit pranuntiandi, & ea ſupraſcriptis, & aliis interpretaadi, ſi tamen aliqua dubietas appa.eat.

Lecta ſunt hec omnia ſupraſcripta Piſis in Eccleſia S. Iuſti de Perlaſcia preſentibus Dominis Gualterio, & Sigerio, & Hermanno Fratribus de Ordine Fratrum Predicatorum, & Ruberto Iudice de Sancta Maria in Monte, Dominice Incarnationis anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo octavo, Indictione undecima, ſeptima Idus Novembris,

Ego Paccius de Vico Imperiali Aule Notarius predicta omnia mea ſigno firmavi, & ſcripſi predictorum arbitrorum parabola, & mandato, & hanc cartulam rogatus ſcripſi, & firmavi, loco ✠ ſigni.

Addendum quoque eſt Diploma *Friderici II.* Imperatoris, datum anno MCCXLIV. in quo inter alios teſtes eſt *Pandulfus Faſianella* Tuſciae Vicarius generalis, ex quo corriguntur, quae dixi ſuperius *pag.* 398. Hoc Diploma erutum eſt ex Archivo Manſionis de Altopaſſu Lucanae *A.* 1. *n.* 41.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis, amen. Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Ieruſalem & Sicilie Rex. Ex cura dignitatis nobis a Deo commiſſe compellimur inter cetera pie humanitatis officia, que ſumme Divinitati deſerviunt, hoſpitalitatis ſtudium, quod in pauperes Chriſti pia benignitate impenditur, noſtram potiſſimum Serenitatem quamplurimum approbare, ac eius neceſſitatibus ac utilitatibus pie pro Chriſti amore devotiſſime ſubvenire. Ideoque hiis opem Regalis noſtre defenſionis ac munificentie miſericorditer impendere dignum ducimus, qui in venerabilibus Xenodochiis exiſtentes, & virtutem hoſpitalitatis amplexantes in egentium laudabili ſubſtentatione Domino Ieſu Chriſto laudabiliter famulantur. Quo circa imitantes veſtigia Divorum Auguſtorum predeceſſorum ac parentum noſtrorum Domini Friderici avi, & Domini Henrici patris noſtri, inclite recordationis ſecondum tenorem privilegiorum, que ipſe Fridericus, & ipſe Henricus Romanorum Imperatores eis indulſerunt: & ſecundum tenorem privilegiorum, que nos ipſis indulſimus, omnibus tam preſentibus quam futuris cognitum fieri volumus, Nos pro amore Dei Hoſpitale de Altopaſſu ciuſque poſſeſſiones omnes tam

tam perſonas, quam res, quas modo habet & poſſidet, aut de cetero Deo dante iuſte habere contigerit, in protectione atque defenſione ſive tuitione ſuſcepiſſe: & nominatim quidquid habet ſeu poſſidet in loco Cerbaria vel in eius finibus, & in Vallecava, ſeu in Salanova, & Marlariu; & quidquid habet ſeu poſſidet in plano de Luca, & intus in Civitate: & quidquid habet & poſſidet in Curia de Piſcia tam in molendinis & eorum aqueductibus, quam etiam in aliis poſſeſſionibus: & quidquid habet ſeu poſſidet in loco Vivinaria vel eius Curte: & quidquid habet ſeu poſſidet in loco Potho vel eius Curte: & quidquid habet ſeu poſſidet in loco Ficeclu vel eius Curte, cum ponte, qui ſuper Arnum eſt, in predicto loco Ficeclo & eius pertinentiis omnibus, & Cerretu prope ipſum Ficeclum: & quidquid habet ſeu poſſidet in Epiſcopatu Vulterrano in loco ubi dicitur Padule, & in loco ubi dicitur Eccleſia Sancti Iohannis de Sorbolaricu, in Valle de Cecina ubi dicitur Curte de Cavallare, aut in eorum finibus: aut quidquid habet ſeu poſſidet in eodem Epiſcopatu Vulterrano ubi dicitur Scornello vel in eius finibus: & quidquid habet ſeu poſſidet in eodem Epiſcopatu Vulterranen. in Caſtro de Agusno & eius finibus: & quidquid habet ſeu poſſidet in loco S. Geneſii vel eius finibus: & quidquid in loco Stabia: & quidquid habet ſeu poſſidet in Archiepiſcopatu Piſano tam intra Civitatem quam extra: & quidquid habet & poſſidet in loco Prato & eius finibus, & in loco Cerreto, & in loco Palaria, & in Curte Porcari, ſeu in aliis locis vel vocabulis, tam etiam in terris quam in aquis & piſcariis ſeu paludibus: & quidquid habet ſeu poſſidet in Epiſcopatu Florentino tam in ipſa Civitate quam extra. Preterea ex Regali noſtra munificentia atque authoritate iam dicto Hoſpitali & Fratribus ibi pro tempore deſervientibus concedimus atque permittimus in predicto loco Cerbaria & Epiſcopatu Vulterranen. in locis ubi paſcua ſunt, uſum paſcendi eorum animalia in perpetuum habere: & ut aquam de fluvio Piſcie noſtra authoritate atque licentia ad predicti Hoſpitalis utilitatem vel molendina ducere atque derivare ſine alicuius contradictione vel contrarietate pro velle ſuo poſſint & faciant. Inſuper concedimus dicto Hoſpitali in perpetuum quoddam nemus in loco predicto Cerbaria ubi dicitur Semineta, ſicut per longa tempora ipſum pacifice tenuit & quiete,

&

& quamdam domum ubi dicitur Podio de Greppo prope Burgum Galleni cum omnibus iuſticiis & pertinentiis ſuis: que domus ex concambio facto cum Hoſpitali S. Martini de Greppo ad eius poteſtatem devenit. Volumus etiam & precipimus quatenus idem Hoſpitale & Fratres in ſtrata publica peregrinorum iuxta Ficeclum ſuper fluvium Arni Albi, ubi magis fuerit expediens, ad neceſſitatem tranſeuntium pontem habeant & faciant abſque alicuius perſone contradictione vel impedimento. Si vero pontem inſurgente inundatione vel neceſſitate aliqua non habuerint, volumus ut navem habeant ad peregrinos traducendos ſine aliquo pretio, nullique omquam alii perſone vel cum pretio vel ſine pretio ibi navem aliquam pro tranſeuntibus liceat habere. Inſuper concedimus & Imperiali authoritate firmiter precipimus, quatenus predicti Fratres ipſorumque adſcriptitii & univerſi eorum homines pro quacumque neceſſitate vel negocio ſuo libere vadant & veniant per Lombardiam totam & Tuſciam & ſpecialiter per Piſanam diœceſim & totam eius fortiam, & per Vulterran. & Lucen. Epiſcopatus, per totam Garfagnanam & Vallem Lime, per totas Alpes, per totam Verſiliam, totumque Epiſcopatum Lunen. & generaliter per totam Italiam ubicomque voluerint: ſuas que res & alia quecumque habuerint abſque omni data angaria parangaria pedagio omnique tranſiturio vel exactione libere permaneant. Nulluſque omnino in domibus eorum vel manſionibus aliquem incarcerare vel aliquas preſſuras exercere preſumat. Concedimus demum & confirmamus in perpetuum eidem Hoſpitali de abundantiori gratia noſtra Hoſpitale ſive Eccleſiam de Roſara ſitam prope Ficeclum in qua Eccleſia Imperium habet iuſpatronatus cum omnibus rationibus & honis ſuis ſicut Corradus Ven. Meten. & Spiren. Epiſcopus Imperialis Aole Cancellarius, & totius Italie Legatus, dilectus familiaris & fidelis noſter eidem Hoſpitali de Altopaſſu per privilegium ſuum conceſſit. Ita tamen quod leproſi qui ſunt in eadem domo de Roſara ab eodem Hoſpitali ſuſtententur & habeant neceſſaria univerſa, ſicut hactenus in eodem loco habuiſſe noſcuntur. Statuimus itaque & Imperiali edicto ſancimus, ut nullus Archiepiſcopus vel Epiſcopus, nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nullus Nuncius vel Legatus noſter, nullaque Poteſtas vel Civitas, nullum Comune, nulla Univerſitas, nullaque omnino perſona alta vel humilis, eccleſiaſtica vel ſecularis, contra hanc Maieſtatis noſtre confirmationem & conceſſionem aliquo modo venire audeat, vel predicto Hoſpitali & Fratribus & univerſis hominibus eorum aliquam datam angariam parangariam collectam ſervitium vel aliquod onus publice functionis imponere, ſeu ipſos in Civitate, Caſtro, Caſtello, Oppido, ſeu Burgo, vel alio quocumque, vetare aut prohibere preſumat, quo minus victualia ſeu alia quecumque neceſſaria ad opus ipſorum & pauperum Chriſti emant diſtrahant & libere abſportent. Quicumque vero contra hec que premiſſa ſunt agere preſumpſerit, vel ipſum Hoſpitale Fratres & univerſos homines eorum in aliquo gravare vel quocumque modo impedire ſeu perturbare, centum libras auri puri pro pena componat, dimidiam Camere noſtre, & reliquum iniuriam paſſis: ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam preſens privilegium fieri & bulla aurea typario noſtre Maieſtatis impreſſa iuſſimus communiri. Huius rei teſtes ſunt Fridericus, illuſtris Regis Caſtelle filius, dilectus nepos noſter, Manfredus Marchio Lane. Tedaldus Franciſcus, Pandulfus de Faſanellis Sacri Imperii in Tuſcia Vicarios generalis, Magiſter Petrus de Vinea, & Magiſter Taddeus de Sueſſa, magne Curie noſtre Iudices, Petrus de Calabria Mareſtalle noſtre Magiſter, & alii quamplures.

Signum Domini noſtri Friderici ✠ Dei gratia invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Ieruſalem & Sicilie Regis.

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto, menſe Aprilis, ſecunde Indictionis. Imperante Domino noſtro Friderico Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Ieruſalem & Sicilie Rege, Imperii eius anno vigeſimo quarto, Regni Ieruſalem vigeſimo, Regni vero Sicilie quadrageſimo quarto feliciter, amen.

Datum apud Aquampendentem anno, menſe, & Indictione predictis.

Fratres Hoſpitalarios, qui Teupaſcii, nunc Altopaſſus corrupte dicitur, Xenodochium inſigne habebant, multa Florentiae, & in eius agro ac territorio, Dioeceſique poſſediſſe, credibile eſt ex eo, quod per univerſam ferme Európam Manſiones, ut vocabant, & poſſeſsiones habuerunt; & evidenter elucet ex hoc *Friderici II.* Diplomate. Illorum mentio-

nem

nem fecimus ſuperius *pag.* 401. 402. 425. 427. ſed multo plura de iis, eorumque Xenodochio commentatus ſum in meo *Hodoeporico*, *pag.* 343. 521. 628. 657. 1078. 1080. 1105. 1159. 1161. 1179. 1186. 1213. De hoc Ordine Fratrum Hoſpitaleriorum eorumque Magiſtris multa quoque habet *Fran. Galeottus* in *Hiſtoria Piſcienſi MS.* & *Heliotus* in *Hiſtor. Relig. Tom.* . . Ceterum multa, quae hoc Diploma illuſtrare poſſunt, habes in citato meo *Hodoeporico Part. I. & II.* ubi de Ficeclu, Sancto Geneſio, Galleno, Roſaria, paſsim agitur, & de Cerbaria praecipue, quae proprie *Cervaria* diei deberet, quaſi loca Cervis hoſpita Capreisque ſilveſtribus; de hac vero agitur *pag.* 392. 467. 476. 521. 730. 753. 842. 1133. 1213. Conſtitutiones Ordinis Fratrum Hoſpitalariorum Teupaſcii, ſub Pontificatu *Gregorii IX.* conditae, exſtant archetypae apud *Ferrantem Caponium* Patricium & Senatorem Florentinum, in cuius familiae cenſum Xenodochium Teupaſcii olim tranſierat, quod deinde Magnis Etruriae Ducibus conceſſere, tribus in Ordine Militari D. Stephani Commendis, ut vocant, in Caponiorum familia conſervandis, compenſatum. Aſt correctio temporis, quo *Fridericus* Antiochenſis Vicarius in Tuſcia fuit, amplius confirmatur ex Diplomate ipſius *Pandulfi Faſianellae* dato anno MCCXLI. Sangeminianenſibus, in quo is Capitaneus generalis in Tuſcia dicitur, quodque ex *Coppio Annal. Sancti Geminiani Lib. II. pag.* 105. heic produco.

In Dei nomine, amen. Dominus Pandulphus de Paſſanella, Imperialis in Tuſcia Capitaneus Generalis, auctoritate qua fungitur, concedit Communi, & univerſis & ſingulis hominibus Sancti Geminiani & Curtis, omnes bonas, & antiquas conſuetudines, poſſeſſiones, tenimenta, & omnia iura, que & quas hodie iuſte tenent, & poſſident, tam intus quam extra. Promittitur etiam eis, predicta auctoritate, quod dictum Commune, & ſinguli eiuſdem, in preſentia Domini noſtri Imperatoris, in ſuis iuribus, & iuſtis petitionibus, eos commendatos habebit, interponendo partes ſuas, circa promotionem & meliorationem dicte Terre. Preterea permittit & confirmat eis, ut Statuta ad honorem Domini noſtri, & bonum ſtatum ipſorum, facere poſſint, & iura reddere, maleficia punire, dare Tutores, & Curatores inter ſuos, ut iuſte conſueti ſunt. Permittitur etiam eis, ut poſſint eligere Rectorem, vel Poteſtatem, ſalvo Imperiali mandato, & edicto, nuper per Tuſciam facto, de non eligendis vel recipiendis Poteſtatibus vel Rectoribus, ſine ſpeciali mandato & licentia Principis vel Capitanei; ſalvo quod pro futuris temporibus non ſit eis preiudicium, qui eligere poſſint. In quibus predictis omnibus reſervat & conſervat Imperiale beneplacitum, & mandatum. Ad huius autem rei memoriam, & dicti Communis cautelam, preſens publicum Inſtrumentum fieri iuſſimus, per manum Altimonus Notarii noſtri, & Sigillo pariter communiri.

Actum apud Sanctum Geminianum, in anno Domini MCCXLI. Imperante Domino noſtro Friderico II. invictiſſimo Romanorum Imperatore die Mercurii XXVII. Novembris exeuntis, XV. Indictione &c.

Non tamen videtur eſſe hoc primigenium integrumque Inſtrumentum, ſed magis compendium eorum, quae in ipſo Inſtrumento continebantur, poſterius ob nonnemine memoriae gratia conſcriptum. Quod vero magis illuſtrat, quae ſupra a me de *Federico* Antiochiae Rege dicta ſunt, eſt Diploma aliud eiuſdem Imperatoris datum anno MCCXLVII. in quo *Fridericus* ille vere eſt in Tuſcia Vicarius generalis; hocque Diploma editum fuit in *Hiſtoriae Viterbienſis Appendice pag.* 407. a *Feliciano Buſſio*, quod ita habet:

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Fridericus II. divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Ieruſalem & Sicilie Rex. Preclara virtus in Principe conſuevit ſemper eſſe clementia, cuius inſtantia, ſi divina potentia vincitur, maioribus celebrari debeat victa preconiis, quam ſi victrix armorum diſcrimine triumpharet. Sane hoc eſt utile, hoc civile, Regia prepotentia imperium, ut noxios ſubditus, quos poteſt dextera viribus fulta conterere, per venie gratiam dignetur ad regimen ſui culminis revocare. Hec tamen clementia illis debet eſſe clementior, qui a dominii noſtri fide paucorum perfidia diviſi, quam primum poſſunt iugum illicite poteſtatis excutere, ad naturale dominium revertuntur. Per preſens itaque Privilegium tam preſens etas noverit, quam ſucceſſura poſteritas, quod Commune Viterbii fideles noſtri, qui quorundam de ipſa Civitate Viterbii operante nequitia, non tamen voluntarii, ſed ignari, vel pravis ſeducti conſiliis, a fide noſtri nominis aliquando deviaſſe vi-

videntur, ab erroris tramite recedentes, & ad recta corda converſi, noſtris ſe dederunt beneplacitis, & preceptis: fugatis & ab eorum communione repulſis hiis, qui cauſam tranſgreſſionis eiſdem ſuaſionibus callidis tribuerunt, ipſos in deſtructionem bonorum in plene ſubverſionis inditium perſequentes. Nos Viterbienſium eorumdem zelo fidei diligenter attento, antique devotionis etiam non immemores exiſtentes, quam ad Maieſtatis noſtre Perſonam, & Sacrum Imperium diutius habuiſſe noſcuntur, in tuitione noſtri culminis reſpirantes, precipue contra eos, qui eorum ſanguinem ſitientes, ad finalem aſpirant interitum eorundem, contra quos ſola eos brachii noſtri potentia defenſavit: culpas omnes, offenſiones, & banna, que predicte tranſgreſſionis occaſione contra nos, & Sacrum Imperium commiſerunt, eisdem gratia noſtra, & Imperialis plenitudine poteſtatis omnino remittimus, & in perpetuum relaxamus. Confirmantes ipſis omnes bonos uſus, & approbatas conſuetudines, quales hactenus uſque nunc uſi fuiſſe noſcuntur. Predictam etiam Civitatem Viterbii, & Cives eiuſdem ſingulariter ſingulos, & univerſaliter univerſos, preter eos tantummodo, qui criminis conſcii perpetrati, & vulneratas ſibi conſcientias ſentientes, Civitatem ipſam, dum ad noſtrum dominium, & mandatum rediit, reliquerunt, ſe ipſos participatione fidelium reputantes indignos, plene in gratiam noſtram recepimus & favorem. Itaque nec in perſonis ipſorum, nec in rebus diſpendium a nobis, aut Officialibus noſtris propter ea pertineat; quin potius Civitatem eandem, & Cives in bono ſtatu tenere, manutenere, fovere velimus, ac regere ſicut aliquam aliam Civitatem Italie, que ſemper in fide, ac devotione noſtra perſtitit, & nullo unquam tempore notam tranſgreſſionis incurrit. Statuimus itaque, & Imperiali ſancimus Edicto, quatenus nullus Dux, nullus Marchio, nullus Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, nullus Comes, aut Vicecomes, nullus Legatus, Vicarius, aut Capitaneus, Poteſtas, aut Rector, nulla Civitas, nullum Commune, nulla Vniverſitas, nulla denique perſona alta, vel humilis, Eccleſiaſtica, vel ſecularis antedictos Viterbienſes, fideles noſtros, in fide & devotione noſtra, & Imperii perſiſtentes, & a noſtris ac Imperii ſervitiis minime recedentes, contra preſentis Privilegii noſtri tenorem auſu temerario inquietare, moleſtare, ſeu perturbare preſumat. Quod qui preſumpſerit, indignationem culminis noſtri ſe noverit incurſurum, & centum libras auri optimi pro pena compoſitorum, quarum medietas Fiſco noſtro, & reliqua medietas paſſis iniuriam applicetur. Ad huiuſmodi autem rei memoriam & robur, perpetuo valitura per preſens Privilegium, per Petrum de Capua Notarium, & fidelem noſtrum ſcribi, & Bulla aurea typo noſtrae Maieſtatis impreſſa iuſſimus communiri. Cuius rei teſtes fuerunt dilecti filii noſtri Henricus Illuſtris Rex Sardinie & Sacri Imperii Legatus in Italia Generalis, & Fridericus de Antiochia Comes Albe Sacri Imperii in Tuſcia Vicarius Generalis, Mainfredus Marchio C. Lancee, Ecaelinus de Romano, Vbertus Marchio Pelavicinus, Petrus de Calabria Mariſcallie noſtre Magiſter, Tadeus de Sueſſa Magne Curie noſtre Iudex, & alii quamplures.

Signum Domini noſtri Friderici Dei gratia Invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Ieruſalem & Sicilie Regis.

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo menſe Auguſti V. Indictionis, imperante Domino noſtro Friderico Dei gratia Invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Ieruſalem, & Sicilie Rege, Imperii eius viceſimo ſeptimo, Regni Ieruſalem viceſimo ſecundo, Regni vero Sicilie quadrageſimo nono feliciter. Amen.

Datum in Caſtris in obſidione Parme anno, menſe, & Indictione preſcriptis.

Res autem *Friderici* Antiocheni amplius illuſtrantur ex eius Epiſtola, data pariter anno MCCXLVII. & eruta ex Archivo Monaſterii Arretini *SS. Florae* & *Lucillae*, *Capſa M.* n. 84. mecumque communicata a viro eruditiſſimo *Laur. Guazzeſio* Patricio Arretino, & Equite Stephaniano. Ea eſt quae ſequitur.

Fred. de Antiochia Domini Imperatoris filius, Sacrii Imperii in Tuſcia & ab Amelia uſque Cornetum & per totam Maritimam Vicarius Generalis, Nobili viro Domino Comiti Guidoni Poteſtati Aretii, fideli Imperii, Amico ſuo, ſalutem & amorem ſincerum.

Querelam venerabilis Abbatis S. Flore Aretine nuper recepimus continentem, quod Dompnus Benedictus S. Salvatoris, & Dompnus Dianeſe de Anteria Capelanus, & Presbiter Bonus Canonicus Aretinus, auctoritate delegationis eis commiſſe a Marcellino olim Epiſcopo Aretino, *nunc proditore & exbannito Imperii*, ipſum Abbatem, & Abatiam indebite moleſtantes non permittunt ipſum pro debitis ipſius Eccleſie exſolvendis de bonis ipſius Abbatie alienare, emptores & emere volentes auctoritate predicta ſub excommunicationis pene nichilominus prohibentes. Cum igitur de Imperiali mandato procedat ut nemo auctoritate alicuius Clerici vel Prelati, & maxime rebellium Imperii, ſe in aliquo intromittere attentet, mandamus vobis auctoritate Imperiali, qua fungimur, firmiter iniungentes, quatenus prefatos Iu-

Iudices delegatos taliter compellatis ut predi-
ctum Abbatem ſeu Abbatiam occaſione dicte
delegationis non moleſtent, & quod permit-
tant dictum Abbatem pro evidenti & neceſſaria
utilitate dicte Abbatie de bonis ipſius Abbatie
vendere & alienare, ſalvo quod Caſtra vel a-
liud quod ab Imperio teneret non debeat alie-
nare; nihilominus etiam taliter compellatis pre-
dictos Iudices delegatos quod predictum Abba-
tem vel aliquem alium occaſione dicte delega-
tionis palam vel privatim excomunicare non
preſumant, procedendo contra eos de receptio-
ne delegationis prefata ſicut ad honorem Impe-
rii videritis expedire.

Datum in Caſtris in depopulatione Peruſii
III. Iunii V. Indictione.

Mendum autem irrepſiſſe crediderim in Di-
plomate *Friderici* Imperatoris dato eodem
anno Cremonae, in quo non *Fridericus* Rex
Antiochiae, ſed *Henricus* legitur. Diploma
profero:

In nomine Sancte & Individue Trinitatis.
Fridericus Secundus Divina favente clementia
Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hye-
ruſalem & Sicilie Rex. Auguſtalis excellentie
tunc extollitur ſolium, tunc Ceſarea dignitas
ſui nominis titulos ampliat, cum fidelium ſuo-
rum iuſtas petitiones exaudit, illoſque congruis
honoribus, ac beneficiis honorat & promovet
quos pura fides approbat & ſincera devotio
facit expertus. Per preſens igitur Privile-
gium notum fieri volumus univerſis tam pre-
ſentibus quam futuris, quod nos ad ſupplica-
tionem Vberti Pelaviſini, & Ioanne Comitiſſe
ſororis eiuſdem, dilectorum fidelium noſtrorum
pro gratis quoque & acceptis ſervitiis, que
iidem fideles noſtri, & quondam Guido Co-
mes in Tuſcia Palatinus, maritus eiuſdem Co-
mitiſſe, Maieſtati noſtre, ac Divis Auguſtis
progenitoribus noſtris recolende memorie, exhi-
buerunt, fideliter & devote conſiderantes etiam
quod Guido & Simon Comites filii quondam
Comitis predicti fidelis noſtri nobis & Imperio
ſatis ſervire poterunt in futurum, de con-
ſueta munificentie noſtre gratia, qua fideles
noſtros conſuevimus prevenire, & ex certa
ſcientia noſtra, prefatos Guidonem & Simonem,
poſſeſſiones eorum & bona, quas & que nunc
poſſident, aut eorum nomine, ſeu pro eis,
vel alicuius eorum, aut ipſorum parte hacte-
nus fuerit acquiſitum, & in antea quolibet
iuſto titulo poterunt adipiſci, ſub protectio-
ne noſtra, & Imperii, recipimus ſpecialiter ea
ipſis & eorum heredibus in perpetuum con-
firmantes. Vt autem abundantioris gratie no-
ſtre prerogativa letentur de ſpeciali largitate
noſtra donamus & confirmamus eis & ipſorum
heredibus, ut eſt dictum, omnia regalia no-
ſtra, & omnem iuriſdictionem, que & quam
habemus in omnibus terris & poſſeſſionibus,
quas nunc habent, & in aliis quas in antea
quolibet iuſto titulo poterunt adipiſci, vi-
delicet bannum, placitum, diſtrictum, tholoneum
pedagium, ripaticum, mercata, aquas, aqua-
rum decurſus, piſcationes, venationes, palu-
des, argenti fodinas, ferrifodinas, & quicquid
metalli, vel theſauri, in terra ſua inveniri po-
teſt, alpes quoque, & montes, valles, & omnia
que ad nos, & Imperium ſpectant. Quas poſ-
ſeſſiones, inſtrumenta diviſionum, que predi-
ctus Comes Guido fecit olim cum fratribus ſuis,
& ipſorum Guidonis, & Simonis, etiam alia
continent, ſeu continebunt, publica inſtrumen-
ta, cuius tam diviſionum terras, & poſſeſſio-
nes, que in partem predicto Comiti Guidoni
ceſſerunt, quam alias que ex teſtamento q. Co-
mitis Roggerii fratris ſui ad eumdem Comitem
pervenerunt, & ſui obitus tempore poſſidebat,
& nunc prefati fratres poſſident, preſentis
Privilegii ſerie propriis vocabulis duximus ex-
primendas, videlicet Caſtrum de Poppio cum
tota eius curia & diſtrictu, & nominatim infra-
ſcriptas Villas, que ſunt de eius curia, & di-
ſtrictu, s. Corle, Loſque, Filectum, Chelle, Salam,
Potrenam, Corſignanum, Buchenam, Pergenti-
nam cum ipſarum diſtrictibus, & pertinentiis,
item Caſtrum de Glauzolo cum tota eius curia
& diſtrictu ac pertinentiis, Plebem de Vado,
Caſtrum & Villam Garliani, Caſtrum Montis
Aguti, cum omnibus earum pertinentiis & di-
ſtrictu, & in Logis has Villas, s. Cieticum, Spa-
languem, Tereclle, Canaleciam, Turricellam,
Gontaninum, Seſelle, Orgem, Bargum, Col-
line, & Silvam, cum eorum diſtrictibus, & per-
tinentiis, totam Villam Montis Mignarii cum
ſuis pertinentiis; totum Caſtrum de Battifolle
cum eius curia & diſtrictu, & omnes has Vil-
las cum earum diſtrictu & pertinentiis, vide-
licet Scartiam, Caſſeſem, Iſulam, Vertelle, Caia-
num, Reſtonchium, Vaianum, Comandiſiam
Caſtri de Fronzole, & eius curia, Plebem . . .
Villam de Vagna cum ſuis pertinentiis, Rio-
ſiechum, Caſtrum Rozoli, Ortignanum, Cor-
tam, Burgum Sancte Marie, Soretzanum cum
eorum curiis & diſtrictibus, medietatem Ca-
ſtri, & Burgi de Sullaoo, Villam de Fonte
Claro, quartam partem Caſtri de Pertina &
eius diſtrictus, quartam partem Prati Veteris,
& duas partes hominum olim Monaſterii Prati
Veteris, & quicquid eis ullo modo pertinet,
vel eorum nomine detinetur in Caſentino, &
uſque ad Civitatem Aretinam; item totum Ca-
ſtrum Ampinane cum eius curia & diſtrictu ac
ſuis pertinentiis, & integras has Villas, s. Fa-
bianum, Caſaromanam, Raforum, Pataraum,
Farnetum, Corniole, Campoiannem, Queſtiam,
Coſtam, Brumaſolem, Bruzzanum, Quercetum,
Caſanovam, Caſignellam, Voltignanam, Rium,
& Villorem cum ſuis pertinentiis; Caſtrum Tur-
ricelle, Caſtrum Roſtolena, & eius Villam cum
curia & diſtrictu & eius pertinentiis, dominium,
uſariam, redditum ac proprietatem Alpium,
Abbatie de Criſpino, Caſtrum de Caſole cum
eius curia & diſtrictu, & ſuis pertinentiis, &
has Villas ſcilicet, Corpuſtum, Vlcillanum cum
ſuis pertinentiis, Caſtrum Montis Aguti de Al-
pibus cum ſuis pertinentiis, totam Villam Co-
ſelle cum eius curia & diſtrictu & pertinentiis,
Caſtrum Ortigace cum eius curia & diſtrictu &
pertinentiis, Caſtrum Viſpignani cum eius cu-
ria & diſtrictu, Samprognanam, Dattatiam,
Vezanum, Allenem cum eorum pertinentiis,
Montem de Ferro, Figiue, Collem Camarti-
num cum ſuis pertinentiis, Plebem Decumani
cum ſuis pertinentiis, medietatem Mercati,
& Mercatale Decumani, Caſtrum de Puteo
cum eius curia diſtrictu & pertinentiis, Vil-
lam

lum de Strada, Monchonem, & Petravelſam cum eorum cuciis & pertineotiis, Caſtrum Mootis Doncli cum cius curia & diſtrictu, Montanum cum eios coria & diſtrictu, Barbiſcum cum eius curia & diſtrictu, Comanditiam Saocti Marciani, & ius quod habeot in Sancto Mareiano, ſive in hominibus ipſius loci, & quartam partem Montis Varchi & eius curiam & diſtrictum, & Hoſpitale de Geneſtra cum eius pertinantiis, totum Hoſpitale Monris Sechi, Caſtillionem da Pacciis cum aius euria & diſtrictu, & Comanditiam libra arganti que ai dabetor & datur annuatim pro eo; item quartam Burgi & Rocche de Balneo, Caſtri de Torzano, & Fontisclaſe, & Caſtellini, & Latchiani, & ſuarum coriarum & diſtrictuum & pertinentiarum, & quartam partam edificiorum, tarrarum, donicatarum, & hominom exiſtentium in ipſis locis; item mediatatem Gironia, Caſtri, Burgi, & Curie Mutiliana, & eius diſtrictus & pertinentiarum, & Villarum ſubſcripearum, videlicet Sancti Sabini, Miſilloli, & earum curiarum & diſtrictuum, mediatatem Caſtri de Marradi, & eius eurie & diſtrictus ac pertiuentiasum ipſius, medietatem Caſtri Monſatulli & eius curie & diſtrictus, & medietatem Ville & Abbatia de Azarcto & aius eurie & diſtrictus & pertinantiarum, mediatatem Moniſteriorum Gamuodii, & Sancte Reparata & ſuarum partinantiarum, mediatatem Vidillani, & feudi quod fuit Vgonis da Vidillana, mediatatem loci qui diritur Sazus, ubi ſunt domos, molandinum, & gualeheria filiorum quondam Gabrani, medietatem Cheppani & eius diſtrictus, Sancti Caſſiani & aius diſtrictus, Petremaori, Collioe Sancti Yllari, Palle & eorum diſtrictus, madiatatem Albeni; & Rapignani, & Populani & ſuarum euriarom & diſtrictuum, medietatam Lanſrii Abbeti, & ſuarum pertinentiarum, medietatam Caminani, & aius diſtrictus, madietatem cantem manſorum de tarra quam habaut Catthani de Gattana, Caſtellum videlicat Montebelli, Monreveelo, medietatem Plebis Sancti Iohannis de Loro, medietarem Bacagnani, & eius eurie & diſtrictus, & medietatam de omni eo, quod pater & avus pradictorum fratrum Guidonis & Simonis habebac, ſive aorum nomine detiuabatur, vel ai aut alrari corom pertinebat ſeu pertinere poſſat quocumque titulo in tota Valla Marchiani, in Bergelli, Bactignolo, Senzano, & eorum curiis & diſtrictibus, item medietatem Villo & Ecelcſie Sancti Petri in Viſſina, & cius diſtrictus, Rivagorte, Villa da Trebbio & earum diſtrictuum, & ipſam medietatem omnium & ſingulorum hominum, colonorum, fidelium, & aliorum coiuſaumque aonditionis ſint com raſediis, familiis, & animetis ac ſervitiis eorum & omnium domnicatorum, poderiorum, amaziatorum, & axmaziatorum . . . . . & exiſtentium in dictis locis de Romania que continent poblica Inſtrumenta diviſionis inde olim facte inter Comitem Tegrinum, & patrem pradictorum fratrum; item totum Caſtrum da Biſoren eum ejus coria & diſtrictu ac ſuis pertinentiis, prout continet publicum Inſtrumentum emptionis confectum, item quartam partem Caſtrorum, Villarum cum ipſorum euriis, diſtrictibus, & pertinentiis, palatiorum, turrium, forticiarum, hominum, colonorum, inquilinorum, fidelium, vaſſallorum, eum eorum familiis, tenimentis, ſervitiis, terrarum poſſeſſionum, tarrarum & bonorum omnium, iuriom, & iuriſdictionum, & actionum parſonarom in Greti, & partibus adiacantibus, que pervenerunt ad patrem predictorum fratrum ax diviſione, quam fecit com Comite Tegrino, & Comite Aganulfo fratribus ſuis, & cum ipſo Comita Agenolfo, Rodulfo Guidonia Burgognonis, & Rogerio da Cona tuturibos Guidonis, & Roggerli filiorum quondam Comitis Mareovaldi fratris ganitoris Guidoois, & Simonis predictorum, ſicut ipſius divſionis publica eorum continant Inſtrumenta, quorum Caſtrorum, Villarum, & Terrarum nomina ſunt hec: Empuli, Moota Rappoli, Petrorio, Colla da Petra, Cerretum, Muſignanum, Caſtrum de Vincio, utramqua Pagnanam, Fumaiam, Granaiolum, Carbonariam, Turrim Benni, Caſtrum de Celle, Lonsraynum, Patriolum, Gonfienri, Colliſgonzoli, Burianum, Orbigoanum, & dimidium Plabis de Vagliano, & Collecebium, item quartam partem eorum omnium, que avus dictorum Guidonis, & Simonis hababat, & tenebar per ſe, vel per alium, aut aius nomine habebatur, & ad aum partinebat in Montaoia Brandelli, & in Civitata, & toto Epiſcopatu Piſtorienſi; itam quartam partam totius Caſtri Montis Murli, & eius eurie & diſtrictus, Neposzanum cum eius euria & diſtrictu, Cavi, & Pernine eum aorum partinantiis & diſtrictibus, Lueom de Muſallo com diſtrictu, quartam parſem Hoſpitalis Sancti Huberti, & ſuarum pertinantiarum. Specialiter etiam indolgemus & confirmamus aia prour in ſacro Privilagio noſtro dudum Guidoni, Tegrino, Roggerio, Marcoaldo, & Aganulfo Comltibus, patri, & patruis pradictorum fratrum plenius noſeitur contineri, ut non compallatur de aliqua cauſa ſub alianios examina reſpondere niſi ſub nobis, & alio, quem ad hoc ſpacialirar delegaremus; & ſi quando vocati fuarint a nobis ut ad nos veniant, val a Nuntiis noſtris metu cognatorum quondam Anſelmi, vel iuſto impedimento ſuparvenianta, poſſint par Reſponſalas ſuos, vel Nuntios nobis, & noſtris Nuntiia ſine noſtra indignatione reſpondere, ſtatuentes & Imperiali ſancientes Edicto, quatenus nulla perſona alta val humilis, Eaaleſiaſtiaa val ſecularis, nullus Marebio, neque Comas, nulla Poteſtas, Civitas, ſiva Comune, Rector, nec Vuiverſitas, nulla deniqoe elia perſona eos, vel eorum heredas lagirimos, contra huius Privilagii noſtri tenoram molaſtare, vel iniuriari, aut inquietare, aut diſvaſtice preſumat; & qui preſumpſerit pretar indignationem noſtri culminis, quam incorret, centum librarum auri puriſſimi pro pena ſe compoſiturum agnoſcat, medietato Camare noſtre, reliqua medietate paſſis iniuriam applicanda; nollis aliis Privilagiis, ſeu concaſſionibus a culmine noſtro impetratis, vel impatrandis preiudicantibus in aliquo preſenti Privilegio noſtro. Ad huius autam protectionis, donationia, conceſſionis, & confirmationis noſtre memoriam, & robor parpatuo valiturum praſans Privilegium fieri, & Sigillo Maieſtatis noſtre iuſſimus communiri. Huius rai teſtes ſunt Henr. illuſtris Rax Antiochie, dilectus filius noſtae Sacri Imparii in Italia Legatus, Berardus venerabilis Panormitaous Archiepiſcopus, B. Marchio de Fobenburth,

burth, Magiſter Petrus da Vinea Aula noſtre Protonotarius, & Regni Sicilie Logoth. T. de Sueſſa Magne corio noſtre Index, & Petrus de Calabria Mareſcialle noſtre Magiſter, & alii quamplures.

Signom Domini noſtri Frederigi Secondi Dei gratia Invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Hyeruſalem & Sicilie Regis,

Loco ✠ Sigilli.

Acta ſont hec auno Dominice Incarnationis milleſimo dugenteſimo quadrageſimo ſeptimo menſe Aprilis, quinte Indictionis, imperante quoque Domino noſtro Friderico Secundo. Dei gratia Invictiſſimo Romanorum Imperatora ſemper Auguſto, Hyeroſalem & Sicilie Rege, Imperii eius anno XXVII. Regn Hyeruſalem XXIX. Regni vero Sicilie XLVIIII. feliciter, amen.

Data Cremnne anno, menſe, & Indictione titulatis.

Reſtitnendum eſt igitur pro *Heer. Frideric. illuſtris Rex Actiochiae &c.* Sed ut alia, quae ad *Miciatis* Fauum ſeu opidum pertiuent ſubpleamus, nonnulla Diplomata heic proferenda ſunt, quae Mioiatenſe Archivium nuper mihi ſubpeditavit.

In nomine Sancte, & Individue Trinitatis. Otho Quartus Dei Gratia Roman. Imperator, & ſemper Auguſtus. Imperialis honeſtas eos diguos largitionibus, meritis, & beneficiis cenſuit haberi, quos in ſuis obſequiis devotos & fideles experta eſt deſudaſſe, ut ex devotis fiant devotiores, & alii eorum eſemplo ad noſtra invitentur obſequie; Ideoque norum facimus univerſis noſtri Imperii fidelibus tam preſentibus, quam ſucceſſorie poſteritatis banc paginam inruentibus, quod nos attendentes puram fidem, & ſinceram devotiouem, atque gratioſa ſervitia, quam, & que dilecti noſtri fideles Ventilius, & Wido fratres de Civitate Piſarum nobis, & Imperio rolerunt, & in antea poterunt eahibere; eiſdem fratribus Ventilio, & Widoni, & eorum heredibus, dedimus, donavimus, & conceſſimus in perpetuum Caſtrum Tunde cum omnibus ſuis pertinentiis, curia, & diſtrictu, & cum omni iure, & honore, & factionibus, atque uſantiis, eidem Caſtro in integrum pertinentibus; ſcilicet cum hominibus habitatoribus, ſeu adlodiariis, pratia, namoribus, terris, aquis, pabulis, venationibus, & omnibus aliis domiuationibos, eidem Caſtro pertinentibus, ſtatuentes & noſtra Imperiali auctoritate precipientes, ut nulla Civitas, nullum Commune, nullus Dux, Marchio, vel Comes, nullaque alia perſona Eccleſiaſtica, vel ſecularis auſu temerario contra hanc noſtre donationis, & conceſſionis, paginam venire preſumat. Quod qui fecerit iram indignationis noſtre ſe noverit incurriſſe, & penam mille Marcarum argenti preſtaturum, medietatem Camere noſtre, reliquam vero iniuriam paſſis. Ad maiorem evidentiam, & probationem hanc preſentem paginam conſcribi, & Bulla noſtri ſigilli iuſſimus communiri.

Huie

Huie rei teſtes fuerunt Comes Ildebrandus de Tuſcia, Comes Wido Wido Cagacomes, & Averardus de Cortinus de Piſis, Albertus Struch, Ioannes Presbiter, Caccia, Impetialis Aule Iudices, & alii quam plures.

Acta ſunt hec apud Pratum anno a Nativitate Domini MCCXIII. datum Kal. Iannarii.

Ego Iudes Imperialis Aule noſtre eſemplar, unde hoc ſumptum eſt, vidi, & legi, & ut vidi, & legi fideliter ſcripſi, & eaemplavi, ideoque ſubſcripſi, & ſignum mee manus apposui, ut in eaemplari erat, & Sigillum Cere cum Seta vermilia, in quo erat Imago Principis cum corona, & ſceptro in capite, & palla in manu ſiniſtra ſedentis Sede Regali.

Ego Ildebrandinus Philippi Sacri Imperii Iudex Ordinarius, & Notar. exemplar, unde hoc exemplum ſumptum eſt vidi, legi, & diſtinte auſcultavi, ideoque ſubſcripſi & ſignum mee manus cum nota appoſui.

Ego Guilermus Iudea, & Not. Sacri Palatii Ordinarius exemplar, unde hoc exemplum ſumptum oſt vidi, legi, & diligentar auſcultavi; ideoque ſobſcripſi, & ſignum manua cum nota appoſui mea,

Friderigus Dei gratia Romanorum Imperator ſempec Auguſtus, Ieruſalem & Sicilie Rex, univerſitati Caſtri Sancti Miniatia Curie, & diſtrictus eius Ficecli, & Vallis Arni, Vallis Nevoris, & Arrianc, & Lime, & Ville Baſilice, cum pertinentiis ſuis, nec non & univerſis ad Caſtella iam Sancti Miniatis & ieriſdict onem eius pertiuentibus fidelibus ſuis gratiam ſuam & bonam voluntatem. Quia Rainaldos Dux Spoleti & Tuſcie Legatus, dilectus fidelis noſter, conſtituit Caſtellanum S Miniatis Eberardum nepotem ſuum fidelem noſtrum, univerſitati veſtre mandamus firmiter iniungentes quatenus ioata tenorem litterarum eiusdem Legati noſtri Caſtellano predicto de omnibus intendatis, & reſpondeatis fideliter & devote.

Datum Fogie XXVII. Septembris, XV. Ind.

Rainaldus Dei gratia Dux Spoleti Imperialis in Tuſcia Legatus univerſitati Caſtri Sancti Miniatis Curie, & diſtrictus eius, Ficecli, & Vallis Arni, Vallis Nevoris, & Arriane, Lime, & Ville Baſilice, cum pertinentiis ſuis, nec nun univerſis ad Caſtellaniam & iuriſdictionem Caſtellani S. Miniatis pertinentibus, fidelibus Imperii & amicis ſuis ſalutem & amorem. Univerſitati veſtre preſentibus intimamus, quod nos confidentes de prudentia, & fidelitate Eberardi dilecti nepotis noſtri conſtituimus eum Caſtellanum Sancti Miniatis ut Caſtellaniam ipſam ad honorem & fidelitatem Domini Noſtri Imperatoris, & honorem noſtrum debeat eaercere. Concedentes eidem Caſtellano auctoritate qua fungimur plenam poteſtatem, & iuriſdictionem ſuper omnibus iuſtitiis, & rationibus Imperii in cunctis locis predictis ponendi, & ordinandi iudices, qui de quibuslibet cauſis cognoſcant. Ut etiam exigat, & requirat atque recipiat iuſtitias, iura, rationes, & omnes redditus Imperii ac honores, que ad Imperium pertinent & pertinere noſcentur in omnibus

Ter-

Terris & locis prediſtis & tota iuriſdiſtione Caſtellani Sancti Miniatis. Vt etiam liceat ei mutare per omnia loca predicta Vicecomites & Caſtaldiones ad utilitatem Imperii & noſtram, & alios ponere ac locare ſicut antiquitus Caſtellani Sancti Miniatis facere, & exercere conſueverunt, & univerſitati veſtre auctoritate qua fungimur firmiter precipiendo mandamus quatenus predicto Caſtellano de prediſtis omnibus intendere, & reſpondere curetis fideliter ac devote.

Datum Fogie XXVII. Septembris, quintadecima Ind.

Rainaldus Dei gratia Dux Spoleti, & totius Tuſcie Legatus. Vniverſis per Tuſciam conſtitutis Imperii fidelibus dilectis amicis ſuis ſalutem, & ſincerum dilectionis affectum. Cum pro arduis Domini noſtri Imperatoris negotiis ad peragenda negocia Tuſcie nequeamus perſonaliter ad preſens adeſſe, confidentes de prudentia & diſcretione Nobilis Viri Domini Averardi Caſtellani Sancti Miniatis dilecti nepotis noſtri, ac de ipſius circumſpectione indubitatam gerentes fiduciam, ubique per Tuſciam ſuper Imperii negotiis tractandis, & faciendis ſibi vicem, & auctoritatem noſtram plenius duximus committendam, & ipſam Vicariam noſtram generalem, & ſpecialem ſuper prediſtis omnibus conſtituimus exercendis; ratum, & firmum habentes quicquid exinde duxerit faciendum. Quare univerſitati veſtre auctoritate Imperiali qua fungimur ſub debito fidelitatis qua Imperio tenemini diſtricte precipiendo mandamus quatenus ei tanquam Vicario noſtro de omnibus que ad Imperium pertinent obedire plenius, & intendere debeatis, ita quod apud Dominum noſtrum Imperatorem devotionem veſtram commendare poſſimus, & vobis generaliter, & ſpecialiter grata reſpondere viciſſitudine teneamur. Pro certo ſcientes quod quicquid ipſe fecerit vel impoſuerit tam in penis, & bandis quam ſuper ceteris aliis tamquam a perſona noſtra factum, & compoſitum, atque geſtum reputabimus, & firmum habebimus.

Datum Rome ſecundo Novembris, XV. Ind.

Ego Guadardus Imperialis Aule Iudex & Notarius ut in originalibus Privilegiis Domini Imperatoris Frederigi Romanorum, & Domini Rainaldi Ducis Spoleti vidi, & eorum Sigill. roboratis, ita hoe exemplum ſcripſi, & cum auctemptico legi & aſcultavi nihil immotando.

Ego Ildebrandinus quondam Foreſtani Imperialis Aule Iudex & Not. hiis exemplis legendis, & aſcultandis ad autbentica privilegia predictorum Dominorum interfui & audivi, & vidi & de verbo ad verbum, & de puncto ad punctum legi, & aſcoltavi, ideoque ſubſcripſi.

Ego Ildebrandinus Gerico Imperialis Aule Iudex & Not. hiis exemplis legendis, & aſcoltandis ad aotbentica privilegia predictorum Dominorum interfui & audivi, & vidi & de verbo ad verbum, & do puncto ad ponctum legi, & aſcultavi ideoque ſubſcripſi.

Ex hiſce Inſtromentis, quae data noſcuntur anno MCCXLII. liquet, Vicarium ſeu Caſtellanum Sancti Miniatis, iuriſdictionem habuiſſe etiam in Valle Neurae, Arianae, & Limae, quod ſubiſpicati fuimus ſuperius *pag.* 365. 366. De alio *Everardo* Caſtellano Ministenſi anteriore quaedam dixi in meo *Hodoeporico pag.* 1305.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Ieruſalem, & Sicilie Rex. Per preſens ſcriptum notum facimus univerſis Imperii fidelibus, tam preſentibus, quam futuris, quod nos pro expediendis ad preſens arduis Imperii negotiis, que incumbunt, vendidimus, & tradidimus, atque ceſſimus Benſivegne Mercatori Florentie, filio quondam Vgolini, fideli noſtro, a die ſcilicet Mercurii preſentia menſis Novembris uſque ad duos annos completos futuros Argenteriam noſtram Monterii, ſalvis bannis, penis, exercitu, atque cuſtodia Caſtri, quam nobis, & Imperio reſervavimus; concedimus etiam quod infra eumdem terminum liceat ſibi ibidem monetam Miliarenſium cudere, & eam facere ad modum, & formam, que in Sicha Piſarum ſervatur. Praeterea vendidimus prenominato Benſivegne pro duobus annis futuris paſſadia, ſive telonea, iura, & proventus paſſagiorum, que curia noſtra debet habere in Sancto Miniate, & eius curia, in Ficeclio, & eius curia, in Valle Nevole, Ariana, & Lime, tam in aqua, quam in terra, que conſueta ſunt haberi, & tolli, tam de pecudibus, quam de aliis, ſicut conſuetum eſt. Pro quibus venditionibus praſatus Benſivegna Curie noſtre in preſenti dedit, & ſolvit de denariis Piſanorum parvorum librarum undecim millia, prout inter Curiam, & ipſum conventum eſt &c.

Datum in Caſtris ante Viterbium anno MCCXLIII. die Mercurii, IV. Novembris imperante Domino noſtro Friderigo Secundo Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Ieruſalem, & Siciliae Rege. Imperii eius anno XXIII. Regni Ieruſalem XIX. Regni vero Siciliae XLVI.

Manfredus D. G. Rex Sicilie. Preſenti Privilegio notum facimus ooiverſis tam preſentibus quam futuris, quod nos porans fidem Comunis S. Miniatis, & ſpecialiter univerſitatis Partis Gibelline Sanminiati, & Curie ac devotionis conſtantiam attendentes; conſiderantes nihilominus eorum grata fidelitatis obſequia, que Maieſtati noſtre continue preſtare non ceſſant, & in antea preſtare poterunt gratiora; gratioſe ipſis concedimus bona omnia exbannitorum, & rebellium noſtri culminis de Comuni iam dicto, & ipſius Comunis in recompenſationem videlicet dapnorum que pro preſervanda fide noſtra hactenus ſunt perpeſſi; concedentes eiſdem nihilominus de gratia ſpeciali quod ipſi homines S. Miniati & Curie liberi ſint pedagio ſolvendo, ire, & redire valeant per partes quaslibet noſtro Ditioni ſubiectas tam per Imperium, quam per Regnum cum mercimoniis; & rebus eorum ſicut conſueverunt quondam temporibus Domini Imperatoris Fe-

deriei recolende memorie Patris noſtri, & oſque ad eius obitom, libere profieiſei ſalvis io omnibus, & per omnis honore, fidelitate, mandato, & ordinatione noſtrs, & heredum noſtrorum ad euius gratie noſtre memoriam & eautelam preſens Privilegium per Donarum de Sicio Norarium & fidelem noſtrom ſeribi, & Sigillo Maieſtatis iuſſimus communiri.

Datum Foggie per manus Gualt. de Orta Regis Sicilie Cancellarii anno Dominiee Inearnationis milleſimo ducentreſimo ſexageſimo menſe Isnuar. quarte Ind. Regnante Domino noſtro Manfredo Dei gratia inclito Rege Sicil. anno Regni eius tertio feliciter. Ameo.

Manfredus Dei gratia Rer Sicilie. Per preſens ſeripium notificamus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod nos attendentes fidem & devotionem ſincerſm, qua homines & Comune S. Miniatis fideles & devoti noſtri ad Divum Auguſtum Dominum Imperatorem Fredericum II. genitorem noſtrum inclite recordstionis & fame, & perſonam noſtrsm conſtanter hactenus habuerunt; Conſiderantes quoque grata fatis & accepta ſervitis, que predicto Domino Patri noſtro, & nobis exhibuerunt, & hactenus preſtant ad preſens, & preſtare poterunt in antea graciora, eiſdem noſtris fidelibus in fide & devotione noſtra perſiſtentibus omnes bonos uſus & conſuetudines, quibus oſi ſunt hactenus prefato tempore dicti Domini Patris noſtri & uſque nune, nec non Terras omnes, & Poſſeſſiones, quas in eiuſdem feliei tempore tenuerunt, & nunc iuste tenent & poſſident, do mera liberslitatis noſtra gratis confirmamus. Salvis in omnibus & per omnia honore, mandato, fidelitate, & ordinatione noſtra, & heredum noſtrorum. Ad huius autem rei memoriam, & robur perpetuo valiturum preſens ſeriptum Indultum eis exinde fieri, & Sigillo Maieſtatis noſtre iuſſimus commuoiri.

Datum Orte anno Dominiee Inearnationis milleſimo ducentcſimo ſexsgeſimo tertio menſe Aprelis ſexte Inditionis, regnante Domino noſtro Manfrido Dei gratia Sereniſſimo Rege Sicilie, Regni vero eiuſdem anno quinto feliciter. Amen.

Karolos Dei gratia Rer Sirilie, Ducatus Apulie, & Prineipatus Capue alme, Vrbis Senator Andeg. Provincie, & For. Comes, Romani Imperii in Tuſcia per Sanctam Romanam Ecclesiam Vicarius generalis. Viris providis & diſcretis. Poteſtati, Conſilio, & Communi Sancti Miniati fidelibus suis gratiam ſuam & bonam voluntatem. Volentes vobis de regimine providere quatuor vobis nominavimos, quorom unum eligatis in Poteſtatem veſtram pro futuro anno eum ſalario conſueto, inter quos ponimus & nomioamus vobis Renerum Rieel . . . de Lues, quem recipiatis pro Rectore & Poteſtate veſtro pro futuro anno, ſi ipſum aliis duxeritis preferendum.

Datum Rome anno Domini MCCLXXII. menſe April. VIII eiuſdem, XV. Iod. Regni noſtri anno VII.

Karolus Dei gratia Rex Sicilie, Ducatus Apulie, & Principatus Capue, alme Vrbis Senator, Audegavie, Provineie, & Forcalquerii Comes, Imperii Romani per Sanctam Romanam Ecclesiam in Tuſcia Vicarius generalis. Conſilio & Comuni Sancti Miniatis fidelibus ſuis gratiam ſoam, & bonam voluntatem. Vt Terra veſtra per Rectores idoneos & fideles ad honorem Sancte Romane Ecclesie atque noſtrum bonumque Statum veſtrum ſalobriter auctore Domino gubernetur infraſcriptam formam in preficiendo vobis Poteſtate pro tempore, de cetero volumus obſervari. Videlicet quod in iſtante tempore de novo poteſtate ad veſtrum regimen aſſumendo, nos quatuor perſonas ad id notabimus, & eligemos in noſtris vobis licteris demaodandis, quarum unam quam vos maloeritis in veſtrom recipiatis, & tenebimini recipere Poteſtatem, eique ſicut veſtro Poteſtati parebitis, & efficaciter intendetis: quam otique formam per noſtrum in Tuſcia Vicarium generalem tam preſentem quam futurom obſervari precipimus, & ne contra illam veniat tenore preſentium iobibemos.

Datom Rome anno Domini MCCLXXII. X. April. XV. Ind. Regni noſtri anno VII.

In Dei nomine, amen. Nos Iacobus de Buſona Regius in Tuſcia Vicarius generalis, Per hoc publicum preſens Inſtrumentum fatemur nos habere, & in veritate habemes apud nos, a Domino Gerardo Rodulfi Iuriſperito, Sindico Comunis & Vuiverſitatis Sancti Miniatis, dante & ſolvente, vice & nomine dicti Comunis Sancti Miniatis, & pro ipſo Comuni, inſraſcriptas res, de rebus, que fuerunt Magiſtri Rainaldi de Campis, olim in Tuſcia Regii Theſaurarii, & que poſt mortem eiuſdem remanſerant penes Comune Sancti Miniatis prefati, videlicet duos Nappos argenti ſine pedibus, unam Coppam argenti deauratam cum pede, tres Anulos argenti, unum Anulum auri, unum Dentellerium argenti, unam Muſculam argenti, unam Cinturam parvam argenti ornatam de ſirico nigro, unum Speculum de ebore ſitum, & laqueos ſirici, & globos ſiricos, duas Infulas de ſirico, unum Manubrium eburneum cum argento, unam Ieſulam de panno, unum Marſupium de ſirico, in quo ſunt ſpecies, unum Cultellum fractum cum manubrio coralli, duo paria Bilanciarum cum ponderibus. Item unum Baculum cum cu tello, unum par Forficitularum, unum Marſupium de ſirico vetus, duas Cirotecas cum vigintiuno flor. auri. Item unam malam Traverſaugnam, duos Sacculos, unam Tunicam, unum Guarnachiam de brunecta moscam fodeeatam de variis, unum Capucium foderatum de variis, unam Guarnachiam ſine manicis de tritana, unum Confectum de perſa foderatum de ſcoralis, unum Capucium foderatum de gulis variis, unam Tunicam de tritana, unam Gudraaciam, & Supertunicale cum duobus Capuciis de tritana ſlamellina, foderatis de zendada nigro, unum Capputium, & unam Cappellinam de perſo foderatam de variis, unam Guarnatiam de perſa, unam Doppiel-

Digitized by Google

pieltum de piagnlato, anam Faderam de maſeltis variis, unum Copertorium de panno rubeo foderato de cruribus leporum, unum Cultram de zendado enben, decem Linteamina, unum Guanciale, novem Capitergia, unum Canſope, & duo Meautergia. Treo Strabulas, unum par Molearum, unam Federam de zendado giatlo vetus, anum par Manicarum panni Caebunctle. Item duo petia Zendadi rubei, unam petiam Zendadi viridis, unum Galeeum de feltro, duo paria Fiaſchorum de tramaricio. Item Ferreriam, duodecim Aglinos argenteos. Item Solidus quinquaginta quatuor, & denarios ſeptem Piſane monete in quibuſdam ſacculis, qui ſigillati non erant. Item triginta Solidos, & & quatuor Aglinos de aquilinis groſſis argenteis, & Solidos quatuor & denarios ſeptem Piſane monete parve, in quodam ſacculo qui ſigillatus erat cum ſigillo cere rubee, cum ſceibere non poterant bene ad imaginem adaptori. Item ſexaginta duas libras Piſanorum parvorum vel circa, ut apparebat per pondus in quodam alio ſacculo, qui ſigillatus erat de ipſo ſigillo. Item libras quinquaginta Piſanorum parvorum cum tribus Aglinis vel circa, ut apparebat per pondus in quodam alio ſacculo, qui ſigillatus erat de cera viridi quaſi de ipſo ſigillo. Item duos Coſinos, & unum Celoae coloris viridis. Item duos Equos, unum pili rubei, & alium pili nigri, qui eſt conzinus. Que omnia apud nos habere confeſſi ſumus, renuntiando exceptioni pecunie non habite, & non numerate, & rerum non habitarum, & non receptarum, quam exceptionem promittimus non opponere in cauſa, vel extra. Inſuper Vicariatus nomine, & etiam noſtro proprio, & privato nomine promittimus tibi Sindico . . . pro dicto Comuni Sancti Miniatis ſtipulanti, & recipienti, & pro dicto Comune, & ipſum Comune conſervare indepnem, & indepnes a Regia Curia, & ab omni alia perſona, & perſonis, loco, vel locis ſub pena dupli ſupraſcripte rei, quam tamen predicto Comuni, & ipſi Comuni dare promittimus Vicariatus nomine, & etiam noſtro proprio, & privato nomine, ſi hec omnia, ut dictum eſt non obſervaremus, & ad penam dictam, & reginimis, ſub qua fuerant pro tempore conſueta, & ea ſoluta, vel non, hic contractus in ſua permaneat firmitate. Renuntiando omnibus exceptionibus, conſtitutionibus, uſibus, legibus, capitulis, & defenſionibus a quo, vel quibus, a ſingulis, vel aliquo predictorum nos iuvare, vel defendere poſſemus. Et hec omnia facta ſunt per predictum Sindicum & Comune de mandato, & coactione ſupraſcripti Domini Vicarii. Et ad futuram memoriam, & cautelam tui Sindici factam, & tui Comunis Sancti Miniati hoc preſens publicum Inſtrumentum factum per Orlandinellum Not. infraſcriptum hollo noſtri Sigilli predicti juſſimus roborari.

Actum apud Montempolcianum preſentibus Dominis Gerardo Iudice Viſcomitis, & Domino Roſſo Vicecomite de Piſis, Domino Guilelmo Malfiliaſtri, Nactio Marſcalco, & Paliarſe Not. teſtibus ad hec rogatis & vocatis. Dominice Incarnationis anno MCCLXXIV. die Iovis nono Novembris ſecunde Indict.

Ego Orlandinellus Sacri Imperii Notarius his omnibus interfui, & rogat. in publicam formam redegi, ideoque meo ſigno, & nomine confirmavi, & de mandato ſupraſcripti Vicarii.

Carolus Dei gratia Rex Ieruſalem, Sicilie, Ducatus Apulie, & Principatus Capue, alme Urbis Senator, Princepe Andegavie, Folcalquerii, & Termondeni Comes. Univerſis Marchionibus, Comitibus, & aliis Magnatibus, necnon Poteſtatibus, Capitaneis, conſiliſque Rectoribus Civitatum, Caſtrorum, & aliorum locorum, ceteriſque per partes Tuſcie Romano ſubiectis Imperio dilectis & devotis ſuis ſalutem & amorem ſincerum.

Rex Regum, Dominus dator celeſtium, Conditor terrenorum, qui primam rudem, inertemque materiam per membra varia diſperſita in unum orbis orbem coercuit, rerumque diſcordium ſemina diverſis diſtincta limitibus concordi pace ligavit; de celo nunc in terris reſpiciens, ipſaſque neceſſitas multipliciter recognoſcens fatigatis longa diſceptatione ſuccurrere voluit, ſueque benedictionis rorem miſericorditer ſuperfudit. Licet autem ſatis ex ipſo negotio publica proceſſa ſit cognitio: Qualiter inter Magnificum Principem Dominum Rodulphum illuſtrem Romanorum Regem ſemper Auguſtum, & nos affinitate & parentela contracta, novitie, & ſtabilis amititie perpetua federa ſunt firmata. Nos tamen hec aperte exhibitione dilucida volentes manifeſtius publicare tenaciter tenere, vos volumus, quod inter Dominum Regem, & nos affectus amicitie, & debitum affinitate preſtante, tanta vivit, ut quamquam nulla nobis hinc inde preſtiterit adhuc viſio, & vicina notitia; Nos tamen ipſum in nobis indeſinenter inſpicimus, & ipſe in nos in ſeipſo, ſic firmiter credimus, iugiter intuetur. Illudque perinde ſequitur, quod nos cuncta ſua negotia tamquam noſtra proſequimur. Ipſaque in noſtrorum promotione profectuum tamquam in ſuorum prope ſicut aperum, cum experientia perhibet, delectatur. Cum ergo prefatus Dominus Rex venerabilem Patrem Ioannem Gurgenſem Epiſcopum, & honorabilem virum Rodulphum Imperialis Aule Cancellarium Vicarios ſuos in Tuſcia providerit, preſentialiter deſtinandos, ſinceritatem veſtram affectuoſe requirimus & rogamus, quatenus eoſdem Vicarios, vel eorum alterum recipientes, prout decet tanti Principis Officiales

&

& Nuntios reverenter ſtudeatis eis in omnibus que ad commiſſum ſibi Vicarie ſpectant officium cum honore ac reverentia debita obedire. Ita quod memorati Regis gratiam & favorem poſſitis exinde merito promereri, dictique Vicarii, vel eorum alter ad exhibendum ſibi debite fidelitatis officium, & devote dilectionis affectum, & noſtrorum interventu precommiſſionum vos paratiores & promptiores conſurgere recognoſcant.

Datum apud Urbem . . . . anno Domini MCCLXXXI. die XXIV. menſis Maii, IX. Indictionis, Regnorum noſtrorum Ieruſalem anno V. Sicilie vero anno XXVI.

Dicte vero Littere ſigillate erant ſigillo pendenti de cera rubea, in quo ex una parte erat impreſſa imago eiuſdem Domini Regis Sicilie coronati ſedentis in ſede poſita ſupra dorſa duorum leonum, tenentis in manu dextra ſceptrum, & in ſiniſtra pomum rotundum; deſuper contente Littere circumexſtenſe explicabant: Carolus Dei gratia Rex Ieruſalem, Sicilie Ducatus Apulie, & Principatus Capue; ex altera vero parte erat imago ipſius Domini Regis equitis armati & coronati, & littere circumſtantes cruce previa explicabant: Filius Regis Francie, Andegavie, & Provintie, Kiſtbie, & Torondoni Comes.

Ego Guicciardus filius Adalardi auctoritate Imperiali Notarius ſuprascriptas Litteras exemplavi, & exemplatas in publicam formam redegi de mandato venerabilis Patris Domini Rodulphi Cancellarii Imperialis Aule, & nunc Vicarii generalis in Tuſcia Sereniſſimi Domini Rodulphi Dei gratia Romanorum Regis ſemper Auguſti. In Camera Palatii Domini Imperatoris poſita in arce Sancti Miniatis, preſentibus Domino Guidone de Sugaria, Domino Guelfo Iacobi, & Domino Amadore Domini Bonacturſi, ſub anno Domini MCCLXXXI. die XXIII. Iulii IX. Indict.

Quod ſuperius *pag.* 359. de *Iordano de Inſula* Vicario *Caroli* Regis dicitur, confirmari poteſt Formula ſacramenti a Ghibellinis praeſtandi anno MCCLXVII. quam ex ex Laurentiana Bibliotheca erutam heic producο.

In Dei Nomine, Amen. Hec eſt forma ſacramenti, quod facient Ghibellini.

Ego iuro ſuper Sancta Dei Evangelia manu tacta eſſe fidelis & obediens Summo Pontifici & Sancte Romane Eccleſie, & eius ſucceſſoribus, & eorum ſervabo mandata, que per ſe vel nuntios ſuos aut litteras duxerint facienda, vel que fecerunt, ſed nondum finita. Et Excellentiſſimo Domino Carolo Dei gratia Regi Sicilie, & eius Vicariis, & Communi Florentie, & obedire & ſtare mandatis eorum, & quod tenebo ipſum Dominum Regem, & eius Vicarios & Officiales pro Dominis & Rectoribus uſque ad Kalendas Ianuarias, & ab ipſis Kalendis Ianuariis uſque ad ſex annos, & quod dabo eis conſilium & auxilium toto meo poſſe ad dictum regimen faciendum & conſervandum honorem eorum, & dampnum eorum evitabo, & ſi non potero evitare, eis quamtitius potero nuntiabo. Et omnibus inimicis dicti Regis vel Communis Florentie faciam ad mandatum Regis vel Vicarii eius vel ſuorum Officialium vivam guerram, & ſpetialiter contra illos, qui tenent poſſeſſiones vel terram Civitatis Florentie vel fidelium Eccleſie. Iuro etiam quod non iuvabo Curradum nepotem Domini Imperatoris Frederigi Regem Sicilie, nec eius nuntios vel litteras recipiam. Et ſi ad me devenerint, vel ad aliam me preſente, ipſos capiam meo poſſe, & ipſos dabo antequam litteram aperiam, ad Vicarium dicti Regis. Ghibellinos omnes, qui erunt inobedientes Domino Pape vel Domino Regi vel Communi Florentie, pro inimicis habebo, & eis non mittam litteras vel nuntios, nec ab ipſis recipiam, & ſi venerint, capiam ſicut dictum eſt, nullum auxilium vel conſilium eis dabo ſine conſenſu Vicarii, vel non recipiam aliquem in Regem Alamannie, vel Imperatorem Romanorum, qui ſit electus in diſcordiam, donec per Romanam Eccleſiam fuerit approbatus. Inimicoſque Romane Eccleſie, & dicti Domini Regis habebo pro inimicis & non pro amicis. Et de predictis omnibus dabo fideiuſſores idoneos ad mandatum dicti Domini Vicarii vel ſuorum Officialium. Nec faciam aliquam coniurationem vel conventionem ſeu conſilium vel parlamentum vel ſocietatem cum aliqua perſona vel Univerſitate Civitate vel Caſtro.

In Dei nomine, Amen. Tempore dominatus Excellentiſſimi Domini Regis Caroli Poteſtatis Florentie, & Domini Giordani de Inſula, Dei gratia Vicarii eius, de anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo Indictione decima.

Infraſcripti ſunt Ghibellini de Sexta Porte Domus, qui iuraverant & promiſerunt, & eorum fideiuſſores dederunt ſecundum formam ſuprascriptam, ut inferius continetur, videlicet.

Die Iovis tertio exeunte menſe Aprilis.

Lupus Spadarius filius quondam Benvenuti populi Sancti Salvatoris, Ghibellinus, iuravit ad Sancta Dei Evangelia attendere & obſervare in totum omnia & ſingula que ſuperius in forma iuramenti continentur. Et ita primum,

Caro filio Angeli, & mihi Bonavardo Notario infraſcripto, ſtipulantibus & accipientibus pro Domino Papa, & pro Romana Eccleſia, & pro Domino Rege, & eius Vicariis, & pro Com-

Communi Florentie, obſervare attendere & adimplere & contra non venire vel facere ad penam & bannum librarum mille florenorum parvorum, & plus & minus, ad arbitrium Domini Pape & Domini Regis & eius Vicarii & Communis Florentie auferendum & auferendum & ſub obligatione & ypotheca omnium bonorum ſuorum renuntians omni iuri & exceptioni.

Naſus filius Bencini populi Sancte Marie ſupra Arnum conſenſu dicti patris ſui.

Falcanerius frater dicti Lapi, & filius quondam dicti Benvenuti.

Pro predicto Lapo & eius fratribus ex mandato ambo inſimul & uterque eorum in ſolidum extiterunt fideiuſſores & promiſerunt & convenerunt dicto Caro & mihi Notario infraſcripto ut dictum eſt ſtipulantibus & accipientibus ut ſupra continetur ſe facturos & curaturos, ita quod predictus Lapus pro quo ſunt fideiuſſores obſervabit & attendet in totum omnia & ſingula que ſuperius iuravit, & primum ut dictum eſt facere & curare promiſerunt dicti fideiuſſores ſub dicta pena & banno & obligatione & ypotheca bonorum ſuorum & renuntiaverunt omni iuri & exceptioni eis competentibus. Qui fideiuſſores fuerunt approbati per Ruggerium fideiuſſorum approbatorem Communis, quod Lapo & fideiuſſoribus predictis volentibus & confitentibus ſe predicta omnia & ſingula promiſiſſe, & attendere & obſervare debere, precepi ego Notarius infraſcriptus nomine ſacramenti per Guarentiam ſecundum formam capituli lati Florentie, quatenus predicta omnia & ſingula prout ſuperius ſcripta ſunt & iuraverunt & promiſerunt in totum obſervent & attendant. Actum Florentie ad pedem Palatii Communis Florentie.

✠ *Ego Bonovardus quondam Ruggerini Notarius, & tunc pro Communi Florentie ad predictum officium & ad predictum ſeptennium Notarius exiſtens, hec omnia me preſente acta pro Communi Florentie publice ſcripſi.*

Hae Formolae illuſtrari poſſunt, quae habet *Io. Villanius Lib. VII. Cap. XXI. XXII. XXIII.* Diploma, ſuperius *pag.* 361. productum, quo *Rodulfus* Imperator Vicarios ſuos in Tuſcia conſtituit, confirmatum fuit a *Martino IV.* Pontifice Maximo, eiuſque Epiſtola exſtat apud *Rainaldum* in *Annalibus* ad annum MCCLXXXI. n. XVII.

Dilectis filiis univerſis Marchionibus, Comitibus, & aliis Magnatibus; necnon Poteſtatibus, Capitaneis, cunctiſque Rectoribus, Conſiliariis, ac Univerſitatibus Civitatum, Caſtrorum, & aliorum locorum, ceteriſque per partes Tuſcie Romano ſubiectis Imperio.

Etſi Romanum Imperium, cuius gubernacula (grandia illa facientis, qui regit, & dirigit univerſa) rectoris idonei chariſſimi in Chriſto filii noſtri Rodulphi Romanorum Regis illuſtris manus dicto potenſque dirigenda ſuſcepit, cloris ſue altitudinis titulis fulgeat, & plene ſuo viribus potentie muniatur; Romana tamen Eccleſia ſibi ſolicitudinis ſtudium attentioris indicit, ut idem Imperium & ſuorum integritate iurium gaudeat, & proſperis ſucceſſibus amplietur. Cum itaque prefatus Rex, ad ipſius Imperii, & ſpecialiter provincie Toſcie, tranquillum & proſperum ſtatum intendens, venerabilem fratrem noſtrum Gurcenſem Epiſcopum, & dilectum filium Rodulphum Imperialis Aule Cancellarium, unumquemque videlicet eorum in ſolidum, ita quod non ſit conditio melior occupantis, ſuos in partibus eiſdem Vicarios generales duxerit ordinandos, prout id eiuſdem Regis literis plenius dicitur contineri; univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attentius, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus pro Apoſtolice Sedis reverentia vota veſtra eius beneplacitis coaptantes predictos Vicarios, ſeu ipſorum alterum, ſtudeatis devote recipere, ac eis, vel eorum alteri honorificentiam Vicariis tanti Principis congruentem liberaliter exhibere; ipſorum, vel alterius ex ipſis monitis & mandatis intendentes, & obedientes humiliter, ut debetis, illo vos in hac parte conſilio dirigendo, ut exinde promptitudo veſtre devotionis clareat, dictique Vicarii commiſſum ſibi officium liberius & efficacius exequantur. Dat. apud Urbemveterem XII. Kal. Iunii anno I.

Quod ſpectat ad *Rodulfum* Imperialis Aulae Cancellarium, de quo *p.* 363. egimus, eius memoria eſt quoque in Diplomate dato a *Rodulfo* Imperatore anno MCCLXXVIII. apud *Rainaldum* ad hunc annum n. LI. & in aliis Diplomatibus eiuſdem Caeſaris datis anno MCCLXXIX. apud eumdem Hiſtoricum n. II. & IV. ex quibus patet, eumdem a *Caeſare* miſſum in Italiam uſque ab anno MCCLXXVIII. ad iura Imperii perſequenda & vindicanda. Quod *pag.* 400. ſcripſimus, videri Miniatenſes non amplius, poſt *Friderici II.* obitum, eius factioni & partibus faviſſe, ita intelligendum eſt, ut id perpetuum non fuerit & conſtans; alias *Clemens IV.* Pont. Max. anno MCCLXVIII. Caſtrum Sancti Miniatis Eccleſiaſtico interdicto non ſubieciſſet, ut conſtat ex eius Bulla apud *Rainaldum* ad illum annum n. VII. & n. XVI. idque fecit *Clemens*, quod Miniatenſes *Corradino* faviſſent, & eius Vicarios & Caſtellanos admiſiſſent, quod amplius patet ex iis, quae habet laudatus *Rainaldus* ad annum MCCLXXXII. n. XIV. En ex ea Bulla *Clementis* excerpta.

Cumque prefatus Conradinus precepta, inhibitiones, & comminationes, huiuſmodi preſumptuoſe contemnens, & nequaquam abſtinens a premiſſis, ſuos in Tuſcia diceretur Vicarios ordinaſſe; ac Sicilie ſe Regem intitulans literis uteretur ſub intitulatione, ac impreſſione predicte, ut terram in dicti Regni preiudicium commoveret, ſcandala ſuſcitaret, Eccleſie turbaret pacem; pro Sicilie Rege ſe gerens, velut Rex Sicilie dicti Regni partiretur officia, officiales inſtitueret, milites ſolicitaret, aliquos promiſſionibus alliceret, nonnullis privilegia indulgeret, quampluribus etiam dona in eodem Regno concederet; ſicut literarum & privilegiorum huiuſmodi, que ad manus noſtras devenerant, nos certos reddidit de predicte inſpectio; nos univerſas & ſingulas inhibitiones, denuntiationes, comminationes, & ſententias memoratas de predictorum fratrum conſilio in die Cene Domini, Pontificatus noſtri anno tertio, in hac eadem Viterbienſi Eccleſia, preſente tunc multitudine copioſa fidelium, innovantes; omnes illos, qui contra eaſdem inhibitiones, denuntiationes, & comminationes temere veniendo, in prefatam ſententiam inciderunt; ac ſpecialiter incolas Caſtri Sancti Miniati Lucane Dioceſis, qui ſpretis predictis noſtris inhibitionibus, & denuntiationibus, eiuſdem Conradini Fautores & Nuncios receperunt; denuntiavimus prelibatas ſententias incurriſſe: ipſos nihilominus nunc de novo excommunicationis, & Caſtrum predictum interdicti ſententiis ſupponentes, & predicentes aperte nos adverſus eos (niſi memoratos Fautores & Nuncios infra quindecim dies poſt inſtans nunc feſtum Reſurrectionis Dominice de predicto Caſtro eiicerent, ipſos nunquam receptaturi, ſeu recepturi poſtmodum; & a nominati Conradini favore omnino deſiſterent) gravius ſpiritualiter, & temporaliter, prout fore putaremus expediens, proceſſurus &c.

Civitates inſuper, Caſtra, & loca omnia, que Conradinum, aut eius Capitaneum, vel militiem, ſeu quamcumque alium gentem pro ipſo receperunt hactenus, vel alias predictas noſtras inhibitiones, monitiones, comminationes, & ſententias contempſerunt, veniendo temere contra eas; & ſpecialiter predictum S. Miniati Caſtrum, ac Civitatem Groſſeti, que non eſt dubium dicto Conradino favere; declaramus interdicti ſententie ſubiacere, ipſorumque Caſtri, & Civitatis incolas eiuſdem Conradini fautores excommunicationis vinculo innodamus. Civitates etiam, Caſtra, & loca, que de cetero ipſum Conradinum, Capitaneum, militiam, & quamlibet gentem ſuam, recipere preſumpſerint, ex nunc ſimili ſupponimus interdicto, contra ea ſpiritualiter & temporaliter gravius proceſſuri, prout facti ſuadebit qualitas, & viderimus expedire. Predictas vero excommunicationis ſententias prohibemus abſque ſpeciali mandato noſtro, niſi forſan in mortis articulo, relaxari: quo caſu niſi abſolutionis beneficium obtinentes infra duos menſes, poſtquam reſtituti fuerint ſanitati, de loco interdicto, ſi forſan inibi fuerint, recedentes noſtro ſe conſpectui curaverint preſentare; ſatisfacturi de ſuis exceſſibus, pro quibus huiuſmodi ſententias incurrerant, & noſtris beneplacitis parituri; eo ipſo in eaſdem ſententias relabuntur &c. Actum in Palatio noſtro Viterbienſi in die Cene Domini, Pontif. noſtri anno IV.

Sed ut ad Tuſciae Vicarium generalem *Rudulphum* revertamur, eius Diploma profert *Fid. Soldanius* in ſua *Epiſt. VI. pag.* 101.

Rodulphus Imperialis Aule Cancellarius, & Sereniſſimi Domini Rodulfi Romanorum Regis, ſemper Auguſti in Tuſcia Vicarius generalis. Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus amicis ſalutem & ſincere devotionis affectum. Et ſi munificentie Imperialis gratiam ſingulis exhibeamus libenter, quos fideles Imperio ab operum experimento cognoſcimus, quadam tamen prerogativa ſollicite cogitationis inducimur, & aſſidua meditatione penſamus, qualiter perſonis Eccleſiaſticis gratioſius & libentius liberalitatis dexteram extendamus. Ea propter per preſens Privilegium vobis volumus eſſe notum, quod nos attendentes fidem puram, devotionem ſinceram, & grata ſervitia, que religioſus & diſcretus vir D. Ruggerius Abbas Monaſterii S. Michaelis de Paſſin. & ipſius Monaſterii Capitulum, & Conventus devoti, & fideles Imperii exhibuerunt hactenus, exhibent inceſſanter, & exhibere poterunt in futurum ad honores, & profectus eiuſdem D. Regis, & Imperii adimplendos; Volentes quoque Abbatem, Capitulum, & Conventum dicti Monaſterii propterea benignius amplecti gratia & favore; a D. Benigno Monacho prefati Monaſterii Sindaco & Procuratore Abbatis, & Capituli, & Conventus eiuſdem Monaſterii corporeo iuramento recepto, vice & nomine Abbatis, Capituli, & Conventus prefatorum, quod ab hac ora in antea fideles erunt eidem D. Regi, & Imperio, ſecundum formam debite fidelitatis; Auctoritate nobis conceſſa, omnia iura iuriſdictiones & regalia, que habent, tenent & poſſident Abbas, & Capitulum, & Conventus dicti Monaſterii, vel alia perſona pro eis, ſeu predeceſſores eius habuerant, tenuerunt, & hactenus poſſederunt in feudum olim a Divis Auguſtis, que tam ab ipſo, vel predeceſſoribus ſuis alienata non eſſent in Tuſcia, & ubicumque Caſtris, Oppidis, Burgis, Villis, Abbatiis, Hoſpitalibus, Capellis, Grantiis, & locis aliis quibuſcumque, necnon Univerſitatibus, Collegiis, perſonis, poſſeſſionibus, honoribus, uſibus, patronatibus Eccleſiarum, terris cultis & incultis,

tis, aquis, & aquarum decurſibus, molendinis, piſcariis, ſilvis, venationibus, montibus, planis, vallibus, paſcuis, introitibus, & rationibus ſingulis ubicumque, & in quibuſcumque conſiſtant, eidem Abbati vice & nomine Capituli, & Conventus ipſius Monaſterii de Paſſiniano de ſpeciali gratia, & ex certa ſcientia noſtra damus, concedimus, & etiam confirmamus, obedientia, & reverentia Sedis Apoſtolice, & honore, & iuriſdictione Imperii ſemper ſalvis. Inveſtientes eundem D. Benignum Procuratorem & Sindicum pro parte Abbatis, Capituli, & Conventus prefati Monaſterii per librum Sacre Scripture, iure honorifici, & recti feudi de omnibus, & ſingulis ſupradictis. Ita quod Abbas. Capitulum, & Conventus predicti ea omnia habeant, teneant, & poſſideant pacifice, & quiete ſine contradictione D. Regis, & Romani Imperii predictorum, & alicuius perſone parve, vel magne, Eccleſiaſtice, vel ſecularis, Communis, Collegii, & Univerſitatis, vel alterius cuiuſcumque. Si quis autem pred. vel aliquod predictorum violare, infringere, aut contradicere preſumpſerit, preter indignationem eiuſdem Domini Regis, & noſtram, quam eum, vel eos volumus, penam mille marcharum argenti componat, cuius pene medietas Fiſce, alia vero Monaſterio applican. &c. In cuius rei teſtimonium, & certitudinem pleniorem, preſens Privilegium publicans manu Notarii ſubſcripti noſtri, & eidem Sindico tradi fecimus, noſtrique Sigilli pendentis munimine, ac ſuſcriptione d. Notarii roboravimus,

Datum in Arce S. Miniatis, preſentibus D. Guidone de Sazzara legum Doctore, Religioſa viro D. Bocone Abbate Monaſteri Montiſcolaerium, D. Ioanne de Marconibus, & Devizzo quondam Domini Michaelis de Franceſchinis, Teſtibus ad hec rogatis, ſub anno Dominice Incarnationis milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſecundo, vigeſimo nono Octobris, decime Indictionis, regni eiuſdem Domini Regis anno XV.

> *Ego Donatus Beati Ritoveri de Florentia Notarius publicus, & familiaris dicti Domini Cancellarii, & Vicarii, predictum Privilegium de mandato dicti Domini Cancellarii, & Vicarii ſcripſi, & in publicam formam redegi.*

Quae vero eadem *pag.* 400. de *Carolo* Neapoleos Rege, & Tuſciae Vicario habentur, elucidari & ampliari poſſunt, obſervando, licet anno MCCLXXIII. *Rodulfus* in Regem Romanorum electus fuerit, tamen *Carolum* per aliquot annos Tuſciae Vicarium agere perrexiſſe, ut liquet ex laudato *Rainaldo* ad annum MCCLXXVII. n. LIV. Tuſciae autem Vicarios eſſe non deſiit, niſi anno MCCLXXVIII. ut apud eumdem *Rainaldum* n. LXIV. LXV. & LXVI. videre eſt. Eius tamen fides heic ſubleſta eſſe videtur ex Diplomate *Caroli* Regis ſuperius *pag.* 495. producto, & ex paullo ante adlata *Martini IV.* Epiſtola, quibus anno MCCLXXXI. tantum, praecipiunt Tuſciae Civitatibus & Populis, ut *Radulpho* & *Ioanni* Vicariis *Rodulphi* Imperatoris pareant. *Carolus* itaque Vicarius Tuſciae adpellatur, in Edicto *Gregorii X.* Pont. Max. quo pacificavit anno MCCLXXIII. Florentinos diſcordes, atque inter ſe tumultuantes compoſuit, quod ex *Campia Hiſtor. Eccleſ. Placentinae Tomo II. pag.* 435. hic produco.

Gregorius Epiſcopus &c. ad perpetuam rei memoriam.

Bonum pacis, & ſi ab olim pro ut gratia Divina conceſſit, affectibus noſtris inheſerit, nunc tamen ad illud inter Eccleſie filios ad conſervationis beneficium procurandum tanto ferventius excitamur, quanto nos ad id ex officii debito novimus obligatos. Cum enim ſimus Illius Vicarius, qui cogitationes pacis, & non afflictionis ſe cogitare teſtatur, tenemur, ut vices pro viribus impleamus, indicte pacis commoda inter univerſos cure noſtre commiſſos ſollicite procurare, quo pacis donum gratiſſimum, parans quietem animis, eoſque a rancoribus diſſenſionum abſolvens, liberiores efficiat, in ſerviendo Altiſſimo, ad ſalutem, & corporibus ab emulorum inſidiis ſecuritatem indulgens, ad intendendum liberius utilitatibus debitis pleniorem tribuat facultatem. Propter quod non ſine multa cordis amaritudine recenſentes qualiter hactenus Civitatem Florentinam ſciderit inteſtina & inveterata diſſenſio, quam graviter laceravit, quanta longe, lateque diffuſa, proh dolor! animarum pericula, quantas corporum ſtrages induxerit, quanta multiplicaverit diſpendia facultatum, ſub ſpe illius, cui eſt in facili res etiam deſperatas ſine moliminis tarditate perficere, ad id ſollicitudinem noſtram convertimus, ut licet grandium negotiorum moles ingrueret, licet pro illorum proſecutione ad aſſumpti continuationem itineris, nos qualitas ipſorum urgeret, nihilominus tamen illis ad tempus omiſſis non ſine ipſorum diſcrimine, noſtro, & cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Sicilie Regis illuſtris, ac fratrum noſtrorum gravamine, una cum ipſo Rege ad Civitatem divertentes eandem impenderemus ſollicitas operas, quatenus illo favente, qui eſt lapis angularis utraque unum faciens, huiuſmodi coeuntibus in ipſa Civitate ſciſſuris diffidantium corda indiſſolubilis charitatis bitumine uniantur. Ideoque variis cum partibus, quas Gualfam, & Gibellinam vulgus appellat, tractatibus, literis, & unicuique ipſarum articulis patenter expoſitis, in quos eos credebamus poſſe rationabiliter convenire, demum tam partem Guelforum in generali conſilio, ad hoc ſpecialiter congregato, requiri fecimus, & nos ipſi XXIV. ex eis propter hoc de voluntate totius Conſilii, & tandem Conſilium ipſum in noſtram preſentiam conſtitutos, quam etiam Syndicos, Procuratores, & Nuncios Comitum Guidonis Novelli, & Simonis fratris eius, Capitaneorum Conſilii partis Gibellina, nec non, & totius partis ipſius mandatum ſuper hoc ab ipſis

ipſis plenum habentea, requiſitionem, & nominationem diligroser, ut lo formam pacis, cuius ſubſtantia exprimebatur in dictis articulis, coocordareot. Et licet longa fuerit ſuper hoc concertatio, nunc altera partium, ouoc teliqua reluctante, circa ea, que dicti articuli continebant, finalitet tamen tam memorata pars Guelforum ſoper hoc eodem Conſilio congregato par Poteſtatem, ſive Vicarium Regiom, & aliquos de ipſo Conſilio, quam etiam prefati Comites, & elii Guibellinl, per ſuos Ambaſciatores, Syndicos, & Procuratores, ſeu Noncioa ſupradicto reſponderunt expreſſe ſe in dictam formam paris, que per eoſdem exprimebatur articulos iuxta Noſtra, & ipſiua Regis, mooita & beneplacita conſentire.

Nos itaque babito dicti Regis, & earumdem partium ut predicitur expreſſo conſenſu, volentes, & mandantes pacem candem eb eiſdem partibus lnviolabiliter obſervari, ſub pena XX. milliom marcharum ſterlingorum pro medietate nobis, pro reliqua vero medietate dicto Regl ſolvendorum, eam, & formam lpſios edſtante hac numeroſa fidelium multitudine publicamua.

In primia iraqoa, quia prefati Comites Guido, Simon, & ceteri Guibellini, tam Romanam Eccleſiam, qoam memoratum Regem, multipliciter offrnderuot, contra mooitiones, prohibitiooes, & comminationes, & mandata eiuſdem Eccleſie, lpſoeum perſecotoribus adberendo, & cum illis tam ipſam Eccleſiam, quam memorarum Regem, gravirer perſeqoendo; nos ab eorum Procuratoribua, Syndicis, ſeu Noociis, memoratis ad hoe mandatum, ut prmittitur, habentibus, iorameto recepto de ſtando preciſe & abſolute mandatia noſtris, & ipſiua Eccleſie ſuper omnibus offenſia factis, inioriis, & damnia illatis Eccleſie ipſi, & quibuſconque alils Eccleſiis, val Eccleſiaſticis perſooi s. aut locis, & ſuper qoibuslibet aliia cauſia pro quibus idem Comites, & Goibellini per Sedem Apoſtolicam excommunicati fuerunt, & pro quibus per Sedem eandem, ſeu auctoritato ipſius proceſſus aliqui ſunt babiti cootra eos, ſive occaſione conſilii, aoxilii, vel favotis, que per ſe, vel per alios quondam Conrado, & Manfredo natls, & Conradlno nepoti, olim Frederici dudum Romanorum Imperatoris, quomodolibet impenderont, ſive pro eo, quod eidem Regi Sicilie primo Paciario, & poſtmodum Vicario deſtinato in Tuſciam, per Sedem eaodem, non ſolom obedire contumaciter recuſarunt, verum etiam illi ſe preſumpſerutt opponere, ac ipſom multipliciter impugnare; ac generaliter ſuper omnibus inobedientiis, rontomaciis, & exceſſibus qoiboſconque commiſſis ab eis quoquomodo contra monitiones, prohibitionea, ſeu comminationes factas per Sedem predictam, ſco aoctoritate ipſius; precipimus, & mandamus Syodicis, Procoratoribus, & Nunciis memoratis nomine predictorum Comitum, Capitaneorom Conſilii partis Goibelline, nec non, & ipſius partis, ac ſingolarium preſonarum eiuſdem pattia, a quibos, ut ſupra cxprimitor, mandatum habent, volentibos, & ronſrrvantibus, ut eſt dictum, quod predicti Comites Guido, & Simon eum omni eorum poſſe, terra, & diſtrictu, Capitanei, & Conſilium eiuſdem partis Guibelline, nec non & ipſa pars, & ſingulares perſone partia eiuſdem, perpetuo in ipſius Eccleſie Romane devotione perſiſtant, nec unquam ab ipſa recedaot, nec in aliquo loco ipſam, aut eius, vel

di-

dicti Regis amicos impugnent, nec alicui Imperatori, Regi, eut cuilibet Priocipi, Civitati, Voiverſitati, aut perſooe ſingulari, qui ſint inimici, vel adverſarii eiuſdem Eccleſie, ſeu memorati Regis Sicilie, aut ſuſpecti ab ipſis ex cauſia probabilibua notabiliter babeantur; quoquomodo adhereant, nec ipſos iovent, ore cum ipſis, vel eorum eliquo, pactum, vel ſocietatem, eut quamlibet confederationem inire preſumaot; & ſi aliquo tempore ignoraoter iuverint, vel ſcienter, aot ignoranter, hactenus iuverunt, ad mandatum, vel requiſitiooem ipſius Eccleſie, illâ, & eorum quodlibet oionino diſſolvaot, & ab illis ſine aliqua contradictione recedant, infra tampus ipſis ab eadem Romana Eccleſia preſigendum. Et ſi qua ſorſan pro corroboratione pactorom, ſocietatum, & cooſaderationum tunc preſtita foerint iuramenta, ipſa de poteſtaris plenitudine relaxamos. Qui autem ſint inimici eidem Eccleſie, vel ſuſpecti, ſtabitoe aſſertinni noſtre. Qui vero ſint loimici, vel ſuſpecti dicto Regi, ſtabitur aſſertioni Regia ipſius, nec aliquem pro Romano Imperatoro, vel Rege recipiant, aut habeant, contra vnlontatem ipſius Eccleſie, vel mandatum; ſed illum, quem eadem Eccleſia pro Romano lmperatore, ſeo Rege acceptabit, & habebit, ſeu in Imperetotem coronabit, & iouoget, & uoo alium pro Rege, ac Imparatore babeant Comites, ac alii memorati.

Item precipimos, & mandamu, quod memoratum Regem Sicilie, poſteros, vel adiutores ſuos, io perpetoum noo offendaot, nec impugnent in alique terta ſoa, ſilicet in Regno Sicilie, Provincia, Andegavia, vel alia quaeunqoe terra, quam habet idem Rex, vel ipſe, aut poſteri eius in futurum habituri ſunt, vel io alio quocumque loco; ſed ipſi Regi taoquam Vicario Imperii pet omnia, & in omnibua obediant, & ipſum pro poſſe iuvent, eidem tamquam Vicario lmperii, huiuſmodi Vicaria dutaote, pleoarie obediendo, & fidelitet ſerviendo, ac omoia iura, que lmperatori debentur, integraliter exhibendo.

Item actum eſt, & nos precipimus, & ordinamus, quod dicti Comites non teneantur perſonaliter venire estra terram ſuam ln Tuſciam, vel alio, nec venire poſſint in Tuſciam etiam in terram ſuam, ſeu dilecte in Chriſto filia nobilis mulieria Comitiſſe Ioaone matris ipſorum, ſine licentia memorati Regia Sicilie. Si quando autem vocabuotur ex aliqua cauſa, ſufficiat eos reſpondere per Procoratorea. Et ſi quando ſervire teoebuntue pro terris ſuis, quas babent in Tuſcia, ſufficiat coa per alios idoneos ſervire, ubi Rex voluerit, ſicot pro dictis terris, quas habent in Tuſcia ſervire tenentur.

Item actum eſt, & noa precipimus, & ordinamua, quod Caſtrum Popii, quod predicte Comitiſſe Ioanne matri predictorum Comitum relictum dicitur ad vitam ſuam ex teſtamento mariti, remanrat apud ipſam in vita ſua. Quod que eadem Comitiſſa, & ſinguli de Caſtro ipſo, qui aonum XIV. exegetunt, in preſentia Nuncii noſtri, & Regis predicti, preſteot tactis corporaliter Sacroſanctis Evangeliis iurameotum, qood obedient ipſi Regi tamquam Vicario Imperii dicta Vicaria durante, & non recipient in dicto Caſtro aliquoa inimicos eiuſdem Eccleſie Romane, vel ipſius Regis Sicilie, aut ſuſpectoa ipſius Eccleſie, ſeu Regi, nec etiam predictos Comites, vel aliquem ipſorum, abſque li-

cen-

centia noſtra, vel Regis ipſius. Nec pradictis inimicis, vel ſuſpectis, adherebunt, vel eos quoquomodo iuvabunt. Qui autem ſint nobis, vel ipſi Regi inimici, vel ſuſpecti, ſtabitur aſſertioni noſtre. & ipſius Regis. ſicut in caſu alio ſuperius eſt expreſſum; quodque, nec guerram facient nobis, eidem Ecclefie Romane, ſive Regi, vel amicis Ecclefie, aut Regis eorumdem, nec ipſos aliquatenus impugnabunt; Et, ſi dicta Comitiſſa, val filii eius, aut aliquis eorum, vellent guerram fscere contra nos, Ecclefirm, vel Regem, aut amicos predictos, preſati homines dicti Caſtri non adherebunt eiſdem Comitiſſe vel filiis, aut eorum alicui, ſed aſſiſtent, & adherebunt nobis, Ecclefie ac Regi preſatis, etiam contra ipſos Comitiſſam, & filios. Et, ſi contingat dictam Comitiſſam mori, eadem adhuc Vicaria durante Comites predicti, aut aliquis eorum non intrabunt Caſtrum ipſius, nec adipiſcentur poſſeſſionem ſeu tenutam ipſius, nec prefati hominea ipſoa vel eorum aliquem admittent abſque noſtra licentia ſpeciali. Et, ſi ſecus actum fuerit ipſi Comitiſſa, Comites, & homines eo ipſo incidant in penam decem millium Marcharum ſterlingorum pro medietate nobis, & Ecclefie predicte, pro teliqua vero medietate ipſi Regi ſolvendorum, Super quo precipimus dari nobis, & Regi predicto, ſeu alicui ad hoc deputando per uos, vel ipſum Regem fideiuſſores idoneos a Comitiſſa, Comitibus, & hominibus memoratis, & ſcadocim obſides ab hominibus Caſtri eiuſdem.

Pro predictis etiam omnibus obſervandis memorati Comites conſenſerunt dare omuia Caſtra ſua, que habent in Tuſcia, videlicet, Comes Guido Ampinianum, & Montem Acutom; Comes vero Simon Caſtrum Gataie, & Turrim Pompone in manibus dicti Regia Sicilie tenenda per ipſum donec ſua duraverit Vicaria, & poſtea per nos, & eaudem Ecclefiam per duos annos, & ultra ſi nobia videbitur expedire. Memoratus quoq. Guide conſanſit dare obſidem unum ea filiis ſuis eodem modo teuendum in loco tamen tuto, & congruo, & iam dedit filium ſuum primogenitum, & dilectam in Chriſto filiam Ioannam dictam Blaneam natam ſuam.

Actum eſt inſuper, & nos ſervari precipimus, & mandamus, quod iis omnibus completis ab eis, reſtituantur eiſdem Comitibus omnia immobilia bona eorum in ſtatu, in quo ſunt, iura etiam, & honores, & ex tunc omnes proceſſus habiti contra eos revocentur, & nos illos ea tunc ſine aliani iuris preiudicio revocamus, ita quod per dictam Ecclefiam Romanam ratione preteritarum offenſarum illatarum ipſi Ecclefie, vel predicto Regi, non graventur in aliquo, nec per Regem, aut eius Viearium, vel per aliquem circa hoc iuriſdictionem habentem, niſi contrarium videbitur nobia, & Regi predicto.

Item precipimus, & mandamus, quod iidem Comites Simon, & Guido liberentur de omnibus bannis, & collectis, & condemnationibus, & repreſaliis impoſitis, vel factis a tempore exitus Guibellinorum per dictum Regem, eius Vicarium, vel Commune Florentie, eoſdem etiam Comites, quos a ſententiis eacommunicationum per eandem Sedem latis in ipſos, abſolvi ſub certa forma mandavimus, ex tunc ad gratiam noſtram, & ipſius Ecclefie admittimus, & ad gratiam volumus dicti Regis admitti, donec in ipſius Ecclefie devotione perſtiterint, nec venerint contra premiſſa.

Actum eſt etiam, & nos ſub pena quàdraginta millium Marcatum ſterlingorum ſervari precipimus, & mandamus, quod Florentini non impugnent, nec damnificent, nec occupent, dictum Caſtrum Popii. Et, ſi ſecus actum fuerit, ſingulares perſone contracium facientes in excommunicationis, Vniverſitas in interdicti, ſententias, quas ex tunc in eos ferimua, incidant ipſo facto, & predictam penam pro medietate nobis, pro reliqua vero medietate preſato Regi ſolvendam incurrant, & damnum paſſis nihilominus ſatisfacere teneantur; & nos nihilominus contra eos gravius ſpiritualiter, & temporaliter, pro ut expedire viderimus, procedemus.

Item actum eſt, & nos precipimus quod ceteri Guibellini Florentie non intrent Civitatem Florentinam uſque ad beneplacitum Regis ipſius: familie vero ipſorum datis ab ipſis Guibellinis obſidibus, & ſecuritatibus, de quibus actum eſt, ad arbitrium dicti Regia, libere redeant ad ipſam Civitatem; mulieres quidem omnea, maſculi vero ii tantum, qui nondum annum decimum exegerint. Et quo ad revocationem proceſſuum habitorum contra eos, & liberationem de omnibus bannis collectis, condemnationibus, & repreſallis impoſitis, vel factis a tempore exitus ipſorum Guibellinorum per dictum Rrgem, eius Viearium, vel prefatum Commune Florentie, nec non & quo ad receptionem ad gratiam noſtram, & ipſius Ecclefie, ac Regis predicti, eadem quantum ad ipſoa per omnia obſerventur, que quantum ad dictaa Comites ſuperius ſunt expreſſa. Illi vero de memoratis Guibellinia Ipſius Civitatia, & alli de diſtrictu eius, de quibus memoratus Rea Sicilie ordinabit, erunt in confinibus inter Vrbem, & Padum ubi, & quantum, Rex ipſe mandabit in locis tamen tutia, & congruis. Reliqui vero libere erunt extra Civitatem, & Comitatum Florentie, in quibuſcunque locis, que ipſis per eundem Regem non fuerint ſpecialiter interdicta. Memoratis autem familiia cum in Civitatem redierint, mandamus reſtitui omnia bona dictorum Guibellinorum immobilia, & iura in ſtatu in quo ſunt, & quod ſicut ceteri hominea Civitatis ipſius in ſuis iuribus conſerventur, & ſi qua damna data ſunt in eis, poſtquam intravimus Civitatem, & poſt prohibitionem ſuper hoc factam, volumus, & precipimus remedium per ipſum Regem tanquam per Vicarium Imperii, & Poteſtatem ipſius Civitatis, apponi, ita quod de damnis ipſis ſatisfiat. Et idem de reſtitutione damnorum huiuſmodi etiam Guelfis fiat.

Actum eſt etiam, & nos precipimus obſervari, quod dicti Guibellini Civitatis, & diſtrictus pro predictis obſervandis dent obſides ad arbitrium dicti Regis tenendos, ſicut de obſide dicti Comitis Guidonis ſuperius eſt expreſſum, & pro preteritis offenſis non graventur per ipſam Regem, niſi quantum videbitur nobis, & ipſi Regi. De offenſis factis Ecclefie ſatisfaciant pro ut placebit nobia. De offenſis factis Guelfis aliis ab ipſis Guibellinia actum eſt, & nos precipimus obſervari, quod pro pace, & concordia inter Guelfoa, & ipſos Guibellinos ſolide reformandia dicti Guelfi eligant ſex ad plus, & Guibellini totidem, qui de dictis offenſis, & re-

Kkkkk

reformatione pacis, & concordie provideant, & ordinent inter eos pro ut fore viderint oppurtunum, & nihilominus prefatos Rex de noſtro conſilio daret unum, ut ſi electi a partibus forſitan diſcordarent, illo annumerato ſtetur dicto maioris partis eorum. Item autem Rex Venerabilem fratrem noſtrum Aldobrandinum Vrbevetanum Epiſcopum iam ad hoc de noſtro conſilio deputavit.

Actum eſt etiam, & nos obſervari precipimus, & mandamus, ut hic modus reformande pacis, & concordie &c. inter Guelfos, & Guibellinos de diſtrictu Florentie obſervetur.

Item actum eſt, & nos precipimus obſervari, quod Guelfis Popii, & aliorum locorum reddantur bona ſua immobilia, & iura in ſtatu, in quo ſunt, & conſerventur in iuſtitia, ſicut ceteri locorum eorumdem.

Item actum eſt, & nos precipimus obſervari, quod predicta Caſtra inſpiciantur per bonos homines, & legales, per quos ſtatuatur numerus ſervientium, qui neceſſarius erit ad cuſtodiam ipſorum, & tanta ſtipendia conſtituantur pro ſingulis ſervientibus, quod poſſint haberi idonei. De expenſis autem huiuſmodi concordaverunt Guibellini, videlicet, dicti Syndici, & Ambaſciatores nomine eorundem, & nos precipimus obſervari, quod expenſe tam pro Caſtris, quam pro obſtagiis Guibellinorum Florentie, & diſtrictus, fiant per totam partem Guibellinorum. Expenſe vero pro obſidibus Caſtri Popii fiant per homines dicti Caſtri.

Item precipimus, & diſtricte mandamus tam per memoratum Regem, tanquam per Imperii Vicarium, ſuoſq. in hoc Vicarios, quam & quemlibet alium in hoc iuriſdictionem, vel poteſtatem habentem, inviolabiliter obſervari, ut amici predictorum Guibellinorum de Florentia pro eo, quod fideiubebunt pro eis, vel alias, occaſione ipſorum ad confinia non mittantur, nec graventur in deſtructione domorum, vel in aliquo alio in perſonis, aut rebus.

Ceterum, ut premiſſa, que ad communem utilitatem earumdem partium, totiuſq. provincie ſunt ſalubriter inſtituta, quo magis fuerint multiplicato munimine roborata, eo ſolidius iugis obſervationis perpetuitate firmentur; auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Beatorum quoque Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, ipſa ſub pena predicta viginti millium Marcharum, & excommunicationis, quam in ſingulares perſonas, & interdicti, quam in univerſitatem contrarium facientes ex nunc ferimus, decernimus perpetuis temporibus inviolabiliter obſervanda, eadem auctoritate, ac ſub eiſdem penis diſtrictius, ac apertius prohibentes ne aliqua contra premiſſa, & ſpecialiter in creatione populi novitas attemptetur. Quod ſi forſan in predictis aliqua inciderit dubitatio, interpretationem, & deciſionem ipſius nobis, & eidem Apoſtolice Sedi reſervantes, ad nos, & ipſam ſuper illa volumus haberi recurſum.

Ad maiorem autem cautelam premiſſa omnia, & ſingula precipimus, & mandamus per Syndicos partium earundem, ipſarum nomine tactis Sacroſanctis Evangeliis preſtito iuramento firmari, & ſpecialiter quod una pars alteram de cetero non offendet. Sane in publico parlamento, ubi eadem convenerat multitudo, preſentibus Cariſſimo in Chriſto filio noſtro Balduino Conſtantinopolitano Imperatore Illuſtri, ac Rege predicto, & aſtantibus nobis nonnullis ex fratribus noſtris eiuſdem Eccleſie Romane Cardinalibus, & aliis Archiepiſcopis, & Epiſcopis diverſorum locorum, premiſſis omnibus lectis de verbo ad verbum, & patenter expoſitis, dilectus filius Berardus Raynaldi Acurſii Communis eiuſdem Civitatis, Capitaneorum, & partis Guelforum de Florentia, & Angelus Fogliarini predictorum Comitum, Capitaneorum, & partis Guibelline, Syndici, Procuratores, & Nuncii habentes ab eis ad hoc plena mandata, quorum tenores ſeriatim tranſcribi, & ſub Bulla noſtra mandavimus annotari, in Archivis noſtris eorum originalibus conſervandis, nomine predictorum, a quibus mandatum habebant, premiſſa omnia, & ſingula homologaverunt, & acceptaverunt expreſſe promittentes ſibi ad invicem, & tactis corporaliter Sacroſanctis Evangeliis in animabus ſuis, & illorum, quorum erant Syndici, ſeu Procuratores, preſtito iuramento firmantes perpetuo pacem predictam, & omnia, & ſingula, que ſuperius ſunt expreſſa, inviolabiliter obſervare, nec contra ipſa, vel eorum aliquod per ſe, vel per alium publice, vel occulte ullo unquam tempore, vel modo venire. Actum Florentie ſupra litus Arni iuxta Pontem, qui vulgariter dicitur Rubaconti. IV. idus Iulii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Hi Comites *Guido* & *Simon*, ſunt illi celebres Popii Comites, quos Comites *Guidones* vulgo adpellamus, ex his ſcilicet orti, & horum ſucceſſores, quibus *Fridericus II.* Imperator, quod ab ſuis partibus ſtarent, Privilegium illud conceſſit, quod ſuperius *pag.* 490. exhibuimus. Huius pacis inter Florentinos Guelfos & Guibellinos ab *Gregorio X.* dum Florentiae eſſet procuratae Hiſtoriam texunt *Ricard. Malaſpina Cap. CIIC. Ioannes Villanius Lib. VII. Cap. XLIII. Leonardus Aretinus Hiſtor. Florent. Lib. III. S. Antoninus* in *Summa Hiſtoriali III. Part. Tit. XX. Cap. II. Dominicus Boninſignius*, & *Scipio Ammiratus* in ſuis *Hiſtoriis* ad hunc annum MCCLXXIII. *Odoric. Rainaldus in Annal. Eccleſ.* & *Muratorius in Annalibus Italicis*, ut nihil de *Campio* laudato dicam. *Rainaldus* quidem huius Edicti initium tantum profert; *Muratorius*, in *Antiquit. Italic. medii Aevi*, fragmenta quaedam adducit, inſcius eſſe huius Edicti partes; *Ammiratus* totum Edictum in compendium contrahit. Huic Edicto ſubſerer *Gregorii* eiuſdem Epiſtola, quae ſequitur.

Gregorius Epiſcopus &c. Nobilibus viris Comitibus Guidoni Novello, & Simoni fratri eius.

Vt pro iis, que tempore Vicariatus, vel Poteſtarie alicuius, quibus functi eſtis in provincia Tuſcie, feciſtis, vel geſſiſtis cum Comitibus terrarum, vel ſingularibus perſonis ipſius provincie, antequam cariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Sicilie Rex Illuſtris, Vicarius vel Paciarius fuiſſet ad eandem provinciam per Sedem Apoſtolicam deſtinatus, moleſtari, vel inquietari ab eodem Rege, vel ſuis Vicariis, qui pro tempore

Digitized by Google

pore fuerint, non poſſitis, ſed in Romana teneo-mini Curia reſpondere, vobis auctoritate preſen-tium de ipſius Regis concedimus voluntate. Nulli ergo &c.

Dat. Florentie IV. idus Iulii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Hinc per ea tempora Regii Vicarii, & alii Magiſtratus, paſſim in Tuſciae Hiſtoria memorantur, ut ſuperius *pag.* 359. iam vidimus; & in Eccleſia Cathedrali Miniatenſi, in marmoreo ſuggeſtu, in quo & Cancellariorum Piſtorienſium inſignia ſunt, haec Inſcriptio exſtat.

Factum eſt hoc opus tempore
Poteſtarie Nobil. Viri Dni Vgi
De Cancellariis de Piſtorio Dei & Regia
Gratia Poteſtatis Communis S. Miniati per Magiſtrum
Giraldum quondam Iacobi de Cumo ſub A.
D. MCCLXXIV.

Hinc etiam ſuperius *pag.* 79. *Schortes dalla Porta* Regius Vicarius in regimine Florentiae occurrit; aliique, quorum plures *Cuſmas de Arena* in ſpecimine ſecundi Tomi lui operis receuſet. Ad Sanctum Miniatem quoque pertinet Frater *Riccbus* ille Hoſpitalarius, quo de agitur in Inventario Supellectilis Palatii Epiſcopalis Florentini, facto anno MCCCXXI. poſt obitum *Antonii de Vrſo* Epiſcopi; & *Miniatus Iacobi* F. de Sancto Miniate Iudex & Notarius, cuius nomen accurrit in Regeſto Epiſcopatus Florentini, quemadmodum & illud Inventarium. *Ioannes* a Sancto Miniate Monachus Camaldulenſis memoratur *Hodepor. pag.* 190. ubi ad eum *Coluccii Salutati* Epiſtulam protulimus; cuius alia ad *Coluttium* exſtat in *Codice MS. Richardiano Plut. L. Ord. II. n. XI.* Superius *pag.* 413. ubi *Ludovici* Imperatoris Diplomata plura *Caſtruccio* conceſſa protulimus, obſervandum eſt, illum Imperatorem adeo Conſtitutioni *Ioannis XXII.* Papae, quam memoravimus *pag.* 415. obſtitiſſe, ut contra eam, & contra ipſum Pontificem, anno MCCCXXIV. appellationem ad futurum Concilium interpoſuerit, quam videre eſt apud *Steph. Baluzium Tom. II. Vit. Paparum Avenionienſium pag.* 478. Quidquid autem Imperator pertenderet, certe anno MCCCXXVII. erat Florentiae Vicarius Ducis Calabriae *Iacobus de Brixia*, ut patet ex inſequenti monumento ex Bibliotheca Richardiana eruto, & quod iam publicavi in Catalogo MSS. eiuſdem Bibliothecae *pag.* 235.

De Magiſtro Cecbo de Aſculo quae combuſtus fit.

Reverendus Pater Frater Lambertus de Cingulo Ordinis Praedicatorum Inquiſitor haereticae pravitatis Bononiae anno 1324. *Die xvi. Decembris Magiſtrum Cecbum filium quondam Magiſtri Simonis Stabilis de Eſculo ſententiavit, male & inordinate locutum fuiſſe de Fide Catholica, & propterea eidem poenitentiam impoſuit: ut inde ad xv. dies proximos ſuorum veram & generalem faceret peccatorum confeſſionem. Item quod omni die diceret xxx. Pater noſter, & totidem Ave Maria. Item quod qualibet ſexta feria ieiunare deberet in reverentiam Crucis & Crucifixi hinc ad annum. Item in omni die Dominica audires ſermonem in domo Fratrum Predicatorum vel Minorum. Item privavit ipſum omnibus libris Aſtrologiae magnis & parvis, quos deponeret apud Magiſtrum Albertum Bononienſem. Et voluit quod nunquam poſſit legere Aſtrologiam Bononiae vel alibi publice vel private. Item privavit eum omni magiſterio & honore cuiuslibet doctoratus uſque ad ſuae arbitrium voluntatis. Et condemnavit eum in lxx. libris Bononienſibus quas inde ad Paſca Reſurrexionis Domini proxime ſolveret pro poena dupli.*

Frater Accurſius Florentinus Ordinis Fratrum Minorum Inquiſitor haereticae pravitatis miſſo ad ſe proceſſu die xvii. Iulii 1327. *a Fratre Lamberto de Cingulo contra Magiſtrum Cecbum de Eſculo: citatoque Magiſtro Cecbo ut preſente, in choro Eccleſiae Fratrum Minorum de Florentia anno* 1327. *Indictione x. die xv. menſis Decembris, eum haereticum pronuntiavit: eumque reliquit ſeculari iudicio requirendum Domino Iacobo de Breſcia Ducali Vicario praeſenti & recipienti animadverſione debita puniendum. Librum quoque eius in Aſtrologia Latine ſcriptum, & quendam alium vulgarem libellum. Acerba nomine, reprobavit, & igni mandari decrevit, omneſque qui tales aut ſimiles eius libros tenerent excommunicavit.*

Eodem die ſupradictus Vicarius indilate tranſmittens per militem & familiam ſuam Magiſtrum Cecbum coram populi multitudine congregata cremari fecit ad poenalem mortem ipſius & omnium aliorum.

Hic obſervandum eſt, *Carolum* Calabriae Ducem *Roberti* Neapoleos Regis filium, a Florentinis in ſuum Dominum ad decem annos electum fuiſſe; eumque veniſſe Florentiam anno MCCCXXVI. ut ſuperius *pag.* 134. & 135. videre eſt, ac denique anno MCCCXXVIII. mortem obiiſſe, ut dixi in meo *Hodoeporico pag.* 148. Eius dominatus tempore, Vicarii, & alii Magiſtratus Ducales, paſſim occurrunt. Sed ubi *pag.* 464. deditionem Sancti Miniatis Florentinis factam narrare abſolvimus, quae quidem anno MCCCLXIX. contigit, producendum fuerat *Caroli IV.* Diploma eiuſdem anni, in quo illuſtris Miniatenſis Civis Iudex ab Imperatore

rore delegatur, quodque eſt qood ſequitur, ex Archivo *Rob. Gherardii* Patricii Floreotini erutum.

In Dei nomine, Amen. Anno Domioi ab eiuſdem Incarnatione milleſimo treeenteſimo ſexageſimo nono, Indictiooe ſeptima, die vigeſimo tertio menſis Iulii. Actum Florentie io Populo S. Marie Alberigbia, iuxta & apud domum filiorum olim Domini Nicholai Ser Chelli, preſentibus teſtibus ad hec vocatis & rogatis Domino Ruſſo olim Ricciardi de Rieciis, & Tomaxio Franciſchini . . . . Populi S. Marie Alberighii, & Marco Vannis Populi S. Reparate. Pateat omoibus evideoter preſentem ſententiam inſpecturis quod io preſentia mei predicti Notarii infraſcripti, & teſtium, . . . coram ſapientiſſimo & eloquentiſſimo viro Domino Ioanne de Ricciis de Florentia Legom Doctore, oobilis vir Iohannes filius olim & heres Franciſci olim Primeranis de Tedaldinis de Florentia obtolit, & preſentavit & dedit ac dimiſit eidem Domioo Ioanni originales litteras Sereniſſimi Principis Domini Charoli divine favente clementia Romanorom Imperatoris & Augoſti, omoi vitio & ſubſpicione carentes, & ſigillo dicti Sereniſſimi Principis & Domini Domini Charoli Imperatoris mouitas, quarum literarum teoor io effectu talis eſt.

Karolus Quartus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemie Rex. Nobilibos & prudentibus Iohaoni de Ricciis Civi Floreotino Legum Doctori, & Paollo de Portiſanis de Sancto Miniate Iuriſperito, Rectori Vniverſitatis Studii Florentini, fidelibus & dilectis ſuis gratiam ſoam & omne bonum. Exigit ſpecioſitas Litterarom, per quam oostram gloriatur Imperium, & maxime veſtram Legalem ſcientiam moribus decoratam, qoam veriſſimo teſtimonio dicimos, ut, qoe ad aimam ooſtram declinat audientiam vobis confideoter Imperialis oostra Celſitudo committat. Sane quia per partem nobilis & fidelis noſtri Iohaonis filii & heredis olim Franciſci olim Primeraoi de Tedaldinis Civis Floreotini oobis fuit bomiliter ſupplicatum; Quod com Franciſcos pater eiuſdem habitans in Civitate noſtra Piſarom, & veteri io dementia conſtitutus, habuit io domo ſoe proprie habitationis de ſua propria parata pecunia duomillia ſeptingentos vigioti unum Floreoos auri, qui depoſiti fuerone per Iudicem . . . . . . ut ipſi dementi tutios caveretur in Eccleſia Fratrom Minorum dicte Civitatis pro ipſo Francisco; & qualiter vir nobilis Caſtruccius, qui tunc temporis preficiebatur Civitatibus ooſtris Lucane & Piſane, ſeicos dictam pecuniam ſic eſſe depoſitam, petiit eamdem iode tolli & auferri & ſolvi ſtipendiariis de ordinibus ſuis & dicti Comouis Piſarum. Qoam pecunie quaotitatem ipſe Caſtruccius fuit conteotus & confeſſus ſe & dictum Comune Piſarum haboiſſe & recepiſſe realiter cum effectu, mediante perſona Detteri de Luto Civis Locaoi tunc Camerarii & Theſaurarii Caſtroccii prenominati, promitteus ipſe Caſtroccius per ſeipſom & dictom Comune Piſarem Lapo Marchii de Floreotia Coratori & coratorio nomine dicti Franciſci inde ad annom proxime ſecuturom reſtituere iotegraliter com effectu, & reſpondere more mercatorum ad rationem decem pro quolibet centenario pecunie declarate, obligans ooviter ſoper dictis eidem Coratori ſtipulanti, ut ſupra, omnia bona Comunis Piſarom, & ſui Ducatus, ut hoc & aliud publico Inſtrumento inde confecto exponitur & apparet. Quas peconie quantitates ipſe Iohanues heres predicti Franciſci Primeraoi de Tedaldinis Maieſtati noſtre aſſeruit deberi patri ſoo, nec alteri pro eo, vel omoi nomine neceſſario & filii & heredis per ipſum Commooe Piſarum aut per Caſtroccium, aut aliom eorum, vel aliorum, eorum nomine, nnmquam fuiſſe ſolutas in grave damnum & preiodicium ipſius Franciſci & Iohannis heredis prenominati. Nos vero atteodentes ſupplicationem huiuſmodi de iuſto iuſtitie fonte procedere, & de remedio cupientes eidem Iohanni ſalubriter providere; vobis Iohanoi de Ricciis & Paulo de Sancto Miniate predictis, & utrique veſtrum in ſolidum ex certa execotiva ſententia & de plenitudine poteſtatis Ceſaree vices noſtras Imperiales committimos & mandamus cum plena & omnimoda auctoritate, facultate, & poteſtate, citandi monendi ipſum Comune Piſarum & heredes ipſius Caſtruccii ac bonorum detentores & poſſeſſores ad petitionem ipſius Iohannis Franciſci de Tedaldinis; & ſoper huiuſmodi cauſa & dependeotibus, & connexis procedeodi, cognoſceodi, & terminandi, finiendi, firmandi, & declarandi, firmata, finita, & declarata executioni mandaodi, ſummarie, & de plano, ſine ſtrepito, & figura iudicii, ſola veritate inſpecta, iuſtitia mediante, dantes nihilominos vobis, & cuilibet veſtrum in ſolidum ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis auctoritatem & poteſtatem teſtes quoscumque, & habentes iura, monumenta, ſeu inſtrumenta gravandi & multandi, & ſi opus fuerit perſonaliter capiendi, ut omnino veritas habeatur. Non obſtantibus ſupradictis, aut alicui predictorum & dicto olim Franciſco mentecapto, ſeu dicto Iohanni eius heredi, aliquo lapſu temporis ſive preſcriptione, aut aliquo Iure civili vel municipali, ſive conſuetudine in contrarium facientibus, quibus ex

ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis, preſentibus totaliter & ſpecialiter derogamus. Nulli ergo omnino hominom liceat hanc paginam noſtre commiſſionis delegationis & derogationis infringere vel auſu aliquo in aliqua parte ſui quomodolibet attentare, ſub penam gravis noſtre indignationis; quam qui contrafecerit ſe noverit inremiſſibiliter incorriſſe preſentium ſub Sigilli Imperialis noſtre Audientie impreſſione teſtimonio litterarum. Datum Luce anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono, Indict. ſeptima, VII. Idus Iulii, Regnorum noſtrorum anno vigeſimo tertio, Imperii vero quinto decimo. Et quia Sigillum erat cere rubre, & ſcolptum erat quadam Aquila incoronata & eum litteris: K. ✠ S. Alme Audientie Imperialis. Qui Dominus Iohannes ſupraſcriptus tamquam filius obedientie premiſſa debita reverentia ipſis litteris & delegationis & commiſſionis cum omni poteſtate in eiſdem conceſſa acceptavit & recepit ipſaſque originales litteras penes ſe retinuit rogans me Petrum Notarium infraſcriptum ut de predictis publicum conficeremus Inſtrumentum.

Item eiſdem anno & Indictione, die terciadecima menſis Auguſti, datum Florentie in Populo Sancte Marie Alberighii apud dictam habitationem dicti Domini Iohannis preſentibus teſtibus ad hec vocatis & rogatis Tomaxio Rinaldi Pop. S. Marie Alberighii, & Ortignano Cecchii Pop. S. Stephani Abbatie, & Giunta Bartoli Pop. S. Michaelis in Palchetto. Et dictus Dominus Iohannes Legum Doctor delegatus dicti Sereniſſimi Principis & Domini Domini Karoli divina favente clementia Romanorum Imperatoris, quouſque uti ceperunt inter Iohannem Franciſci de Tedaldinis predictum ex parte una, & dictum Comune Piſarum, & filios & heredes & bonorum poſſeſſores dicti Caſtruccii de Caſtracanis ex parte altera, ſeu que moveri intenditur per dictum Iohannem contra predictos Comune Piſarum, & filios & heredes & bonorum poſſeſſores dicti Caſtruccii, elegit ad diſtribuendum acta dicte cauſe & ad recipiendas petitiones, reſponſiones, mandata teſtes Inſtrumenta & iura, & ad recipiendum articulos, & poſitiones, & omnia & ſingula acta & agitanda in dicta cauſa Ser Tomam Bartoli nomine filiorum ibidem preſentium & recipientium. Qui Ser Thomas delato ſibi iuramento per dictum Dominum Iohannem iuravit ad S. Dei Evangelia, corporaliter tactis ſcripturis, dicti Notariatus officium bene & fideliter gerere & exercere, & omnia ſupradicta que ad eius officium ſpectabunt & ſpectant.

Item eiſdem anno & Indictione, die & loco & coram dictis teſtibus, dictus Dominus Iohannes delegatus predictus elegit in ſuos & dicte cauſe Nuntios ad faciendum omnes contractus, rogitus, ſcripturas, denuntiationes, & notificationes, & alia expedientia in dicta cauſa Puccium olim Tinelli Pop. S. Benedicti, & Cocchum Nutini Pop. S. Marie Alberighii de Florentia, & quemlibet eorum. Qui Puccius & Cecchus Nuntii predicti ſicut electi delato eius iuramento per dictum Iudicem iuraverunt dicto Domino Iohanni & mihi Petro Notario infraſcripto, necnon pro ipſo Domino Iohanne & omnibus quorum intereſt, vel intererit, ad S. Dei Evangelia, corporaliter tactis ſcripturis, dictum eorum & cuiuslibet ipſorum officium bene & legaliter exercere, rogantes me Petrum Notarium infraſcriptum ut de praedictis publicum conficerem Inſtrumentum.

Item dicta die poſt predicta dictus Dominus Iohannes Iudex elegit, & dictis preſentibus, pro loco iudicii inter dictas partes futuri quamdam Apothecam ſitam Florentiae in Pop. S. Benedicti de Florentia, ubi & in qua Rectores Studii Florentini ius reddunt.

✠ Ego Petrus Lapi de Florentia Imperiali auctoritate Iudex ordinarius & Notar. publicus, predictis dum agerentur interſui, eaque rogatus ſcribere ſcripſi & publicavi; ideoque me ſubſcripſi & ſignum meum appoſui conſuetum.

In Dei nomine, Amen. Anno Domini ab eiuſdem Incarnatione milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono, Indictione octava, die vigeſimo primo menſis Octobris. Actum Florentiae in Pop. S. Benedicti preſentibus teſtibus ad haec vocatis & rogatis Domino Petro Paulo de Prato, & Domino Richo Domini Franciſci de Antio. Pateat omnibus evidenter quod ſapientiſſimus & eloquentiſſimus vir Dominus Iohannes de Ricciis legum Doctor delegatus Sereniſſimi Principis & Domini Domini Karoli divina favente clementia Romanorum Imperatoris & ſemper Auguſti, in cauſa vertente inter Iohannem Franciſci de Tedaldinis ex parte una, & Comune Piſarum & filios & heredes & bonorum poſſeſſores olim Domini Caſtruccii de Caſtracanis ſive de Interminellis ex parte altera, contra alios Nuntios, quos habuit in dicta cauſa, elegit Gotfredum quondam Mactii Pop. Sancti Michaelis Vicedominorum de Florentia. Qui predictus Nuntius per dictum ſic electus, delato ei iuramento per dictum Iudicem iuravit dicto Domino Iohanni & mihi Petro qui interſui perſonaliter pro dicto Domino Iohanne, & omnibus & ſingulis, quo-

quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poſſit, atque iuravit corporaliter ad Sancta Dei Evangelia manu tactis ſcripturis, Domini ſupradicti officialis Notariaturam legaliter exercere; rogans me Petrum quondam Mutii ut de predictis publicum conficerem Inſtrumentum.

✠ Ego Petrus Lapi de Florentia Imperiali auctoritate Iudex ordinarius & Notar. pub. predictis dum agerentur interfui, eaque rogatus ſcribere ſcripſi & pubblicavi; ideoque me ſubſcripſi, & ſignum meum apposui conſuetum.

Sed vetuſtioris Monumenti, in quo Sancti Miniatis & eius Caſtellani, mentio eſt prope oblitus fueram, quod quidem ad annum MCCXXXIII. ſpectat, & ex Archivo *Rob. Strozzii* Patricii Florentini hic profero.

In nomine Domini, Amen. Ex huius publici Inſtrumenti plenius pateſiat, quod nos Niger quondam Burnettini, & Pratenſis quond. Ildebrandini, & Bonaventura quondam Ioannis, Caſtaldiones Curie, ex precepto Domini Ione Sancti Miniatis Caſtellani, ut nobis in hunc modum ſuis licteris ſuoque Sigillo roboratis ſignificavit. Ionas Sancti Miniatis Caſtellanus pro Domino Ger. d' Harneſt. Sacri Imperii in Italia Legato, atque eiuſdem Domini Vicarius, Neroni, Pratenſi, & Bonaventure, Caſtaldionibus ſuis de Valle Arni dilectis ſibi, ſalutem & omne bonum. Mandamus vobis diſtricte & firmiter precipientes quatenus in continenti, viſis huiuſmodi licteris, cum viro nobili Domino Plebano de Altupaſcio latore preſentium eſſe debeatis, & terras dicti Hoſpitalis decernere & deſignare velitis de plagiis Vallis Arni, iuſtitiam & rationem ipſius Hoſpitalis manutenentes, & in poſſeſſionem de eorum terris mittentes, ita quod iura & rationes Curie occaſione terrarum dicti Hoſpitalis non poſſint obfuſcari; & dicto Hoſpitali ſua iura de dictis terris obtime manuteneantur, & ſpecialiter de terris de plagiis, quas tenent Martinus Grechius, & Grughius, & Gennarius de Catiana: in quibus terris ipſum eumdem latorem preſentium pro dicto Hoſpitali in poſſeſſionem mictatis. Unde nos dicti Niger, & Pratenſis, & Bonaventura, Caſtaldiones Curie volentes exſequi mandatum predictum, dictum Dominum Plebanum pro dicto Hoſpitali de Altupaſcio in poſſeſſionem & tenutam omnium infraſcriptarum terrarum miſimus &c. Anno ab Incarnatione Domini MCCXXXIII. II. Idus Auguſti Indict. quinta &c. Riccoverus Notarius &c.

Quo-

Quoniam vero Inſtrumentum produximus, pertinens ad Xenodochium ſeu Hoſpitale *SS. Iacobi, Aegidii, & Chriſtophori, Teupaſcii*, ſeu *Altipaſcii*; & nos alias huius inſignis *Xenodochii* mentionem fecimus, ut ſuperius *pag.* 401. 402. 425. 427. 486. 487. 488. ſaepiuſque in operis decurſu de eo, eiuſque Manſionibus, & Fratribus, & Equitibus, agendum erit, quaedam de eo breviter heic delibabimus. Itaque *Teupaſcium*, quomodo olim dicebatur, ſeu *Altopaſſus*, Caſtellum eſt in Cerbaria ſitum, olim in Dioeceſi Lucenſi, nunc autem Samminiatenſi, non procul a confinibus Florentinorum & Lucenſium, in Via Francigena, iuxta Lacum Sexti, ſeu Blentinae, quod a Rivo Teupaſcio nomen ſibi vindicavit, ut in *Parte IV.* mei *Hodoeporici pag.* 1317. diſſerui. Huic Xenodochio ſaeculo XI. ſaltem initium dedere XII. Viri religione & pietate conſpicui, & ex Fratribus Sacerdotibus, Fratribus Equitibus, & Fratribus Converſis conſtabat, qui peregrinos & viatores excipiebant, & infirmos curabant; & viarum, pontium, & fluminum traiectuum procurationem gerebant. Coniugati quoque inter Fratres cooptabantur, quemadmodum feminae, & maritae; modo utrique ſeparatim degerent: & hae *Sorores* adpellabantur. Regebantur autem a *Magiſtro*, qui & *Dominus*, & *Rector*, & *Cuſtos*, nuncupabatur. Per univerſum autem orbem Chriſtianum bona & latifundia & Manſiones habebant. In Pleberio Calenzani Dioeceſi Florentina ſaeculo XII. fundos ac poſſeſſiones habebant, ut patet ex Bulla *Innocentii III.* data anno MCXCVIII. quam produxi in meo *Hodoeporico pag.* 1186. & ex Bulla *Honorii III.* exhibita eodem opere *pag.* 1400. Quae omnia confirmata fuere ab *Urbano V.* Pont. Max. anno MCCCLXV. ut conſtat ex Bullae compendio exſiſtente apud *Camillum Ferrantis F. Coponium*, Comitem. Pons quoque Elſae ad Caſtrum Florentinum ad hoſce Hoſpitalarios Fratres ſpectaſſe videatur ex Inſcriptione in Pontis aedicula exſtante, anno MCCLXXXX. quum Xenodochii F. *Riccbus* Magiſtri eſſet, poſita, quae publici iuris facta eſt in *Ephemeridibus Litterariis Florent. ann. MDCCXLVII. pag.* 276. Neſcio an ad hos Hoſpitalarios, ſed non credo, referendus ſit *S. Allucio*, qui Xenodochio ad Piſciam quum praeeſſet, Pontem ſuper Arnum in Dioeceſi Florentina exſtruxiſſe dicitur, venia ab Epiſcopo Florentino impetrata: quique anno MCXXXIV. die XXIV. Octobris fatu functus eſt; & de hiſce conſulendum meum *Hodoeporicum pag.* 1351. & *Placidus Puccinellius* in *Memorabilibus Piſciae pag.* 346. 369. Anno MCLVI. Gangalandi in Comitatu Florentino, quidam contractus ſit inter *Vida-*

nem

Digitized by Google

nem Hoſpitalis Altipaſei Rectorem, & *Paſſavantem Seſmundini* F. ot in *Hodaepor. pag.* 1376. 1377. videre eſt; & anno MCLIII. idem *Paſſavantes* quaedam eidem Rectori donat, (*pag.* 1378. 1379.) dum Monteſperſoli, Lucerdo, eſſet. Gangalandi pariter anno MCLXVIII. *Caſtracacis Vberti* F. quaedam praefeto Xenodochio largitur (*pag.* 1383.) Idem *Caſtracanis* o Gangalandi quaedam vendit Hoſpitali Teupaſcii anno MCLXXXIV. (*pag.* 1390.) Haec familia *Seſmundi*, puto, iam ſaeculo XI. claro erat, ut patet ex meo *Hodoeporica pag.* 1085. 1113. Anno MCCXXXIX. *Gregorius IX.* Papa conceſſit *Gallica* Magiſtro huius Hoſpitalis, ut ſequerentur Regulam Fratrum Hoſpitalis *S. Ioannis* Ieroſolymitani, ea conditione ut hi nullum ius & iuriſdictionem ſuper Hoſpitale Altipaſeii adipiſcerentur, (*pag.* 1314.) quare eodem anno *Gallicus* novas Conſtitutiones condidit, de quibus ago io laudato *Hodoep. pag.* 1432. Anno MCCCCXLV. ab *Eugenio IV.* Pont. Max. Magiſter Altipaſcii electus eſt *Ioannes Petri* F. *Bartolomaei* N. *Caponius* Eques Rhodienſis, & Patricius Florentinus, ut ex Bulla Archetypa apud *Camillum Caponium* Comitem conſtat. Anno MCCCCLXXXI. *Golielmus Nicolai* F. *Caponius* Florentinus, Magiſter Hoſpitalis cum eſſet, quaedam bona Florentiae poſita cum aliis permutare tentavit, (*pag.* 1334.) hoc eſt in Populo *S. Blaſii*, in Via Portae *S. Mariae*, in Populo *S. Romuli*, & in Callemala; quod tamdem anno MCCCCLXXXVI. exſequutus eſt. Sed praeter haec Xenodochium illud alia bona Florentiae habebat, nam anno MCCCLXV. quidam Cives Florentini ei donarunt Hoſpitale *S. Gerardi* cum Oratorio, aedificato a *Gerardo Bonſi Siniboldi* in Populo *S. Laurentii*, in Via *S. Galli*, cui cohaeret Monaſterium *S. Agathae*; quod Hoſpitale *S. Gerardi*, hodie Perthenou dicitur *S. Clementis*, in quo Coenobio circa annum MDVIII. degebant Carmelitae Congregationis Mantuanae. Alia bona in agro Volaterrano poſita idem *Gulielmus* Magiſter permutavit cum *Ioanne Medicea* Canonico Florentino, qui poſtea *Leo X.* fuit, qui duas Apothecas Florentiae ſitas in Populo *S. Blaſii* dedit &c. (1337. 1338.) Palatium quoque Florentiae Fratres Altopaſcenſes habebant iam anno MCCCXXII. in Via Spathae, prope Eccleſiam *S. Pancratii*, quod hodie a Sanctimonialibus Spiritus Sancti poſſidetur, & eius pars Xenodochium eſt in Via Solis, quod vulgo *Del Pittione* adpellatur. (1356. 1357.) & in eo illo anno fuit *Bentivenga* Magiſter & Rector Altipaſſus. Sed quoniam *Ioannis*, & *Guilelmi*, *Capponiorum* Magiſtrorum Hoſpitalis Altipaſſus, meminimus, ſciendum eſt, *Iulianum Capponium* Florentinum anno MCCCCXLV. electum fuiſſe Magiſtrum Hoſpitalis Altipaſſus, quae dignitas eodem anno tranſiit in *Ioannem Petri* F. *Capponium*, ut diximus, qui eo anno die IX. KL. Aprilis MCCCCXLV. ſtilo Florentino, per chartam ſcriptam ab *Antonio Baptiſtae* F. *Antonii* N. *Bartholomei* Notario, conſtituit ſuum Vicarium & Procuratorem Fratrem *Riccardum Mecneſſier* in Regno Franciae, Veſuntione, & Triveris, atque ita incipit: *Ioannes de Capponibus de Florentia Dei & Apoſtolicae Sedis gratia Magiſter Generalis Hoſpitalis S. Iacobi de Altopaſſu, Ordinis Sancti Auguſtini, Lucanae Dioeceſis, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis &c.* Eius memoria occurrit etiam anno MCCCCLXXIV. & ego de eo egi in *Hodoepor. pag.* 628. 629. ubi quaedam ab eo acta anno MCCCCLXX. Hunc excepit anno MCCCCLXXVII. *Guilelmus Nicolai* F. *Capponius* laudatus, qui fuit quoque Apoſtolicae Sedis Vicarius, cuius memoria occurrit etiam anno MCCCCLXXXIX. & anno MCCCCLXXXXVII. Huic electo anno MDV. Epiſcopo Cortonenſi ſucceſſit *Ioannes Capponius*, cuius nomen offenditur in monumentis anni MDXV. vixitque uſque ad annum MDXXXVII. Eius ſucceſſorem *Caponii Ioannem Iannoctii* F. *Caponium* elegerunt; ſed electionem, ita volente *Coſmo* Florentiae Duce, abrogarunt deinde, atque *Aloiſium Bartolomaei* F. *Capacium* Canonicum Florentinum ſubſtituerunt, eodem tamen tempore etiam *Vgolinum Gryphonium* praeſentantes. At dum ita vacat ille Magiſtratus, *Paulus III.* Pont. Max. Cardinalem *Farneſium* ſui fratris filium Magiſtrum creavit. Mortuo interim *Aloiſio*, *Coſmus I.* Dux, ut *Capponii* eligerent laudatum *Vgolinum Griſonium* ſibi ab Epiſtulis & negociis arcanis effecit, quod anno MDXL. contigit; nec *Farneſius* Magiſtratus liberam poſſeſſionem unquam capere potuit. Anno MDLII. Magiſtratum illum habuit *Ioannes Mediceus*, *Coſmae* Ducis F. qui anno MDLX. Archiepiſcopus Piſanus iuſſus eſt. Sed quum *Ioannes* a fratre *Garzia* interfectus fuiſſet, Magiſtratum illum obtinuit *Ferdinandus* eius frater anno MDLXII. quando & Cardinalis creatus fuit. Nil autem mirum ſi *Caponii* Magiſtrum huiuſmodi eligere conſueverint; nam *Xyſtus IV.* Pont. Max. anno MCCCCLXXII. huius Xenodochii iuspatronatus *Nicolao* & *Bartholomaeo Petri* F. *Caponiis* largitus fuerat, & anno MCCCCLXXVI. iiſdem *Nicolao* & *Bartholomaeo Petri* F. *Caponiis* idem ius cum acceſſoriis omnibus, eorumque ſucceſſoribus, confirmaverat, modo tria millia Florenorum aureorum in eiuſdem reſtaurationem impenderent, praeter impenſas, quas in eiuſdem loci reſtaurationem, *Ioannes Petri* F. Magiſter fecerat; quae Bulla poſterius

αὐτό-

αὐτόγραφος apud laudatum *Camillum Ferrantis F. Capponium*, Comitem, & Patricium Florentinum, adſervatur, quamque ipſe inſpexi & legi; & de qua vide *Hodoeporicon pag.* 1316. At *Capponii* tandem ius hoc patronatus renuntiaverunt *Ferdinando* Cardinali laudato, ſeu potius *Franciſco* Magno Duci anno MDLXXXIV. Pridie KL. Iulias, qui Cardinalis anno MDXC. *Capponiis* conſentientibus Hoſpitale illud Commendae Magiſtrali Ordinis Equeſtris *D. Stephani* univit, eidem familiae *Capponiae* tres alias Commendas eiuſdem Ordinis largitus, ut ſuperius *pag.* 488. innuimus. Sed Florentinus alter in anteceſſum Magiſter huius Xenodochii fuerat, *Alexander* ſcilicet *Ioannis* F. *Ludovici* N. *Banchi* a Florentia, cuius memoria occurrit anno MCCCCXIV. ac nominatur; *Dominus Frater Alexander Ioannis Ludovici de Florentia Praeceptor Manſionis Sancti Iacobi de Altopaſſu in Terra Piſciae, necnon Sancti Blaſii de Piſcia &c.* Sed vereor ne ſit Praeceptor particularis Manſionis Piſcienſis, & non Magiſter Generalis Xenodochii principis Altopaſcenſis. Nam idem anno MCCCCXXIX. erat Prior Piſanus, Manſionis ſcilicet, quae Piſis erat. De his autem conſulatur *Franc. Galeottus* in *Memorabilibus Piſciae MSS. pag.* 264. *& ſeqq.* & quae adnotavi ſuperius *pag.* 488. & meum *Hodoeporicon pag.* 628. 1345. 1358. Cum vero Fratrem *Ricchum* Hoſpitalarium Epiſcopatus Florentini viderimus, licet hic non ſit ille Frater *Ricchus* Magiſter & Rector Hoſpitalis Teupaſcii, qui ab anno MCCLXXX. ad annum MCCVC. Xenodochio illi praefuit; tamen ſuſpicari eſt, Fratrem fortaſſe ex illo Ordine fuiſſe, qui utpote rei hoſpitalis peritus, vocatus fuerit, ut Hoſpitii Epiſcopatus curam gereret. Et tunc eius eſſe potuiſſet Sigillum, in quo *S. Iacobi* figura inſculpta eſt, cuius a ſiniſtris ſolitum T inciſum eſt, a dexteris autem Stella exhibetur; Inſcriptio autem ita habet: *S. Frate. Riccho. D'. Capitolo. D' Altopaſcio.* quod Sigillum meum perhumaniter communicavit V. Clar. *Dom. Mar. Mannius*, huiuſmodi reliquiarum inveſtigator diligentiſſimus. Sed melius crediderim ad Fratrem *Ricchum*, qui Magiſter fuit, referri poſſe. Equites quidem Florentini, Ordinis Altopaſcenſis, occurrunt in Sepulcris, in Eccleſia *S. Crucis*, unus ex gente *Biffolia*; alter *Carduccius* in Eccleſia *S. Stephani* ad Pontem, ut tradit *Scip. Ammiratus de Familiis Nobilibus Tuſcis in Carduccia*; & tertius in Eccleſia *S. Mariae Novellae*, nullo nomine.

Quum haec omnia de Praeſidibus, Legatis, Vicariis Tuſciae, & Vicariis ſeu Caſtellanis Sancti Miniatis, viderimus; tamen adnotandum eſt, inter Praepoſitos Eccleſiae Miniatenſis *Ioannem Cavalcantium* Florentinum recenſeri, ad quem ſpectant Chartae inſequentes ex meo *Hodoeporico pag.* 192. 194. deſumtae.

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam. Ex Apoſtolicae Sedis proviſione, ac perſonarum eidem Sedi devotarum ſincero affectu provenire dignoſcitur, ut Romanus Pontifex quaeque Praedeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum innovet, adprobet, & reſtauret, & Apoſtolica auctoritate fulciat innovata. Sane pro parte dilectorum filiorum Ioanni de Cavalcantibus Praepoſiti Eccleſiae Sancti Geneſii Terrae Sancti Miniatis Lucanae Dioeceſeos ad praeſens Capitulo carentis, ac Franciſci de Lancillottis Legum Doctoris, per dilectos filios, univerſitatem, & homines Terrae ad nos ſuper hoc ſpecialiter deſtinatorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum; ut quaſdam felicis recordationis Innocentii Papae III. praedeceſſoris noſtri literas dilectis Filiis Praepoſito, & Capitulo dictae Eccleſiae conceſſas, quibus in toto vel in parte quandoque uſi non ſunt, cum incipiant vetuſtate conſumi, confirmare, & adprobare, de benignitate Apoſtolica dignaremur, quarum tenor ſignis, ſupplicationibus, & characteribus exceptis, ſequitur in haec verba: Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Bonaccurſio Praepoſito Sancti Geneſii, eiuſque Fratribus, tam praeſentibus, quam futuris canonice ſubſtituendis in perpetuum. Piae poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, ut & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, &c. Hic inſeritur Bulla *Coeleſtini III.* quae ſuperius *pag.* 344. producta fuit. *Datum Romae apud S. Petrum per manum Ioannis S. Mariae in Via Lata Diaconi Cardinalis. Nonis Decembris, Indictione VIII. Incarnationis Dominicae anno MCCV. Pontificatus vero Domini Innocentii PP. III anno octavo. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati literas ipſas, quas inſpici, & examinare fecimus diligenter, quatenus ipſi Praepoſitus, & Capitulum illis uſi fuerint, auctoritate Apoſtolica tenore praeſentium adprobamus, ac vim, & vigorem habere decernimus, non obſtantibus praemiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae adprobationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum.*

Datum Senis anno Incarnationis Dominicae MCCCCLXIII. tertio Idus Martii, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Inno-

Digitized by Google

Innocentius autem *VIII.* hanc Bullem dedit.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Praepoſito Sanctae Mariae de Cevoli Lucanae Dioeceſ. & Baptiſtae ... Politiano Archipresbytero Cathedralis ... Florentinae, ac Pandulfo de Luna ... Eccleſiae Florentinae, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex ſupernae providentiae majeſtate Romanus Pontifex in Apoſtolicae dignitatis ſpecula conſtitutus circa quarumdam Eccleſiarum ſtatum, prout ex debito eidem paſtoralis incumbit officii, diligenter proſpicit, & intendit, ac illis, prout rerum, & temporum penſatis circumſtantiis in Domino ſalubriter expedire cognoſcit, illud honoris tribuitur incrementum, per quod potioribus laudum praeconiis Altiſſimus veneretur in eis. Sane pro parte dilecti filii Ioannis de Cavalcantibus Praepoſiti Eccleſiae Sanctor. Geneſii, & Mariae Terrae de Sancto Miniate Al Tedeſco Lucanae Dioeceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in dicta Eccleſia habitu ſolum, non actu Collegiata, quae tamen antea, per longa tempora actu Collegiata fuerat, deficiente Canonicorum Collegio, divinus cultus non parum diminutus fuit. Verum ſi unum Collegium Canonicorum inibi de novo erigeretur, & aliqui canonicatus, & praebendae crearentur, & inſtituerentur in ea, decori & venuſtati dictae Eccleſiae plurimum conſuleretur, idque in divini cultus cederet augmentum, reperirenturque aliquae perſonae pia devotione ductae, quae de propriis eorum bonis canonicatus, & praebendas, erigendos hujuſmodi ſufficienter dotarent, ſi eis eorumque heredibus, & ſucceſſoribus jus patronatus, & praeſentandi perſonas idoneas Praepoſito dictae Eccleſiae pro tempore exiſtenti ad canonicatus, & praebendas erigendos hujuſmodi concederetur, & aſſignaretur. Quare pro parte, tam praefati Ioannis, quam dilectorum filiorum Priorum, & Univerſitatis dictae Terrae, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in dicta Eccleſia decem canonicatus, & totidem praebendas pro decem perſonis praebendatis, quae una cum dicto Praepoſito Collegium conſtituant, & faciant, & divinis in dicta Eccleſia officiis deſerviant, erigere, & inſtituere, ac juſpatronatus, & praeſentandi perſonas idoneas ad erigendos canonicatus, & praebendas hujuſmodi Praepoſito pro tempore exiſtenti, qui ſolus inſtituere habeat, prout retroactis temporibus, pro tempore exiſtens Praepoſitus facere conſueverat, perſonis, quae, ut praefertur, dotaverint, eorumque heredibus, & ſucceſſoribus praed. concedere, & aſſignare; ac eiſdem Praepoſito, & Capitulo aliqua ſtatuta laudabilia & honeſta Sacris Canonibus non contraria condendi, licentiam concedere; & quod correctio & punitio dictorum Canonicorum; & aliarum dictae Eccleſiae perſonarum ad dictum Praepoſitum, vel ſi praevenerit, ad Epiſcopum Lucanum pro tempore exiſtentem, pertineat, ſtatuere, & ordinare, ut tot ex bonis dictae Praepoſiturae, quorum fructus, redditus, & proventus, decem & ſeptem Florenorum auri de Camera ſecundum communem aeſtimationem valorem annuum non excedunt, ab illa ſeparare, & ſegregare, & menſae capitulari dictae Eccleſiae pro diſtributionibus quotidianis perpetuo applicare, & appropriare, aliaſque in praemiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui Eccleſiarum quarumlibet decorem & venuſtatem, ac divini cultus augmentum, & animarum ſalutem, noſtri potiſſime temporibus ſupremis deſideramus affectibus, de praedictis certam notitiam habentes, praefatoſque Priores, & Univerſitatem, ac Ioannem, & eorum ſingulos in quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum praeſentium conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtrae per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut unus veſtrorum, ſi & poſtquam aliquae tam Eccleſiaſticae, quam ſeculares, perſonae ad effectum erectionis hujuſmodi aliqua immobilia bona, quae pro ſufficienti dote inibi erigendorum canonicatuum, & praebendarum ſaltem uſque ad numerum decem ſufficiant realiter, & cum effectu dederint, & aſſignaverint decem canonicatus, & totidem praebendas, inibi pro decem perſonis praebendatis, quae omnia cum dicto Praepoſito Collegium conſtituant, & faciant, & divinis in dicta Eccleſia deſerviant officiis, ſine alicuius praejudicio erigere, & inſtituere, ac juſpatronatus, & praeſentandi perſonas idoneas ad erigendos canonicatus, & praebendas hujuſmodi, dum illos etiam hac prima vice, & deinde perpetuis futuris temporibus vacare contigerit, Praepoſito praedicto, qui ſolus inſtituere habeat, prout retroactis temporibus Praepoſitus pro tempore exiſtens facere conſueverat, dictis perſonis, quae illos dotaverint, eorumque heredibus, & ſucceſſoribus praedictis concedere, & aſſignare, ac eiſdem Praepoſito, & Capitulo, quod aliqua ſtatuta laudabilia, & honeſta Sacris Canonibus non contraria in dicta Eccleſia libere & licite poſſint, licentiam concedere; & quod correctio, & punitio dictorum Canonicorum, & aliarum perſonarum eiuſdem ad Praepoſitum, ſive ſi praevenerit, ad Epiſcopum pro tempore exiſtentem, praefatas pertineat ſtatuere, & ordinare, ac de conſenſu dicti Ioannis Praepoſiti tot ex bonis dictae Praepoſiturae, quorum fructus, redditus, & proventus decem & ſeptem Florenorum ſimilium

lium

lium ſecundum aeſtimationem, praedictum valorem annuum ccc excedunt, ad illa ſeparare, & dimembrare, ac dictae menſae pro diſtributionibus quotidianis huiuſmodi poſſint applicare, & appropriare, ut praemittitur auctoritate noſtra curetis; Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dictae Eccleſiae, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo. Pridie nonas Decembris Pontificatus noſtri anno quarto.

(x	*F. de Parma*	*Fel. ſ. de Comiti-*
(x	*D. de Moricea.*	*bus expoſuit duc.*
Timotheus	*Io. Pau.*	*quinquaginta duos*
D. Caeriane		*pro debendis.*

A tergo ubi pendet Bulla plumbo.

F. de Laudis

Pro B. de Cuſpis R. IIII. reſid. pro . . . Io. de Bonaparte.

Innocentius PP. octavus

XI.

De Sancto Miniate

PP.
A. E.

Io. de Ferrariis

R.

R. *Fr. Poſcos* *L. de Pactiis.*

MCCCCLXXXVIII.
Die Iovis XXX. menſ. Iulii MCCCCLXXXVIII. Ind. VI.

Dominus Ioannes Praepoſitus in retroſcriptis litteris nominatus praeſentavit retroſcriptas litteras dictas Baptiſtae Archipresbytero, & Pandolfo de Luna Canonico Maioris Eccleſiae Florentinae, petens, & requirens eoſdem, ut ad ipſarum executionem procedere dignarentur. Qui quidem dicti Commiſſarii obtulerunt ſe paratos illas exequi, cum primum eis conſtiterit, narrata intus eſſe vera, & inſuper D. Pandolphus aſſerens ſe abfuturum commiſit vices ſuas eidem D. Archipresbyt. Collegae ſuo, quouſque ad ſe duxerit revocandas.

Actum Florentiae. S. Petri ad Sſherudium de Florentia praeſentibus teſtibus.

Ego Dom. Ant. Io. de Figline Not. Flor. reg.

Huius

Huius eiuſdem Praepoſiti exſtant in Codice MS. Salviniano olim, nunc Richardiano, duae Epiſtolae inter eas, quae a *Stephano Serrpanio* Piſcienſi, cognomento *Philopono*, ſcriptae ſunt. Et una ad *Clementem VII.* Pont. Max. directa eſt; alia autem ad *Nicolaum Rodulphum* Cardinalem & Archiepiſcopum Florentinum, ut in *Ephemeridibus Litterariis Florentinis* anni MDCCXLIX. *col.* 274. videre eſt. Poſtquam per plura ſaecula Praepoſiturae privilegio gaviſa eſt Eccleſia Miniatenſis, & in Dioeceſi Lucana ſita fuit, demum anno MDCXXII. Cathedralis Eccleſiae honore dignata eſt, ut ex inſequenti Bulla apud *Ughellium* conſtat:

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Pro excellenti praeeminentia Sedis Apoſtolicae, in qua poſt Beatum Petrum Apoſtolorum Principem, quamquam imparibus meritis, pari tamen auctoritate, conſtituti fuimus, in agro irriguo militantis Eccleſiae novas Epiſcopales Sedes, Eccleſiaſque, plantare Romano Pontifice digniſſimum arbitramur, ut per novas plantationes populorum augeatur devotio, divinus cultus efflorescat, ſubſequatur animarum ſalus, & loca illuſtrentur. Attendentes igitur Dioeceſim Lucan. admodum amplam & patentem eſſe, illiuſque plurima oppida, & loca, in dominio temporali dilecti filii nobilis viri Magni Hetruriae Ducis ſibi ſubiecta exiſtere, & alias Dioeceſis, & ditionis huiuſmodi oppidum Sancti Miniatis in amoeno colle, felici caelo, & ſolo ferme totius Hetruriae fertiliori ſitum, & a Civitate Lucana viginti millibus paſſuum, vel circa diſtans, admodum inſigne eſſe, & ita antiquum, ut Vicarii Imperiales in Hetruria retroactis temporibus degentes ſuam ibi ſedem conſtituerint, & propterea ab antiquis Imperatoribus innumeris, ampliſſimiſque privilegiis decoratum fuiſſe. Foedera, ac capitula, cum Florentina, ac Senenſi rebuſpub. aequis conditionibus firmaſſe, ab ipſoque oppido antiquam & nobilem illam Borromaeam gentem, ex qua Sanctus Carolus olim Archiepiſcopus Mediolanenſis Sacri Collegii Romanae Eccleſiae Cardinalium ſplendor editus eſt, originem duxiſſe, ad praeſens autem in eodem oppido, Philoſophos, Logicae, caſuum conſcientiae Lectores, ac Grammaticea Magiſtros ad iuventutem excolendam publicis ſtipendiis deputatos, ac ſexaginta Sacerdotes, & V. I. Doctores ſupra quadraginta, & plurimos nobiles, necnon etiam armatarum militiarum milites adeſſe, adeo ut oppidum ipſum Sancti Miniatis Civitatis, & illius Collegiata Eccleſia Sanctae Mariae, & Sancto Geneſio dicata, quae Praepoſiturae dignitate inibi principali, & annuo redditu quingentorum

rum

rum ſcutorum monetae, vel circa dotata, quo tempore obtinens uſum Pontificalium ſibi praetendere contendit, necnon decem Canonicatuum, & praebendarum ſufficientiſſimis redditibus, & quamplurimis Capellaniis collativis praefulget, Cathedralis Eccleſiae nomine, titulo, & praerogativa iure optimo inſigniri mereatur. Nos iis, atque aliis rationabilibus cauſis moti, habita ſuper iis, cum venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalibus matura deliberatione, de illorum conſilio, & Apoſtolicae poteſtatis plenitudine, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac glorioſiſſimae eius Genitricis Virginis Mariae, & praefati S. Geneſii, necnon totius caeleſtis curiae honorem, ac Fidei Catholicae exaltationem, ac civium, & incolarum dicti oppidi animarum ſpiritualem conſolationem, ipſiuſque Collegiatae Eccleſiae, ac illius Praepoſiti, & Canonicorum decus, omnia, & ſingula oppida, terras, villas, & loca quaecumque, ad praeſens ſub ditione temporali praedicti Magni Ducis exiſtentia, necnon oppidum Fucecchii, quod pro tempore exiſtenti Abbatiſſae Monaſterii Sanctae Clarae Lucanae in ſpiritualibus ſubeſſe adſeritur, ac in Dioeceſi & dominio praefatis exiſtit, cum omnibus & ſingulis illis terminis, territoriis, locis, necnon Clero, populo & perſonis, Monaſteriis tam virorum, quam mulierum, ac domibus regularibus, hoſpitalibus, Eccleſiis, & piis locis, & beneficiis eccleſiaſticis, cum cura & ſine cura, ſecularibus, & quorumvis ordinum regularibus, a dicta Dioeceſi Lucana, etiam abſque conſenſu venerabilis fratris noſtri Alexandri moderni Epiſcopi Lucani, ac etiam dilectarum in Chriſto filiarum modernae Abbatiſſae, & Conventus dicti Monaſterii, quinimmo ipſis invitis, & reclamantibus, & contradicentibus, Apoſtolica auctoritate tenore praeſentium perpetuo ſeparamus, ac diſmembramus, & ab omni iuriſdictione, ſuperioritate, correctione, dominio, viſitatione, & poteſtate, pro tempore exiſtentium Epiſcopi Lucani, & Abbatiſſae huiuſmodi, illorumque Officialium, & Vicariorum, necnon per dationem & ſolutionem quorumcumque iurium Epiſcopo Lucano, ſeu Abbatiſſae pro tempore exiſtentibus praefatis ratione ſuperioritatis, iuriſdictionis, ſubiectionis, viſitationis, ac legis Dioeceſanae debiturum etiam perpetuo auctoritate, & tenore praemiſſis eximimus, & totaliter liberamus, iuriſdictionique futuri, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Sancti Miniatis, ita tamen, quod dilecti filii Clerus ſupradictorum locorum ſic ſeparatorum ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & compoſitionibus etiam ratione ſpoliorum, & decimarum, vel ſtudii, aliiſque gratiis ſpiritualibus, & temporalibus quibuſcumque, quibus ad prae-

praeſens quomodolibet, & ex quavis occaſione utuntur, deinceps perpetuis futuris temporibus gaudere, & uti debeant, ſimiliter perpetuo eiſdem auctoritate, & tenore praeſentium ſubiicimus, & ſeparamus. Volumus tamen, ut luca, ſeu oppida de Barga, & Petra ſancta, ac Ripafracta, cum eorum villis, territoriis, ac Capitaneatibus, licet ditioni temporali praedicti Magni Ducis ſubſint, nihilominus ſpeciali iuriſdictioni praefati Epiſcopi Lucani, ut antea, remaneant. Inſuper dictum oppidum S. Miniatis in Civitatem Sancti Miniatis nuncupandum, & praefatum Collegium in Cathedralem Eccleſiam pro uno Epiſcopo Sancti Miniatis etiam nuncupando, qui ipſi Eccleſiae Sancti Miniatis praeſideat, ac in ea, & Civitate praefata, ipſique Eccleſiae S. Miniatis Dioeceſi aſſignata, omnia, & ſingula, quae ordinis, & iuriſdictionis, dignitatis, aut cuiuſcumque alterius muneris Epiſcopalis ſunt, & erunt cum Sede, & menſa, aliiſque inſigniis, ac iuriſdictionibus Epiſcopalibus, quibus aliae Cathedrales Eccleſiae, & earum Praeſules, de iure, uſu, & conſuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, & potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, de pari conſilio, & poteſtatis plenitudine, ſine tamen praeiudicio Praepoſiturae nunc, ac Canonicatuum, & praebendarum, necnon beneficiorum collativorum praefatae Eccleſiae ſic in Cathedralem erectae, obtinentium ſimiliter erigimus, & inſtituimus; ac oppidum S. Miniatis pro Civitate, ac alia oppida, & territoria, Caſtra, Villas, & loca pro Dioeceſi, necnon Clerum, populum, & perſonas huiuſmodi pro Clero, populo, vaſſallis, & perſonis Civitatis, & Dioeceſis Sancti Miniatis huiuſmodi perpetuo concedimus, & aſſignamus. Praeterea pro menſa Epiſcopali Sancti Miniatis, illiuſque futuri, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi ſubſtentatione medietatem fructuum Praepoſiturae dictae Eccleſiae ſic in Cathedralem erectae, ad ducenta, & quinquaginta ſcuta monetae, vel circa annuatim adſcendentium, ac tot illius bona, ex quibus medietas fructuum huiuſmodi provenire poſſit ab ipſa Praepoſitura pro nunc, prout ex tunc, & e contra, poſtquam illam per ceſſum, vel deceſſum, aut aliam dimiſſionem, vel amiſſionem illam tunc obtinentis, aut alias quomodocumque, quandocumque, ubicumque vacare contigerit, etiamſi actu nunc forſan, aut alias quovis modo vacet, dicta auctoritate perpetuo diſmembramus, & ſeparamus, illaque ſic diſmembrata, & ſeparata eidem menſae etiam ex nunc, prout ex tunc, & e contra, pari auctoritate applicamus, & appropriamus, ac Sancti Ioannis Evangeliſtae loci S. Mariae ad Montem, & Sancti Ioannis ad Bar-

Bartimara, necnon Sancti Marci a Vaiano Vicariatus Lari, in eodem dominio dicti Magni Ducis, ac prope praefatum oppidum Sancti Miniatis exiſtentis ſine vera, & perſonali reſidentia non requirentes Eccleſias, ſeu Capellas, Plebanias nuncupatas, annui inſimul redditus, comprehenſa medietate fructuum, quae a Praepoſitura huiuſmodi, ut praefertur, diſmembrata fuit, mille ſcutorum parium, vel circa ex nunc, prout ex tunc, poſtquam illas, ſeu earum aliquas ſimul, vel ſucceſſive per ceſſum etiam, & cauſa permutationis etiam in noſtris, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium manibus factae; vel deceſſum, ſeu privationem, vel quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem, illas ad praeſens obtinentium, vel alias quovis modo, etiam in aliquo ex menſibus nobis, & Roman. Pontifici pro tempore exiſtenti, aut Sedi Apoſtolicae, per quaſcumque conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu Cancellariae Apoſtolicae Regulas, nunc, & pro tempore reſervatis, aut ordinariis collatoribus per conſtitutiones, & Regulas eaſdem, ſeu literas alternativas, aut alia privilegia, & indulta hactenus competentibus, ac conceſſis, & inpoſterum concedendis, & apud Sedem praefatam vacare contigerit, etiamſi cum cura, & ſine cura Eccleſiae, ſeu Capellae huiuſmodi, vel earum acta nunc, ut praefertur, vel aliis quibuſvis modis, & ex quorumcumque perſonis, ſeu per liberas reſignationes illas, vel earum aliquam ad praeſens obtinentium, vel quorumvis aliorum de illis in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, unionem, diſſolutionem, aut conſtitutionem felic. record. Ioannis Papae Vigeſimiſecundi praedeceſſoris noſtri, quae incipit, *Execrabilis*, vel aſſecutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati vacent, etiamſi tanto tempore vacaverint, quod earum collatio iuxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad Sedem praefatam legitime devoluta, ac Praepoſitura, & ſine cura Eccleſiae, ſeu Capellae huiuſmodi diſpoſitionis Apoſtolicae ſpecialiter, vel alias generaliter reſervatae exiſtant, dictaeque Praepoſiturae cura etiam iuriſdictionalis immineat ſuper ea quoque, ac ſine cura Eccleſiis, ſeu Capellis praefatis inter aliquas lis, & cuius ſtatus praeſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, etiamſi earumdem ſine cura Eccleſiarum, ſive cura Capellarum, aut alicuius earum collatio, vel ad eas praeſentatio, ſeu quaevis aliqua diſpoſitio, ad quorumcumque collatorum, & collatorum ſecularium, & quorumvis ordinum regularium quomodolibet qualificatorum collationem ſpectet eidem menſae, ita quod liceat Epiſcopo Sancti Miniatis pro tempore exiſtentis illarum, ſeu cuiuslibet illarum, necnon medietatis fructuum Praepoſiturae huiuſmodi, ac bonorum, e quibus medietas huiuſmodi provenire poſſit, ut praefertur, diſmembrat, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem per ſe, vel alium, ſive alios, eius, & praefatae menſae nominibus propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illarumque fructus, redditus, & proventus in ſuos, & ipſius menſae uſus, & utilitatem convertere cuiuſvis licentia deſuper minimo requiſita. Ita quod ex nunc futurus Epiſcopus Sancti Miniatis earum poſſeſſionem capere poſſit, qua poſſeſſione ſubſecuta, praeſens unio ex nunc ſuum plenarium, & integrum effectum ſortiatur, nec ſub quibuſvis regulis unio effectum non ſortiatur revocatoriis per quoſcumque Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros edendis comprehendatur, & minime comprehenſa cenſeatur, etiam perpetuo unimus, innectimus, & incorporamus. Donec vero applicatio, & unio praefatae ſuum ſortiantur effectum, ipſe Magnus Dux mille ſcuta ſimilia futuro Epiſcopo Sancti Miniatis proportionabiliter, iuxta effectum, quem in dies uniones huiuſmodi ſortiri contigerit, arbitrio dictae Sedis Nuncii in Civitate Florentina pro tempore commorantis, minuendae annuatim perſolvere teneatur, prout ad hoc ſe obligavit. Demum Praepoſito dictae Eccleſiae ſic in Cathedralem erectae uſum Pontificalium, ſi quem habet pari auctoritate conferimus, Eccleſiam vero Sancti Miniatis huiuſmodi, illiuſque Epiſcopum pro tempore exiſtentem, Archiepiſcopi Florentini etiam pro tempore exiſtentis ſuffraganeum eſſe, eiuſque Metropolitico iure ſubiectum eſſe volumus, & decernimus. Poſtremo dicto Epiſcopo Lucano, ut ipſi minus damnum, quoad fieri poſſit, ex praemiſſis inferatur, omnia bona ſtabilia, ac redditus, proventus, reſponſiones, canones, decimas, livellos, necnon praeſentandi aliqua iura, & emolumenta, ratione tam directi, quam utilis dominii quorumcumque bonorum, in quibuſvis locis, & terris a ſue Dioeceſi, ut praefertur, diſmembratis conſiſtentium, Epiſcopali menſae debita, & annuatim, vel aliter praeſtari ſolita, itaut Epiſcopus Lucanus pro tempore exiſtens per ſeipſum, vel Procuratorem ſuum legitimum, & uti prius exigere, & levare caducitates, & devolutiones, quas pro tempore quovis modo occurrere, & evenire contigerit; & ad menſam ſuam Epiſcopalem ſpectantes declarare, & acceptare; bonorumque ſic devolutorum poſſeſſionem capere, & ingredi etiam ut prius libere, & licite poſſit, & valeat, neque propterea a praedicto Epiſcopo Sancti Miniatis, vel quopiam alio deſuper quovis

pu quae-

quaeſito colore moleſtari, vel impediri poſſe, aut licere decrevimus, & declaramus. Volumus autem, quod eae quaeſtiones, ſive cenſus, qui praefato Epiſcopo Lucano tamquam Epiſcopo, ratione ſuperioritatis, ſeu recognitionis, per Eccleſias, Clerum, Hoſpitalia, Confraternitates locorum, vel alia loca pia oppidorum, ſeu locorum, ſic diſmembratorum, annuatim, vel alias praeſtari ſolent, & in cera, & pipere, ac croco, ſive ſaffarano, ac forſan pecunia numerata, ut plurimum conſiſtunt, & ad valorem annuum quadraginta ſcutorum, vel circa adſcendunt, deinceps novo Epiſcopo Sancti Miniatis in recognitionem iuriſdictionis, ſeu ſuperioritatis ſuae in Eccleſias, Confraternitates, aut perſonas, & loca pia huiuſmodi, praeſtari debeant; pro illis vero Epiſcop. Sancti Miniatis dicto Epiſcopo Lucano pro tempore exiſtenti ſingulis annis integre valorem cerae, pecuniarum, aliarumque rerum praefatarum, arbitrio eiuſdem Nuncii taxandum, & aeſtimandum compenſare, & praeſtare teneantur. Caeterum Capitulo, Clero, Civitati, & Dioeceſi Sancti Miniatis huiuſmodi, ipſarumque Civitatis, & Dioeceſis, incolis, & habitatoribus, & eorum ſingulis, & omnibus, & ſingulis privilegiis, & exemtionibus, libertatibus, immunitatibus, gratiis, favoribus, & indultis, quibus aliarum Eccleſiarum Cathedralium Capitula, aliaeque Civitates, & Dioeceſes, ac earum Clerus, incolae, & habitatores utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ſimiliter, & pari firmitate, ac ſine ulla prorſus differentia, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite poſſint, auctoritate, necnon tenore praeſentium indulgemus. Non obſtantibus &c. praemiſſis, ac de iure quaeſito non tollendo, necnon de unionibus committendis ad partes vocatis, qui fuerint vocandi, necnon de exprimendo vero valore, & Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a iure permiſſis fieri prohibentis, necnon recolendae memoriae Pauli Secundi, & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum praedeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiae non alienandis, aliiſque quibuſvis Apoſtolicis, necnon Synodalibus, Provincialibus, & univerſalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon dictae Eccleſiae Sancti Miniatis eum iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis illis, eorumque ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſvis tenoribus, & formis, necnon cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliis efficacioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel ſpecie commota ſimili, etiam conſubſtantialibus, ac alias in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, illarumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quaevis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & insererentur praeſentibus, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, caeteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae ſeparationis, diſmembrationis, & exemptionis, liberationis, ſubiectionis, erectionis, inſtructionis, conceſſionis, aſſignationis, applicationis, appropriationis, unionis, annexionis, incorporationis, oblationis, voluntatis, decreti, declarationis, indulti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae MDCXXII. Nonis Decembri, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Pars Lucanae Dioeceſis, & Eccleſiae, quae ex ea detractae Epiſcopatui Miniatenſi adſignatae fuere, ſunt quae ſequuntur.

Eccleſia *S. Geneſii*, & *S. Mariae* in Sancto Miniate, olim Praepoſitura, nunc, ut diximus, in Cathedralem erecta, de qua conſulendum meum *Hodoeporicon pag.* 162. *uſque ad* 217. Habet ſuffraganeas intra ſuae Praepoſiturae confinia Parochias, quae heic recenſentur, & primum ſunt in Vrbe.

Parochia *S. Iacobi* Apoſtoli, quae a Monachis Dominicanis poſſidetur & regitur, cum ſibi adiuncto Coenobio. Hi autem Dominicani ſunt ex Congregatione *D. Marci* Evangeliſtae Florentiae, a *B. Ioanne Dominici* Cardinali inſtituta in Faeſulano *S. Dominici* Coenobio.

—— *S. Catharinae*, quam una cum Monaſterio Eremitae Auguſtiniani tenent.

—— *SS. Iacobi* & *Philippi* Apoſtolorum in Pancula.

—— *SS. Stephani* & *Michaelis* in Clivo,

Nuncun ſeu

ſeu *Sulla Coſta*, de qua conſulatur *Mannius Tomo XVIII. de Sigillis pag.* 118.

Praepoſitura *S. Martini* Faognanan, de qua ſupra *pag.* 335. ubi per errorem Eccleſia *S. Miniatis* dicta eſt; & 337.

Extra Vrbem vero ſunt, quae ſequuntur.

—— *S. Barptolemaei* Capriani.

—— *S. Georgii* Canneti.

—— *S. Quinctini* in Sancto Quinctino.

—— *S. Margaritae* Montis Arſi.

—— *S. Luciae* Calezani.

—— *S. Angeli*, ſeu *S. Michaelis Archangeli*, Montis Orſi, ſeu Vrſi, vulgo *Manzorzo*.

—— *S. Petri* ad Fontes, ſeu Supra Fontem.

—— *S. Laurentii* Nuciculi, ſeu *Noticchii*.

—— *SS. Hippolyti* & *Caſſiani* Marzanae.

—— *S. Barptolemaei* Bruſiani, vulgo *Broſciana*.

—— *S. Michaelis* Planectolae, vulgo *Pianezzoli*.

—— *S. Stephani* Baſtiae.

—— *SS. Iacobi* & *Philippi* Apoſtolorum de Piuu.

—— *S. Michaelis* Rophiae.

—— *S. Donati* Inſulae.

—— *S. Petri* Marcioianae.

Et hae quidem Paroeciae Praepoſiturae Miniatenſis ſuffraganeae ſunt, quarum pleraeque, & aliae quaedam memorantur in Bulla *Coeleſtini III.* ſuperius *pag.* 344. edita. Poſt quam Praepoſiturum ordine venit.

Antiqua Plebes *S. Mariae* in Monte, de qua nos pluribus egimus in noſtro *Hodoeporico pag.* 645. *uſque ad* 713. quae multarum Eccleſiarum matrix erat, ut conſtat ex Bulla *Eugenii III.* quam edidimus in eodem opere *pag.* 367. ſed poſtea illae numero XXI. ab ea ſeparatae & exemtae fuere; quare ei reſtat tantummodo ſuffraganea Eccleſia *S. Chriſtinae delle Pianora*, ab *Chriſtiana* Lotharinga Magna Etruriae Duce aedificata. Anno vero MDCXXII. haec Plebes *S. Mariae* in Monte Menſae Epiſcopali Sancti Miniatis coniuncta fuit, quare in praeſens eius Plebanus eſt Miniatenſis Epiſcopus, ut ſupra *pag.* 511. conſtat, & collegium habet Canonicorum. Memorabile eſt, quod dum Altare Eccleſiae *S. Petri* de Valle ei unitae nuper deſtrueretur, loco petrae ſacratae, ligneus aſſer erat.

Plebem *S. Mariae* in Monte ſequitur Paroecia *S. Crucis* in oppido Sanctae Crucis cum Prioratu ſub titulo *S. Laurentii* Martyris; ſed titulus ipſius eſt *Sancta Crux*, quae anno MD. Collegiata facta eſt, & quatuordecim Canonicorum Capitulum habet, de qua multa dixi in meo *Hodoeporico pag.* 274. *& ſeqq.* 337. *& ſeqq.*

Eius

Eius ſuffraganea eſt

Eccleſia *S. Michaelis* Staffilis, cuius mentio in meo *Hodoeporico pag.* 1293.

Eccleſiae *S. Crucis* ſuccedit Plebes & Praepoſitura *SS. Petri* & *Pauli* Caſtri Franci, cum Collegio tredecim Canonicorum, de qua multis egi in meo *Hodoeporico pag.* 365. *& ſeqq.*

Extra oppidum eſt

Paroecia *SS. Martini* & *Barbarae* in Catiana, cuius confinia oppidi partem comprehendunt, de qua in laudato *Hodoeporico pag.* 368. *& ſeqq.*

Aliae Dioeceſeos Paroeciae ſunt.

Paroecia *SS. Quirici* & *Iulittae* Montis Falconis, de qua in citato *Hodoeporico pag.* 633. *& ſeqq.* & apud *Mannium Tom. XI. Sigill. n. IX.*

—— *SS. Iacobi* & *Georgii* Montis Calvoli, de qua in citato opere *pag.* 713.

Plebes *S. Laurentii* Orentani, cuius ſuffraganea

Paroecia *SS. Iacobi* & *Aegidii* Altopaſcii, de qua late egi in meo *Hodoepor. Part. IV.* & ſuperius *pag.* 506. *& ſeqq.*

Plebes *S. Ioannis Baptiſtae* de S. Gervaſio in Collibus Piſanis, cuius ſunt ſuffraganeae infraſcriptae Eccleſiae.

Prioratus *SS. Michaelis* & *Petri* Villae Salettae.

Prioratus *SS. Barptolemaei* & *Laurentii* Treggiaiae.

—— *S. Frigidiani* Forcoli.

—— *S. Iacobi* Alieae.

—— *S. Barptolemaei* Colleguli.

Plebes *SS. Luciae* Virginis & Martyris, & *Ioannis* Evangeliſtae Montis Caſtelli in Valle Hirae, vulgo *Era*.

Plebes *S. Ioannis* Evangeliſtae Pontis Sacci, cuius ſuffraganeae ſunt.

Prioratus *S. Frigidiani* Camuliani.

Paroecia *S. Luciae* Peccioiani.

—— *S. Laurentii* Gelli de Lavaiano.

Sunt pariter in eadem Dioeceſi.

Abbatia *S. Barptolemaei* in Capannolis.

Praepoſitura *S. Petri* de Sancto Petro, cuius ſuffraganeae ſunt.

Praepoſitura *S. Barptolemaei* Caſae Novae.

Paroecia *S. Andreae* Soianae. De horum locorum pleriſque agit *Io. Targionius Tomo I.* ſui *Itinerarii per Tuſciam*.

Plebes *S. Ioannis Baptiſtae* Ficicli, de qua in meo *Hodoeporico pag.* 805. *& ſeqq.* immo tota *Part. III. IV. V.* cuius ſuffraganeae ſunt.

Paroecia *S. Gregorii* ad Turrim.

—— *S. Petri* Galleni, de quo in *Hodoeporico* meo paſſim egi.

Pa-

Paroecia *S. Mariae* Quercus.

Plebes *S. Leonardi* in Ripulis, cuius ſuffraganeae,

Paroecia *S. Pantaleonis*.

—— *S. Bartholomaei* ad Stradam.

—— *S. Ioannis* Sanſii.

—— *S. Stephani* Corliani.

Plebes *S. Nicolai* Caecinae, cui adnexa ſunt,

Oratorium *S. Dominici*.

—— *S. Antonii* de Padua recens erectum.

Plebes *S. Silveſtri* Larciani, cui adnexum eſt,

Oratorium *S. Rocchi*.

Plebes *S. Martini* Epiſcopi Turonenſis Palariae, cuius ſuffraganeae ſunt.

Paroecia *S. Mariae* Partini.

—— *S. Laurentii* Galli.

Plebes *SS. Stephani* Protomartyris, & *Ioannis* Evangeliſtae Montis Tanparii, de quo egi in *Hodoeporico pag.* 246. cuius ſuffraganea.

Paroecia *S. Petri* Vſiliani de Palaria.

Plebes *S. Mariae Novellae* Martis.

Praepoſitura *S. Mariae* ad Fabricam Ceuli, de quo egimus in noſtro *Hodoeporico pag.* 240. cuius ſuffraganeae ſunt,

Prioratus *S. Bartholomaei* Stibii.

Paroecia *S. Luciae* Montis Bichieri, ſeu Baeleril.

—— *S. Mariae ad Nives* Fibiaſtri.

—— *S. Mariae* Succeolini.

Plebes *S. Ioannis* Corazani, ſeu Ripezzani, in Valle Ebulae, quae pertinet ad Capitulum Metropolitanum Florentinae, cuius ſunt,

Praepoſitura Sanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Iacobi Maioris* Balaonaviſi.

Paroecia *SS. Viti* & *Modeſti* Martyrum Collegarli.

—— *S. Andreae* Corliani.

—— *S. Luciae* Cuſiniani.

—— *S. Germani* Morioli.

—— *S. Reguli* Bucciani, quae hodie titulo Vicariatus perpetui decoratur, ſuffraganea eſt

Plebis *S. Ioannis Baptiſtae* Barbinariae, quae Plebes nunc ad exiguum Oratorium redacta eſt, & cius Plebanus, Miniatenſis Epiſcopus eſt, de quo ſuperius *pag.* 512. Huius erat ſuffraganea.

Paroecia *S. Martini* Epiſcopi Agliati.

Plebes *SS. Mariae* & *Leonardi* Lerii.

Plebes Sanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* Cevuli in Collibus Piſanis, cuius ſuffraganea,

Paroecia *S. Laurentii* de Sancto Ruffino.

Plebes *S. Mariae* Balnei ad Aquam, cuius ſuffraganeae

Paroecia *S. Nicolai* Caſſianae, vulgo *Caſciana*.

—— *SS. Quirici* & *Iulittae* Parlaſcii.

—— *S. Martini* Collis Montanini.

Plebes *S. Hermetis* de Sancto Hermere.

Plebes *S. Laurentii* Fauglisae, cuius ſuffraganeae,

Paroecia *SS. Fabiani* & *Sebaſtiani* Tremuleti.

—— *SS. Iacobi* & *Chriſtophori* Tripallae.

—— *S. Michaelis* Creſpinae, quae Praepoſiturae titulo decorata fuit anno circiter MDCCXLIV. & de quibuſdam horum locorum Collium Piſanorum agit laudatus *Targionius Tom. I.* ſui *Itinerarii*.

Quoniam vero hae Eccleſiae omnes ad Lucanam Dioeceſim olim, ut dixi, ſpectabant, ceteras etiam Lucanae Dioeceſeos enumerare fere animus, eo modo, quo in praeſens ſe habent; nam lucem non modicam in huius hiſtoriae decurſu foenerari poſſunt iis, quae dicenda ſunt. Itaque in Urbe Luca

Eccleſia Cathedralis *S. Martini* Epiſcopi, cuius Curio a Capitulo eligitur.

—— Collegialis cum Priore & Curione *SS. Ioannis* & *Reparatae*.

—— Collegialis *S. Michaelis* cum Decano & Curione.

—— Collegialis *SS. Paullini* & *Donati* cum Priore & Curione.

—— Collegialis *S. Petri Maioris* cum Priore & Curione.

—— Collegialis *S. Alexandri* cum Priore & Curione.

Paroecia *S. Petri* Somaldi.

—— *S. Iacobi* ad Tumbam.

Praepoſitura *S. Mariae* Filii Corbi.

Paroecia *S. Matthaei*.

—— *S. Peregrini*.

—— *S. Thomae*.

—— *S. Frigidiani* cum Monaſterio Canonicorum Lateranenſium.

—— *S. Leonardi*, cuius eſt Curio Canonicus Lateranenſis.

—— *S. Salvatoris*, cuius eſt Curio Canonicus Lateranenſis.

—— *S. Mariae* Foris portam cum Monaſterio Canonicorum Salvatoris.

—— *S. Pontiani* cum Monaſterio Olivetanorum.

—— *S. Petri* Cigoli cum Monaſterio Carmelitarum.

—— *S. Auguſtini* cum Coenobio Eremitarum Auguſtinianorum.

—— *S. Mariae* Corteorlandini cum Collegio Clericorum Regularium Congregationis Matris Dei. De hiſce omnibus Eccleſiis Urbanis conſulendi ſunt *Caeſar Franciottius* in opere *De Sanctis & Eccleſiis Lucenſibus*; &

Pa- Ga-

Gabriel Grammatica in opere cui titulus: *Guida ſacra alle Chieſe di Lucca*.

Paroeciae autem Dioeceſeus Lucenſis extra Vrbem ſunt inſequentes.

Vicariatus Caſeronianae.

Archipresbyteratus *S. Petri* Caſtri Novi.

Paroecia *SS. Trinitatis* Turritae.

—— *Spiritus Sancti* Montis Rotundi.

—— *S. Pantaleonis* Montis Alfonſi.

Plebes *S. Ioannis Baptiſtae* Fuſcianae.

Paroecia *S. Magni* Ponticoſi.

—— *S. Pantaleonis* Sambucae.

—— *Corporis Domini* Silicanianae.

—— *S. Xyſti* Villae Calamandrinae.

—— *S. Mariae* Magnani.

—— *S. Michaelis Archangeli* Maſſae.

—— *S. Laurentii* Corſini.

—— *S. Michaelis* Saxi Ruſſi.

—— *S. Bartholomaei* Gravianellae.

—— *SS. Petri & Proſperi* Antiſcianae.

—— *S. Andreae* Cerretuli.

—— *S. Michaelis* Collis, vulgo *Colli*.

—— *S. Nicolai* Silicani.

—— *S. Martini* Palleroſi.

—— *SS. Mariae & Andreae* Caeſarianae, vulgo *Ceſarana*.

—— *S. Laurentii* Caſil.

—— *S. Reguli* Bargeculae, vulgo *Bargecchia*.

—— *S. Laurentii* Silici.

—— *S. Bartholomaei* Molazzanae.

—— *S. Xyſti* Brucciani.

—— *S. Frigidiani* Saxi, vulgo *Saſſi*.

—— *SS. Mariae & Rocchi* Eglii, vulgo *Eglio*.

—— *SS. Quirici & Iulittae* Vergemoli.

—— *S. Thomae* Calomini.

—— *S. Petri* Traſſilici.

—— *SS. Marci & Leonardi*, ſeu *Lunardi* Grallianae, cuius Parochus eſt Vicarius perpetuus.

—— *S. Franciſci* Ferni.

—— *S. Iacobi* Valici de ſubtus.

—— *S. Michaelis* Valici de ſupra, cuius Rector Vicarius perpetuus.

—— *S. Iacobi* Fabricarum.

Plebes *S. Petri* Careggìnae.

Paroecia *S. Donati* Rontani.

—— *S. Mariae* Podii Sancti Terentii.

—— *S. Antonii* Capriculi, vulgo *Capricchia*.

—— *S. Iacobi* Inſulae Sanctae, cuius Rector Vicarius perpetuus.

Vicariatus Petrae Sanctae.

Praepoſitura *S. Martini* Petrae Sanctae.

Plebes *SS. Ioannis & Felicitatis* Vallis Caſtelli, & Capezzani.

Paroecia *S. Salvatoris* de Sancto Salvatore.

Plebes *S. Mariae* Stazzemae.

Pa-

Paroecia *S. Petri* Retiniani.

—— *S. Nicolai* Pruni.

Archipresbyteratus *S. Xyſti* Pomezzanae.

Paroecia *S. Michaelis* Farnoculae, vulgo *Farnocchia*.

—— *S. Geneſii* Cardoſi, cuius Rector Vicarius perpetuus.

—— *S. Mariae Magdaleneae*) Alpium Starzemae,
—— *S. Antonii*) quibus tribus unus
) atque idem Paru-
—— *S. Ioannis*) chus praeeſt.

Vicariatus Bargae.

Praepoſitura *S. Chriſtophori* Bargae.

Paroecia *S. Frigidiani* Sommucoloniae.

—— *S. Michaelis* Plani.

—— *S. Mariae Adſumtae* in Sancta Maria Loppiae.

—— *S. Petri* in Sancto Petro in Campo.

—— *S. Nicolai* Caſtelli Veteris, cuius Rector Vicarius perpetuus eſt.

—— *SS. Adnunciatae* Tilii.

Campo Maiori, vulgo *Camaiore*, oppido, Eccleſia eſt Collegiata & Paroecialis cum Priore & Canonicis, cuius titulus eſt *S. Maria Adſumta*.

Prioratus Plebis ad Elicium.

Plebes *SS. Ioannis Baptiſtae & Stephani* Camaioris.

Paroecia *S. Stephani* Monteggloria.

—— *S. Luciae* Vigilaturii, vulgo *Vegghiataia*.

—— *S. Blaſii* Lombricii, cuius Rector Vicarius perpetuus.

—— *S. Rocchi* Caſularum, vulgo *Caſoli*.

—— *S. Michaelis* Torciliani.

—— *S. Michaelis* Gombitelli, cuius Rector Vicarius perpetuus eſt.

—— *S. Petri* Noculi, ſeu *Nocchi*.

—— *S. Michaelis* Montis Magni.

—— *S. Anſani* Pontis Maioris, vulgo *Pontemazzori*, cuius Rector Vicarius perpetuus eſt.

—— *S. Iacobi* Pedonae.

—— *S. Andreae* Mommii.

—— *S. Michaelis* Curſanici.

—— *S. Martini* Bargeculae, vulgo *Bargecchia*.

Plebes *S. Pantaleonis* ad Elicium.

Paroecia *SS. Iacobi & Andreae* Maſſae Ruſae.

—— *SS. Nicolai & Iuſti* Gualdi.

—— *S. Martini* Valpomaii.

—— *S. Antonii* a Padua Viae Regiae, quam tenent Minoritae Obſervantes Reformati.

Prioratus Burgi ad Mustianum, vulgo *Mozzano*.

Plebes *S. Ioannis Baptiſtae* Cerreti de ſupra.

Paroecia *S. Iacobi* Burgi.

Pa-

Paroecia *S. Rocchi* in S. Roccho Cerreti de ſubtus.

—— *S. Barptolemaei* Cunae.

—— *S. Hilarii* Onetae.

—— *S. Mariae Adſumtae* Iovianis.

—— *S. Petri* Archiani.

—— *S. Michaelis* Corſanae.

—— *S. Frigidiani* Chiſenti, forte *Ciefenti*.

Plebes *S. Ioannis Baptiſtae* Montium Villae.

Paroecia *SS. Mariae* & *Donati* Montis Villae, quae comprehendit etiam vicos Luniani, & Buniani.

—— *S. Petri* Furnuli.

—— *S. Michaelis* Granaiolae.

—— *S. Iacobi* Luiliani.

—— *S. Petri* Balnei ad Corſanam, cuius Rector Vicarius perpetuus eſt.

—— *SS. Crucifixi* Pontis ad Serralium.

—— *S. Mariae* Benabbii.

—— *S. Mariae* Brandelii.

Plebes *SS. Quirici* & *Iulittae* Caſae Baſcianae.

Paroecia *S. Iacobi* Craſcianae, Vicarius perpetuus eius Rector eſt.

—— *S. Donati* in Caſulis.

—— *S. Barptolemaei* Ceciliae.

—— *S. Mariae Adſumtae* Pallegii.

Plebes *S. Ioannis Baptiſtae* Controuis, cuius Plebanus Vicarius perpetuus eſt.

Paroecia *S. Caſſiani* in S. Caſſiano Contronis.

—— *S. Geminiani* in S. Geminiano Contronis.

—— *S. Frigidiani* Montis Fegateſi.

—— *SS. Matthaei* & *Martini* Lunani.

Plebes *S. Paulli* Vici Pancellorum.

Paroecia *S. Petri* Lucuii, vulgo *Lucchia*.

Prioratus Coreliae.

Prioratus *S. Michaelis* Coreliae.

Paroecia *S. Laurentii* de Plano Coreliae, cuius Rector Vicarius perpetuus eſt.

—— *S. Mariae Adſumtae* Terelii.

—— *S. Stephani* Lucinianae.

—— *S. Silveſtri* Vitianae.

—— *S. Petri* Ghivizzani.

—— *S. Romani* in Sancto Romano.

—— *S. Iuſti* Motronia.

—— *S. Geneſii* Cardoſi.

—— *SS. Alexandrae* & *Margaritae* de Boloniana.

—— *S. Iacobi* Gallicani.

—— *S. Martini* Verni.

Prioratus Caſtellionis.

Prioratus *S. Petri* Caſtellionis.

Paroecia *S. Michaelis* Caſtellionis, Vicarius perpetuus eſt Rector.

—— *S. Michaelis* Perpoli.

—— *S. Petri* Fiattonis.

Paroecia *S. Martini* Cerageti, cuius Rector Vicarius perpetuus eſt.

—— *S. Petri* Lupinariae.

—— *S. Martini* Treppinianae.

—— *S. Silveſtri* Rianae.

—— *S. Salvatoris* Mozzanellae.

Prioratus Piſcaliae.

Eccleſia Paroecialis *S. Petri* Piſcaliae.

Paroecia *S. Mariae* Paſcoſi.

—— *S. Rocchi* in S. Roccho Paſcoſi.

—— *S. Barptolemaei* Piegaii.

—— *SS. Simonis* & *Iudae* Convallis.

—— *SS. Hippolyti* & *Caſſiani* Gelli.

—— *S. Michaelis* Fondagni.

Plebes *S. Mariae* Decimi.

Paroecia *S. Eliſabethae* Dezzae.

—— *SS. Simonis* & *Iudae* Vetriani, cuius Rector Vicarius perpetuus.

—— *S. Michaelis* Coloniolae in Valle Roggi.

—— *S. Stephani* Villae ad Roggium.

Plebes *S. Petri* Vallis Octavi.

Paroecia *SS. Iuſti* & *Clementis* Partiliani.

—— *SS. Laurentii* & *Donati* Doviazzani.

—— *S. Martini* in S. Martino in Freddana.

—— *S. Mariae Adſumtae* Loppeliae.

—— *S. Petri* Fiani.

—— *S. Barptolemaei* Torciliani Montiſſacrati.

—— *S. Proſperi* Tempaniani Vallis Octavi.

Prioratus *S. Ianuarii*.

Plebes *S. Martini* Medicinae.

Paroecia *S. Michaelis* Fibbialiae.

—— *S. Frigidiani* Arami.

Plebes *S. Quirici*.

Paroecia *S. Mariae Adſumtae* Stiappae.

—— *SS. Andreae* & *Luciae* Pontici.

Plebes *S. Mariae Adſumtae* Villae Baſilicae.

Paroecia *S. Laurentii* Pacianae.

—— *S. Iacobi* Bovelii.

—— *S. Michaelis* Coloniolae in Valle Arianae.

Plebes *S. Ianuarii*.

Paroecia *S. Mariae* Tofori.

—— *S. Petri* Petroniani.

—— *S. Martini* in Colle.

—— *S. Barptolemaei* Collodii.

—— *S. Quirici* Venerii.

Prioratus Sexti.

Plebes *S. Nicolai* de Turre.

Paroecia *S. Stephani* Guliani, cuius Rector Vicarius perpetuus.

—— *S. Laurentii* Capellae.

—— *S. Frigidiani* Arſinae.

Plebes *S. Stephani* Sexti.

Paroecia *S. Leonardi* Aquileiae.

—— *S. Andreae* Maſtiani & Mammoli.

Pa-

Paroecia *S. Michaelis* Moriani.
—— *S. Stephani* Caſtelli Moriani.
—— *S. Concordii* Moriani.
—— *S. Geminiani* in Sancto Geminiano.
—— *S. Quirici* Moriani.
—— *S. Quirici* Montis Sancti Quirici.
Plebes *S. Georgii* Brancoli.
Paroecia *S. Mariae Adſumtae* Plateae Brancoli.
—— *SS. Petri* & *Hilarii* Vmbrelii.
—— *S. Frigidiani* Deccii.
—— *S. Martini* Tramontis.
Plebes *S. Ioannis Baptiſtae* Montis Sacesti.
Paroecia *S. Georgii* Vrbiciani.
—— *S. Mariae* Albiani & Antigianae, cuius Rector Vicarius perpetuus.
—— *S. Martini* Milliani.

Prioratus Marliae.

Plebes *SS. Iacobi* & *Mariae* Lammaci.
Plebes *S. Ioannis* Evangeliſtae Marliae.
Paroecia *S. Petri* de S. Petro ad Vicum.
—— *S. Caſſiani* de S. Caſſiano ad Vicum.
—— *SS. Adnunciatae* de Adnunciata.
Plebes *S. Frigidiani* Lunatae.
Praepoſitura *S. Quirici* Capannuli.
Paroecia *S. Michaelis* Antraecoli.
—— *S. Andreae* Tempaniani.
—— *S. Viti* de Sancto Vito.
—— *S. Laurentii* Picciorani, cuius Rector Vicarius perpetuus.
—— *S. Petri* Abbatiae Putheuli.
—— *S. Iuſti* Porcarii.
Plebes *S. Pancratii*.
Paroecia *S. Andreae* Saltuculi, vulgo *Seltocchio*.
—— *S. Mariae Adſumtae* Palmatae.
—— *S. Bartholomaei* Cicianae.
—— *S. Michaelis* Matrariae.
Plebes *S. Laurentii* Subgruminii.
Paroecia *S. Frigidiani* Valgiani.
—— *S. Michaelis* Camilliani.
—— *S. Andreae* in Capelli, & S. Petri ad Marcilianum.
—— *S. Mariae Adſumtae* Graniani.
—— *S. Columbani* de Sancto Columbano.

Prioratus Plebis *S. Paulli*.

Plebes *S. Ioannis Baptiſtae* de Plebe S. Paulli.
Paroecia *S. Margaritae* de Sancta Margarita.
—— *S. Donati* Carrariae.
—— *S. Stephani* Taſſiniani.
—— *S. Mariae Adſumtae* Paganici.) quarum
) Rectores
—— *S. Petri* Toringi.) Vicarii
—— *S. Philippi* de S. Philippo) perpetui.
—— *S. Bartholomaei* in Silice.

Paroecia *S. Georgii* Parezzanae.
Plebes *S. Petri* Verni.
Paroecia *S. Luciae* Coſelli, cuius Rector Vicarius perpetuus.
—— *SS. Salvatoris* & *Bartholomaei* Abbatiae Cantignani.
—— *S. Petri* Guami, cuius Rector Vicarius perpetuus.
—— *S. Stephani* Verciani.
—— *S. Georgii* Sorbani Iudicis.
—— *S. Laurentii* Sorbani Epiſcopi, cuius Rector Vicarius perpetuus.
—— *S. Michaelis* Muniani.
Plebes *S. Ioannis Baptiſtae* Compiti.
Paroecia *S. Michaelis* Coloniolae.
—— *S. Geneſii* de Sancto Geneſio.
—— *S. Andreae* Caſtelli Veteris.
—— *S. Mariae Adſumtae* Collis.
—— *S. Bartholomaei* Rotae.
—— *S. Andreae* de Sancto Andrea.
—— *S. Laurentii* Maſſae Macinariae.
—— *S. Iuſti* de Sancto Iuſto.
Plebes *S. Mariae* Iudicis.
Paroecia *S. Laurentii* ad Vecculum.
—— *S. Ambroſii* Maſſae.
—— *S. Michaelis* in Eſcheto, ſeu Iſcheto.

Prioratus Gattariolae.

Plebes *S. Ioannis Baptiſtae* de Montuolo.
Plebes *S. Bartholomaei* Ripaefractae.
Paroecia *S. Petri* Cerſummae.
—— *S. Michaelis* Meati, cuius Rector Vicarius perpetuus.
—— *S. Michaelis* Faniani.
—— *S. Angeli* de Sancto Angelo.
—— *S. Donati* de Sancto Donato.
—— *S. Annae* de Sancta Anna.
—— *S. Matthaei* Navis.
—— *S. Petri* de Sancto Petro Pontis, cuius Rector Vicarius perpetuus.
Plebes *S. Georgii* Vicipelagi, cuius Plebanus Vicarius perpetuus.
Paroecia *Nativitatis Mariae* Pontiſtecti.
—— *S. Stephani* Putheuli.
—— *S. Andreae* Gattariolae.
Plebes *S. Ioannis Baptiſtae* Arliani.
Paroecia *S. Laurentii* Farnetae.
Paroecia *S. Petri* Nozzani.
—— *S. Mariae* ad Cullem.
—— *S. Andreae* Maggiani.
—— *S. Frigidiani* Campiniani.
—— *S. Bartholomaei* Formentalis, cuius Rector Vicarius perpetuus.
Plebes *S. Macarii*.
Paroecia *S. Donati* Stabiani.
—— *S. Petri* Fibiallae.
—— *S. Frigidiani* Piazzani.
Plebes *S. Stephani*.
Paroecia *S. Thomae* Caſtaneoli, vulgo, *Caſtagnori*.
—— *S. Hippolyti* & *Caſſiani* Muciliani.

Pa-

Paroecia S. *Mariae Adſumtae* Cariniani.
—— S. *Martini* in Vignale.
—— SS. *Adnunciatae* Veculi.

Hactenus Eccleſiae bodiernae Dioeceſis Lucanae, a qua item diſtractas ac ſeparatae fuerunt Eccleſiae Dioeceſis Piſcienſis, quas etiam hic enumerare fert animus, ut de antiqua Dioeceſis Lucanae amplitudine conſtet: quando & harum recenſio non parum noſtrae Hiſtoriae conducere poteſt. Nam anno MDXIX. *Leo X.* Plebaniam S. *Mariae Maioris* Piſciae in Praepoſituram ab Epiſcopo Lucenſi exemtam erexit, cique ſubiecit Eccleſias Piſciae, & univerſae Vallis Neulae, & Vallis Arianae, ut apud *Vghellium* primae editionis Venetae *Tomo III.* videre eſt; & ea tandem Cathedralis nuper declarata eſt. Plebes autem Piſciae, quae S. *Mariae Maioris* titulo inſignitur ſubiectas habebat inſraſcriptas Eccleſias anno MCCLXVI. ut refert *Franc. Galeottius* in *Memorab. Piſcienſ. MSS.* Eae ſunt quae ſequuntur.
Hoſpitale Plebis.
Eccleſia S. *Mariae Magdalenae*.
—— S. *Bartholomaei* Montis.
—— S. *Andreae* de Stiniano.
—— S. *Philippi* de Piſcia.
Oratorium S. *Iacobi* de Altopaſſu.
Eccleſia S. *Michaelis* de Plebe.
—— S. *Petri* de Fornace.
—— S. *Laurentii* de Cerreto.
—— S. *Proſperi* de Sorico.
—— S. *Viti* de Colliculo.
—— S. *Stephani* de Piſcia.
—— SS. *Andreae* & *Bartholomaei*.
Monaſterium S. *Michaelis* de Piſcis.
Eccleſia S. *Martini* de Vrbano.
—— S. *Stephani* de Campione.
—— S. *Bartholomaei* de Corba.
—— S. *Matthaei* de Petrabona.
—— SS. *Concordii* & *Margaritae* de Monthone.
Hoſpitale S. *Allucii*.
Eccleſia S. *Quirici*.
Aliae Eccleſiae Dioeceſis Piſcienſis ſunt inſequentes
Plebes Vallis Arianae, hodie Caſtelli Veteris.
Eccleſia S. *Quirici* de Artiano.
—— S. *Petri* de Sorano.
—— S. *Martini* de Medicina.
—— S. *Iacobi* de Lignano.
—— S. *Mariae* de Stiappa.
Hoſpitale de Stiappa.
Eccleſia S. *Andreae* de Pontito.
Hoſpitale de Vighia.
Eccleſia S. *Petri* de Luculo, ſeu *Lucchia*.
Plebes Avellani.
Plebes S. *Petri* in Campo, nunc Praepoſitura Montis Caroli.
Eccleſia S. *Mariae* de Caſtellare.
—— S. *Martini* de Collodio.
—— S. *Quirici* de Venere.
Hoſpitale de Strada.
Plebes Maſſae Bugianenſis.
Eccleſia S. *Matthaei* de la Necchia.
—— S. *Frigidiani* Maloculi, volgo *Malocchia*.
—— S. *Cataldi* Pupilliani.
—— S. *Petri* de Burgo Buiani.
Hoſpitale Braſcieti.
Monaſterium Buiani.
Eccleſia S. *Mariae* de Valle Nunc.
Eremitorium Riaſrici.
Eremitorium Cerralti.
Manſio Templi de Caſtellione.
Plebes Montis Catini.
Eccleſia S. *Mariae* Gonzae.
—— S. *Mariae* Ripae.
—— S. *Stephani* Mahonae.
—— S. *Nicolai* Montis Summani.
—— S. *Mariae* Terſiani.
—— S. *Bartholomaei* Graniani.
—— S. *Petri* Cartiani.
Caſa Agnelli Crucis Brandeſcaae.
Hoſpitale S. *Ioannis* Montis Catini.
Eccleſia S. *Martini* Montis Malvedere.
Plebes Vaiani, nunc Montis Vectolini.
Eccleſia S. *Michaelis* Montis Vectolini.
—— S. *Silveſtri* de Sorciano.
—— S. *Viti* ſub Monte Summano.
—— S. *Damiani* in agro Piſtorienſi.
—— S. *Pauli* inter Montem Summanum, & Montem Vectolinum.
—— S. *Nicolai* Caſeionae.

Haec quidem antiqua, ut diximus, Eccleſiarum Piſcienſium, Vallis Neulae, & Vallis Arianae, deſcriptio. Poſt haſce omnes enumeratas Eccleſias, deſcribendi veniunt Epiſcopi Miniatenſes, quorum primus fuit *Franciſcus Nerius* Florentinus Patricius, Eccleſiae Metropolitanae Canonicus, Doctor Theologus, ordinariuſque Sacrae Scripturae Interpres, qui ordinatus fuit anno MDCXXIV. & die XIII. menſis Auguſti eiuſdem anni Epiſcopatus poſſeſſionem cepit; rexitque hanc Eccleſiam uſque ad annum MDCXXXI. mortuus menſis Decembris die XXX. Ei ſucceſſit *Alexander Strozza*, *Thomae* F. Florentinus antea Canonicus, poſtea Andrienſis Epiſcopus, qui ad Eccleſiam Miniatenſem translatus fuit anno MDCXXXII. VIII. Idus Martii. Erat hic Frater *Caroli Strozzae* Senatoris Florentini, patriarum antiquitatum conſultiſſimi, qui patriorum monumentorum ditiſſimam Bibliothecam, quae adhuc in eius aedibus exſtat, dedicavit. Naturae conceſſit *Alexander* anno

Ple- MDC-

MDCXLVIII. eumque excepit *Angelus Pitbius* a Burgo Sancti Sepulcri, qui anno MDCLIII. fato functus eſt; & anno MDCLIV. *Petrus Freſcobaldius*, Patricius Florentinus, Epiſcopatum accepit. Anno MDCLVI. *Ioannes Baptiſta Barduccius*, Patricius Florentinus, Epiſcopus renunciatur, & anno MDCLXI. moritur; eique ſuccedit *Maurus Corſius*, Patricius Florentinus anno MDCLXII. qui anno MDCLXXX. obiit, ſucceſſoremque habuit anno MDCLXXXI. *Iacobum Antonium Morigiam* Mediolanenſem, Clericum Regularem Barnabitam, qui Principis *Ferdinandi Meditei, Coſmi III.* Magni Ducis filii, Praeceptor fuerat; & qui tandem anno MDCLXXXIII. ad Archiepiſcopatum Florentinum translatus, ſacra purpura ab *Innocentio XII.* Pont. Max. anno MDCXCV. decoratus eſt, obiitque Epiſcopus Ticinenſis anno MDCCVIII. Itaque Epiſcopatum Miniatenſem obtinuit anno MDCLXXXII. *Michael Carolus Cortiſianius*, Patricius Florentinus, vitae ſanctimonia conſpicuus, cuius vitam ſcripſit *Andreas Danteus* a Caſtro Franco Vallis Arni inferioris, quae excuſa eſt Florentiae, de qua egimus in *Hodoeporico pag.* 616. Hic anno MDCCIII. ad Epiſcopatum Piſtorienſem translatus vidit Miniatenſem Cathedram obtineri ab *Ioanne Franciſco Maria Poggio*, Florentino, ex Ordine Servitarum, qui primariis dignitatibus in ſuo Ordine defunctus fuerat, & in Piſano Atheneo ſacras litteras profeſſus erat; quique anno MDCCXIX. mortuus eſt, & quem excepit *Aloiſius Catanius* Piſcienſis, qui Vicarius Generalis fuerat *Ioſephi Vlyſſis Gozadinii* Cardinalis, Epiſcopi Forocornelienſis; quo vita functo *Ioſephus Suarezius de Costa*, Patricius & Canonicus Florentinus anno MDCCXXXV. ad Cathedram Epiſcopalem Miniatenſem evectus eſt, qui illam Eccleſiam adhuc moderatur ſuperſtes hoc anno, quo haec ſcribo, MDCCLII. Hic opportune commemorandi videntur, quidam ſanctimoniae laude inſignes, qui Miniatenſes fuere, vel ſaltem in Sancti Miniatis ditione vitam tranſegerunt. B. *Bonromaeus*, D. *Franciſci Aſſiſiatis* diſcipulus, quo de agunt *Lucas Waddingus*, & *Martyrologium Franciſcanum*, & ipſe in *Praefatione* ad *Part. II. Hiſtor. Situlae Laur. Bonincontrii pag. XVI.* Alius quoque eiuſdem Patriarchae ſocius & diſcipulus B. *Bonincontrius*, de quo laudati Auctores conſulantur. B. *Geneſius*, vulgo *Geſius*, Eremita Auguſtinianus, qui anno circiter MCCCL. floruit, licet alii ad annum MCCCCXVI. perperam trahant, qui Lucae in Eccleſia ſui Ordinis ſepultus eſt. De eo *Cavalcantinius*, *Franciottius*, *Marchiò*, & ipſe in meo *Hodoeporico pag.* 176. & in *Praefatione* ad *Part. II. Hiſtor. Situlae Laur. Bonincontrii in Deli-*
tiis

tiis Eruditorum pag. XVII. & in *Commentario ad Acta S. Geneſii*. B. *Gerardus Bonamicus*, Tertii Ordinis Franciſcanus, cuius corpus in Eccleſia Caſtri Franci Vallis Arni inferioris quieſcit; & vita a Minorita quodam luculente ſcripta eſt, a Miniatenſibus ſibi vindicatur, repugnantibus tamen Caſtrofrancenſibus, qui ſuum popularem fuiſſe contendunt. De eo videatur laudata Praefatio *pag. XVII.* & *Hodoeporicon pag.* 181. 610. Sed & morum ſanctitate inclaruit *Marcovaldus Portiſianius*, & ipſe Minorita, qui anno MCCCLX. floruit, & cuius ſcientiam ac virtutes *Lucas Waddingus* laudibus fert, traditque illum ob animi demiſſionem Presbyteratu indignum ſe reputaſſe, & ad D. *Franciſci* exemplum in Diaconatu permanſiſſe; cuius quoque in laudata Praefatione meminimus. Si quis plura ad res Miniatenſium ſpectantia ſcire deſiderat, adeat *Partem I. Hodoeporici Charitonis & Hippophili*; & tres *Partes Hiſtoriae Situlae Laur. Bonincontrii* in *Deliciis Eruditorum* cum praemiſſis *Praefationibus*.

Aſt, cum exploratum habeamus, ex *Coeleſtini III.* Bulla ſuperius *pag.* 344. edita, Eccleſiam *S. Miniatis* ſubiectam fuiſſe Eccleſiae & Plebi *S. Geneſii*, a qua deinde nomen ſumſit oppidum in antiquis hiſtoriis percelebre; & Eccleſiam Cathedralem Miniatenſem *S. Geneſii* & *S. Mariae* titulo inſigniri, ut indicatum ſupra *pag.* 508. *& ſeqq.* & *Hodoepor. pag.* 192. 194. abs re quidem non fuerit quaedam de hac Eccleſia & oppido adnotare, quae ad huius Hiſtoriae abſolutionem conducere poſſunt. Itaque Eccleſia & oppidum *S. Geneſii* Romani Martyris, ſita erant non procul ab Arno flumine, qua Elſa amnis in Arnum influit, prope Villam, quae hodie *Poggetto*, ſeu *Podiettum*, adpellatur; alias autem proximus erat Vicus Sanctae Florae ad Pontem Elſae, de quo egi in meo *Hodoeporico pag.* 71. & in eius *Praefat. pag. XXVI.* Ad ſiniſtram Arni ripam erant, diſtabantque Florentia Occaſum verſus XIX. M. P. hodieque eorum iam deletorum memoria durat in aedicula *S. Geneſio* ſacra, recentioris tamen ſtructurae. Locus autem ille, in quo D. *Geneſii* Eccleſia exſiſtebat, primitus *Vicus Wallari* nuncupatus fuiſſe videtur, ex Inſtrumento condito anno DCCXV. quod ſuperius *pagin.* 211. protulimus, ubi de ea ita agitur: *Eccleſia S. Geneſii in Vico, qui dicitur Wallari*. Et inferius: *Factum iudicatum ad Eccleſia S. Geneſii in Vico Vallari*. Id etiam conſtat ex alio Inſtrumento Archivi Piſanae Eccleſiae apud *Muratorium Tom. III. Antiq. Italic. pag.* 1039. Ibi in Inſtrumento anni DCCCLXXXIII. legitur: *Inſimul dare videor tibi ſorte & res illa in loco & finibus Vico Valleri infra Pleve S. Geneſii.* Quin ex
Char-

D. *Mineati* ſacra, vel ſaltem olim fuit; non enim, niſi ab 250
huius Martyris Eccleſia, Caſtellum Sancti Mineatis, quod in Placentina Diocceſi eſt, nomen ſibi vindicaverit *a*. Cellula

Charte Archivi Archiepiſcoperus Luceni * A. 15. patet, *Petrum* Epiſcopum Lucenſem, anno *Hugonis* Regis V. Indictione IV. Aeroe Vulgaris DCCCCXXX. ordinaſſe *Rodilandum* Presbyterum, *Geſperti* filium, in Eccleſio *S. Geneſis* & *S. Ioannis Baptiſtae* in Vico Welleri, prope flumen Elſoe, quae Plebes erot Baptiſmolis Luconoe Diocceſos. Inſuper *D. Geneſis* oppido proximum fuiſſe locum, qui *Vicus* dicebetur, exſtot etiem ex entiquo Inſtrumento, quod edidi in *Praefatione Hodaeporici*, *Charitonie & Hippophili*; & quod vulgaverat etiem *Muratorius Tom. I. Antiquit. Eſtenſium.* Iam ex ſuperiore Inſtrumento conſtot Eccleſiom *S. Geneſii* anno DCCXV. celebrem fuiſſe & dignom, in qua conventus Epiſcoporum, eliorumque Procerum, celebrorentur; nem in ea convenere Epiſcopi, *Speſioſus* Florentinus, *Theodoldus* Feeſulonus, *Maximus* Piſanus, & *Teleſperianus* Lucenſis, & elii Iudices a *Liutprando* Longobordurom Rege conſtituti, ot in cauſſa inter *Lupertianum* Epiſcopum Arretinum, & *Adeodatum* Epiſcopum Seneuſem, iudicorent, ut ex eodem Inſtrumento liquet. Exiſtimo igitur *D. Geneſii* Eccleſiam peronti-quam fuiſſe, & ente Gotthorum, Lo... dorumque tempore exſtructam: nan... gis Templa Chriſtionorum multa que... quincto & ſexto Eccleſioe ſoeculis exſt..., cum ex illo Inſtrumento, in quo Eccleſioe huiuſmodi, tempore Romonorum, fuiſſe dicuntur, conſtot; tum conectore eſt ex ipſis legibus Codicis Theodoſiani *Tit. De Paganis, Sacrificiis, & Templis*, in quibus Temple Pogonorum in ogris & extro urbium moenia memorantur, in quorum locum Eccleſioe Chriſtianorum ſuccedere debuerunt, Idolorum Templis e Chriſtienis dirutis, ut peſſum fiebot; ſicuti etiom teſtotur *Libanius* in *Oratione de Templis*, qui pertendit a Deorum Fanis in ogris & montibus ſitis civitotes initia ſumſiſſe, mecum poene conſpirons, qui adfirmovi ſoepius, & ſuperius *pag.* 335. praecipue, oppida, & urbes quaſdam, ob Eccleſiis quibuſdam exordia, & nomina, derivoviſſe. Itoque mirori non ſubit ſi *D. Mineatis* Eccleſio, Eccleſioe *D. Geneſii* tamquom matrici ſubdita erat; quum iom conſtiterit, Eccleſiam illom nonniſi enno circiter DCC. oedificatom fuiſſe. Ceterum de Eccleſio & oppido *S. Geneſii*, vide quae ſuperius paſſim indicovimus *pag.* 204. 311. 313. 338. 343. 344. 345. 346. 349. 354. 365. 382. 389. 439. 486. 487. 488. Conſule etiam meum *Hodoeporicon pag.* 85. 91. 95. 96. 98. 99. 103. 157. 160. *& ſeqq.* 175. 191. 190. 194. 009. 205. 1188. & Acta *S. Geneſii*, quoe ſunt poſt *Partem IV. Hodoeporici*; & *Chronicon Imperatorum Leonis Vrbevetani* in *Deliciis Eruditorum pag.* 000. 212. 214. Oppidum & Eccleſie *S. Geneſii* memorontur etiom epud *Muratorium Antiq. Ital. Medii Aevi Tom. II. pag.* 503. in Diplomote onni MCXCIV. & *Tom. III. pag.* 1039. in Chorts Archivi Piſeni anni DCCCLXXXIII. & *pag.* 1125. in Inſtromento onni MCXVI. & in *Annalibus Italiae* ad onnos MCXXXVII. MCLXXII. Apud *Tronttium* in *Chronico Piſano* ad ennum MCLXXII. Apud *Orlendium Orbis Sacri & Profani Tom. III. pag.* 1067. Apud *Florentinium* in *Mathilda* in Diplomate dato onno DCCCLXXI. Apud *Vghellium* in *Epiſcopis Lucanis* duabus Chartis, quorum une enni DCCCCXV. In Bullario Vollumbroſono *pag.* 04. in Bulle *Eugenii III.* date anno MCXLVI. Hoſpitolis ontem *S. Lazari* in Sancto Geneſio mentio occurrit in Chorta inedita onni MCCCX. apud me exſiſtente in Codice MS, Z. n. 23.

a Huius Caſtelli mentio habetur in entiquo Inſtrumento enno MCXXVII. condito, & e *Petro Maria Campio Tomo I. Hiſtor. Eccleſ. Placent.* releto *pag.* 529. quod ita hobet:

In nomine Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti, anno ab eius Incarnatione milleſimo centeſimo vigeſimo ſeptimo, decimoſexto Calendas Augusti, Indictione quinta. Dum dies vitae extremus . . . . . . incertus permaneat, ſi viventes in Chriſti ſervitio ex propriis rebus aliquid contribuerint; non dubium eſt iuxta ipſius veritatis vocem, a pio retributore ipſis in hoc ſeculo centuplum, & inſuper in futuro perpetua bona conferri. Quapropter ego Arduinus Dei gratia Eccleſie Placentine Epiſcopus in Eccleſiae Dei conferre id geſtiens, quod tam ad mercedem anime proficiat, quam omnium meorum anteceſſorum: concedo, atque remitto ego iam nominatus Epiſcopus venerabili Eccleſie S. Muſtiole, non multum longe ab Caſtello de S. Miniato, & in eius territorio conſtructe, omnia, que poſſint ab eadem reverenda Eccleſia exigi vel a me, omnibuſque meis ſucceſſoribus: & ſi-

Pppppp *ceti*

250 la etiam Sancti *Mineatis* in agro Senenſi , exſtat , ab illa for-

cuti datum , vel conceſſum ſuit . . . . . . cum proprietate quatuor ſeere iugrrom , & forte parum plus ioſimul cum decima uoius manſi in eodem loco , Monaſterio S. Marie , Sanctique Albecti de Botrio , a D. Nantelmo Placentino Vexillifero , & Otta eius coniuge Epiſcopali audientia Dompni Dionifii eo tempore ſuperſtitis , & confirmantis ; ita ſit ab omnibus oorribus exprrs omnino ; preterquam ordinatio eiuſdrm Eccleſie Clericorum , & conſecratio eiuſdem Ecclrſie tantum ex ea in nobis permaneat. Exactionem aliquam aliquo in tempore ſub aliquo obtentu a me , neque ab meis ſucceſſoribus , & quidem penitus ſine aliquo regreſſu fieri prohibemus ; ſed libera , & abſoluta in poſterum , ſicut ſuprodictum eſt , concedimus , ut ſemper permaneat. Si quis vero contra ſtatuta fecerit , vel quod dictum eſt iufringere curaverit , divina vindicta plectetur , motique noſtri animi ſubiacebit periculo. Nec mihi concedenti liceat ulterius ullo modo nolle , quod volui , ſed quod a me ſemel decretum , vel conſtitutum eſt , inviolabiliter permaneat fixum , ſemper in melius roborandum .

Actum in Civitate Placentia , in Palatio predicti D. Epiſcopi per Preſbyterum Giſulfum Miſſum predicte Eccleſie feliciter. Conventioni huic interfuerunt rogati teſtes Obertus Vexillifer eiuſdem Civitatis , Wido de Veinſtino , Aldofredus filius Ardetioni , Azo Burgundio .

✠ *Ego Bonutioanes Agiprandi quondam filius huic conventioni interfui , & huius privilegii cartulam illorum rogatu ſcripſi.*

Hoc Caſtellum hodie corrupto vocabulo *Seminò* adpellatur .

a Haec Cellola memoratur in Bullis *Alexandri III.* & *Innocentii III.* Monaſterio S. *Eugenii* in agro Senenſi conceſſis , quae in Monaſterii illius Archivo adſervantur , & ſunt quae ſequuntur .

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei , Dilectis filiis Abbati Monaſterii S. Eugenii , eiuſque Fratribus , tam preſentibus , quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum . Quotiens illud a nobis petitur , quod rationi convenire dinoſcitur , animo nos decet libenti concedere , & petentium deſideriis benignum impertiri favorem . Eo propter , dilecti in Domino filii , veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus , & prefatum Monaſterium , quod B. Petri ſpecialiter , & noſtri iuris exiſtit , in quo divino eſtis obſequio mancipati , ſub Beati Petri , & noſtra protectione ſuſcipimus , & preſentis ſcripti privilegio communimus . Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones , quecumque bona , idem Monaſterium in preſentiarum iuſte , & Canonice poſſidet , aut in futurum conceſſione Pontificum , largitione Regum , vel Principum , oblatione fidelium , ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci , firma vobis , veſtriſque ſucceſſoribus , & illibata permaneant . In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : Cellulam S. Miniatis cum omnibus pertinentiis ſuis ; Eccleſiam S. Michaelis in Caſali Nutiano , Eccleſiam S. Abundii , id iuris quod habetis in Eccleſia S. Pauli Senen. & in Tabernis , que ſunt prope eandem Eccleſiam , Eccleſiam S. Nicholai in Eurcna cum pertinentiis ſuis , Eccleſiam S. Petri in Campis cum pertinentiis ſuis , Eccleſiam S. Anaſtaſii in Turriliano cum pertinentiis ſuis , videlicet Silvis , Paludibus , Paſcuis , & aliis ſuis pertinentiis ; Eccleſiam S. Pauli in Caſtello de Orgia cum omnibus pertinentiis ſuis , videlicet Terris , Vineis , & Paludibus ſ[illegible]i a bone memorie G[illegible]nafredo collatis , & aliam Cellulam , que [illegible] nuncupatur , & aliam Curticulam , que Caſt[illegible] nominatur , Eccleſiam S. Petri in Colle Tegon[illegible]ſi , Eccleſiam S. Michaelis in Caſali Cercano cum omnibus pertinentiis ſuis , ius quod habetis in Eccleſia S. Stephani in Monte Pitorelli cum pertinentiis ſuis , & Curtem Roſie , Eccle[illegible] Agurtis iuxta Fluvium Sorre , Eccle[illegible] Auguſtini cum omnibus pertinentiis ſuis , [illegible]m de Vuiano , Eccleſiam S. Ceciliae in Meneas , Eccleſiam S. Michaelis in Lucinalle , Curticellam de Melanino , Eccleſiam S. Michaelis in Verouula cum pertinentiis ſuis , Curtem in Mutione , Curtem in Audrina , Curtem in Vaione , & Poggia , & Citinella , & Piſcaria , & Tutioa , & Gregi , & Sigali , Curtem in Veſcona , & Cectino , & Calceno , Eccleſiam S. Petri in Aunanello cum pertinentiis ſuis , Villam in Vciano , ius quod habetis in Eccleſia S. Romuli , Curticellam in Liberuano , Curtem in Monte Liſtino , ſicut pertinuit Altifoſe , Eccleſiam S. Eugenii in Puliano cum Curte , & aliis pertinentiis ſuis , Curtem de Scecle . Preterea Decimas omnium terrarum , quas Monaſterium veſtrum habet in Comitatu Senenſi , Florentina , Vulterrano , Aretino , & Cluſino , ſicut eccolende memorie Predeceſſor noſter Innocentius Papa eidem Monaſterio confirmavit , & vos eas hactenus habuiſſe noſcimini , vobis , & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus . Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe cenſemus , ut eorum devotioni , & extreme voluntati , qui ſe illic ſepeliri deliberaverunt , niſi excommunicati , vel interdicti fuerint , nullus

nullus obſiſtat, ſalva iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Cum autem generale interdictum Terre fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excomunicatis, & interdictis, demiſſa voce, non pulſatis campanis, Divina Officia celebrare. Concedimus quoque vobis Clericos, vel Laicos liberos, & abſolutos, e ſeculo fugientes ad converſionem veſtram recipere, & eos ſine contradictione aliqua in veſtro Monaſterio retinere. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia preponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars ſanioris conſilii, ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non preſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, ac Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extrema examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructus bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Alexander Catholice Eccleſie Epiſc. ſſ.
Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſc. ſſ.
Ego Bernardus Portuen. & S. Rufine Ep. ſſ.
Ego Iohannes Presb. Card. Sanctorum Iohannis, & Pauli Tit. Pammachii ſſ.
Ego Albertus Presb. Card. Tit. S. Laurentii in Lucina ſſ.
Ego Willelmus Presb. Card. Tit. S. Petri ad Vincula ſſ.
Ego Boſo Presb. Card. S. Pudentiane Tit. Paſtoris ſſ.
Ego Ioannes Presb. Card. Tit. S. Marci ſſ.
Ego Theodinus Presb. Card. S. Vitalis Tit. Veſtine ſſ.
Ego Manfredus Presb. Card. Tit. S. Cecilie ſſ.
Ego Petrus Presb. Card. Tit. S. Suſanne ſſ.
Ego Iacintus Diac. Card. S. Marie in Coſmedin. ſſ.
Ego Cinthius Diac. Card. S. Adriani ſſ.
Ego Hugo Diac. Card. S. Euſtachii iuxta Templum Agrippe ſſ.
Ego Laborans Diac. Card. S. Marie in Porticu ſſ.
Ego Raynerius Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum.

Datum Anagne per manum Gratiani Sancte Romane Eccleſie Subdiaconi, & Not. XIII. Kal. Iulii, Indictione VIII. Incarnationis Dominice anno MCLXXVI. Pontificatus vero Domini Alexandri Pape III. anno ſeptimo decimo.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Bernardo Abbati Monaſterii S. Eugenii, eiuſque Fratribus, tam preſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi convenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis benignum impertiri favorem. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatum Monaſterium quod ſpecialiter Beati Petri, & veſtri iuris exſiſtit, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ad exemplu felicis memorie Alexandri Pape predeceſſoris noſtri ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti Privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona idem Monaſterium in preſentiarum iuſte, & Canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, Cellulam S. Miniatis cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Michaelis in Caſali Motiano, Eccleſiam S. Abondii, id iuris quod habetis in Eccleſia S. Pauli Senenſis, & in Tabernis, que ſunt prope eandem Eccleſiam, Eccleſiam S. Nicolai in Barcon cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Petri in Compit cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Anaſtaſii in Turriſiano cum omnibus pertinentiis ſuis, videlicet Silvis, Paludibus, Piſcariis, & aliis ſuis pertinentiis, Eccleſiam S. Pauli in Caſtello de Orgia cum omnibus pertinentiis ſuis, videlicet Terris, Vineis, & Paludibus ſibi a bone memorie Waronfredo collatis, & aliam Cellulam, que Roſia nuncupatur, & quemdam Curticulam, quo Liſtinenſis nuncupatur, Eccleſiam S. Petri in Calle Theguleſii, Eccleſiam S. Michaelis in Caſali cum omnibus pertinentiis ſuis, ius quod habetis in Eccleſia S. Stephani in Monte Pichorelli cum pertinentiis ſuis, & Curtem Roſtie, Eccleſiam Sancte Agnetis iuxta Fluvium Suree, Eccleſiam Sancti Auguſtini cum omnibus pertinentiis ſuis, Curtem de Vaiano, Eccleſiam Sancte Cecilie in Medan., Eccleſiam S. Michaelis in Butiaillis, Curtem

forte Eccleſia nomen ſumens, qua de ſuperius actum eſt a; niſi, ut ſubſpicor, eadem eſt, quae modo Cellula, quorumdam mo-

titolam de Milaoino, Eccleſiam S. Michaelis in Veronalis cum pertinentiis ſuis, Curtem in Muciono, Curtem in Andriuis, Curtem in Vuiooit, & Poagia, & Cicbinellis, & Piſcaria, & Tatinenſi, & Granis, & Sigallis, Curtem de Veſconis, & Certinis, & Calcenic, Eccleſiam S. Petri in Armonello cum percineatiis ſuis, Villam de Vciano, cus quod babetis in Eccleſia S. Romuli, Curticellam in Libernano, Curtem in Monce Liſtino, ſicut pertinait Altiſuſe, Eccleſiam S. Eugenii in Polinno Turndote, & aliis pertinentiis ſuis, & Curtem do Serenallis. Preterea decimas omnium cerrarum, quas Monaſterium veſtrum babet in Comitatu Seneaſi, Florentino, Vulterrano, Aretino, & Cluſino, ſicut recolende memorie predeceſſores noſtri Innocentius, & Alexander Romani Pontifices eidem Monaſterio confirmarunt, & vos eas bactenus babuiſſe noſcimini, vobis, & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi excommunicati, vel interdicti fuerint, nullus obſiſtat, ſalva iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Cum autem generale interdictum Terre fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis Campanis, demiſſa voce, divina Officia celebrare. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos, liberos, & abſolutos, e ſeculo fugientes ad converſionem veſtram recipere, & eos abſque contradictione aliqua in veſtro Monaſterio retinere. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quolibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia proponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel eorum maior pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi preſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, Amen.

Ego Innocentius Catholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Ioh. Alban. Epiſc. ſſ.

Ego Ioh. Sabinen. Epiſc. ſſ.

Ego Nicholaus Tuſculan. Epiſc. ſſ.

Ego Guido Preneſtinus Epiſc. ſſ.

Ego Guitb. Tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. ſſ.

Ego Benedictus Tit. S. Suſanne Presb. Card. ſſ.

Ego Gregorius S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card. ſſ.

Ego Ioh. S. Marie in Via lata Diac. Card. ſſ.

Ego Buela S. Marie in Port. Diac. Card. ſſ.

Ego Ioh. Sanctorum Coſme & Damiani Diac. Card. ſſ.

Ego Pelagius S. Lucie ad Septa Solis Diac. Card. ſſ.

Dat. Tuſcan. per manum Iohannis S. Marie in Coſmedin. Diacon. Card. Sancte Romane Eccleſie Cancellarius Id. Octobris, Indict. XI. Incarnationis Dominice anno MCCVII. Pontificatus vero Domini Innocentii Pape III. anno decimo.

a Conſule ſuperius *pag.* 330. 333. 334. Eccleſiae *S. Mineatis* in agro Senenſi meminit etiam Diploma *Friderici I.* apud *Ughellium* in *Epiſcopis Senenſibus*, in *Gauteramno*, & apud *Peccium* in *Serie Chronologica Epiſcoporum Senenſium*, quod profero.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Fridericus Divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

Serenitas Imperatorie Maieſtatis Noſtre ex innata nobis pietate Eccleſias Dei, & eccleſiaſticas perſonas, libenter fovere conſuevit, & regere, & eis iura ſua debito in honore conſervando, iniurias, & onera, quibus ab iniquitate malignantium opprimi ſolet, alleviare, quatenus ſuffragiis orationum ſuarum in conſpectu Divini iudicii recipere poſſumus meritum eterne retributionis. Ea propter cognoſcat eam preſens etas fidelium Imperii, quam ſucceſſiva poſteritas, quod nos attendentes honeſtatem, neque

more, pro Eccleſia cum exiguo Monaſterio dicitur; ſicuti 150
fuit etiam in Dioeceſis Piſanae loco, qui Macerata vocatur, Eccleſia Sancti *Mineatis*, earum una, quae in Plebatu Sancti Caſ-

atque religioſam converſationem fidelis noſtri Oddonis Venerabilis Abbatis Monaſterii Sancti Engenii, quod eſt ſitum in Comitatu Senenſi, in loco, qui dicitur Pilodianus, nihilominus quoque commendantes ordinem, & vitam congregationis eius, ipſum Abbatem cum Monaſterio, & perſonas inibi Deo dicatas preſentes & futuras, & omnia eorum bona mobilia & immobilia, que nunc habent, vel impoſterum, auctore Domino, iuſte poterunt adipiſci, ad imitationem Predeceſſoris Noſtri felicis memorie Henrici Imperatoris III. aliorumque Divorum Regum, & Imperatorum, ſub protectione defenſionis noſtre ſuſcepimus, & cum eorum privilegiis, nominatim Eccleſiam Sancti Petri, que dicitur Campus cum omnibus appenditiis ſuis, & Curte de Vinciana; Eccleſiam Sancti Savini cum Corticella in Andrina, & in Citinella, & in Gnagonu; & Eccleſiam Sancti Petri in Arganello cum appenditiis ſuis in Tatina, in Grigi; & Eccleſiam Sancti Michaelis Archangeli in Veronula, & in Ticali cum appenditiis earum; Eccleſiam quoque S. Cecilie in Meadina; Eccleſiam Sancti Angeli in Nucinola, in Centina, in Calcino, & Curte in Valcona, Terram in Tavina, & in Arbiola; Eccleſiam S. Agnetie; Eccleſiam S. Petri in Monte Sinderi, & Curte de Seſtine cum ipſo Poio; Eccleſiam Sancti Anaſtaſii in Paginaria cum Curte, que eſt in Plebe de Sancto Petro in Valle; Eccleſiam Sancti Angeli in Vaiano, Eccleſiam S. Angeli in Certana, Eccleſiam S. Petri in Barcintulo cum ipſo Podio in Cervalta; Eccleſiam Sancti Pauli in Burgo de Sena; Eccleſiam S. Miniati, Eccleſiam S. Archangeli, & medietatem Eccleſie S. Romuli cum omnibus appenditiis, & utenſilitatibus earum; & locum Sancti Auguſtini, in quo Caſtrum edificatum eſt, Terram de Curſiniano, & duos Manſos in Campriano, concedimus eis, & Imperiali auctoritate confirmamus, ſalva in omnibus, Imperialis dignitate Iuſtitiae. Ad hec annuimus eis, & auctoritate noſtra firmamus, ut incole preſcripti Monaſterii Decimationes de Manſis, Terris, Vineis, & de omnibus rebus ad predictum Monaſterium pertinentibus, ſicut hactenus Anteceſſores ipſorum (propitio Predeceſſore noſtro Henrico Invictiſſimo Imperatore) viſi ſunt habuiſſe, ſepe dicto Monaſterio dare non recuſent. Inſuper ad augmentum Imperialis gratie ſepe dicto Abbati, & Succeſſoribus eius indulgemus, ut iuramentum calumnie per Advocatum in animam ipſam Advocati, in cauſis Monaſterii ſui in agendo, & excipiendo poſſint exhibere, ita quod Adverſario non liceat adverſus eos eodem iure uti, niſi iis, quibus lex Henrici Divi Imperatoris ex officio Eccleſiaſtice profeſſionis indulſit. Ad hec etiam concedimus eis, ut libellarias poſſeſſiones, & amphiteoticas, penſione per triennium non ſoluta, per ſanctionem legum liceat recuperare.

Inhibemus etiam ne preſignificatus Advocatus poſt preſtitum ſacramentum calumnie poſſit ſibi propter hoc aliquod ius in Monaſterio uſurpare. Ut autem hoc Noſtre Celſitudinis Edictum ratum conſiſtat, & omni evo inconvulſum permaneat, preſens inde Privilegium conſcribi iuſſimus, & Excellentie Noſtre Sigillo communire, ſtatuentes, & Imperiali auctoritate ſancientes, ut nullus Dux, nullus Marchio, nulla Civitas, nullum Commune, nulla denique perſona humilis, vel alta; ſecularis, vel eccleſiaſtica; hanc noſtre Conſtitutionis paginam audeat violare, nec aliquibus calumniarum iniuriis, ſeu damnis preſumat attentare. Quod ſi fecerit, in ultionem preſumptionis ſue componat centum libras auri puri, dimidium Imperiali Camere, & dimidium iniuriam paſſis. Huius rei Teſtes ſunt Conradus Moguntinus Archiepiſcopus, Guglielmus Albenſis Epiſcopus, Bonifacius Novarienſis Epiſcopus, Fridericus Prepoſitus de Argentina, Otto Bellus, Groſſus, Albertus Ferrarienſis, Iudices Imperialis Curie, Rodulphus Camerarius.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris Invictiſſimi.

Ego Gotifridus Imperialis Aule Cancellarius vice Filippi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italie Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXXXV. Indictione III. regnante Domino Friderigo Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno Regni eius XXXIII. Imperii vero eius XXXI. Datum apud Montem Alcinum ſexto Idus Auguſti feliciter. Amen.

150 *Caſſiani* a exſiſtunt. Occurrit etiam Eccleſia Sancti *Mineatis* in

a Id patet ex antiquo Catalogo Parœciarum Diœceſeos Piſanae, qui in Archiepiſcopali Archivo Piſis adſervatur, & eſt quem edo anno MCCCLXXII. confectum.

Archipresbyteratus Piſanus cum ſuis Beneficiis annexis.

Capitulum Piſanum.
Eccleſia de Quicſa.
Eccleſia S. Srephani ultra Auxerem.
Eccleſia S. Mathei.
Eccleſia SS. Apoſtolorum de Collinis.
Eccleſia S. Salvatoris de Collinis.
Eccleſia S Quirici de Collinis.
Eccleſia S. Marie in Sylva.
Eccleſia S. Pauli de Lugnano.
Eccleſia S. Andree de Lupeto.
Eccleſia S. Anne.
Prioratus SS. Auguſtini Vetriano, & Pauli ad Ortum.
Prioratus S. Martini Chinſice.
Prioratus S. Petri ad Gradus.
Prioratus S. Petri ad Vincula cum ſuo Hoſpitali.
Prioratus S. Sylveſtri.
Prioratus S. Mamiliani.
Prioratus de Miliarino.
Prioratus de Tumulo.
Prioratus S. Iacobi in Orticaria.
Prioratus de Veſtula.
Prioratus S. Syxti.
Prioratus S. Donnini.
Prioratus S. Cataldi.
Eccleſia S. Iuſti in Canniccium.
Eccleſia S. Salvatoris.
Eccleſia S. Blaſii in Ponte.
Eccleſia S. Bartholomei de Lanfranchis.
Capellania S. Srephani.
Eccleſia S. Georgii Archiepiſcopatus.
Eccleſia S. Georgii Theotonicorum.
Eccleſia S. Alexandri.
Eccleſia S. Thome.
Eccleſia S. Chriſtophori.
Eccleſia S. Eufraſie.
Eccleſia S. Bartholomei de Peccis.
Eccleſia S. Iacobi de Spernnais.
Eccleſia S. Simonis in Porta Maris.
Eccleſia S. Georgii in Porta Maris.
Eccleſia S. Iſidori.
Eccleſia S. Blaſii de Cathenis.
Eccleſia S. Donati.
Eccleſia S. Lucie de Ricucho.
Eccleſia S. Agnetis.
Ec-

Eccleſia S. Leonardi in Praticello.
Eccleſia S. Laurentii in Pellipparia.
Eccleſia S. Concordii.
Eccleſia S. Petri in Curte veteri.
Eccleſia SS. Sebaſtiani, & Fabiani Maioribus.
Eccleſia S. Thomaſii ad Pantaſium.
Eccleſia S. Simonis ad Parlaſcium.
Eccleſia S. Laurentii de Rivolta.
Eccleſia S. Petri ad Iſchiam.
Eccleſia S Cecilie.
Eccleſia S. Lucie de Cappellaris.
Eccleſia S. Felicis.
Eccleſia S. Phylippi de Vicecomitibus.
Eccleſia S. Bartholomei de Hericis.
Eccleſia S. Petri in Palude.
Eccleſia S. Clementis.
Eccleſia S. Martini de Petra.
Eccleſia S. Salvatoris in Portorio,
Eccleſia S. Marie Virginis.
Eccleſia S. Ilarii.
Eccleſia S. Margharite.
Eccleſia S. Ambroſii.
Eccleſia S. Gregorii.
Eccleſia S. Marci in Calceſana.
Eccleſia S. Barnabe.
Eccleſia S. Luce.
Eccleſia S. Viviane.
Capellania S. Mathei.
Eccleſia S. Andree.
Eccleſia S. Iacobi.
Eccleſia S. Marci de Burgo.
Eccleſia S. Chriſtophori.
Eccleſia S. Laurentii.
Eccleſia S. Benedicti.
Eccleſia S. Verani.
Eccleſia S. Egidii.
Eccleſia S. Sebaſtiani.
Eccleſia S. Coſme.
Eccleſia S. Criſtine.
Eccleſia S. Marie Madgalene.
Eccleſia S. Caſſiani.
Eccleſia S. Ioannis Spazavento.
Eccleſia S. Stephani de Fagiano.
Eccleſia S. Bartholomei de Putignano.
Eccleſia S. Blaſii de Ciſanello.
Eccleſie S. Petri de Ciſanello.
Eccleſia S. Iuſti de Ciſanello.
Eccleſia S. Petri de Macadio.
Eccleſia S. Chriſtophori de Boctano.
Eccleſia S. Donati de Bocrano.
Eccleſia S. Laurentii de Burgo novo.
Eccleſia S. Martini de Rette.
Eccleſia S. Ioannis de Campolungo.
Eccleſia S. Ioannis de Gello.
Ec-

Digitized by Google

Eccleſia S. Proſperi de Macadio.
Eccleſia S. Apollinaris.
Eccleſia S. Michaelis de Caſadio.
Plebs de Maſſaciuccolis.
Eccleſia S. Proſperi de Bozzano.
Eccleſia S. Donati de Balbano.
Eccleſia S. Barbare de Chiatri.
Plebs Arene.
Eccleſia S. Marie de Albaro.
Eccleſia S. Ilarii de Piro.
Eccleſie S. Stephani de Rilione.
Eccleſia S. Iacobi da Caſadaredio.
Eccleſia S. Michaelis de Arbaula.
Eccleſia S. Ponciani.
Plebs de Avena.
Eccleſia S. Salvatoris.
Eccleſia S. Stephani.

In Plebanatu Rivuli.

Plebs de Rivuli.
Eccleſia S. Andree in Peſcaiola.
Eccleſia S. Salvatoris de Carraria.
Eccleſia S. Caſſiani de Meſato.
Eccleſia S. Ponciani de Babbiano.
Eccleſia S. Blaſii de Vlmiano.
Eccleſia S. Martini de Vlmiano.
Eccleſia S. Mauritii.
Eccleſia S. Petri de Covinaria.
Eccleſia S. Marie de Pappiana.
Eccleſia S. Ioannis de Limiti.
Eccleſia S. Bartholomei de Orſignano.
Eccleſia S. Alexandri de Vecchiano.
Eccleſia S. Mathei de Buccigno.
Eccleſia S. Marie de Caſtello.
Eccleſia S. Iuſti ad Capellas.
Eccleſia SS. Quirici, & Iuliſte.
Plebs de Pugnano.
Eccleſia S. Fabiani da Quoſa.
Eccleſia S. Michaelis de Lugnano.
Eccleſia S. Iuſti de Patrignone.
Eccleſia S. Caſſiani de Colognole.
Eccleſia S. Georgii de Muſigliano.
Eccleſia S. Petri de Malavenere.
Eccleſia S Lucie de Lugnano.
Eccleſia S. Michaelis de Lame.
Eccleſia S. Bartholomei de Vecchiano.
Eccleſia S. Frigdiani de Vecchiano.
Eccleſia S. Simonis de Nodica.
Eccleſia S. Michaelis de Vecchialiſio.
Eccleſia S. Laurentii de Malaventre.
Eccleſia S. Philippi de Vecchialiſio.
Eccleſia S. Marie de Laiano.
Plebs de Aſciano.

In Plebanatu Calci.

Plebs de Calci.
Eccleſia S. Frigdiani de Agnano.
Eccleſia S. Petri de Vicaſcio.
Eccleſia S. Viti.
Eccleſia S. Marie de Montemagno.
Eccleſia S. Martini.

Ec-

Eccleſia S. Petri de Cerbaria.
Eccleſia S. Marie de Giugliarada.
Eccleſia S. Donati.
Eccleſia S. Bartholomei.
Eccleſia S. Marie de Colmineua.
Eccleſia S. Andree de Campo.
Eccleſia S. Lucie de Caſali.
Eccleſia S. Michaelis de Caſtro maiori.
Eccleſia S. Salvatoris de Colle.
Eccleſia S. Andree de Lama.

In Plebanatu Caprone.

Plebs de Caprona.
Eccleſia S. Iuſti de Campo.
Eccleſia S. Blaſii de Caſtello.
Eccleſia S. Victoria de Campo.
Eccleſia S. Pantaleonis.
Eccleſia S. Martini de Creſpignano.
Eccleſia S. Michaelis de Geſſano.
Eccleſia S. Laurentii de Campo.
Eccleſia S. Marie de Mezzana.
Eccleſie S. Ioannis de Geſſano.
Eccleſia S. Chriſtophori de Colignola.

In Plebanatu de Vena.

Eccleſia S. Ioannis de Vena.
Eccleſia S. Laurentii de Ceſano.
Eccleſia S. Bartholomei de Schetaccoli.
Eccleſia S Martini de Ceſano.
Eccleſia S. Marie de Ceſano.
Eccleſia S. Donati de Ceſano.

In Plebanatu de Vico.

Plebs de Vico.
Eccleſia S. Stephani.
Eccleſia S. Michaelis.
Eccleſia S. Leonardi.
Eccleſia S. Simonis.

In Plebanatu de Buti.

Plebs de Buti.
Eccleſia S. Laurentii de Cintoia.
Eccleſia S Donati.
Eccleſia S. Michaelis de Caſtello.
Eccleſia S Martini.
Eccleſia S. Petri de Farneto.
Eccleſia SS. Iacobi, & Chriſtophori.
Eccleſia SS. Hypoliti, & Caſſiani.
Eccleſia S. Marie de Panicale.
Eccleſia S. Georgii.

In Plebanatu Calcinarie.

Plebs de Calcinaria.
Eccleſia S. Michaelis de Almeſſano.
Eccleſia S. Frigidiani de Tredici.
Eccleſia S. Thomaſii de Travalda.
Eccleſia S. Stephani de Puntoni.
Eccleſia S. Frigdiani de Trix.
Eccleſia S. Marie de Montechio.
Eccleſia S Quirici.
Eccleſia S Andree de Alfiano.
Eccleſia S. Georgii.
Eccleſia S. Martini Pontiſhare.
Eccleſia S. Laurentii de Porta.

Ec-

Eccleſia S. Andree de Sala.
Eccleſia S. Lautentii de Anghio.
Eccleſia S. Iuſti de Blenrina.
Eccleſia S. [illegible]tri de Blentina.
Eccleſia S. Michaelis de Pianeſſula.
Prepoſitura Pontisheri.
Eccleſia S. Michaelis de Travalda.
In Plebanatu Caſtine.
Plebs de Caſcina.
Eccleſia S. Martini de Pergula.
Eccleſia S. Ilarii de Caſcina.
Eccleſia S. Quirici, & Iulitte de Lugnano.
Eccleſia S. Bartholomei, & Blaſii.
Eccleſia S. Frigdiani de Canneto.
Eccleſia S. Stephani de Canneto.
Eccleſia S. Michaelis de Rinonichi.
Eccleſia S. Andree de Caſtellari.
Eccleſia S. Quirici de Treciaro.
Eccleſia S. Martini de Valle.
Eccleſia S. Andree de Cucillano.
Eccleſia S. Petri de Latignano.
In Plebanatu S. Caſſiani.
Plebs S. Caſſiani.
Eccleſia S. Marie de Sambra.
Eccleſia S. Stephani de Macerata.
Eccleſia S. Iacobi de Navacchio.
Eccleſia S. Andree de Moſcaiola.
Eccleſia S. Benedicti de Septimo.
Eccleſia S. Martini de Balneo.
Eccleſia S. Proſperi de Oliveto.
Eccleſia S. Bartholomei de Moronia.
Eccleſia S. Georgii de Bibiano.
Eccleſia S. Michaelis de Caſciaula.
Eccleſia S. Frigdiani de Gonſo.
Eccleſia S. Frigdiani de Septimo.
Eccleſia S. Ilarii.
Eccleſia S. Michaelis de Celaiano.
Eccleſia S. Proſperi de Via Cava.
Eccleſia S. Petri de Caſtello.
Eccleſia S. Miniati de Macerata.
Eccleſia S. Laurentii de Pagnatico.
Eccleſia S. Salvatoris de Oliveto.
Eccleſia S. Petri de Pagnatico.
Eccleſia S. Marie de Trebbio.
Eccleſia S. Martini de Vignola.
Eccleſia S. Marie de Marciana.
In Plebanatu de Curtibus.
Plebs S. Laurentii de Curribus.
Eccleſia S. Quirici de Ciriliano.
Eccleſia S. Michaelis de Orarorio.
Eccleſia S. Petri de Viſigliano.
Eccleſia S. Martini de Scorno.
Eccleſia S. Stephani de Scorno Minori.
Eccleſia S. Iuſti de Viſignano.
Eccleſia S. Iacobi de Sambra.
Eccleſia SS. Phylippi, & Iacobi.
Eccleſia S. Donati de Montione.
Eccleſia S. Stephani de Pettori.
Eccleſia S. Ioannis de Quarto.

Eccleſia S. Ilarii de Tirignano.
Eccleſia SS. Hypoliti, & Caſſiani de Rilice.
Eccleſia S. Frigdiani de Grumulo.
Eccleſia S. Andree de Ripuli.
Eccleſia S. Lucie de Ripuli.
Eccleſia S. Martini de Muſiliano.
Eccleſia S. Sixti de Pino.
In Plebanatu Vicarelli.
Plebs de Vicarello.
Eccleſia de Colle Salvetti.
In Plebanatu S. Laurentii in Platea.
Plebs S. Laurentii in Platea.
Eccleſia S. Marie de Monte Maximo.
Eccleſia S. Michaelis de Corone.
Eccleſia S. Michaelis de Valignano.
Eccleſia S. Lucie de Podio Sigerii.
Eccleſia S. Andree de Nubila.
Eccleſia S. Caſſiani de Cugnano.
Eccleſia S. Marie de Nubila.
Eccleſia S. Reguli de Filicaria.
Eccleſia S. Georgii de Cugnano.
Eccleſia S. Lucie de Monte.
Eccleſia S. Marie de Caſtello Anſelmo.
Eccleſia S. Nicolai de Farnera.
Eccleſia S. Michaelis de Curte.
Eccleſia S. Andree de Poſtignano.
Eccleſia S. Martini de Torciana.
Eccleſia S. Donati.
Eccleſia S. Iuſti de Colle Rombuli.
Eccleſia S. Petri de Cologнula.
Eccleſia S. Iuſti de Parrana.
In Plebanatu Scotriani.
Plebs de Scotriano.
Eccleſia S. Lucie de Luciana.
Eccleſia S. Michaelis de Orciano.
Eccleſia S. Chriſtophori de Lorenzana.
Eccleſia SS. Iuſti, & Blaſii de Saletto.
Eccleſia S. Martini de Pagliana.
Eccleſia S. Petri da Pagliana.
Eccleſia S. Reguli de S. Regulo.
Eccleſia S. Laurentii de Aula.
In Plebanatu S. Luce de Collinis.
Plebs de S. Luce.
Plebs S. Bartholomei de Paſtina.
Plebs S. Lucie de Caſtello.
In Plebanatu Pomarie.
Plebs de Pomaria.
Plebs S. Iacobi de Monte Vaſo.
Eccleſia S. Michaelis de Guarria.
Eccleſia S. Michaelis, imo S. Donati de Voglia.
Eccleſia S. Ioannis de Caſtellina.
In Plebanatu Camaiani.
Plebs de Camaiano.
Eccleſia S. Michaelis de Caſtro Veteri.
Eccleſia S. Martini de Ceſari.
Eccleſia S. Michaelis de Contrino.
Eccleſia S. Nicole de Popogna.
Plebs de Roſignano.

Ec-

in Plebe Campi Paulli, ſeu Campoli, ut vulgo adpellatur a. Eadem tamen ac Eccleſia Popiani, qua de ſuperius egimus, eſſe videatur. Eccleſia Sancti *Mincatis* ad Turlacium in Mucillo coniuncta eſt Eccleſiae Sancti *Andreae* Camuſiani b. Sed

Eccleſia S. Stephani de Colle.
Eccleſia S. Bartholomei de Caſtilione.
Plebs de Vada.
Eccleſia S. Laurentii de Colmegano.
Plebs de Valinetro.
Eccleſia S Marie de Riparbello.
Eccleſia S. Andree de Beloza.
Eccleſia S. Michaelis de Riparbello.
Eccleſia S. Michaelis de Melis.
Plebs de Limona.
Eccleſia S. Petri de Plaſſana.
Eccleſia S Marie de Oliveto.
Plebs Larctenſe.
Eccleſia S. Martini de Salviano.
Eccleſia S. Felicis.
Plebs de Liburno.
Eccleſia S. Nicolai de Porto Piſano.
Hoſpitale Piſani Capituli.
Hoſpitale Caſe Iulie.
Hoſpitale S. Martini Kinthice.
Hoſpitale S. Marie Virginis.
Hoſpitale S Leonardi in Praticello.
Hoſpitale Trovatellorum.
Hoſpitale de Vico Piſano.
Hoſpitale S. Bartholomei de Monte Piſano.
Hoſpitale S. Marci Vie Calceſane.
Hoſpitale de Viraſcio.
Hoſpitale de Calci.
Hoſpitale de Rinonichi.
Hoſpitale S. Catharine.
Hoſpitale de Liburno.
Hoſpitale de Monte Magno.
Heremus Montis Nigri.
Hoſpitale Manni.

Extracta fuerunt, & ſunt, ſupradicta omnia, & ſingula ex eorum Originalibus exiſtentibus in libro: intitolato: Nomi delle Chieſe della Diogeſi di Piſa dell' anno 1372. *repoſito, & conſervato, in Archivio Archiepiſcopalis Curiae Piſarum.*

In quorum &c.

Datum Piſis ex Archivio praedicto die 21. *Februarii* 1748. *Piſ.*

Thomas Sanmartini Conſ. vidit.

Hodie alteri Eccleſiae Eccleſia Sancti *Mineatis* in Macerata unita eſt. Maceratam autem dictam puto quaſi *Maceriatam*, quod crebris maceriis locus olim implicaretur. Non mirum igitur, ſi Eccleſia Piſana S. *Mineatis* Martyris memoriam in ſuo Officio quotannis recolit.

a Huius Eccleſiae in Plebatu Campoli mentio exſtat in Inſtrumento Archivi Ciſtercienſium Florentiae notato B 71. ex quo conſtat, anno MCCCLIII. huius Eccleſiae Rectorem fuiſſe quemdam *Michaelem* Presbyterum. De Campo Paulli, & eius Plebe, late ſuperius actum eſt.

b De hac Eccleſia ita *Ioſephus Maria Brocchius* in Deſcriptione Mucilli *pag.* 150. dum de Eccleſia S. *Andreae* Camuſiani loquitur.

E' queſta Prioria anneſſa al Canonicato de' Signori Cattani, el quale eſſi banno in queſta Metropolitana Fiorentina, ed è ſituata ſulla Lora, in una piccola pianura, con una magnifica abitazione, e un bel campanile.

Inoltre è ella decorata del Fonte Batteſimale, fatto di terra cotta in tondo, e tutto iſtoriato con figure dal celebre Luca della Robbia.

In eſſa vi è preſentemente per Priore il M. Rev. Sig. Franceſco Antonio Ricchi da Lucca.

Nella Cura di queſta Prioria vi ſono due Chieſe anneſſe, e due Oratori, cioè:

Chieſa di S. Ambrogio a Giratola, già Cura, ed in oggi unita alla detta Prioria, eſſendo la medeſima ſituata in un poggio aſſai alto, il quale è poſto verſo Montecuccoli.

Chieſa di S. Miniato al Turlaccio, ancor eſſa anticamente Cura, ed ora anneſſa a Camoggiano, la quale è poſta ſulla fine di un poggio diſtante circa un miglio da Barberino, vicino alla ſtrada, che conduce al Borgo a S. Lorenzo.

Oratorio dedicato alla Santiſſima Concezione di Maria Vergine, il quale è di dominio della Commenda Corſini di S. Stefano Papa e Martire, goduta in oggi da' Signori Marcheſi Guadagni, ed è ſituato nella detta Cura del Turlaccio.

Oratorio dedicato alla Preſentazione della Santiſſima Vergine, poſto vicino alla Villa de' Signori Buonamici di Prato, detta a Camoggiano. *Anticamente era quivi la Chieſa intitolata S. Andrea a Valiano, di cui ſi parla nel citato Torracchione.*

Digitized by Google

Excerpta ex Libro Decimarum collectarum in Provincia Tuſciae per Thomam Epiſc. Piſtorienſem Collectorem Apoſt. pro quibuſdam neceſſitatibus Eccleſiae Romanae. Extſtat autem in Archivo Apoſtolico Vaticano.

In Dei nomine amen. Liber Computi & Reddite Rationis diſcreto viro Domino Ticcio Plebano Plebis de Laiatico Vulterrane Dioec. Nuntio & Procuratori & Commiſſario generali in hac parte Vener. Patris Domini Thome Dei gratia Piſtorien. Epiſcopi in Provintia Tuſcie Collectoris decime impoſite per tres annos pro quibuſdam neceſſitatibus Domini Pape & Eccleſie Romane, a Sede Apoſtolica deputati per religioſum virum Dominum Zenoaem Abbatem Monaſterii de Camaldalis Florent. pro ſe & Domino Raynuccio Plebano Plebis de Caſtro Florentino eius ſocio abſente a Civitate Florentin. per ipſum Dominum Ticcium vigore commiſſionis ſibi facte ab ipſo Domino Piſtorien. Epiſcopo predicta auctoritate Apoſtolica in Civitate & Dioec. Florentia. pro anno proxime precedenti ad colligendam dictam decimam Collectorem ſpecialiter deputatum de pecunia ipſius decime collecta per eos pro toto dicto anno in termino medietatis Quadrageſime proxime preterite a Prelatis & Clericis ac perſonis Eccleſiaſticis dicte Civit. & Dioec. exemptis & non exemptis prout inferius particulariter continetur. Imprimis

Epiſcopatus Florentinus ſolvit pro decima totius anni lib. 200.

Mon. S. Salvatoris de Camaldulis. Abbas non ſolvit, quia Collector fuit.

Canonica S. Domini pro decima lib. 5. *ſol.* 6. Forte legendum, *Canonica Sancti Domnini*, cui ſacra eſt Eccleſia Florentiae in *Curſu Adimariorum*, ſeu, ut nunc adpellant, *Via Caligariorum*. Sunt qui vocent etiam *Sanctam Mariam Nepotum Coſae*, hanc Eccleſiam; & perperam Inſcriptio in angulo exteriori habet: ΑΓΙΑ ΜΑΡΙΑ ΤΠΟΤΕΚΟΤΣΑ. Non tamen eſſe videtur.

Mon. S. Pancratii Florent. lib. 51.

Canonica S. Petri de Monticellis lib. 11. Parthenon eſt Sanctimonialium Benedictinarum, extra Florentiam ad Occaſum.

Eccleſia S Criſti de Campis lib. 5. *ſol.* 10.

Mon. S. Marie Deſcalciatorum maſculorum lib. 10. Vide inferius.

Hoſpitale de Pinti Florent. lib. 7. Hoc eſt *S. Pauli* in Pinti, quod Xenodochium Parthenoni *S. Apolloniae* unitum fuit; proximumque erat Hoſpitio, quod habebant Minoritae Reformati Faeſulani, quodque eis anno MDCCLI ablatum eſt, translatis illis ad Gyneceum Sancti *Ioannis* ad Portam in Pinti.

Mon. S. Marie Deſcalciatarum mulierum lib. 8. *ſol.* 8. Erat hoc Monaſterium non longe a Florentia inter Ortum & Meridiem verſus Imam fluvium circiter P. MD. nunc vero funditus everſum eſt atque deletum. Illud incolebant Sanctimoniales Congregationis Pulſanenſis, cuius Monachi tam mares quam feminae nudis pedibus incedebant; quare *Deſcalceati*, & *Deſcalceatae* audiebant. Hi Monachi habebant Monaſterium Sanctae *Mariae* Fabrorii; & in Tuſcia Abbatiam Guami in Montibus Lucenſibus; & Monaſterium Sancti *Michaelis* ad Piſas; quod hodienum *S. Michael Deſcalceatorum* vocatur, quamvis in eo ſint Canonici Regulares Lateranenſes, a *Coſma I.* Magno Duce eo Coenobio donati. Monaſterium *Deſcalceatarum*, cuius hic mentio, *Sanctae Mariae Intemeratae* titulo cenſebatur, ſeu *Sanctae Mariae ad Nives*. Eccleſia adhuc exſtat, & Monaſterii veſtigia in contiguo agro viſuntur, ubi etiam aquae dulcis Balineum eſt, in Decretis Reipublicae Florentinae, & in Hiſtoria *Benedicti Varchii*, memoratum. Paullo ſuperius ſitum eſt Coenobium Monachorum Deſcalceatorum Fabrorii, Parthenoni vulgo *Paradiſo* adpellato vicinum, cui nunc illud Coenobium unitum eſt; & vulgo *Badiazza* vocatur. *Alexander Stroctius* auctor eſt, duo illa Pulſanenſia Monaſteria iure patronatus ad *Amideos*, & *Gherardinos*, Florentinas gentes, pertinuiſſe; addit que in Inſtrumentis anno MCCLXXXVII. confectis deprehendiſſe, *Deſcalceatas* haſce, *Dominas de Montici* nuncupari; quod earum Parthenoni tumulus Montiſci cum Eccleſia Sanctae *Margaritae* immineat. Anno circiter MCCCXXXIX. hae Sanctimoniales veteri Monaſterio relicto Florentiam migrarunt, & aliud Monaſterium in Camporegio condiderunt, Coenobio Sancti *Marci*, & Hoſpitali Sancti *Ioannis* conterminum; quare & hodie Eccleſia, & Sodalitium, Sancti *Ioannis Baptiſtae*, quod ibibi eſt, *Deſcalceatorum* dicitur. Anno MCCCCIII. nomen Eccleſiae *Sanctae Mariae Intemeratae* titulo *Sanctae Mariae ad Nives* mutaverunt; tandemque Sanctimoniales De-

Deſcalceatas *Eugenius IV.* anno MCCCC-XXXV. in Parthenonem S. *Agathae* cum parte redituum tranſtulit; & Monaſterium Sororibus tertii Ordinis Sancti *Dominici* incolendum tradidit, quae tamen paullo poſt ad habitandum Monaſterium Sanctae *Luciae* tranſierunt, cuius Monachae una cum Monachabus Sanctae *Mariae Reginae Coeli* in Sanctae *Catharinae* Parthenonem migraverant. Quare aedificium hoc una cum parte redituum in poſſeſſionem Canonicorum Lateranenſium Sancti *Bartholomaei* Faeſulani tranſivit, eorumque Hoſpitium adhuc eſt.

Mon. S. Trinitatis Florent. lib. 48. *fol.* 2.
Mon. S. Andree de Candicolis lib. 10. *fol.* 3.
Hoſpitale S. Nazarii & Celſi de Combiata lib. 3.
Hoſpitale S. Pancratii Florent. lib. 5.
Eccleſia S. Petri de Lecore lib. 5.
Eccleſia S. Martini de Maiano lib. 4.
Mon. S. Michaelis de Podiobonizi lib. 68.
Hoſpitale de Monte Buoni lib 6.
Canonica Omnium SS. de Florentia lib. 79.
Hoſpitale S. Nicolai de Carine.
Mon. S. Petri de Moſcheto lib. 53 *fol.* 6.
Mon. S. Marie de Gnaldo.
Mon. S. Pauli de Raczuolo lib. 40.
Mon. S. Marie Florent. lib. 214.
Hoſpitale Mon. S. Marie Florent. lib 11. *fol.* 16.
Mon. Domnarum S. Petri de Luco lib. 16.
Mon. S. Marie de Receſan.
Mon. S. Felicis in Piacza lib. 47. *fol.* 17.
Mon. S. Bartholomei de Ripolis lib. 45.
Mon. S. Salvi lib. 100.
Domus Infectorum S. Iacobi de Sancto Euſebio lib. 30.
Hoſpitale S. Andree de Candicolis lib. 4.
Hoſpitale S. Iacobi de Villian. de Simnfonti.
Eccleſia S. Iacobi inter Vineas lib. 8. Amplius non exſtat.
Eccleſia S. Sepulchri de Ponte Veteri.
Hoſpitale S. Iohannis de Podiobonizi.
Hoſpitale S. Leonardi de Cerbaiola.
Mon. S. Salvatoris de Septimo lib. 162. *fol.* 5. *danar.* 6.
Canonica Florentina lib. 44.
Prebenda Domini Thebaldi Prepoſiti lib. 4. *fol.* 4.
Prebenda Domini Alcampi.
Prebenda Domini Iohannis Doni lib 3.
Prebenda Magiſtri Perfecti lib. 6. *fol.* 4.
Prebenda Domini Vernecci.
Prebenda Domini Thomaſi lib. 6.
Prebenda Domini Alamanni lib. 5.
Prebenda Domini Gualterii de Pont. lib. 4. *fol.* 4.
Conſtituimus autem, ut omnium prefatorum Moneſteriorum caput, quod in Valle Vmbroſa ſitum eſt Manaſterium babeatur. Sane cum terminus vite Paſtori veſtro (Divina diſpoſitione) contigerit, qui eius loco ſubſtituendus fuerit, quia, & aliis omnibus preeſſe debebit, omnium qui ceteris preſunt Monaſteriis conſenſu, & iudicio eligatur. Quod ſi forte ex ipſis Abbatibus quilibet (Domino diſponente) ad hoc generale regimen electus fuerit, ad veſtrum principale Cenobium principaliter tranſeat, & in eius mox iudicio ſicut in diebus venerande memorie Ioannis primi Abbatis veſtri factum conſtat, cetera omnia unita vobis Monaſteria diſponantur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Cenobium temere perturbare, aut eė ſubditas Eccleſias, vel poſſeſſiones auferre, minuere, ſeu temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia illibata, & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione, conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Apoſtolice Sedie auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtre Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertieve commonita, niſi reatum ſuum ſatisfactione debita correxerit, poteſtatis, honorieque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat.

Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibue, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hinc fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacie inveniant. Amen. Amen. Amen.

Mo- *Ego*

Digitized by Google

Ego Alexander Catholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Vbaldus Hoſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Bernardus Portuenſis, & S. Ruſine Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Conradus Moguntinus Arebiepiſcopus, & Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripsi.

Ego Vbaldus Presbyter Cardinalis SS. Ioannis & Pauli tituli Pamachii ſubſcripsi.

Ego Ioanurs Presbyter Cardinalis tituli S. Anaſtasie ſubſcrrpsi.

Ego Albertus Presbyter Cardinalis titulı S. Laurrntii in Lucina ſubſcripsi.

Ego Boſo Presbyter Cardinalis S Pudentiane tituli Paſtoris ſubſcripsi.

Ego Petrus Presbyter Cardinalis S. Laurentii in Damaſo ſubſcripsi.

Ego Ioannes Presbyter Cardinalis titali S. Marci ſubſcripsi.

Ego Teodinas Presbyter Cardinalis S. Vitalis titali Veſtine ſubſcripsi.

Ego Ardicio Diaconus Cardinalis S. Theodori ſubſcripsi.

Ego Vgo Diaconus Cardinalis S. Euſtachii iuxta Templum Agrippe ſubſcripsi.

Datum Beneventi, per manum Gratiani, S. R. E Subdiaconi, & Notarii, decimo ſexto Calendas Martii, Indictione ſecunda, Incarnationis Dominice anno MCLXVIII. Pontificatus vero Domini Alexandri PP. III. anno X.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Iacobo Vallambroſano Abbati, eiuſque Fratribus, tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Desiderium, quod ad Religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere dignoſcitur (auctore Domino) sine aliqua eſt dilatione complendum.

Quia igitur propositum vrſtrum Divina preeunte, ac ſubſequente, clementia religionis voſtre simplicitas bone opinionis odor, & prope, & longe positis aſpiravit. Nos veſtro provectai (annuente Domino) provectus adiungere cupientes ad exemplar predeceſſorum noſtrorum fel. mem. Paſchalis, & Adriani Romanorum Pontificum, Cenobium veſtrum pro B. Marie ſemper Virginis reverentia, cui dicatum eſt in R. E. proprietatem, & tutelam, atque protectionem Apoſtolice Sedis ſuſcipimus, & Apoſtolice illud auctoritatis privilegio munientes ab omnium perſonarum iugo liberum permanere decernimus.

In primis siquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ibidem ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulam noſcitur inſtitutus perpetuis temporibus inviolabiliter obſervetur.

Preterra quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona iam dictum Cenobium in preſentiarum iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis iuſtis modis (preſtante Domino) rationabiliter poterit adipiſci, quieta vobis, & integra conſerventur.

In quibus hec propriis duximus rxprimendis vocabulis.

Monaſterium S. Salvii.
Monaſterium S. Trinitatis de Florentia.
Monaſterium Strumenſe.
Monaſterium de Oſella.
Et S. Iacobi de Caſtello.
Monaſterium Paſſiniani.
Et S. Michaelis de Senis.
Et de Alphiano.
Monaſterium de Cultubono.
De Monte Piſis.
Monaſterium de Monte Scalario.
Et de Nerano.
Monaſterium de Fieiclo.
Monaſterium de Cappiano.
Monaſterium S. Pauli Piſani.
Et S. Michaelis de Plaiano.
Et S. Michaelis de S. Venerio in Sardinia.
Monaſterium S. Angeli de Piſtorio.
Monaſterium de Paeciano.
Monaſterium S. Marie de Prato.
Monaſterium de Vaiano.
Monaſterium de Opleto.
Monaſterium dr Monteplano.
Monaſterium de Fonte Thaonis.
Monaſterium de Muſceto.
Monaſterium de Monte Armato.
Monaſterium S. Cecilie.
Monaſterium S. Reparate.
Monaſterium de Trecento.
Monaſterium dr Criſpino.
Monaſterium de Razolo.
Monaſterium de Rivo Ceſaris.
Monaſterium de Cuneo.
Monaſterium de Turri.
Monaſterium dr Caprilia.
Monaſterium S Marci de Placentia.
Monaſterium S. Benedicti de Placentia.
Monaſterium S. Sepulcbri de Papia.
Monaſterium de Herba amata.
Monaſterium S. Proſperi de Regio.
Monaſterium de Cavanna.
Monaſterium S. Mercanialis Forolivienſis.
Mo-

Monaſterium de Novaria.
Monaſterium de Vercellis.
Monaſterium de Ianua.
Monaſterium S. Pauli de Terdona.
Monaſterium de Taurino.
Monaſterium Brixienſe.
Monaſterium Veronenſe.
Monaſterium S. Vigilii.
Monaſterium Bergomenſe.
Monaſterium Mediolanenſe.
Monaſterium S. Carpophori.
Monaſterium Aſtenſe.
Monaſterium S. Angeli Iuniperiti.

Chriſma vero, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, & ordinationes Clericorum, liceat vobis a quocumque malueritis Epiſcopo Catholico, & R. E. gratiam, atque communionem obtinente recipere, qui Noſtra fultus auctoritate, que poſtulantur indulgeat.

Sancimus inſuper, ut nulli Epiſcoporum fas ſit in vos excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgare, ut qui in ſpeciales eſtis filios Apoſtolice Sedis aſſumpti, nullius alterius iudicium temere ſubeatis.

Nulli quoque liceat aliquod veſtre Religionis Monaſterium, a loci ſui ſtabilitate revellere, aut removere, ſine Abbatis, & Congregationis communi conſenſu. Conſtituimus autem, ut omnium prefatorum Monaſteriorum caput, quod in Valle-Vmbroſa ſitum eſt Monaſterium habeatur; ſane cum terminus vite Paſtori veſtro (Divina diſpoſitione) contigerit, qui eius loco ſubſtituendus fuerit, quia & vobis, & aliis omnibus, preeſſe debebit, omnium que ceteris preſunt Monaſteriis conſenſu, & iudicio eligatur. Quod ſi forte ex ipſis Abbatibus, quilibet Domino diſponente ad hoc generale regimen, electus fuerit ad veſtrum principale Cenobium, principaliter tranſeat, & eius mox iudicio, ſicut in diebus ven. mem. Ioannis primi Abbatis veſtri factum conſtat, cetera omnia unita vobis Monaſteria diſponantur.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Cenobium, temere, perturbare, aut eius bona, vel poſſeſſiones auferre, minuere, ſeu temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia illibata, & integra conſervetur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnibus profutura; ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, hanc Noſtre Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum, digna ſa-

ſatisfactione correxerit poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Ieſu Chriſti, aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat.

Cunctis autem eidem loca ſua iura ſervantibus, ſit pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quatenus, & hinc fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Alexander Catholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Vbaldus Hoſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Bernardus Portuenſis, & S. Ruffine Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Ioannes Presb. Card. SS. Ioannis, & Pauli tit. Pamachii ſubſcripſi.
Ego Albertus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina ſubſcr.
Ego Gulielmus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula ſubſcr.
Ego Boſo Presb. Card. S. Pudentiane tit. Paſtoris ſubſcripſi.
Ego Ioannes Presb. Card. S. Marci ſubſcripſi.
Ego Theodinus Presb. Card. S. Vitalis tit. Veſtine ſubſcr.
Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Cecilie ſubſcr.
Ego Petrus Presb. Card. tit. S Suſanne ſubſcr.
Ego Iacobus Diaconus Card. S. Marie in Coſmedin. ſubſcr.
Ego Cynthius Diaconus Card. S. Adriani ſubſcr.
Ego Vgo Diaconus Card. S. Euſtachii iuxta templum Agrippe ſubſcr.
Ego Laborans Diaconus Card. S. Georgii ad Velum aureum ſubſcr.
Ego Raineriu Diaconus Card. S. Marie in Porticu ſubſcr.

Datum Anagnie per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi, & Notarii XII. Cal. Maii, Indictione IX. Incarnationis Dominice Anno MCLXXVI. Pontificatus vero Domini Alexandri Pape III. anno XVII.

Vrbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Tertio Abbati Vallumbroſano, eiuſque Fratribus, tam preſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus, Apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cuius-

Digitized by Google

iuslibet temeritatis in..rſus, eos a propoſito revocet, aut robur qu.. abſit, Sacre Religionis infriagat.

Eo propter dilecti in Domino Filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium Vallumbroſanum in quo divino mancipati eſtis obſequio ad exemplar felic. rec. Paſcbalis, Adriani, Alexandri, & Lucii, Romanorum Pontificum, quod, pro Beate Marie Virginis reverentia, Deo dicatum eſt, in Romane Eccleſie proprietatem, tutelam, & protectionem Apoſtolice Sedis, ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam, in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona, eadem Eccleſia in preſentiarum iuſte, ac canonice poſſidet, vel in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis iuſtis modis (preſtante Domino) poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant: in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipſum, in quo memoratum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus adiacentiis, & pertinentiis ſuis, Eccleſiis, & aliis, que ad idem Monaſterium pertinere noſcuntur.

Monaſterium S. Salvii.
Monaſterium S. Trinitatis de Florentia.
Monaſterium Strumenſe.
Monaſterium de Oſella.
Et S. Iacobi de Caſtello.
Monaſterium de Paſſiniano.
Et S. Michaelis de Scois.
Et de Alphiano.
Monaſterium de Cultobono.
De Monte Piſis.
Monaſterium de Monte Scalario.
Et de Nerano.
Monaſterium de Fiſtilo.
Monaſterium de Capiano.
Monaſterium S. Pauli Piſarum.
Et S. Michaelis de Plaiano.
Et S. Michaelis de Salvenere in Sardinia.
Monaſterium S. Angeli de Piſtorio.
Monaſterium de Pacciano.
Monaſterium S. Marie de Prato.
Monaſterium de Vaiano.
Monaſterium de Oppleto.
Et de Monte Plano.
Monaſterium de Fonte Thaonis.
Monaſterium de Muſceto.
Monaſterium de Monte Armato.
Monaſterium S. Cecilie.
Monaſterium S. Reparate.
Monaſterium de Tecento.

Mo-

Monaſterium de Criſpino.
Monaſterium de Razzolo.
Monaſterium S. Sepulchri de Papia.
Monaſterium de Rivo Ceſaris.
Monaſterium de Coneo.
Monaſterium de Tucci.
Monaſterium de Caprilia.
Monaſterium S. Benedicti de Placentia.
Monaſterium de Cavanna.
Monaſterium S. Mercurialis Forolivienſis.
Monaſterium de Novaria.
Monaſterium de Vercellis.
Monaſterium de Ianua.
Monaſterium S. Pauli Terdonenſis.
Monaſterium de Taurino.
Monaſterium Brixienſe.
Monaſterium S. Vigilii.
Monaſterium Bergomenſe.
Monaſterium Mediolanenſe.
Et S. Carpophori.
Monaſterium Aſtenſe.
Monaſterium S. Angeli Iuniperiti.
Monaſterium S. Sigiſmondi.
Et Monaſterium S. Marie de Flumana.

Libertates, & immunitates, a predeceſſoribus noſtris fel. rec. Victore, Gregorio VII. Urbano II. Paſcbale, Innocentio, Eugenio, Alexandro, atque Lucio Romanis Pontificibus, vobis indultas, & uſque ad hec tempora, pacifice conſervatas, ratas habemus, & auctoritate Apoſtolica confirmamus. Porro fructuum veſtrorum decimas, quas ubilibet propriis ſumptibus, laboribuſque colligitis, abſque Epiſcoporum, vel Epiſcopalium Miniſtrorum, ſeu etiam Plebanorum contradictione, Monaſteri veſtro reddendas, poſſidendaſque ſancimus. Liceat quoque vobis, Clericos, vel Laicos, e ſeculo fugientes liberos, & abſolutos ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione qualibet retinere.

Nulli quoque liceat aliquod veſtre Religionis Monaſterium a loci ſui ſtabilitate revellere, ac movere, ſine Abbatis, & Congregationis communi conſenſu. Sancimus inſuper, ut nulli Epiſcoporum fas ſit, in vos excommunicationis vel interdicti ſententiam promulgare; ut qui in ſpeciales eſtis filios Apoſtolice Sedis aſſumpti, nullius alterius iudicium ſubeatis. Statuentes, ut omnium prefatorum Monaſteriorum Caput, quod in Valle-Umbroſa ſitum eſt, Monaſterium habeatur. Sane cum terminus vite Paſtori veſtro divina diſpenſatione contigerit, qui eius loco ſubſtituendus fuerit, quia vobis, & aliis omnibus preeſſe debebit, omnium, qui ceteris preſunt Monaſteriis, conſenſu, & iudicio eligatur. Quod ſi forte ex ipſis Abbatibus quilibet, Domino diſponente, ad hos generale regimen electus fuerit, ad veſtrum principale cenobium tranſeat, & eius mox iudicio, ſuus in diebus ven. mem. Ioan-

nis

nis primi Abbatis veſtri factum conſtat, cetera omnia unita vobis Monaſteria diſponantur. Sepulturam quoque vobis liberam eſſe, concedimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui ſe illis deliberaverint ſepeliri, niſi excommunicati fuerint, vel interdicti, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Chriſma vero, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, & Monachorum veſtrorum, a quocumque malueritis ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolice Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate voluerit impartiri. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, vel eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia illibata, & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis, profutura; ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, hanc noſtre Conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum, congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat.

Cunctis autem eidem loco iura ſua ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Urbanus Catholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Paulus Preneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Theobaldus Hoſtienſis & Veliternus Epiſc. ſubſcr.

Ego Ioannes Presb. Card. tit. S. Marci ſubſcr.

Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Suſanne ſubſcr.

Ego Laborans Presb. Cardinalis S. Marie Transtiberim tit. Caliſti ſubſcr.

Ego Albinus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem ſubſcr.

Ego Melior Presb. Card. SS. Ioannis & Pauli tit. Pammachii ſubſcr.

Ego Adelardus Presb. Card. tit. S. Marcelli ſubſcr.

Ego Iacobus Diac. Card. S. Marie in Coſmedin ſubſcr.

Ego Gratianus Diac. Card. SS. Coſme & Damiani ſubſcr.

Ego Boba Diac. Cardinalis S. Angeli ſubſcr.

Ego Petrus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ſubſcr.

Ego Rodulphus Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum ſubſcr.

Datum Verone per manum Alberti S. R. Eccl. Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii, quarto Idus Maii, Indictione quarta, Incarnationis Dominice Anno MCLXXXVI. Pontificatus vero Domini Urbani Pape Tertii Anno primo.

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis, Tertio, Vallumbroſano Abbati, eiuſque fratribus, tam preſentibus, quam futuris, regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Religioſis deſideriis dignum eſt Nos facilem prebere aſſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Eo propter, dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatum Vallombroſanum Monaſterium, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus Monaſteriis ſibi ſubiectis ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut omnis immunitas, & omnis libertas, que a predeceſſoribus noſtris fel. mem. Victore, Gregorio VII. Urbano, Paſchale, Innocentio, & Adriano, Romanis Pontificibus, iam dicto Monaſterio conceſſa eſt, futuris perpetuo temporibus firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, ac Vallumbroſane Congregationi, illibataque permaneant. Adiicimus etiam, ut quaſcunque poſſeſſiones, quecumque bona iam dictum Monaſterium, Vallumbroſanaque omnis Congregatio, iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis iuſtis (preſtante Domino) modis, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabula.

Locum ipſum, in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis.

Monaſterium S. Salvii.

Monaſterium S. Trinitatis de Florentia.

Monaſterium Strumenſe.

Monaſterium de Oſella.

Et S. Iacobi de Caſtello.

Monaſterium de Paſſiniano.

Et

Et S. Michaelis de Senis.
Et de Alphiano.
Monaſterium de Cultubono.
De Monte Piſis.
Monaſterium de Monteſcalario.
Et de Nerano.
Monaſterium de Ficiclo.
Et de Capiano.
Monaſterium S. Pauli Piſani.
Monaſterium de Plaiano.
Et S. Venerii in Sardinia.
Monaſterium S. Angeli de Piſtorio.
De Pacciano.
Et S. Marie de Prato.
Monaſterium de Vaiano.
De Opplero.
De Monte Plano.
Monaſterium de Fonte Thaonis.
Monaſterium de Muſceto.
De Monte Armato.
Et S. Cecilie.
Monaſterium S. Reparate.
Monaſterium de Forolivio.
De Trecento.
De Criſpino.
De Razzuolo.
De Rivo Ceſaris.
De Cuneo.
De Turri.
Monaſterium de Caprilia.
Monaſterium Placentinum.
Papienſe.
Cremonenſe.
Monaſterium de Capanna.
De Novaria.
De Vercellis.
De Ianua.
De Terdona.
De Taurino.
Monaſterium Brixienſe.
Veronenſe.
Et S. Vigilii.
Monaſterium Bergomenſe.
Mediolanenſe.
S. Carpophori.
Et Aſtenſe.

Sane nulli omnino hominum liceat Converſos, aut Monachos iam dicti Monaſterii, ſeu & totius Congregationis, ſuſu temerario capere, vel captos retinere, ſeo aliquibus fatigationibus infeſtare.

Sancimus inſuper, ut Decimas fructuum veſtrorum, quos ubilibet propriis ſumptibus, laboribusque colligitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus a vobis exigere, vel extorquere preſumat.

Liceat etiam vobis Clericos, & Laicos liberos, & abſolutos ad converſionem, abſque cuiuslibet interdictione ſuſcipere, & Chriſtiane tradere ſepulture eos, qui ſe apud vos devoverint ſepelire, & tam ipſorum, quam ceterorum Fidelium oblationes, ſine aliarum Eccleſiarum preiudicio recipere. Preſentis etiam Decreti auctoritate ſancimus, ut ſi quando urgente neceſſitate commune, vel ſpeciale Interdictum ab Epiſcopo Dioeceſano proceſſerit; clauſis ianuis, non pulſatis tintinnabulis, & excluſis excommunicatis, & interdictis, ſuppreſſa voce, a vobis, veſtriſque tantum fratribus, divina in veſtris Monaſteriis vobis liceat Officia celebrare.

Et quoniam Apoſtolica Sedes nulli debet delinquenti preſtare materiam, vel favorem; Adiicientes ſtatuimus, ut Abbates, ſive Fratres, veſtre Congregationis, qui cum occaſione protectionis Apoſtolice Sedis, minus regulariter, quam Ordo Monaſticus, vel conſuetudo Vallumbroſane Congregationis exigat, vivere cupiunt, Vallumbroſanus Abbas canonice illos corrigendi liberam habeat facultatem, & ut nullis Fratribus eiuſdem Congregationis liceat conſtituere ſibi Abbatem, ſine conſenſu eius, ſicut a tempore bon. mem. Ioannis primi Abbatis eiuſdem Congregationis noſcitur obſervatum.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integre conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate; ſi qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, hanc noſtre Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sanctiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat.

Cunctis autem eidem loco, ſua iura ſervantibus, ſit pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hinc fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem, premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Urbanus Catholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Paulus Preneſtinus Epiſc. ſubſcripſi.

Ego Ioannes Presb. Card. tit. S. Marci ſubſcripſi.

Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Suſanne ſubſcripſi.

Ego

Ego Laborans Presb. Card. S. Marie in Tranſtiberim tit. Caliſti ſubſcripſi.
Ego Pandulphus Presb. Card. tit. 12. Apoſt. ſubſcripſi.
Ego Albinus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.
Ego Melior Presbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli tit. Pammachi ſub.
Ego Adelardus Presb. Card. tit. S. Marcelli ſubſcripſi.
Ego Iacobus Diaconus Card. S. Marie in Coſmedio ſubſcripſi.
Ego Gratianus Diac. Card. SS. Coſme, & Damiani ſubſcripſi.
Ego Bobo Diaconus Card. S. Angeli ſubſcripſi.
Ego Octavianus Diac. Card. SS. Sergii, & Bacchi ſubſcripſi.
Ego Siphredus Diac. Card. S. Marie in Via Lata ſubſcripſi.
Ego Rolandus Diac. Card. S. Marie in Portico ſubſcripſi.
Ego Petrus Diac Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ſubſcripſi.
Ego Rodulphus Diaconus Card. S. Georgii ad Velum aureum ſubſcripſi.

Datum Verone per manum Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii, ſexto Calend. Iulii, Indictione quarta, Incarnationis Dominice Anno 1186. Pontificatus vero Domini Vrbani Pape Tertii Anno primo.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Tertio, Vallumbroſano Abbati, eiuſque Fratribus tam preſentibus, quam futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Munet nos Apoſtolice Sedis, cui licet immeriti preſidemus, auctoritas, pro ſtatu omnium Eccleſiarum provida circumſpectione ſatagere, & ne malignorum rapinis, vel moleſtiis exponantur Apoſtolicum ipſis patrocinium exhibere. Ea propter dilecti in Domino Filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatum Vallumbroſanum Monaſterium, in quo divino eſtis obſequio mancipati cum omnibus Monaſteriis ſibi ſubiectis ſub B. Petri, & Noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti Privilegio communimus.

Statuentes ut omnis immunitas & omnia libertas, que a predeceſſoribus noſtris fel. mem. Victore, Gregorio Septimo, Vrbano, Paſchale, Innocentio, & Adriano, atque Vrbano Rom. Pontificibus iam dicto Monaſterio conceſſa eſt, futuris perpetuis temporibus firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, ac Vallumbroſane Congregationi illibataque permaneat.

Adiicimus etiam, ut quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona iam dictum Monaſterium, omniſque Vallumbroſana Congregatio iuſte, & canonice poſſideat, aut in futurum conceſſione Pontificum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis iuſtis modis (preſtante Domino) poterit adipisci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, ac Vallumbroſane Congregationi, & illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus ſui pertinentiis.

Caſtrum de Magnale cum Eccleſia, & ſuis pertinentiis.
Eccleſiam de Toſi cum tota Villa, & ſuis pertinentiis.
Hoſpitale de Spruuzola cum Eccleſia, & ſuis pertinentiis.
Hoſpitale de Faventia cum ſuis pertinentiis.
Monaſterium S. Salvii.
Monaſterium Sancte Trinitatis de Florentia.
Monaſterium Strumenſe.
Monaſterium de Oiella.
Et Sancti Iacobi de Caſtello.
Monaſterium de Paſſiniano.
Et S. Michaelis de Senis.
Et de Alphiano.
Monaſterium de Cultubono.
De Monte Piſis.
Monaſterium de Monteſcalario.
Et de Neraoo.
Monaſterium de Ficiclo.
Et de Cappiano.
Monaſterium S. Pauli Piſano.
Monaſterium de Plaiano.
Et S. Venerci in Sardinea.
Monaſterium S. Angeli de Piſtorio.
De Pacciano.
Et S. Marie de Prato.
Monaſterium Vaiani.
De Oppleta.
De Monte Plano.
Monaſterium de Fonte Thaonis.
Monaſterium de Muſceto.
De Monte Armato.
Et S. Cecilie.
Monaſterium S. Reparate.
Monaſterium de Forolivio.
De Treceuto.
De Criſpino.
De Razzolo.
De Rivo Ceſaris.
De Cuneo.
De Turri.
Monaſterium de Caprilia.
Monaſterium Placentinum.
Papienſe.
Cremonenſe.
Monaſterium de Cavanna.

De

De Novaria.
De Vercellis.
De Ianua.
De Terduna.
De Taurino.
Monaſterium Brixienſe.
Veronenſe.
Et S. Vigilii.
Monaſterium Bergomenſe.
Mediolanenſe.
S. Carpophori.
Et Aſtenſe.

Sane nulli omnino hominum liceat Converſos, aut Monachos iam dicti Monaſterii, ſeu & totius Congregationis, abſque temerario capere, vel captos retinere, ſeu aliquibus vexationibus infeſtare.

Interdicimus quoque ut nulli Epiſcoporum fas ſit in vos excomunicationis vel interdicti ſententiam promulgare, ut qui in ſpeciales eſtis filios Apoſtolice Sedis aſſumpti, nullius alterius iudicium temere ſubeatis. Sancimus inſuper, ut Decimas fructuum veſtrorum, quos ubilibet propriis ſumptibus, laboribuſque colligitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus a vobis exigere, vel extorquere preſumat.

Liceat etiam vobis Clericos, & Laicos, liberos, & abſolutos ad converſionem, abſque cuiuslibet interdictione ſuſcipere, & Chriſtiane tradere ſepulture eos, qui ſe apud vos devoverint ſepelire, & tam ipſorum, quam ceterorum Fidelium oblationes, ſine preiudicio aliarum Eccleſiarum recipere, Preſentis etiam Decreti auctoritate, ſancimus, ut ſi quando urgente neceſſitate, commune, vel ſpeciale interdictum ab Epiſcopo Dioceſano proceſſerit, clauſis ianuis, non pulſatis tintinnabulis, & excluſis excommunicatis, & interdictis, ſuppreſſa voce, veſtriſque tantum fratribus, divina in veſtris Monaſteriis liceat officia celebrare.

Preterea ſecundum communem inſtitutionem omnium Abbatum Ordinis veſtri in generali Capitulo Congregationis factam tibi, fili Abbas, de quolibet Monaſterio Congregationis Fratres ad principale Monaſterium, prout videris anime ſaluti expedire, ſine alicuius contradictione transferre, & quoniam Apoſtolica Sedes nulli debet delinquendi preſtare materiam vel favorem. Adiicientes ſtatuimus, ut Abbates, ſive Fratres veſtre Congregationis, qui, occaſione protectionis Apoſtolice Sedis, minus regulariter, quam Ordo Monaſticus, vel conſuetudo Vallumbroſane Congregationis exigat, vivere cupiant; Vallumbroſanus Abbas canonice illos corrigendi liberam habeat facultatem, & ut nullis fratribus eiuſdem Congregationis liceat conſtituere ſibi Abbatem ſine conſenſu eius, ſicut a tempore bone memorie Ioannis primi Abbatis eiuſdem Congregationis noſcitur obſervatum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtre Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire preſumpſerit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat.

Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hinc fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Clemens Catholice Eccleſie Epiſcopus.

Ego Theobaldus Hoſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus.

Ego Laborans Presb. Card. S. Marie Transtiberim tit. Caliſti.

Ego Melior Presb. Card. SS. Ioannis & Pauli tit. Pamachii.

Ego Iacobus Diaconus Card. S. Marie in Coſmedin.

Ego Gratianus SS. Coſme & Damiani Diaconus Card.

Ego Octavianus SS. Sergii & Bacchi Diac. Card.

Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card.

Ego Rudulphus S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card.

Datum Piſis per manus Moyſis Lateranenſis Canonici, & S. R. E. Vice-Cancellarii octavo Idus Ianuar. Indict. 6. Incarn. Dom. ann. 1188. Pont. vero Dom. Clementis PP. III. ann. 1.

In Dei nomine. Amen.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Martino Abbati Monaſterii Vallumbroſani, eiuſque fratribus, tam preſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus, Apoſtolicum convenit

Zzzzzz adeſſe

adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſos, aut eos e propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacre Religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & preſcriptum Monaſterium Vallumbroſanum, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar fel. rec. predeceſſorum noſtrorum, Paſchalis, Adriani, Alexandri, Lucii, Vrbani, & Celeſtini, Romanorum Pontificum, quod pro B. Marie Virginis reverentia Deo dicatum eſt, in Romane Eccleſie proprietatem, tutelam, & protectionem Apoſtolice Sedis ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus; in primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & D. Benedicti regulam, in eorum loco inſtitutos eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona idem Monaſterium in preſentiarum iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis (preſtante Domino) poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo predictum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus adiecentiis, & pertinentiis ſuis, Eccleſiis, & aliis, que ad idem Monaſterium pertinere noſcuntur.

Monaſterium S. Salvii.
Monaſterium Sancte Trinitatis de Florentia.
Monaſterium de Oſella.
Et Sancti Iacobi de Caſtello.
Monaſterium de Paſſiniano.
Et S. Michaelis de Senis.
Et de Alphiano.
Monaſterium de Cultubono.
De Monte Piſis.
Monaſterium de Monteſcalario.
Et Nerana.
Monaſterium de Cappiano.
Monaſterium S. Paoli Piſani in Sardinia.
Monaſterium S. Michaelis de Plaiano.
Monaſterium S. Michaelis de Salvenereo in Arborea.
Monaſterium S. Michaelis de Ercolento.
Monaſterium S. Angeli de Piſtorio.
Monaſterium de Paciano.
Monaſterium S. Marie de Preto.
Monaſterium de Vaiano.
Monaſterium de Oppleto.
Et de Monte Plano.
Monaſterium de Fonte Thaonis.
Monaſterium de Muſceto.
Monaſterium de Monte Armato.
Monaſterium S. Cecilie.
Monaſterium S. Reparate.
Monaſterium de Trecento.
Monaſterium de Criſpino.
Monaſterium de Razaolo.
Monaſterium S. Sepulchri de Papia.
Monaſterium de Rivo Ceſaris.
Monaſterium de Cuneo.
Monaſterium de Turri.
Monaſterium de Caprilia.
Monaſterium S. Benedicti de Placentia.
Monaſterium de Herba armata.
Monaſterium de Cavanoa.
Monaſterium S. Mercurialis Forolivien.
Monaſterium de Novaria.
Monaſterium de Vercellis.
Monaſterium de Ianua.
Monaſterium S. Pauli Terdon.
Monaſterium S. Iacobi Taurinen.
Monaſterium Brixien.
Monaſterium S. Trinitatis Veronen.
Monaſterium S. Vigilii.
Monaſterium Bergomen.
Monaſterium Mediolanen.
Monaſterium S. Carpophori.
Monaſterium Aſten.
Monaſterium S. Angeli Iuniperiti.
Monaſterium S. Sigiſmundi.
Monaſterium S. Marie de Flumine.
Monaſterium S. Marie de Serena.
Monaſterium S. Marie de Dorea.
Monaſterium S. Petri de Polongeis.
Monaſterium de Latronoce.
Et in Vrbe Monaſterium S. Praxedis.
Caſtellum de Flumana.
Magnale cum Curte, Eccleſiis, & omnibus pertinentiis ſuis.
Monaſterium de Ripola cum pertinentiis ſuis.

Libertates, & immunitates a predeceſſoribus noſtris felicis rec. Victore, Gregorio VII. Vrbano II. Paſchale, Innocentio, Eugenio, Alexandro, Lucio, Vrbano III. atque Celeſtino, Romanis Pontificibus vobis indultas, & uſque ad hec tempora pacifice confirmatas, ratas habemus, & eas auctoritate Apoſtolica confirmamus. Porro fructuum veſtrorum Decimas, quos ubilibet propriis ſumtibus, laboribuſque colligitis, abſque Epiſcoporum, vel Epiſcopalium Miniſtrorum, ſeu etiam Plebanorum, contradictione Cenobio veſtro, & Conventualibus Monaſteriis veſtris reddendas, poſſidendaſque ſancimus; liceat quoque vobis Clericos, vel laicos liberos, & abſolutos, e ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione retinere. Nulli quoque liceat aliquod veſtre Religionis Monaſterium a loci ſui ſtabilitate revellere, ac movere, ſine Abbatis, & Congregationis communi conſenſu. Sancimus inſuper, ut

Mo- nulli

nulli Epiſcoporum fas ſit in vos excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgare, ut qui in ſpeciales eſtis filios Apoſtolice Sedis aſſumpti, nullius alterius iudicem temere ſubeatis. Statuentes, ut omnium predictorum Monaſteriorum Caput, quod in Valleumbroſa ſitum eſt Monaſterium, habeatur. Sane cum terminus vite Paſtori veſtro, divina diſpoſitione, contigerit, qui eius loco ſubſtituendus fuerit, quia vobis, & aliis omnibus preeſſe debebit, omnium, qui ceteris preſunt Monaſteriis, conſenſu, & iudicio eligatur. Quod ſi forte ex ipſis Abbatibus quilibet, Domino diſponente, ad hoc generale regimen electus fuerit, ad veſtrum predictum Cenobium tranſeatur, & eius nux iudicio, ſicut in diebus ven. mem. Ioannis primi Abbatis veſtri factum conſtat, cetera omnia unita vobis monaſteria diſponantur. Chriſma vero, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordines Clericorum, & Monachorum veſtrorum, a quocumque malueritis ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolice Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate voluerit impertiri. Sepulturam quoque vobis liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti fuerint, nullus obſiſtat, ſalva iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat predictum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia illibata, & integra, conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione, conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hinc fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego

Ego Innocentius Apoſtolice Eccleſie Epiſcopus S.

Ego Petrus Portuen. & S. Ruſine Epiſcopus S.

Ego Petrus Dei gratia Tituli S. Cecilie Presbyter Cardinalis S.

Ego Ioannes Tit. S. Clementis Cardin. Viterbien. & Tuſcan. Epiſcopus S.

Ego Guido Presbyter Card. S. Marie Tranſtiberim Tit. S. Calliſti S.

Ego Vgo Presb. Card. S. Martini Tit. Equitis &c. S.

Ego Cinthius Tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. S.

Ego Siphredus Tit. S. Praxedis Presb. Card. S.

Ego Gratianus SS. Coſme, & Damiani Diac. Card. S.

Ego Gregorius S. Marie in Porticu Diac. Card. S.

Ego Gregorius S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card. S.

Ego Nicolaus S. Marie in Coſmedin Diac. Card. S.

Ego Gregorius S. Angeli Diac. Card. S.

Ego Bobo S. Theodori Diac. Card. S.

Ego Vgo S. Euſtachii iuxta Templum Agrippe Diac. Card. S.

Ego Gerardus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. S.

Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Pape Notarii, Cancellarii vicem agentis, II. Nonas Ianuar. Indict. II. Incarnat. Dominice anno MCXCVIII. Pontificatus vero Domini Innocentii PP. III. anno primo.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Benigno Vallumbroſano Abbati, eiuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Religioſis deſideriis dignum eſt facilem prebere conſenſum, ut fidelis devotio celeram ſortiatur effectum.

Ea propter, dilecti in Domino Filii, veſtris rationabilibus poſtulationibus annuentes, Vallumbroſanum Cenobium, cum omnibus Monaſteriis ſibi ſubiectis, ſub ſpeciali Apoſtolice Sedis protectione ſuſcipimus, & preſenti Privilegio communimus. Statuentes ut omnis immunitas, omniſque libertas, que a predeceſſoribus noſtris fel. mem. Victore, Gregorio VII. Vrbano, Paſchale, & Innocentio Rom. Pont. predicto Monaſterio eſt conceſſa, futuris temporibus firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata conſiſtant, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulam in

eodem

eodem loco iuſtitutus eſſe digooſeitur, perpetuis ibidem temporibos inviolsbiliter obſervetur.

Preteres quaſeumque poſſeſſiones, quecumque bona, iam dictum Monaſteriom iuſte, & canonice poſſidet, aut in foturum conceſſione Pontificom, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeo aliis iuſtis modis, preſtaote Domino, poterit adipiſci, quieta vobis, & Integra conſerventur, in quibus hec propriis duximus vocabulis exprimenda.

Monaſteriom S. Salvii.
Monaſterium S. Trinitatis de Florentia,
Monaſteriom de Ripulis, cum omnibus pertinentiis illor.
Monaſterium Strumc.
Monaſterium de Oſella.
Et S. Iacobi de Caſtello, cum omnibus pertinentiis illor.
Monaſteriom de Paſſinisno.
Et S. Michaelis de Senis, cum omnibus pertinentiis illor.
Monaſterium de Alpbisoo.
Monaſterium de Turri, cum omnibus pertinentiis eorum,
Monaſterium de Serena.
Monaſterium de Cuneo, cum omnibus pertinentiis ſuis.
Monaſterium de Culteboco, cum omnibus pertinentiis ſuis.
Monaſterium S. Iacobi de Senis.
Monaſterium de Spineta.
Moonaſterium Mootiſeslarii.
Moonaſterium de Griniaoo, cum omnibus pertinentiis ſuis.
Monaſterium de Vaisno.
Monaſterium de Monte Plano.
Monaſterium de Opleta.
Monaſterium Fontis Thaonis.
Monaſteriom de Paceiano, cum omnibus pertinentiis ſuis.
Monaſteriom S. Michaelis de Furcule.
Monaſterium de Ficiclo.
Monaſterium S. Pauli de Piſis.
Monaſterium de Muſceto,
De Razzuolo.
De Criſpino.
S. Reparate.
Monaſterium S. Apollinaris de Faventia.
Monaſterium S. Mercurialis de Forolivio.
Monaſteriom de Flumana.
Monaſterium Montis Armati.
De Treeento.
S. Ceeilie de Corvaria, cum omnibus pertinentiis ſuis.
Monaſterium S. Trinitatis de Veroos.
S. Vigilii in Territ. Brixienſi de Epiſcopato Veronenſi.
Monaſterium S. Gervaſii de Brixia.

Mu-

Monaſterium S. Sepulchri de Aſtinu.
S. Carpophori, cum omoibus pertinentiis ſuis.
Monaſteriom S. Barnabe de Mediolano.
S. Sepulchri de Papia.
S. Bartbolomei de Novaria.
S. Petri de Herba amata, cum omnibus pertineotiis ſuis.
Monaſterium de Vercellis.
Monaſterium de Taurino.
Monaſterium de Aſti.
Monaſterium S. Pauli de Terdooa.
S. Bartholomei de Iaoua, com omnibus pertinentiis ſuis.
Monaſterium de Polongeis, cum omnibus pertinentiis ſuis.
Eccleſiam S. Marie Vghi, cum omnibus pertinentiis ſuis.
Eccleſiam de Gambarsda.
Eccleſiam de S. Ierſoleo.

Probibemus aotem, ut nulli omnino hominum liceat Converſos, aut Monachos, iam dicti Cenobii, ſeu etiam totius Congregationis, ſuſo eapere temerario, vel eaptos oequiter retinere, ſeu aliquibus fatigationibus ioſeſtare.

Porro novalium veſtrorum decimas, que ubilibet propriis laboribus, aut ſumptibus colitis, abſque Epiſcoporum contradictione, vel Epiſcopalium Miniſtrorum, ſeu etiam Plebanorum, Xenodochio veſtro reddenda, poſſidendaſque ſancimus.

Liceat quoque, vobis, Clericos, & Laicos, Liberos, & abſolutos, e ſeculo fugientes, ad converſionem ſuſcipere, ipſoſque abſqoe contradictione aliqua retinere.

Sepolturam preterea vobis liberam eſſe concedimos, ut eorom devotioni, & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi excommunicati fuerint, vel interdicti, nullus obſiſtat. Salva tamen illarom Eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumontur, iuſtitia.

Chriſma vero, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeo Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, & Monachorum veſtrorum, a Diecefano ſuſcipietis Epiſeopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque commonionem Apoſtolice Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate voluorit Impertiri. Alioquin liceat vobis quemeumque maloeritis Catholicum adire Antiſtitem, gratiam & communionem Apoſtolice Sedis habentem, qui noſtra fultus auctoritate vobis quod poſtolatur impendat.

Nulli qooque liceat aliquod veſtre Religionis Monaſteriom, a loci ſui ſtabilitate ſubducere, ac movere, ſine Abbatis, & Congregationis communi conſilio, & conſenſu. Sane cum terminus vite Paſtori veſtro,

Di-

Divina diſpoſitione contigerit, qui eius loco ſubſtituendus extiterit, quia vobis, & aliis omnibus preeſſe debebit omnium, qui ceteris preſunt Cenobiis conſenſu, & Iudicio eligatur. Quod ſi quiſquam ex ipſis Abbatibus, Domino diſponente, ad hoc generale regimen fuerit electus, ad veſtrum principale transeat Monaſterium, & eius mox iudicio, ſicut in diebus ven. mem. Ioannis primi Abbatis veſtri, factum fuiſſe dignoſcitur, cetera omnia unita vobis Monaſteria diſponantur, quorum omnium caput, quod in Valle Vmbroſa ſitum eſt, Monaſterium habeatur,

Preſentis etiam Decreti auctoritate, ſancimus, ut ſi quando (urgente neceſſitate) commune, vel ſpeciale interdictum ab Epiſcopo Dieceſano proceſſerit, clauſis ianuis, non pulſatis campanis, & excluſis excommunicatis, & interdictis, ſuppreſſa voce, vobis, veſtriſque tantum Fratribus, divina in veſtris Monaſteriis liceat officia celebrare.

Quia vero Apoſtolica Sedes, nulli debet delinquendi preſtare materiam, vel favorem; adiicientes ſtatuimus, ut Abbates, ſive Fratres, veſtre Congregationis, qui occaſione protectionis Apoſtolice Sedis minus regulariter, quam Ordo Monaſticus, vel Conſuetudo Vallumbroſane Congregationis expoſcat, vivere cupiunt, Vallumbroſanus Abbas canonice corrigendi liberam habeat facultatem.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit idem Monaſterium temere perturbare, aut ſubditas Eccleſias, vel poſſeſſiones, auferre, minuere, ſeu temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione, conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalva in omnibus Apoſtolice Sedis auctoritate.

Si qua igitur in poſterum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove, commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui, careat dignitate; reamque ſe divino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate, cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine, diſtricte ſubiaceat ultioni.

Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius, Catholice Eccleſie Epiſc. ſubſc.

Ego Octavianus Hoſtien. & Vellitren. Epiſcopus ſubſcr.

Ego Petrus Portuen. & S. Rufine Epiſcopus ſubſcr.

Ego Ioannes Albanen. Epiſcopus ſubſc.

Ego Petrus tit. S. Cecilie Presb. Card. ſubſcr.

Ego Vgo Presb. Card. S. Martini tit. Equitii ſubſcr.

Ego Ioannes tit. S. Stephani in Celio monte Presb. Card. ſubſcr.

Ego Ioannes tit. S. Priſce Presb. Card. ſubſcr.

Ego Centius SS. Ioannis, & Pauli Presb. Card. tit. Pammachii.

Ego Gregorius tit. S. Vitalis Presb. Card. ſubſcr.

Ego Benedictus tit. S. Suſanne Presb. Card. ſubſcr.

Ego Gratianus SS. Coſme, & Damiani Diac. Card. ſubſcr.

Ego Gregorius S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card. ſubſcr.

Ego Vgo S. Euſtachii Diaconus Card. ſubſcr.

Ego Mattheus S. Theodori, Diaconus Card. ſubſcr.

Ego Ioannes S. Marie in Coſmedin. Diac, Card. ſub cr.

Datum Laterani, per manum Ioannis S. R. E. Subdiaconi, & Notarii, Kal. Iunii, Indictione VII. Incarnationis Dominice, Anno MCCIV, Pontificatus vero Domini Innocentii PP. III. Anno ſeptimo,

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Abbati Monaſterii Vallombroſani, eiuſque Fratribus, tam preſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, Sacre Religionis infringat.

Ea propter, dilecti Filii in Domino, & veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatum Monaſterium Vallumbroſanum in quo divino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar fel, record. Paſchalis, Adriani, Alexandri, Lucii, Vrbani, Celeſtini, & Innocentii, predeceſſorum noſtrorum Rom. Pontif. quod pro B. Marie Virginis reverentia Deo dicatum eſt, in Romane Eccleſie proprietatem, tutelam, & protectionem, Apoſtolice Sedis ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus.

Aaaaaa In

In primis ſi quidem ſtatuentes ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Preterea quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona, idem Monaſterium in preſentiarum iuſte, ac canonice, poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis (preſtante Domino) poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipſum, in quo predictum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus adiacentiis, & pertinentiis ſuis, Cum Eccleſiis, & aliis, que ad idem Monaſterium pertinere noſcuntur,

Monaſterium S. Salvii.
Monaſterium Sancte Trinitatis de Florentia.
Monaſterium Strumen.
Monaſterium de Otelle.
Et Sancti Iacobi de Caſtello.
Monaſterium de Paſſiniano.
Et S. Michaelis de Senis.
Et de Alphiano.
Monaſterium de Cultubono.
Et de Monte Piſis.
Monaſterium de Monteſcalario.
Et de Nerana.
Monaſterium de Ficiclo.
Monaſterium de Cappiano.
Monaſterium S. Pauli Piſani.
In Sardinia S. Michaelis de Plaiano.
Monaſterium S. Michaelis de Salvenero.
In Arborea S. Michaelis de Monte Erculento.
Monaſterium S. Angeli de Piſtorio.
Monaſterium de Paeciano.
Monaſterium S. Marie de Prato.
Monaſterium de Vaiano.
Monaſterium de Opleto.
Et de Monte Plano.
Monaſterium de Fonte Thaonis.
Monaſterium de Muſceto.
Monaſterium de Monte Armato.
Monaſterium S. Cecilie.
Monaſterium S. Reparate.
Monaſterium de Trecento.
Monaſterium de Criſpino.
Monaſterium de Razzuolo.
Monaſterium S. Sepulchri de Papia.
Monaſterium de Rivo Ceſaris.
Monaſterium de Cuneo.
Monaſterium de Turri.
Monaſterium de Caprilia.
Monaſterium S. Benedicti de Placentia.
Monaſterium de Herba amata.
Monaſterium de Cavanna.
Monaſterium S. Mercurialis Forolivien.
Monaſterium de Novaria.
Monaſterium de Vercellis.
Monaſterium de Ianua.
Monaſterium S. Pauli de Terdona.
Monaſterium S. Iacobi Taurinen.
Monaſterium Brixien.
Monaſterium S. Trinitatis Veronen.
Monaſterium S. Vigilii.
Monaſterium Bergomen.
Monaſterium Mediolanen.
Monaſterium S. Carpophori.
Monaſterium Aſten.
Monaſterium S. Angeli Iuniperiti.
Monaſterium S. Sigiſmundi.
Monaſterium S. Marie de Flumana.
Monaſterium S. Marie de Serena.
Monaſterium S. Marie de Durea.
Monaſterium S. Petri de Polongeis.
Monaſterium de Latronore.
Et in Urbe Monaſterium S. Praxedis.
Caſtrum de Magnale cum Curte, Eccleſiis, & omnibus pertinentiis ſuis.
Monaſterium de Ripule, cum pertinentiis ſuis.

Libertates, & immunitates a predeceſſoribus noſtris fel. record. Victore, Gregorio VII. Urbano II. Paſchale, Innocentio, Eugenio, Alexandro, Lucio, Urbano III. Celeſtino, atque Innocentio, Rom. Pont. Vobis indultas, & uſque ad hec tempora pacifice confirmatas, ratas habemus, & eas auctoritate Apoſtolica confirmamus.

Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de poſſeſſionibus habitis ante Concilium Generale, ſive de hortis, & virgultis, & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum, aut etiam de novalibus, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere preſumat. Liceat vobis, Clericos, vel Laicos, liberos & abſolutos, e ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere.

Nulli quoque liceat aliquod veſtre Religionis Monaſterium a loci ſui ſtabilitate revellere, ac movere, ſine Abbatis, & Congregationis, communi conſenſu. Sancimus inſuper, ut nulli Epiſcoporum fas ſit in vos, Excommunicationis, vel Interdicti, ſententiam promulgare, ut qui in ſpeciales eſtis filios Apoſtolice Sedis aſſumpti, nullius alterius iudicium temere ſubeatis.

Statuentes, ut omnium predictorum Monaſteriorum Caput, quod in Valle-Umbroſa ſitum eſt Monaſterium habeatur.

Sane cum terminus vite Paſtori veſtro, divina diſpoſitione, contigerit, qui eius loco ſubſtituendus fuerit, quia vobis, & aliis

aliis omnibus preeſſe debebit, omnium qui ceteris preſunt Monaſteriis, conſenſo, & iudicio eligatur. Quod ſi forte ex ipſis Abbatibus quilibet (Domino diſponente) ad hoc generale regimen electus fuerit, ad veſtrum principaliter Cenob'um tranſeat, & eius mox iudicio, ſicut in diebus ven. mem. Ioannis primi Abbatis veſtri, factum conſtat, cetera omnia om̃ia vobis Monaſteria diſponantur. Chriſme vero, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, & Monachorum veſtrorum, a quocumque malueritis ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolice Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate voluerit impertiri.

Sepulturam quoque vobis liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti fuerint, nullus obſiſtat. Salva tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat predictum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia illibata, & integra, conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate.

Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve, perſona hanc noſtre Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hinc fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Honorius Catholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Nicolaus Tuſcul. Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Guido Preneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Vgo Hoſtien. & Velletten. Epiſcopus ſubſcr.

Ego Cinthius tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. ſubſcr.

Ego Gregorius tit. S. Anaſtaſie Presb. Card. ſubſcr.

Ego Petrus tit. S. Laurentii in Damaſo Presb. Card. ſubſcr.

Ego Guido S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. ſubſcr.

Ego Octavianus SS. Sergii & Bacchi Diac. Card. ſubſcr.

Ego Ioannes SS. Coſme, & Damiani Diac. Card. ſubſcr.

Ego Gregorius S. Theodori Diac. Card. ſubſcr.

Ego Stephanus S. Adriani Diac. Card. ſubſcr.

Datum Laterani per manum Ranerii Prioris S. Frigdiani Lucen. S. R. E. Vicecancellarii, Idibus Octobris, Indictione V. Incarnat. Dominice Anno MCCXVI. Pontificatus vero Dom. Honorii PP. III. Anno primo.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monaſterii Vallisumbroſe ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Privilegium felicis recordationis Paſchalis Pape predeceſſoris noſtri Monaſterio veſtro conceſſum de cuius conſumptione propter vetuſtatem nimiam timebatur de verbo ad verbum nihil addito vel deminuto, quod mutare poſſit ſubſtantie veritatem, veſtris precibus inclinati tranſcribi fecimus, & tranſcriptum Bulle noſtre appenſione muniri; cuius tenor talis eſt: Paſchalis Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis, Ademaro Abbati, ceteriſque Vallumbroſane Congregationis Fratribus tam preſentibus, quam futuris in perpetuum. Deſiderium quod ad religioſum propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur, auctore Domino, ſine aliqua eſt dilatione complendum. Quia igitur propoſitum veſtrum, divina preveniente, ac ſubſequente clementia, religionis veſtre ſimplicitas, bone opinionis odor, & longe poſitis adſpiravit, nos veſtro provectui, annuente Domino, provectus adiungere cupientes, Cenobium veſtrum, quod pro beate Marie ſemper Virginis reverentia, cui dicatum eſt, in Romane Eccleſie proprietatem, ac tutelam, atque protectionem Apoſtolice Sedis accipimus, & Apoſtolice illud auctoritatis privilegio munientes, ab omnium perſonarum iugo liberum permanere decernimus. Per preſentem igitur Privilegii noſtri paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quecumque hodie veſtrum Cenobium iure poſſidet, ſive in craſtinum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatio-

Ego

ne

ne fidelium, iuſte atque canonice poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Illis ſucceſſoribus dico, qui idem Religionis preceptum & fidei conſtantiam conſervere, & ſtrenuo omnipotenti Deo propoſito deſervire ſategerint. Chriſma, Oleum ſenctum, conſecretiones Altarium, ſive Baſiliearum, ordinationes Clericorum, liceat vobis a quocumque volueritis Catholico Epiſcopo, & Romane Eecleſie gratiam, atque communionem obtinente, percipere, qui noſtra fultus euctoritate, que poſtulantur, indulgeat. Ad hec cenſemus, atque ſtatuimus, ne ulli omnino hominum liceat Cenobium temere perturbare, aut ei ſubditas poſſeſſiones euferre, minuare, vel temeraria vexationibus fatigare; ſed omnino integre conſerventur eorum, pro quorum ſubſtentatione, ac gubernatione, conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Nec ulli Epiſcopo poteſtas ſit excommunicationem, aut interdictum vobis ingerere, ut, qui in ſpecieles eſtis filios Apoſtolice Sedis eſſumpti, nullius alterius iudicio temere exponemini. Quia vero plura veſtra Monaſteria, inſpirante Domino, in eamdem vobiſcum formam Religionis conſenſerunt, videlicet,

Congreg. S. Salvii iuxta Florentiam.
S. Fidelis de Stromis.
S. Selvatoris de Sophena.
S. Marie de Nerene.
S. Caſſiani de Monteſcalerio.
S. Angeli iuxte Piſtorium.
S. Salvatoris de Fontana Thaonia.
S. Marie de Pacciano.
S. Marie de Caprimvenio.
S. Petri de Muſceto.
S. Pauli de Razzolo.
S. Reparate Faveetine Dieceſis.
Et Congregatio de Rivo Ceſaria.
Et Congregatio de Monte Armato.
S. Pauli de Piſia.
S. Bartbolomei de Cappiano.
S. Trinitatis de Florentie.
S. Laurentii de Coltubono.
S. Marci de Placentia.
S. Baſilidis de Parmenſi Dieceſi.
S. Gervaſii de Brixiane Dieceſi.

Nos & tibi, & omnibus, qui ſe in craſtinum eidem Religionis uſui ex integro ſociare voluerint, preſentis privilegii libertatem Apoſtolica auctoritate concedimus, quamdiu in eadem Religionis, & conſuetudinis unitate perſiſtere procuraverint. Nec alicui perſone facultes ſit aliquod veſtre Congregationis Monaſterium e loci ſui ſtabilitate revellere ee removere ſine Abbatis, ec Congregationis conſenſu. Conſtituimus eutem, ut eorum omnium caput, quod in Velleumbroſa ſitum eſt, Monaſterium habeatur. Sane cum terminus vite Paſtori veſtro divina diſpoſitione contigerit, qui eius loco ſubſtituendus fuerit, quie & vobis, & aliis omnibus preeſſe debebit, omnium, qui ceteris preſunt Monaſteriis, conſenſu, & iudicio eligatur. Quod ſi forte ex ipſis Abbatibus quilibet, Domino diſponente, ad hoc generale regimen electus fuerit, ad veſtrum principale Cenobium principeliter tranſeat, & eius mox iudicio, ſicut in diebus venerande memorie Ioannis primi Abbatis veſtri factum conſtat, cetera alia unita vobis Monaſteria diſponantur. Ad indicium eutem percepte huius a Romana Eccleſia libertatis per annos ſingulos duodecim ſagi Cilicini brachia Laterano Palatio perſolvetis. Siquis igitur in craſtinum Archiepiſcopus aut Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes, Vicecomes, Iudex, Caſtaldus, aut Eccleſiaſtice quelibet, ſecularisve perſone, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino iudicio exſiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei, & Domini noſtri Redemptoris Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iura ſerventibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, Amen. Scriptum per manum Gerveſii Scriniarii regionarii & Notarii ſacri Palatii.

Ego Paſchalis Catholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Iohannis Sancte Romane Eccleſie Diac. Card. & Bibliothecarii VI. Idus Februarii, Indictione VIII. Incarnationis Dominice anno MCXV. Pontificatus autem Domini Paſchalis ſecundi Pape anno XVI.

Volumus autem per tranſumtam hu'aſmodi, libertatem, & iure integre conſervari ac mere, ſicut habeant per autenticum ſaut ſerveta.

Datum Anagnie XIII. Kal. Septembris Pontificatus noſtri anno prime.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Abbati, ceteriſque Valliſumbroſe Congregationis Fratribus, tam preſentibus quam futuris religioſam vitam profeſſis in perpetuum.

De-

Deſiderium quod ad religioſum propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur, authore Deo, ſine aliqua eſt dilatione complendum. Quia igitur propoſitum veſtrum divina preveniente ac ſubſequente clementia, religionis veſtre ſimplicitas, bone opinionis odor & prope, & longe poſitis adſpiravit; nos veſtro provectui, annuente Domino, provectus adiungere cupientes, Cenobium veſtrum pro D. Marie ſemper Virginis reverentia, cui dicatum eſt, ad inſtar fel. record. Paſchalis Pape Predeceſſoris noſtri in Romane Eccleſie proprietatem, & tutelam, atque protectionem, Apoſtolice Sedis ſuſcipimus, & Apoſtolice illud auctoritatis privilegio munientes, ab omnium perſonarum iugo liberum permanere decernimus. Per preſentem igitur privilegii noſtri paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quecumque bona idem Cenobium iure poſſidet, ſive in ceaſtinum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium Iure, ac canonice poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant: illis ſucceſſoribus dicimus, qui eiuſdem religionis ritum, & fidei conſtantiam conſervare, & ſtrenue omnipotenti Domino in eodem propoſito deſervire ſategerint. Chriſma vero, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordines Clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, liceat vobis a quocumque volueritis Catholico Epiſcopo, & Romane Eccleſie gratiam, atque communionem obtinente, percipere, qui noſtra fultus auctoritate, que poſtulantur, indulgeat. Ad hec cenſemus, atque ſtatuimus, ne ulli omnino hominum liceat idem Cenobium temere perturbare, aut ei ſubditas poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnino integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate. Nec ulli Epiſcopo poteſtas ſit excommunicationem, vel interdictionem vobis ingerere, ut qui in ſpeciales etiam filios Sedis Apoſtolice aſſumpti, nullius alterius iudicio temere exponamini. Quia vero plura veſtra Monaſteria, inſpirante Domino, in eamdem vobiſcum formam religionis conſenſerunt, videlicet.

Monaſterium S. Salvii iuxta Florentiam.
Sancti Fidelis de Strumis.
Sancti Salvatoris de Soffena.
Sancte Marie de Nerana.
Sancti Caſſiani de Monte Scalario.
Sancti Angeli de Paſſiniano.
Sancti Salvatoris de Ficiclo.
Sancti Angeli Piſterienſis.
Sancti Salvatoris de Vaiano.
Sancti Salvatoris de Fontana Thaonis.
Sancte Marie de Griniano.
Sancti Petri de Muſceto.
Sancti Pauli de Razuolo.
Sancte Reparate de Faventina Dieceſi.
Et Congregatio de Rivia Ceſaria.
Et Congregatio de Monte Armato.
Sancti Pauli de Piſis.
Sancti Bartholomei de Cappiano.
Sancte Trinitatis de Florentia.
Sancti Laurentii de Cultubono.
Sancti Marci de Placentia.
Sancti Baſilidis de Parmen. Dioc.
De Monte Plano.
Sancti Gervaſii de Dioceſi Brixienſi.

Nos & ipſis, & omnibus, qui ſe in craſtinum eidem Religionis uſui ex integro ſociare voluerint preſentis privilegii libertatem Apoſtolica auctoritate concedimus, quamdiu in eadem Religionis, & conſuetudinis unitate perſiſtere procuraverint; nec alicui perſone facultas ſit aliquod veſtre Congregationis Monaſterium a loci ſui ſtabilitate revellere, ac removere, ſine Abbatis, & Congregationis communi conſenſu. Conſtituimus autem, ut locum omnium caput veſtrum, quod in Valleumbroſa ſitum eſt, Monaſterium habeatur. Sane cum terminus vite Paſtori veſtro divina diſpoſitione contigerit, qui eius loco ſubſtituendus fuerit, quia vobis, & aliis omnibus preeſſe debebit, omnium, qui ceteris preſunt Monaſteriis, conſenſu, & iudicio eligatur. Quod ſi forte ex ipſis Abbatibus quilibet, Domino diſponente, ad hoc generale regimen electus fuerit, ad veſtrum principale Cenobium principaliter tranſeat, & eius mox iudicio ſicut in diebus ven. mem. Ioannis primi Abbatis veſtri factum conſtat, cetera omnia unita vobis Monaſteria diſponantur. Ad indicium autem percepte huius a Romana Eccleſia libertatis per annos ſingulos duodecim ſagi Cilicini brachia Laterano Palatio perſolvetis. Si quis igitur in craſtinum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes, Vicecomes, Iudex, Caſtaldus, aut Eccleſiaſtica quelibet ſeculariſve perſona hanc noſtre Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino iudicio exſiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hinc fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Alexander Catholice Eccleſie Epiſcopus S.

Ego Oddo Tuſculanus Epiſcopus S.

Ego Stephanus Preneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Frater Ioannes tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. S.

Ego Riccardus S. Angeli Diac. Card ſubſcripſi.

Ego Octavianus S. Marie in Via Lata Diac. Card. S.

Ego Petrus S. Georgii Diac. Card. ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. Vicecancellarii, V. Kalen. Februarii, Indictione XV. Incarnationis anno MCCLVI. Pontificatus vero Domini Alexandri PP. IV. anno tertio.

150 cae [a] in Montanis Piſtorienſibus ſita. Poſt tot ac tantas Eccleſias D. *Mincatis* memoriae & venerationi dedicatas, illud eſt obſervatione dignifsimum, quod ipſa Eccleſia prin-

[a] Calamecca oppidum eſt peranti-quom io Mnotaois Piſtutienſibus, euius do-miotum gens Cancellaria Piſtorienſis ſaecu-lo XIV. aequiſivit, ut apud *Mich. Ang. Salvium* lo *Hiſt. Piſtor.* videre eſt. Perantiqua etiam eius Eccleſia eſt, tribos oavibus eooſtans, lapideis columnis ſubfulta, tanta amplitudine, ut Cathedralis potius, quam Paroecialis, vidaatur. Eccleſia libera eſt, nec Plebi olli ſubiecta. Percommodum autem nunc mihi eſt Catalogum Eccleſiarum Dioeceſis Piſtorienſis heic edere.

Parrocchie della Città.

Chleſa di S. Zenone Cattedrale.
Pieve di S. Andrea.
Priotia di S. Giovanni Evangeliſta fuor Civitas.
Prioria di S. Paolo.
Priotia della Madonna dell' Vmiltà, della quale il *Salvi* nell' *Iſtoria di Piſtoia* in fine del *Tomo I. pag.* 89.
Prioria di S. Vitale.
Priotia di S. Marco, dipendente dal Mooſtero Vallombroſano di San Michele io Forcole, di cui ſopra *pag.* 544. e ſeg.
Pattocehia di S. Leonardo.
Parrocchia di S. Piero In Cappella, detta la Congregazione di S. Atto Veſcovo di Piſtoia.
Parrocehia di S. Pietro Maggiore con Monaſtero di Monache Benedettine, delle quali riporta memorie il *Muratori Tom. V. delle Antichità Italiche pag.* 507.
Parroechla di S. Anaſtaſio.
Parrocchia di S. Michele in Bonaccio.
Parrocchia di Santa Matia Presbyteri Anſelmi, alias del Giglio.
Patrocchia di S. Iacopo in Caſtellare.
Partocchia di S. Illatio.
Parroechia di Santa Maria de' Cavalieti, alias di Piazza.
Parrocchia di S. Salvadore.
Parroechia di S. Maria del Bambino, detta di Santa Liberata.
Parroechia di S. Battolommeo con Monaſtero di Canonici Lateranenſi, di cui molte memorie ſono appreſso il *Muratori* nelle *Antichità Italiche*.
Parrocchia di Santa Matia Nuova.
Parroechia di Santa Maria al Prato, o in Torre, detta S. Niccolao.

Pattocchia di S. Maria in Borgoſtrada, detta S. Biagio.
Partoechia di S. Michele io Cionco.
Parroechia di S. Proſpero con Caſa de' Padri dell' Oratorio.
Parrocchia di S. Pietro in Strada.
Parrocchia di S. Matteo.
Pattocchia di S. Maria a Ripalta.
Patrocchia di S. Maria Maddalena, ſecondo il *Salvi*.

Parrocchie della Diogeſi.

Piave di Agliana.
Pieva di Artimino.
Pieve di Baeeheteto.
Pieva di Cutigliano.
Pieva di Cavinana.
Pieve di S. Pancrazio di Citeglio, alias Brandeglio.
Pieve di Celle.
Piave di Colonica.
Pieve di Caſal Guidi.
Piave di Capraia.
Pieve di S. Michele di Carmignano.
Piave della Ferruccia.
Piave di S. Pietto d' Aiolo.
Piave di Lizzano.
Pieve di Lamporecchio.
Pieva di Limite.
Pieve di Matliana.
Pieve del Montale.
Pieve di Maſſa Piſcatoria.
Piave di Montemorlo.
Pieve di Montemagno.
Piave di Popiglio.
Pieva di Pitaglio.
Pieve di Quarrata.
Pieva della Serra.
Pieve di S. Anſano.
Pieve di S. Marcello.
Pieve di S. Stefano di Serravalle.
Pieve di Satornana.
Piave di Sammommè, o San Mamante.
Pieve di S. Quitico.
Pieva di S. Giuſto.
Pieva di S. Poto, o S. Ippolito, tra Prato, e Piſtoia.
Pieve di S. Aogiolo.
Pieva di Tizzana.
Pieva di S. Quitico di Valdibora.
Pieve di Vinacciano.
Pieva de' SS. Ippolito, e Caſſiano di Varnio.
Piave di Vſella, del qual luogo ſi è parlato ſopra a *pag.* 544. e ſeg.

Pat- Pie-

princeps, & aliarum Eccleſiarum Florentinarum caput & 150
mater, non tam D. *Ioanni Baptiſtae*, quam D. *Mineati*, tamquam Numinibus Συνέδροις, dicata videatur. In Diplomate

Pieve di S. Donato a Momigno.
Parrocchia di S. Pietro a S. Amato.
Parrocchia di S. Michele a Agliana.
Prioria di S. Pietro a Albiano.
Prioria di S. Niccolò d'Agliana.
Parrocchia di S. Agoſtioo.
Parrocchia di Baggio.
Prioria di S. Baronto con Monaſtero di Monaci.
Prioria delle Baſche.
Parrocchia di S. Aleſſio.
Prioria di Boniſtallo.
Parrocchia di Buriano.
Parrocchia di S. Biagio in Caſcheri.
Parrocchia di Burgianco.
Parrocchia di Campiglio.
Parrocchia della Caſtellina.
Prioria di Caodaglia.
Prioria di Chiazaano.
Prioria di Caſal di Prato.
Parrocchia di Caveraano.
Parrocchia di Cantagallo.
Parrocchia di Cafaggio.
Prioria di Caſtel Nuovo.
Parrocchia di Capezzana.
Parrocchia di Collegonzi.
Prioria di Caſtro.
Prioria di S. Biagio alla Caſtellina.
Prioria di Comeana.
Parrocchia di Cerreto.
Parrocchia di Colle.
Parrocchia di S. Stefano a Campiglio.
Prioria alla Caſa al Veſcovo.
Parrocchia di S. Pietro a Campiglio.
Parrocchia di Canapale.
Parrocchia di S. Miniato a Calamecca.
Parrocchia di Calore.
Parrocchia di Coiano.
Prioria di Figline.
Parrocchia di Faltognano.
Parrocchia di S. Felice.
Prioria di Fogoano.
Prioria di Galciana.
Parrocchia di Germioaia.
Parrocchia di Gabbiano.
Parrocchia di Griciglfana.
Parrocchia di Gello.
Parrocchia di Ghignano.
Prioria di S. Donato in Greti.
Parrocchia di Santa Maria a Gello.
Parrocchia di S. Giorgio all'Ombrone.
Parrocchia di Iano.
Parrocchia di S. Andrea a Aiolo.
Parrocchia di Lovicciana.
Parrocchia di Luogomano.
Parrocchia di Lucciano.
Parrocchia di Lanciole.
Parrocchia di Mammiaoo.
Prioria di S. Moro, o Maoro.
Parrocchia di S. Pietro a S. Amato.
Parrocchia di Migliana.
Prioria di Mezaana.
Parrocchia di Monte Albiolo.
Parrocchia de' Santi alle Mura.
Parrocchia di Montagnana.
Parrocchia di Maleſeti.
Parrocchia di S. Lucia io Monte.
Parrocchia di Maſſano.
Parrocchia di Narnali.
Prioria di Orbignano.
Prioria di Piuvica.
Parrocchia di Pracchia.
Prioria di Piteccio.
Parrocchia di S. Miniato di Pupigliana, della quale ſi è parlato ſopra *pag.* 544.
Parrocchia di Poreiano.
Parrocchia di Paterno.
Prioria di Polignano.
Parrocchia di S. Criſtina in Pilli.
Prioria di Paperino.
Parrocchia di Pacciana.
Parrocchia di S. Pantaleo.
Prioria di S. Rocco.
Prioria di Ramini.
Parrocchia di S. Andrea di Sarripoli.
Parrocchia di S. Michele a Piazza.
Prioria di S. Michele a Sarravalle.
Parrocchia di Spignaoa.
Parrocchia di Schignano.
Parrocchia del Soccorſo.
Parrocchia di Seano, o Seiano.
Parrocchia di Tobbiana.
Parrocchia di Tavola.
Prioria di Vinci Fiorentino.
Parrocchia di Valdibrana.
Parrocchia di S. Lorenzo d'Vazo.
Prioria di S. Quirico di Vernio.
Prioria di Vaiano, di cui ſi è fatta menzione ſopra *pag.* 544. e ſeg.
Parrocchia di Vergaio.
Parrocchia di S. Piero in Vincio.
Parrocchia della Vergine fuori dalla Porta Carratica, o Caldatica.

De multis harum Eccleſiarum agunt *Innocentius II.* & *Honorius III.* Papae in ſuis Bul-

150 te enim *Berengarii* Imperatoris [a], *Mineas* Martyr Divus *Ioanni Baptiſtae* Adhaerens non obſcure indicatur; dum in eo de Eccleſia Sancto *Ioanni Baptiſtae* ſacra Florentiae agitur, modo locus corruptus, aut interpolatus, non ſit: nam in ſimili Diplomate *Lamberti* Auguſti, anno praecedenti dato, Eccleſia Sancti *Ioannis*, non autem Sanctorum *Ioannis* & *Mineatis* adpellatur [b]. Tot igitur Eccleſiae Sancto Martyri *Mineati* dicatae, vetuſtate cenſendae fere omnes, perſpicue demonſtrant, perilluſtrem Chriſtianae veritatis Teſtem, a venerabundis populis late in Tuſcia, & extra Tuſciam quoque, cultum fuiſſe. Heinc eius memoriam Martyrologia, *Romanum*, & *Vſuardi*, concelebrant [c]: Kalendaria autem Florentina [d], & Pi-

Bullis apud *Vghellium* in *Epiſcopis Piſtorienſibus*; & *Mich. Angelus Salvius* in *Hiſtoria Piſtorienſi*; & *Scarfantonius* ad *Ceccoperium*.

a Diploma produco ex *Vghellio* in *Epiſcopis Florentinis*.

In honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei aeterni. Berengarius divina favente clementia Rex. Si venerabilium locorum divino obſequio mancipatis Epiſcopatibus munus quodlibet noſtrae dapſilitatis conferimus, praemia ſine fine manſura Domino largiente percipere non ambigimus. Quapropter omnium fidelium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque, praeſentium, ſcilicet, & futurorum noverit induſtria, quoniam interventu, ac petitione, Zenobii venerabilis Epiſcopi, & dilecti Conſiliarii noſtri, conceſſimus, & condonavimus Eccleſiae Sanctorum Ioannis, & Miniati, quae caput eſt Florentini Epiſcopatus, cui auctore Deo Graſulphus Epiſcopus praeeſſe videtur, terram videlicet ad modios duodecim, quae dicitur Campus Regis prope ipſam Eccleſiam S. Ioannis poſitam, hactenus pertinentem de Curte Regis ſita Florentiae, & ita determinatur; de duabus partibus terra ipſius Eccleſiae: ex tertia parte percurrit fluvius Munione; de quarta vero parte terra Magiberti, & Mauriperti, & Floriperti, eorumque conſortium. Alium quoque petium terrae, ad modios ſex hactenus pertinentem de Curte Beneventana, poſitam prope Eccleſiam Sancti Miniati, & eſt ipſa terra circumdata de omni parte terra Beati Miniati; in cuius Eccleſia Sanctorum corpora octo quieſcunt: de noſtro iure, & poteſtate praedictam terram, ſicut ſuperius legitur, etiam ſuis terminationibus in ius, & poteſtatem, ipſius Eccleſiae modis omnibus transfundimus, & perdonamus, ut Praeſul ipſius Eccleſiae habeat, teneat, atque poſſideat, poteſtatemque habeat ad honorem ium dicti Epiſcopatus donandi, vendendi, commutandi, frumancipandi, remota totius poteſtatis inquietudine, & exemptu. Si quis igitur, quod minime credimus, contra hoc noſtrae conceſſionis praeceptum inſurgere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras triginta, medietatem Palatio noſtro, & medietatem parti ipſius Eccleſiae. Vt autem verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria roboratum, annulo noſtro ſubter iuſſimus ſigillari.

Signum Domini Berengarii glorioſiſſimi Regis.

Martinus, &c. Ad vicem Petri Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Data VII. Kal. Maii anno Incarnationis Domini DCCCIC. domini autem Berengarii glorioſiſſimi Regis XII. Indictione ſecunda, Actum Papiae in Dei honorem feliciter.

Zenobius ille Epiſcopus, qui Imperatoris Conſiliarius in hoc Diplomate dicitur, *Zenobius I.* Epiſcopus Feſulanus eſſe videtur, qui *Ervandum* ſive *Bernardum* ſucceſſorem habuit.

b Diploma ex *Vghellio* paullo inferius producemus.

c Conſule ſuperius *pag.* 26.

d Varia in Codicibus MSS. Calendaria Florentina exſiſtunt. Animadvertendum etiam in omnibus Paſſionariis Florentinis Acta Martyrii *S. Mineatis* haberi. Inſuper in Codice Rituali Bibliothecae Laurentianae, ſeculo XI. ut videtur ſcripto, qui in *Pluteo XVII. n.* 3. exſtat, & uſui Eccleſiae Florentinae fuiſſe cognoſcitur, Litaniae habentur, in quibus Sancti Florentini invocantur, & inter eos San-

Sanctus *Miacas* Martyr cum Socila, quas quidam in calce *Tomi XVI. Deliciarum Eruditorum* pubblici iuris feci, & ita habeot:

Incipiunt Letanie a Sanctis Patribus conſtitute.

KYrie leyſon. III.
Xpe layſon.
Xpe audi nos.
Pater da celis Deus, miſerere nobis.
Fili redamptor mondi Daus, miſ.
Spiritus ſancte Deus, miſ.
Sancta Trinitas & une Deus, miſ.
Qui es trinus & unus Daus, miſ.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancta Mater Domini, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancta Gabrial, ora.
Sancta Raphaal, ora.
Sancti Throni, ora.
Sancta Dominationes, ora.
Sancti Principatus, ora.
Sancte Potaſtates, ora.
Sancte Virtutes Celorum, ora.
Sancta Cherubim, ora.
Sancta Saraphim, ora.
Omnes Sancti Angeli & Archaugeli, orate pro nobis.
Omnes Sancti Beatorum Spirituum ordines, orate.

Nomina Iuſtorum.

Sancte Abel, ora.
Sancte Enoch, ora.
Sancta Noe, ora.
Omnis chorus Iuſtorum, orate.

Nomina Prophetarum.

Sancte Abraham, ora.
Sancte Yſahac, ora.
Sancte Iacob, ora.
Omnes Sancti Patriarche, orate.
Sancte Moiſes, ora.
Sancte Aaron, ora.
Sancte Samual, ora.
Sancta Halia, ora.
Sancte Heliſec, ora.
Sancte Yſaya, ora.
Sancta Hiaramia, ora.
Sancte Ihezcehiel, ora.
Sancte Daniel, ora.
Sancte Oſae, ora.
Sancte Iohel, ora.
Sancte Amos, ora.
Sancte Abdia, ora.
Sancte Iona, ora.
Sancte Michea, ora.
Sancte Naum, ora.
Sancte Abbacuc, ora.
Sancte Sophonia, ora.
Sancte Aggae, ora.
Sancte Zacharia, ora.
Sancte Malachia, ora.
Sancte Ioannes Baptiſta, ora.

Nomina Apoſtolorum.

Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancta Iohannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancta Iacoba, ora.
Sancte Phylippe, ora.
Sancte Bartholomee, ora.
Sancte Mathea, ora.
Sancte Symon, ora.
Sancte Taddea, ora.
Sancte Mathia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Sancte Timothee, ora.
Omnes Sancti Apoſtoli & Evangeliſte, orate.
Omnes Sancti Diſcipuli Domini, orate.
Omnes Sancti Innocentes, orate.

Nomina Levitarum.

Sancte Staphane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Feliciſsime, ora.
Sancte Agapite, ora.
Sancte Ahundi, ora.
Sancte Caſari, ora.
Omnes Sancti Levite, orate.

Nomina Sacerdotum.

Sancte Line, ora.
Sancte Clate, ora.
Sancte Clemans, ora.
Sancte Corneli, ora.
Sancte Cipriane, ora.
Sancte Vrbane, ora.
Sancte Anaclete, ora.
Sancte Xiſte, ora.
Sancte Silveſtar, ora.
Sancte Calixte, ora.
Sancte Marcalle, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancta Bonefatii, ora.
Sancte Damaſe, ora.
Sancte Leo, ora.
Omnes Sancti Sacerdotes, orate.

Nomina Martirum.

Sancte Nazari, ora.
Sancte Celſe, ora.
Sancte Garvaſi, ora.
Sancte Protaſi, ora.
Sancte Valentine, ora.
Sancte Ahundi, ora.
Sancte Agapite, ora.

San- Cccccee San-

Sancte Ypolite, ora.
Sancte Petegrine, ora.
Sancte Caſſiane, ora.
Sancte Fauſtine, ora.
Sancte Iovitta, ora.
Sancte Domnine, ora.
Sancte Antonine, ora.
Sancte Apolenaris, ora.
Sancte Vitalis, ora.
Sancte Sebaſtiane, ora.
Sancte Secundiane, ora.
Sancte Veriane, ora.
Sancte Marcelliane, ora.
Sancte Criſpine, ora.
Sancte Criſpiniane, ora.
Sancte Epymache, ora.
Sancte Prime, ora.
Sancte Feliciane, ora.
Sancte Proceſſe, ora.
Sancte Martiniane, ora.
Sancte Tiburti, ora.
Sancte Valeriane, ora.
Sancte Vite, ora.
Sancte Modeſte, ora.
Sancte Georgi, ora.
Sancte Fidelis, ora.
Sancte Carpofore, ora.
Sancte Callocere, ora.
Sancte Secunde, ora.
Sancte Marciane, ora.
Sancte Gercon, ora.
Sancte Geneſi, ora.
Sancte Anaſtaſi, ora.
Sancte Ciriace, ora.
Sancte Minias cum Sociis tuis, orate.
Sancte Mauricii cum Sociis tuis, orate.
Sancte Quintine, ora.
Sancte Dioniſi, ora.
Sancte Ruſtice, ora.
Sancte Eleutheri, ora.
Sancte Neree, ora.
Sancte Achillee, ora.
Sancte Pancrati, ora.
Sancte Abdon, ora.
Sancte Sennen, ora.
Sancte Petre, ora.
Sancte Marcelline, ora.
Sancte Proie, ora.
Sancte Iacinte, ora.
Sancte Magne, ora.
Sancte Hermes, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Iohannes, ora.
Sancte Alexander, ora.
Sancte Eventi, ora.
Sancte Theodole, ora.
Sancte Firmine, ora.
Sancte Deſiderii, ora.
Sancte Saturnine, ora.
Sancte Savine, ora.
San-

Sancte Mauryci, ora.
Sancte Nabor, ora.
Sancte Felix, ora.
Sancte Coſma, ora.
Sancte Damiane, ora.
Sancte Antime, ora.
Sancte Leonti, ora.
Sancte Euprepi, ora.
Sancti Innocentes, ora.
Sancti Agennenſes, ora.
Sancti Quadraginta, orate.
Sancti Septem Fratres, orate.
Sancti Quattuor Coronati, orate.
Omnes Sancti Martires, orate.

Nomina Confeſſorum.

Sancte Syre, ora.
Sancte Yventi, ora.
Sancte Criſpine, ora.
Sancte Vrſecene, ora.
Sancte Epy[illegible]ani, ora.
Sancte Maxime, ora.
Sancte Hieronime, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
Sancte Nicholae, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Yſidore, ora.
Sancte Hylari, ora.
Sancte Leodegari, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Britti, ora.
Sancte Euſebi, ora.
Sancte Gaudenti, ora.
Sancte Remigi, ora.
Sancte Germane, ora.
Sancte Vedaſte, ora.
Sancte Cerboni, ora.
Sancte Amande, ora.
Sancte Frigdiane, ora.
Sancte Martialis, ora.
Sancte Donate, ora.
Sancte Blaſie, ora.
Sancte Fortunate, ora.
Sancte Pauline, ora.
Sancte Ieſtine, ora.
Sancte Zenon, ora.
Sancte Gandolfe, ora.
Sancte Albane, ora.
Sancte Severe, ora.
Sancte Severine, ora.
Sancte Victorine, ora.
Sancte Proſper, ora.
Sancte Zanobi, ora.
Sancte Creſcenti, ora.
Sancte Eugenii, ora.
Sancte Romule, ora.
Omnes Sancti Pontifices & Confeſſores, orate.

Nomina Monachorum.

Sancte Benedicte, ora.
Sancte Colombane, ora.
Sancte Paule, ora.
San-

Sancte Antime, ora.
Sancte Baſili, ora.
Sancte Maure, ora.
Sancte Placide, ora.
Sancte Equitie, ora.
Sancte Machari, ora.
Sancte Romane, ora.
Sancte Galle, ora.
Sancte Pachomi, ora.
Sancte Euſtaſi, ora.
Sancte Attale, ora.
Sancte Bernolfe, ora.
Sancte Caſſiane, ora.
Sancte Effrem, ora.
Sancte Arieni, ora.
Sancte Honorate, ora.
Sancte Libertine, ora.
Sancte Serene, ora.
Sancte Pahnutie, ora.
Sancte Paſtor. ora.
Sancte Iohannes, ora.
Sancte Ylarion, ora.
Sancte Yſahac, ora.
Sancte Furſee, ora.
Sancte Saba, ora.
Omnes Sancti Monachi & Heremite, orate.

Nomina Virginum.

Sancta Felicitas, ora.
Sancta Perpetua, ora.
Sancta Petronilla, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Cecilia, ora.
Sancta Anna, ora.
Sancta Criſtina, ora.
Sancta Conſtantia, ora.
Sancta Emerentiana, ora.
Sancta Daria, ora.
Sancta Praxedis, ora.
Sancta Savina, ora.
Sancta Genufeſa, ora.
Sancta Scolaſtica, ora.
Sancta Tecla, ora.
Sancta Potentiana, ora.
Sancta Iuliana, ora.
Sancta Iuſtina, ora.
Sancta Eulalia. ora.
Sancta Eugenia, ora.
Sancta Eufemia, ora.
Sancta Margarita, ora.
Sancta Marina, ora.
Sancta Sotheris, ora.
Sancta Moſtiola, ora.
Sancta Specioſa, ora.
Sancta Columba, ora.
Sancta Iuliana, ora.
Sancta Benedicta, ora.
Sancta Anaſtaſia, ora.
Sancta Concordia, ora.
Sancta Pelagia, ora.
Sancta Natalia, ora.
Sancta Priſca, ora.
Sancta Barbara, ora.
Sancta Martina, ora.
Sancta Digna, ora.
Sancta Merita, ora.
Sancta Rufina, ora.
Sancta Secunda, ora.
Sancta Potentiana, ora.
Sancta Martha, ora.
Sancta Aurea, ora.
Sancta Helena, ora.
Sancta Sophia, ora.
Sancta Anna, ora.
Sancta Suſanna, ora.
Sancta Eliſabeth, ora.
Sancta Eufraxia, ora.
Sancta Honorata, ora.
Sancta Reparata, ora.
Sancta Romola, ora.
Sancta Redemta, ora.
Sancta Brigida, ora.
Omnes Sancte Virgines, orate.
Omnes Sancti & Sancte Dei, orate.
&c.

In hiſce Litaniis obſervandi ſunt multi Sancti, qui vel Etruſci ſunt, vel eos Etruſci magna veneratione proſequuntur; ut *S. Xyſtus* Papa; *S. Stephanus*, *S. Laurentius*, Levitae; *SS. Gervaſius* & *Protaſius*, *SS. Hippolytus* & *Caſſianus*, *S. Apollinaris*, *S. Sebaſtianus*, *SS. Vitus* & *Modeſtus*, *S. Georgius*, *S. Fidelis*, *S. Geneſius*, *S. Minias cum Sociis*, *S. Pancratius*, *S. Savinus* Martyres; *S. Hilarius*, *S. Martinus*, *S. Britius*, *S. Euſebius*, *S. Gaudentius*, *S. Remigius*, *S. Cerbonius*, *S. Frigdianus*, *S. Martialis*, *S. Donatus*, *S. Blaſius*, *S. Zenobius*, *S. Creſcentius*, *S. Eugenius*, *S. Romulus*, Confeſſores; *S. Benedictus*, *S. Baſilius*, *S. Maurus*, *S. Romanus*, *S. Gallus*, Monachi; *S. Felicitas*, *S. Agnes*, *S. Agatha*, *S. Lucia*, *S. Caecilia*, *S. Anna*, *S. Margarita*, *S. Muſtiola*, *S. Martha*, *S. Eliſabeth*, *S. Reparata* &c. Omnes Sancti, qui in his Litaniis invocantur, ſaeculo X. antiquiores ſunt; quare illae compoſitae ſaeculo ſaltem nono videantur. Scribit autem *Franc. Orlendius Orb. Sac. & Profan. Tom. III. pag.* 1139. „ Satam itaque Florentiae Chriſti fidem, glorioſi poſtmodum Martyres, ſaevientibus Caeſarum adhuc gentilium perſecutionibus, ſuo ſanguine confirmarunt. In iis illuſtris extitit Sanctus Minias, profeſſione miles Imperatoris, genere nobilis, Religione Chriſtianus, aetate iuvenis, ſed virtute ſenior. A Decio Imperatore, cum Florentiae ageret, poſt varios diroſque crucia-

San- „ tus

„ tus, Miniatem capitis ſententia condemnatum referunt eius Acta apud Surium Tom. V. ad diem 25. Octobris; S. Antoninus in Chronico, Par. 1. tit. 7. cap. 8. §. 11. Petrus de Natalibus Epiſcopus Equilinus, in Catalog. SS. lib. 9. cap. 108. Ferrarius, Silvanus Razzius, & alii. Huius S. Martyris Acta, quae apud Surium prolixiora ſunt, hic ex Petro de Natalibus magis contracta exhibemus.

„ *Miniat Martyr paſſus eſt ſub perſecutione Decii Caeſaris apud Florentinam civitatem. Ad quam dum Decius perveniſſet, Miniatem tectum, & ſibi praeſentatum, ac ſacrificare nolentem, leopardo ferociſſimo ſubiici fecit: ſed, orante Sancto, fera extincta eſt. Deinde ipſum nudum, oleoque perunctum, in fornacem ardentem mitti iuſſit. Angelus autem Domini, ut olim cum tribus pueris, cum eo deſcendit, & flammam extinxit: & Sanctus illaeſus omnino permanſit. Tunc Decius leonem ei adhiberi praecepit: ſed ſigno Crucis edito, leo interiit. Deinde mandavit eum in equuleo levari, & diutius torqueri, & poſtmodum inde deponi, ſudeſque ligneas acutas ſub ungulis manuum ipſius adfigi. Qui ab Angelo confortatus, omnia ſupplitia patientiſſime toleravit. Poſt haec iuſſit Decius plumbum liquefactum eius auribus inſtillari: cui tamen ipſe Chriſtus in iuvenis ſpetie, candida veſte, ut Sol facie fulgens, adparuit, eumque conſolatus ad tolerantiam conſtantius animavit. Inde mandavit Caeſar aures illius ferro perforari; ſed adparente iterum ei Angelo, quidam ex miniſtris eum videns converſus eſt. Demum Decius Miniatem ad Templum Martis adduci fecit, & eidem auri, & argenti, et gemmarum quantitatem non modicam obtulit, ſi ſacrificare vellet, eo quod ipſum antiqua amicitia plurimum dilexiſſet. Dum autem omnino immolare recuſaret, iubente Caeſare decollatus eſt* VIII. *Kalend. Novembris: & ſepultus eſt a Chriſtianis in civitate Florentia.* Iuvenem fuiſſe Miniatem cum invicto animo martyrii agonem ſubſtinuit, eius Acta apud Surium teſtantur. Quod pariter adfirmat S. Antoninus loco citato, ubi eum *Iuvenem nobilem* vocat: eius vero martyrium contigiſſe tradit, *cum Decius in itinere conſtitutus Florentiae aliquibus diebus reſideret.* Eo loco paſſus eſt, ubi Eccleſia Sanctae Candidae ad Crucem *ad Gorgum* dicta. Nonnulli referunt, Sanctum Martyrem diviſum a cetero corpore caput ſuis manibus tuliſſe, ac tranato Arno flumine in vicinum evaſiſſe collem, ubi Divi Petri Oratorium erat, quod poſtea de nomine Martyris *Sancti Miniatis* dixerunt. Verum de ſtupendo hoc miraculo nihil prorſus proditum eſt in eiuſdem Martyris Actis apud Surium, & Petrum de Natalibus, nihil itidem apud Divum Antoninum. Eius tamen ſacrum corpus in praefatum collem delatum fuit, ibique reconditum, ubi Sanctus Frontinum, & Paulinum prima Chriſtianae Religionis fundamenta apud Florentinos poſuiſſe ferunt: ibique a Chriſti fidelibus ſacram aediculam initio fuiſſe conditam, ac Divo Petro dicatam, quae poſtmodum, in ampliorem formam redacta, Sancto Miniati Martyri conſecrata fuit. Nec dubito, eius ſacrum Corpus illuc primum a fidelibus delatum, multis ſeculis ibidem quieviſſe, cum huius rei apud Florentinos conſtans ſit traditio, cui & vetuſtiſſima eiuſdem Eccleſiae monumenta ſuffragantur, quae ſupra attulimus. Nec leve argumentum petitur ex eo, quod nedum in iiſdem monumentis, & apud veterum Florentinorum Scriptores, verum etiam apud Petrum de Natalibus de S. Frigidiano Lucenſi Epiſcopo legimus haec narrantem: *Sanctus Fridianus Epiſcopus Florentinus* (corrige, *Lucenſis*) *Eccleſiam Miniatis Martyris trans flumen Arni poſitam ſe pius viſitabat. Cum autem die quadam inundatione nimia flumen nave tranſiri non poſſet, & nautae quidam ultra flumen exſiſterent, Sanctuſque Epiſcopus tranſire curaret, nautaeque illi, periculo poſtpoſito, Beati Martyris confiſi meritis, ad Epiſcopum traeſnadandum venire diſponerent, ſubito ſe citra flumen invenerunt, & Epiſcopum tranſportantes ſine periculo flumen tranſierunt.* Addit, eo loci *poſtmodum Eccleſiam in honorem Sancti Fridiani Epiſcopi fabricatam eſſe.* Quibus omnino conſentanea ſunt, quae ſupra ex Ioanne Villanio deſcripſimus. Huius porro Sancti Miniatis corpus ex ſua Eccleſia in Gallias tempore Othonis Imperatoris fuiſſe translatum, Baronius in Notis ad Martyr. Rom. & alii ex Sigeberto in Chronico ad annum 969. referunt. Aſt Scriptores Florentini id omnino inficiantur; ſed ex veteri ſua Baſilica in Metropolitanam tranſportatum volunt; quod prae ceteris ſcribit D. Antoninus: *Cuius corpus*, inquit, *in Eccleſia Maiori Florentina dicitur quieſcere.*

„ Quod de Sancti Miniatis martyrio Decii Imperatoris iuſſu peracto eiuſdem Acta commemorant, in Martyrologio quoque Romano traditum legimus: *Florentiae paſſio beati Miniatis militis, qui ſub Decio Principe pro fide Chriſti egregie certans, nobili martyrio coronatur.* Similia

„ ha-

„ habet Vſuardus in ſuo Martyrologio ad
„ diem 25. Octobris : *Civitate Florentia ,*
„ *paſſio beati Miniatis , ſub Decia Prinsipe .*
„ Sub idem tempus , eadem Decii perſe-
„ cutione ſaeviente , in Amphitheatro Mar-
„ tyres occubuiſſe Fabianum , Cornelium ,
„ Xyſtum , & Laurentium , tradit Scipio
„ Ammiratus lib. 5. Hiſt. Florent. Vghel-
„ lus vero Tom. III. in Florentin. pro
„ Fabiano Fabritium recenſet , in reliquis
„ Ammirato conſentiens . Verum tres prio-
„ res Romani fuere Pontifices , nec Floren-
„ tiae , ſed Romae , & quidem diverſis tem-
„ poribus , atque ſub diverſis Imperatori-
„ bus , martyrium conſummarunt : Lauren-
„ tius vero Archidiaconus Romanae Eccle-
„ ſiae Romae pariter martyrii coronam eſt
„ adeptus , non in perſecutione Decii , ſed
„ Valeriani Imperatoris , ſicuti etiam Xy-
„ ſtus Secundus , cuius Diaconus fuerat
„ Laurentius . Fabritium ab Vghello me-
„ moratum neque in Martyrologiis , neque
„ apud illos , qui de Florentinis aliiſque
„ Sanctis Etruſcis ſcripſerunt , recenſitum
„ invenio . Sunt qui putant , Xyſtum , quem
„ Ammiratus , & Vghellus nominant , alterum
„ eſſe a Xyſto Papa , cum aliis in eadem
„ Deciana perſecutione Florentiae paſſum
„ ad *Trivium* , aut Faeſulis ; eique antiquiſ-
„ ſimam Eccleſiam olim Florentiae dica-
„ tam ad Puteum Aquae , ſeu ad locum
„ hodieque *Sanctum Xyſtum* appellatum ,
„ ubi in Trivio adhuc picta viſitur vetu-
„ ſtiſſima S. Xyſti imago . Mihi tamen
„ hanc imaginem ſaepius inſpicienti , non
„ alicuius Xyſti ſimplicis Martyris , ſed
„ Xyſti Pontificis viſa eſt . Nam & Mitra ;
„ & Pontificalibus indumentis eſt inſignita .
„ Praeterquam quod Ioannes Villanius ,
„ S. Antoninus , Ferrarius , Razzius , &
„ ipſe Petrus de Natalibus ingentis San-
„ ctorum Catalogi celebris Auctor , nullam
„ vel huius Xyſti , vel Fabritii , Florenti-
„ norum Martyrum mentionem faciunt .
„ Plures quidem alios Martyres cum in ea-
„ dem , qua Sanctus Minias , tum in aliis
„ perſecutionibus , Florentiae pro Chriſti
„ nomine paſſos eſſe ad locum , ubi nunc
„ Eccleſia *Sanctae Candidae* , ad Crucem ,
„ vulgo *al Gorgo* dicta , fateor cum Ioan-
„ ne Villanio lib. 1. cap. 57. Quoniam
„ vero latent illorum nomina , ferunt ,
„ quondam Martyres *Candidatas* fuiſſe di-
„ ctos , indeque nomen loco impoſitum ,
„ *Santa Candida al Gorga* , ubi olim Tem-
„ plum celebre SS. Martyrum . Hos autem
„ ſeorſim a S. Miniate , ac diverſo tempo-
„ re , agonem ſuum ibi compleviſſe , colli-
„ gimus ex vetuſtiſſimis Actis praefati Mar-
„ tyris Miniatis , quae exſtant in peranti-

„ quo Codice Vallis-Vmbroſae , in quibus
„ legimus : *Sed & alias Martyres ad Gorgi*
„ *locum paſſos fuiſſe credimus* . Pervetus
„ quoque Martyrologium Bibliothecae Me-
„ diceo Laurentianae memorat Sanctos Tur-
„ bolum , Valentem , alioſque nonnullos ,
„ eadem die cum S. Miniate , aut paullo
„ poſt , eo loco Martyrii palmam adeptos .
„ Immo amici eruditi , ac fide digni , te-
„ ſtimonio proditum eſt , in Breviario San-
„ cti Ioannis Gualberti , die 25. Octobris ,
„ haec verba extare : *Sancti Miniatis cum*
„ *Sociis ſuis* . Id etiam conſtat auctoritate
„ vetuſtiſſimi Codicis membranacei , qui
„ Florentiae exſtat in celeberrima Biblio-
„ theca nobiliſſimi viri Caroli Thomae
„ Strozzae , Patricii Florentini , num. 746.
„ in quo habentur IX. Lectiones cum Ora-
„ tione in honorem S. Miniatis Martyris
„ Florentini , *& Sociorum eius* , quae anti-
„ quitus recitari ſolebant in Choris Floren-
„ tinarum Eccleſiarum . „ Hactenus *Orlen-
dius* qui multa fabuloſa , multa incerta ac dubia , paucis veris admiſcet . Nam non animadvertit , nec probabiliter *Decium* Auguſtum Florentiae anno CCL. moratum fieri ; nec Acta martyrii B. *Mineatis* eſſe ſincera , ſed apocrypha , vel certe interpolata atque corrupta . Inſuper Paſſionaria Florentina , quae MSS. in Bibliotheca Laurentiana , in Archivo Aedituorum S. Mariae Floridae , & in Bibliotheca S. Crucis , exſiſtunt , & Acta huius Martyris , ſaeculo X. ut videtur antiquiora complectuntur , minime conſuluit ; in quibus nec dicitur B. *Mineas* , in loco , ubi poſtea Eccleſia S. *Candidae* ad Crucem Gurgitis exſtructa eſt , capite minutus fuiſſe ; nec ita obtruncatus caput ſuum amputatum manibus legiſſe , detuliſſeque , Arno flumine tranato , in proximum collem ; ſed vere in eo colle , ſeu Monte Florentino , ut habent Acta vetuſta , vitam fudiſſe . Huiuſmodi enim credulitas ſaeculo demum XIV. invaluiſſe videatur , quum in antiquioribus monumentis nil tale occurrat . Quae vero laudat Acta Martyris *Mineatis* Vallumbroſana , tamquam vetuſtiſſima , vereor ne ea non viderit , aut ne falſus ſit iudicando de aetate . Ludibrium autem Criticis debet , dum novem Lectiones , quae in Florentinis Eccleſiis recitabantur , ex ſinceris Actis huius martyrii paſſionem exhibere opinatur : quum paſſim fabellis , quae Acta fabuloſa ſubgerunt , refertae ſint ; quemadmodum aliae novem Lectiones , quae in *Codice 5. Plutei XX.* Bibliothecae Laurentianae habentur : & ex iiſdem Actis conflatae ſunt pariter Lectiones , quae exſtant

250 Piſana [a], & Senenſia [b], & Sicula [c], eius feſtum ad diem VIII. vel VIIII. KL. Novembreis ſignant. Nam illae Eccleſiae omnes eius Officium, ut vocant, agunt. Quin Florentiae in eius Pervigilio ieiunabatur [d]. Orationes & Lectiones ex Actis apocryphis conflatae, quas in eius Officio Eccleſia Florentina olim recitabat, ſunt quae ſequuntur [e]: Oratio. *Propitiare, quaeſumus Domine, nobis famulis tuis per B.Miniatis Martyris tui & Sociorum eius merita glorioſa, ut eorum pia interceſſione ab omnibus ſemper muniamur adverſis. Per Dominum noſtrum &c.* Lectio I. *Imperante impiiſſimo Decio Imperatore, quum perſequendo Chriſtianos Florentiam adveniſſet, miniſtri eius ceperunt Beatum Miniatem ad ſuburbana Civitatis proficiſcentem; cuius inquirentes religionem, & nomen, cum didiciſſent quod Chriſtianus eſſet, praeſentaverunt eum Decio Imperatori. Cui Imperator ait: Tu es Minias ſectator cuiuſdam Religio-*

in duobus Codicibus Archivi Aedituorum S. Mariae Floridae, quorum unus ſaeculo XI. exaratus fuiſſe videtur.

a Id mihi adfirmavit *Franc. Guidius* Archiepiſcopus Piſanus; nam, ut ſuperius *pag.* 528. vidimus, Eccleſia D. *Mineati* ſacra Maeetatae in Dioeceſi Piſana olim fuit, quae nunc alteri Eccleſiae unita eſt.

b Quot Eccleſiae S. *Mineatis* in Senenſi Dioeceſi ſint, docuimus ſuperius *pag.* 330. 333. 334. 522. Ad ea vero, quae ſuperius *pag.* 330. de Eccleſia Senenſi D. *Miniatis* ſacra diſſerui, adnotandum quoque fuerat, V. Cl. *Iann. Antonium Pecciam* Equitem Senenſem a. d. VI. Idus Novembris anno MDCCXLVII. mihi ſcripſiſſe, Eccleſiam S. *Mineatis* Senenſem adhuc exſiſtere, & eſſe huius nominis Paroeciam MMM P. Senis diſtantem, ſpectantem ad eam partem, quae Clauto proximior eſt, & ab ea totum illum agrum, & commune, nomen mutuari. In praeſens vero unitam eſſe Paroeciae S. *Martini* ad Cellulas, iuxta fluvium Botionem, vulgo *Bozzone*, & prope Monaſterium Carthuſianorum Pontiniani. In Calendario quodam Senenſi, quod in Libro notato tn6. Archivi Fabricae Eccleſiae Senenſis exſiſtit, ita legitur ad annum MCCXLIX. *XXVII. Aprilis abiit Raimadus venerabilis Monachus S. Miniatis, qui fuit filius quondam Guilielmi.* Quum haec Eccleſia Paroecia eſſet, & Monachis S. *Eugenii* ſubiecta, unus ex Monachis Parochum agebat, ut ſcripſit mihi laudatus *Peccius*, qui adfirmavit, eam Eccleſiam Paroeciam fuiſſe uſque ad ſaeculum XV. quo unita fuit Paroeciae S. *Martini* ad Cellulas. His moderanda & explicanda veniunt, quae de Cellula S. *Mineatis* ſuperius *pag.* 523. diſſerebam.

c *Ioannes de Ioanne De Divinis Sicular. Officiis Cap. XLVIII. pag.* 387. ubi de Officio Sanctorum menſis Octobris agit, ita ſcribit: *Die* XXIV. *Breviarium Gallo-Siculum celebrat Natale S. Miniatis; Calendarium Meſſanenſe iam editum, S. Felicis Epiſcopi, & Martyris; Meſſanenſe vero manuſcriptum meminit utriuſque.*

d In Kalendario perantiqui Miſſalis, quod exſtat in Archivo Aedituorum Sanctae Mariae Floridae, die XXV. Octobris mentio fit Sancti *Mineatis* Martyris. Sed in ora paginae, poſteriori manu, ſaeculo ſcilicet XII. vel XIII. ſcriptum eſt, quod in Sancti *Mineatis* vigilia ieiunatur. Miſſale ſcriptum videtur IX. vel X. ſaeculo; & fuiſſe uſui Eccleſiae S. *Bartholomaei*, quam puto Eccleſiam Florentiae in Curſu Adimariorum; nam alicubi ſcribitur, Presbyterum *Abbaadonatum* campanam in illa Eccleſia anno MCCIV. feciſſe.

e Has ſumſimus ex *Franc. Orlendio Tom. III. Orbis Sacr. & Profan. Par. II. Lib. III. Cap. XXXV.* Poſtremam autem Orationem *Ioſ. Mar. Brocchius* in libro *Vitarum Sanctorum Florentinorum* edidit, ubi de S. *Minente* agit, quam dicit deſcripſiſſe ex Codice perantiquo Bibliothecae Laurentianae *Pluteo XVII. n.* 3. ex quo alias duas, quae conſequebantur, ipſe addidi.

gionis Chriſtianae ineptae, & vanae, qui conturbas, vana docendo, totam provinciam? Cui Minias reſpondit: Ego ſum ſervus Chriſti. Tu vero, niſi a Deorum cultura receſſeris, perpetuum incendium ſubſtinebis. Lectio II. *Tunc iratus Imperator iuſſit beſtiam adduci crudeliſſimam, ut devoraret eum. Quam cum vidiſſet Beatus Minias, invocavit Dominum, dicens: Domine Deus ſalutis meae, eſto adiutor meus, & ne derelinquas me in hac hora. Et ſtatim extinctus eſt leopardus. Tunc Imperator iratus iuſſit, eum mitti in fornacem ignis ardentis, dicens: Crede Diis noſtris.* Lectio III. *Beatus Minias reſpondit: Ego credo Deum vivum, qui fecit coelum, & terram, & mare, & omnia quae in eis ſunt. Tunc Imperator iuſſit, fornacem ſuccendi, & ipſum exſpoliatum, ac oleo perunctum, in fornacem mitti. Et ſtatim Angelus Domini adſtitit, & ignis nihil ei nocuit. Et dixit ei Angelus: Eſto ſecurus, quia Dominus hodie te ſuis manibus coronabit.* Lectio IV. *Tunc Beatus Minias ſignavit ſe ſigno ſanctae Crucis, & extincto penitus igne, exivit illaeſus. Tunc Imperator iuſſit, adduci leonem crudeliſſimum, ut devoraret eum: quem cum ad ſe venientem videret Beatus Minias, fecit ſignum Crucis contra eum, & ſtatim mortuus eſt.* Lectio V. *Tunc iratus Imperator, iuſſit eum in equuleo ſubſpendi & torqueri, dicens ei: Si fortior me eſt Deus tuus, liberet te de manibus meis. Sanctus Minias ait: Non me deſeret Dominus meus Ieſus Chriſtus, qui facit mirabilia. Tunc iratus Imperator iuſſit, ſudes acutas mitti ſub ungulis eius, & omnes digitos eius pertundi; & ait Beatus Minias: Iſta ſunt opera patris tui Diaboli, quae tu facis.* Lectio VI. *Tunc Imperator ait miniſtris ſuis: Ollam plumbo implete, & in aures eius dum fervet mittite, ut non audiat Deum ſuum cum vocaverit eum. Quod cum feciſſent miniſtri, Beatus Minias extendit manus ſuas ad coelum, & dixit: Tu Domine Deus meus, ne longe facias auxilium tuum a me.* Lectio VII. *Audiens autem haec Imperator, & videns quia nihil ei nocerent, iuſsit miniſtris, ut eum ad terram ſubſpenderent, & ſaxum ingens ad pedes eius ligarent. Quod cum factum eſſet, Sanctus Minias levavit oculos ſuos ad coelum cum fiducia dicens: Domine Deus meus exaudi precem meam. Tunc adparuit ei Dominus Ieſus, in ſpecie iuvenis, confortans eum. Quod cum miniſtri renunciaſſent Decio, iratus eſt valde; & iuſsit, ut ferro acuto aures eius perforarent, quod & factum eſt.* Lectio VIII. *Cum autem Beatus Minias omnia tormenta patienter, & alacriter ſubſtineret, & nec in minimo*

ſu-

250 *ſuperari poſſet, iuſſit Imperator adferri multitudinem auri, & argenti, & gemmas pretioſas, & ſericum, & in conſpectu eius poni, ut animum eius, quem non potuerat per immania tormenta a Chriſti fide revocare, ſaltem per oblectamenta ſeculi poſſet ad Deorum ſuorum culturam adlicere. Quae omnia cum vidiſſet Beatus Minias, velut ſtercora reputata ſunt ab eo.* Lectio IX. *Cumque hoc vidiſſet Imperator, ait: Miniatem rebellem Deorum noſtrorum iubeo capitalem ſubire ſententiam; ſtatimque miniſtri accipientes eum duxerunt in Montem, qui dicitur Florentinus. Angelus autem Domini antecedebat eum. Et cum perveniſſet ad locum, unus miniſtrorum, evaginato gladio, amputavit caput eius. Paſſus eſt autem* VIII. *Kal. Novembris, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor, & gloria, in ſaecula ſaeculorum. Amen.* Orationes aliae: *Omnipotens ſempiterne Deus fortitudo certantium, & martyrum palma feſtivitatem hodiernae diei propitius intuere, & Eccleſiam tuam continua fac celebritate laetari, ut interceſſione B. Miniatis Martyris tui, Sociorumque eius, omnium in te credentium vota perficias. Per Dominum noſtrum &c.* [a] In Natali Sancti Miniatis Martyris. *Omnipotens ſempiterne Deus, qui per glorioſa bella certaminis ad immortales triumphos Martyres extuliſti Miniati. Valens. Valeri. Teguli. Aurelii. Sabatii. Verecunziani. Gavini. Criſpini & Criſpiniani. da cordibus noſtris dignam pro eorum commemoratione laetitiam, ut quorum hic merita pro amore amplectimur. eorum precibus adiuvemur. Per &c.* [b] VIII. Kal. Novembris Sancti Miniatis Martyris, Oratio [c]. *Omnipotens ſempiterne Deus, qui per glorioſa bella certaminis ad immortales triumphos Martyres extuliſti, Miniatis & Sociorum eius, da cordibus noſtris dignam pro eorum commemoratione laetitiam, ut quorum corpora pro amore celebramus, eorum precibus adiuvemur & meritis. Per Dominum noſtrum &c.* Secr. *Salutaris ſacrificium,*

a Hanc Orationem *Bracchius* primus edidit, & ex vetuſto Codice Laurentiano, qui *Plut. XXVII.* exſtet, exſcripſiſſe ſe dicit: ſed quum Pluteum illum totum perluſtraverim, eiuſmodi Codicem nunquam inveni.

b Haec Oratio deſumta eſt ex Libro Liturgico Laurentiano, qui *Plut. XVII. n.* 3. exſtat, quam video in errorem induxiſſe eos, qui nomina Sociorum B. *Mineatis* quaedam commenti ſunt; nam haec nomina non ſunt Sociorum paſſionis eius, ſed eorum, quorum memoria eadem die ab Eccleſia Florentina recolebatur. Conſule ſuperius *pag.* 569. ubi *Orlendius* fallitur.

c Haſce Orationes deſcripſi ex Codice Rituali ac Liturgico Laurentiano *Plut. XVI. n.* 8. qui perperam *Bedae Martyrologium* inſcribitur. Ex hiſce Obſervationibus corrigantur, quae de Orationibus heic proferendis ſcripſi ſuperius *pag.* 570.

a Ab

cium, Domine, populus tuus ſemper exſultet, quo & debitus honor ſacris Martyribus exhibetur, & ſanctificationis tuae munus adquiritur. Per &c. Ad Com. *Celebrantibus Martyrum tuorum Miniati & Sociorum eius beatam paſſionem, ipſorum nobis quaeſumus fiant interceſſione ſalutaria, in quorum natalitiis ſunt exſultanter impleta. Per &c.* Has autem Lectiones, & Orationes, non eo quidem protuli, quod ſolas & unicas exiſtimaverim, quae in Florentinis Eccleſiis legerentur; ſed ut ſpecimina quaedam praeberem. Non enim me latet, in Paſſionariis & Libris liturgicis Florentinis diverſis diverſas [a] haberi, unaquaque Eccleſia illas pro arbitrio & lubitu concinnante; ſecus enim tantum inter eas diſcrimen intercedere non potuiſſet. Poſt huiuſmodi cultum, & ritus, non mirum ſi & ſacrae Beati *Mineatis* Reliquiae paſſim venerationem meruerunt, cum in patria regione, tum in exteris remotiſque provinciis; & Florentiae quidem religioſe adſervantur in Eccleſia S. *Barptolemaei* ſuburbani Monaſterii Montis Oliveti [b]; in Eccleſia D. *Mineatis* inter Turres [c]; in Eccleſia Parthenonis, qui S. *Mineatis* titulum praefert, & iuxta Portam S. *Galli* ſitus eſt [d]; ut nihil de perantiqua S. *Mineatis* ad Montem Eccleſia dicam, in qua Corpus ipſum glorioſi Martyris quieſcere traditur [e]. In Eccleſia quoque Vrbis S. *Mineatis*

[a] Ab iis, quas exhibui, diverſas Lectiones habent Lectionarium Laurentianum *Plut. XX. n. 5.* In Bibliotheca etiam & Archivo Aedituorum Sanctae Mariae Floridae exſtant Codices Lectiones B. Martyris *Mineatis* complectentes, numero interdum, & narratione, differentes.

[b] Non mirum, Reliquias aliquas S. *Mineatis* in hac Eccleſia conditas adſervari; quando Monachi Olivetani domini ſunt Eccleſiae S. *Mineatis* in Monte Regis, utpote qui olim illud Monaſterium incolebant, ut ſuperius *pag.* 32. 34. —— 40. iam dictum eſt.

[c] De hac Eccleſia late egimus ſuperius *pag.* 32. 33. 34. —— 40. & *pag.* 542. 543. de hac eadem Eccleſia forte agitur.

[d] De hoc Parthenone non pauca praelibavimus ſuperius *pag.* 40.

[e] De vetuſto Monaſterio & Eccleſia S. *Mineatis* in Monte Florentino tam multa congeſſimus ſuperius *pag.* 27. —— 34. ut pauca reliqua ſint, quae in medium adducantur. Itaque nunc addere iuvat, quod anno circiter DCCLXXXVI. *Carolus Magnus*, quasdam domos huic Eccleſiae donavit, ut ſuperius *pag.* 27. 28. indicavimus, dato Diplomate, quod incipit: *Carolus gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum, ac Patricius Romanorum, omnibus Fidelibus noſtris preſentibus & futuris &c.* quod initium ex *Vincent. Borghinii* Excerptis, quae apud *Falcum Rinuccinium* Marchionem exſtant, exſcripſi. Anno MXXV. *Lambertus* Epiſcopus Florentinus, tamquam Eccleſiae & Monaſterii Sancti *Mineatis* dominus, ut ſuperius *pag.* 28. 43. 46. 50. videre eſt, Eccleſiam & Abbatiolam S. *Andreae* ad Arcum, ad Monaſterium illud pertinentem, *Petro* Primicerio donat. Inſtrumentum apud *Vghellium*, & *Cerracchinium*, eſt quod ſequitur.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Anno ab Incarnatione eius vigeſimo quinto poſt mille, & quarta nonas Augusti, Indictio-

Eeeeeee

ctione octava. Ideoque Lambertus venerabilis ſanct. Florentine Eccleſie Epiſcopus ſecundum convenientiam noſtram, & quia dare, atque habre. &c. Et Eccleſia ipſa reconcimoda, & per vos Sacerdotes officium, miſſam, orationem, inceuſum, & luminaria, die noctuque in ipſa Eccleſia, ipſa faciendum, tenendum, fruendum, ſeu habendum dare providi vobis, Petro Primiceeio Andree filio, & Sichelmo Clerico, & Petro, & Gerardo, & Ildeprando filiis Alberghe, & ipſam integram Eccleſiam, & Oratorium illud quod eſt in honoeem S. Andree, quod eſt ſitum in civitate Florentia prope arcum una cum offerta, & mortuorum, & cemeterio de ipſa Eccleſia, una cum caſa, & terra, que eſt ſita prope ipſam Eccleſiam, ſed & terea illa, que dicitue Piſcinale, ibique prope ipſam Eccleſiam iuxta caſam habitationis tue, qui ſupra Petrus Primicerius, & finit terea, & caſa Rainerii filii Geeardi, & Rodulphi nepotis ſui, & prope caſam Giudetti nunt filii . . . . inter in media via, & prope illum partum, ſed & decimationem illam Petrus Primiteeius ad iora de ipſa Eccleſia detinens de loco quidem iuxta Eccleſiam, & eebus peedictis, una cum omnibus ediſiciis ſuorum, vel omnia per ſuper ſe, & intra ſe habentibus predicta Eccleſia, & Monaſterio noſtra S. Miniatis in integrum ſicut ſuperius legitur eat vobis Petrus Peimicerius, & ipſi, & a veſtris heredibus, aut qui de vobis ſuper altum vixeeit, dare & firmare providi, & mihi Lamberto Epiſcopo. & meis ſucceſſoribus, & poſteris, & ipſi Peteo Primicerio, & ipſis veſtris heredibus intee vos toti dare debetis penſionem pro ipſa Eccleſia, & rebus illis omni anno in feſtivitate ipſius S. Andree, ibique ad ipſam Eccleſiam, aut ad ipſum Monaſterium noſtrum S. Miniatis, unde ipſa Eccleſia pertinent ad miniſteriale, aut appoſito, vel admiſſo ipſius Eccleſie, & Monaſtreium S. Miniatis, per vos, aut Miſſum veſtri argentum denarii viginti, & quatuor boni, & pend. . . & non amplius, & ſi vos adimpleutes, & ſi ego Lambertus Epiſcopus, vel de meis ſucceſſoribus, vobis ipſis Peteo Primiceeio, & de heredibus veſtris de ipſa Eccleſia, & rebus illis, tam de mobili, quam de immobili, movere, aut minaere, vel retollere, aut amplius quam ſupra legitur vobis ſuperimponere preſumpſerimus, tunc componituri vobis eſſe penam debeamus nummorum de bona argento libras viginti. Quidem & vos Peteus Primicerius, & Sichelmus, Prteus, Gherardus, vobis offerti ſumus, quia omnia ut ſupeeius legitur ſic inter nos convenianu, nam ſi tolleeimus nos, vel noſtri heredes dare, & adimplere pro omni anno, ibique & ipſa Eccleſia, vel a Monaſteeio ipſius S. Miniatis ad appoſito, vel a Miniſteeiali, aut a Miſſo ipſius Eccleſie illa penſione, ſicut ſupra legitur; & ſi illa Eccleſia, & rebus dimittere preſumpſerimus, aut ſi officialis opus miſſa, & traditione; incenſum, & luminaria, offerſiones, aut per vos tres Sacerdotes in ipſa Eccleſia facere neglexerimus, tunc illa predicta pena libras viginti parti veſtre componere debeamus, unde duo libelli ſcripti ſunt.

Actum Florentie, &c.

† *Ego Lambertus Epiſcopus.*

† *Ego Petrus Primicerius a nobis facti, &c.*

† *Ego Sichelmus Clericus a nobis facti, &c.*

† *Ego Petrus a nobis facti, &c.*

† *Ego Gheraedus a nobis facti, &c.*

† *Ego Leo Abbas dr Monaſteeio S. Miniatis, in hoc libello conſenſi, &c.*

† *Ego Theuſo Presbyter, & Monachus conſenſi, &c.*

† *Ego Otriſo Presbyter, & Monachus conſenſi, &c.*

† *Ego Ioannes Peesbyter, & Monachus conſenſi. &c.*

Signi manus predicti Ildebrandi, qui hunc libellum. ſicut ſopea legitur, fieri rogavi, &c.

† *Ego Davitius Vicedominus rogatus teſtis, &c.*

Signi manus Theodericii filii b. m. Theodeeici rogatus teſtis.

Ego Hildrbertus Iudex ſubſcripſi.

Ego Florentius Notarius Scriptor poſt tradita complevi.

Supradicti Peteus Primicerius, & Sichelmus, & Petrus Gherardi, & Ildebrandi filii Alberghe, Eccleſie S. Andree in civitate Floeentia, una eum offerta mortuorum, & cemeteeio, qui de ipſa Eccleſia, & Oratorio, & decimationem, quam ipſe Peteus donavit, &c.

Anno MXXXIX. mentio huius Monaſterii habetur in vetuſto monumento apud *Fidel. Soldanium* in *Hiſtor. Paſſinianenſi pag.* 274. quod ita habet.

In Nomine Sancte & Individue Trinitatis. Quamvis ſacer Divinitatis cultus exigat, ut omnibus Chriſti Fidelibus ſibi dignam exhibere debeamus reverentiam, precipue tamen erga illorum obſequia nos eſſe oportet ſolicitos, qui relictis pro Chriſto. & poſtpoſitis rebus ſecularibus, ſpretiſque vitiorum contagiis expediti & alacres confugerunt ad eius miſericordiam, & ſub eo legitime militantes contra antiqui hoſtis aſtutias, non ſolum die, noctuque, certare non deſinunt, verum etiam pro delictis popu-

pulorum apud Omnipotentis Dei miſericordiam intercedere non deſiſtunt inſtantia ſumma: dignum quippe eſt omnimodis, & valde laudabile in conſpectu Summi Dei, ut qui pro communi utilitate omnium militant, communi omnium labore & obſequio expeditius ſuam debeant continere militiam, quatenus abſque ſeculari ſolicitudine melius valeant Deo ſervire, cui adheſerunt, profecto abſque noſtre iuſtitie fructo, ut bene credere poſſimus, facere non valemus, ſi nos qui anteactis temporibus ſancte non viximus, illos iuvare, qui pie & ſancte, ſicut decet, in Dei ſervitio vivere volunt, ulmum imitantes plantatam in vinea, que licet in ſemetipſa ſit infructuoſa, tam fructuoſam tamen vitem cum botro ſuſtentat. De quorum itaque collegio, quoſdam viros S. Miniatis Monaſterii, quos vobis bene notos eſſe credimus, in eremo, que Valliſumbroſa vocatur, ſicut vos ſcitis, ſuſcepimus, in loco, qui dicitur Aquabella, proprietatem ſcilicet noſtri Monaſterii quidem in honore Sancti Hilarii ſito Alphiano, qui meliorande vite gratia Cenobium, quod multa populoſitate frequentabatur relinquentes, in loco ſolitario vitam ſanctam actitare maluerunt. Quam intentionem Deus ex alto proſpiciens, illorum iuſtam voluntatem, manum ſui auxilii ſupponendo, ſanctam perduxit in operationem: ſed quia Civitas latere non potuit ſupra montem poſita, illorum bone opinionis celeberrima ſama circumquaque perluſtrans, noſmet, & omnes noſtre Patrie homines pariter ſuo complevit bono odore; bene quippe congruebat, ut qui Deo, iuxta Pauli Apoſtoli vocem, bonus odor in omni loco extiterant, pro illorum factis, magna Deo ubique ab omnibus attolleremus preconia: morati ſunt ſiquidem in predicta eremo abſque Eccleſia, ſed tamen cum vita ſancta, per dies aliquot: interea exigentibus cauſis quam maximis, voluntate Dei contigit, ut Divus Corradus Imperator Auguſtus, cum ſua uxore Domina Giſla Auguſta, & filio ſuo Domino Henrico Rege glorioſiſſimo, & coniuge ſua Florentiam deveniret: unde factum eſt, ut fama, que iam populos repleverat, uſque ad ipſas aures perveniret Imperatoris, qui cum omnis illorum converſationis ordinem dignatus eſſet diligenter inquirere, inter cetera nunciatum eſt, illos Eccleſiam non habere. Quod audiens intellexit ſibi a Deo reſervatum fore, in quo Fratrum neceſſitati non minime ad divinum honorem ſubvenire debuiſſet, ad quos diligens Rodulphum Paderbonenſem, dignum Deo Preſulem, quia Feſularum Iacobo extincto, nondum habebant conſecratum Preſulem, in honorem S. Marie, & Michaelis Archangeli, & Bartho-

lo-

lomei, & Thome Apoſtolorum, & S. Stephani Pontificis, & Benedicti Abbatis, & Nicholai Venerab. Confeſſoris, conſecrari ibi Oratorium fecit.

Data anno Dominice Incarnationis trigeſimo nono poſt mille, & Imperii Domini Conradi Imperatoris Auguſti XIII. v. Non. Iul. Ind. 7. Act. Florentie &c.

Anno MXXXVIII. *Bonifacius* Tuſcie Marchio *Vbertum* Abbatem Sancti *Miniatis* ordinavit Abbatem *S. Petri*, ut liquet ex Charta apud *Florentinium* in *Mathilda pag.* 118. Inſtrumentum ſuperius *pag.* 28. allegatum hic producimus.

In nomine S. & Individ. Trinit. Bonifatius Divina miſerat. Tuſcorum Dux, & Marchio. Notum eſſe volumus omnibus noſtris fidelib. preſentib. S. ac futuris, Gaiprandum Presb. a patre ſuo conſtructum in honore S. Petri Monaſterium temporibus Lotharii, & Lodoici Imperatorum ita ordinaſſe, ut poſt exceſſum ſuum ſuarumque ſororum, & conſobrini ſui cuiuſdam atque nepotis, ſi Giſlarbertus, & Filoardus de legitimo matrimonio talem habuiſſet filium, qui Sacerdotale officium eſſet adeptus, ſupradictum Monaſterium tantummodo ad regendum in eius veniſſet dominum, ac ſic deinceps in unum quemque veniſſet Sacerdotem, qui ex eorum progenie natus eſſet legiptime (& ſiquid-) em de illorum generatione Sacerdos non extitiſſet, cui illud potuiſſent committere, debuiſſent de extraneis parentelis hominem Deum timentem eligere, qui illum locum venerabilem cum ſuis pertinentiis ſecundum Gaiprandi iam D. Presb. ordinationem atque precepta bene ſciret atque regere valeret. Ordinavit autem ſic atque precepit, ut unusquiſque Rector eiuſdem loci venerab. pro remedio anime ſupranominati Presb. per ſingulos annos, ut conſtituit, pauperes paſcat ita ut unicuique pauperi unum panem tribuat, & carnem aut aliquid coctoratum, quod pro tempore convenientius habere potuerit, & de vino tres bibere. Et in unoquoque anno in feſtivitate S. Petri Clericos illuc convenientes honorifice habeat. Et in uniuſcuiuſque anni capite anniverſ. patris eiuſdem Gaifredus, & Arperge eiuſdem genitricis, & pred. Gaiprandi Presb. & Gaiperti Presb. eiuſdem Barbani memoriam in ſuis orationibus agat. Hec omnia ab nihil aliud facere debet unuſquiſque niſi pro remedio eiuſdem Gaiprandi anime, & ſuorum parentum. Que omnia multis temporibus pretermiſſa ſunt nec a quolibet eorum, ſicut ipſe ſuis decretis ſtatuerat, facta ſunt. Temporib. igitur noſtris cernentes viri, quibus ordinationem

de

Digitized by Google

de ipſo Monaſt. facere pertinebat, tam predictum locum quam res eius male incedere, quoniam de ſua parentela idoneum hominem habere non poterant, quem ad illud Monaſterium delegiſſent, ex alia parentela elegerunt Vbertum S. Miniatis Abbatem, qui pred. locum cum ſuis rebus regeret, & omnia que Gaiprandus preceperat opere perfeciſſet. Tandem noſtram clementiam per Bennum noſtrum nobis dilectum Comitem, & Rodolfum noſtrum fidelem, & Donatum noſtrum Miniſterialem, convenerunt poſtulantes, quatenus pro amore Dei, noſtre remedio anime, pred. Vbertum Ab. de ipſo Monaſt. ordinaſſemus ſecundum eorum electionem, & Mundiburdii noſtri pagina confirmare dignaremur. Quorum dignis petitionibus annuentes pro ſalute animarum noſtri Sereniſſ. Ch. & Regis Glorioſſ. Domni H. & eorum Sanctarum coniugum pred. Abatem de ipſo Monaſt. ordinamus, & electione eorum ſecundum omnes tenores eius noſtro Mundibordio confirmamus. Per quod ſtatuentes precipimus, ut nullus Comes Vicecomes Caſtaldio Sculdaechius nullaque magna noſtre Marchie parvaque perſona pred. Abatem de ipſo Monaſt. vel eius rebus audeat inquietare aut contra ire, ſed omni tempore liceat ei quiere, & eis pacifice uti, & perficere, que in eius venerabilis loci continentur decretis, omnium hominum contradictione remota. Si quis autem quod non credimus noſtrum hoc Mundiburdium infringere temptaverit, ſciat ſe compoſitorum auri optimi libras centum, medietatem noſtre Camere, & medietatem Abati S. Miniatis. Quod ut verius credatur diligentiuſque ab omnibus obſervetur, ſigilli noſtri impreſſione, & manus noſtre confirmatione ſubt. volumus inſigniri.

Boneſacius Marchio & Duſ. SSS.

Locus ſigilli deperditi.

Data anno Dominicae Incarnationis XXX-VIII. poſt mille, Imperii Domni Chuonradi Invictiſſ. Imperat. Aug. XII. XIII. Kal. Mad. Ind. VI. in Loco Pocie territorio Florentino.

Item hoc Monaſterium memoratur in Charta *Itae* Abbatiſſae *S. Hilarii* anno MXXXIX. ſcripta, quae ita habet apud *Vgbellium in Epiſcopis Feſulanis pag.* 299. & cuius nunc video eſſe partem, quod paullo ſupra ex *Soldanio* attulimus *pag.* 574.

In Nomine ſancte, & Individue Trinitatis. Quamvis ſoter divinitatis cultus exigat, ut omnibus Chriſti fidelibus ſibi dignam exhibere debeamus reverentiam, precipue tamen erga illorum obſequia nos eſſe oportet ſoliſitos, qui relictis pro Chriſto, & poſtpoſitis rebus ſecularibus, ſpretiſque vitiorum contagiis expediti, & alacres confugerunt ad eius miſericordiam, & ſub eo legitime militantes, contra antiqui hoſtis aſtutias, non ſolum die, nocteque certare non deſinunt, verum etiam pro delictis populorum apud omnipotentis Dei miſericordiam intercedere non deſiſtunt inſtantia ſumma: dignum quippe eſt omnimodis, & valde laudabile in conſpectu ſummi Dei, ut qui pro communi utilitate omnium militant, communi omnium labore, & obſequio expeditius ſuam debeant continere militiam, quatenus abſque ſeculari ſulicitudine, melius valeant Deo ſervire, cui adheſerunt, profecto abſque noſtre iuſtitie fructu, ut bene credere poſſimus, facere non valemus, ſi nos qui anteactis temporibus, ſancte non viximus, illos iuvare, qui pie, & ſancte ſicut decet, in Dei ſervitio vivere volunt, ulmum imitantes plantatam in vinea, que licet in ſemetipſa ſit infructuoſa, tam fructuoſam tamen vitem cum botro ſubſtentat. De quorum itaque collegio, quoſdam viros de S. Miniatis Monaſterio, quos vobis bene notos eſſe credimus in eremo, que Vallisumbroſa vocatur, ſicut vos ſcitis, ſuſcepimus, in loco, qui dicitur Aquabella, proprietatem ſcilicet noſtri Monaſterii quidem in honore Sancti Hilarii ſito Alphiano, qui meliorande vite gratia Cenobium, quod multa populoſitate frequentabatur relinquentes, in loco ſolitario vitam ſanctam agitare maluerunt. Quam intentionem Deus ex alto proſpiciens illorum iuſtam voluntatem, manum ſui auxilii ſupponendo, ſanctam perduxit in operationem: ſed quia Civitas latere non potuit ſupra montem poſita, illorum bone opinionis celeberrima ſama circumquaque perluſtrans, noſmet, & omnes noſtre patrie homines pariter ſuo complevit bono odore; bene quippe congruebat, ut qui Deo, iuxta Pauli Apoſtoli vocem, bonus odor in omni loco extiterant, pro illorum factis magna Deo ubique ab omnibus attollerentur preconia. Morati ſunt ſiquidem in predicta eremo abſque Eccleſia, ſed tamen cum vita ſancta, per dies aliquot. Interea exigentibus cauſis quam maximis, voluntate Dei contigit, ut Divus Corradus Imperator Auguſtus, cum ſua uxore Domina Giſla Auguſta, & filio ſuo Domino Henrico Rege glorioſiſſimo, & coniuge ſua, Florentiam deveniret: unde factum eſt, ut fama, que iam populos cepleverat, uſque ad ipſas aures perveniret Imperatorias, qui cum omnis illorum converſationis ordinem dignatus eſſet diligenter inquirere, inter cetera nunciatum eſt, illos Eccleſiam non habere. Quod audiens intellexit ſibi a Deo reſervatum fore, in quo Fratrum neceſſitati non minime ad divinum honorem ſubvenire debuiſſet, ad quos dirigens Rodolphum Padebarnenſem, dignum Deo Preſulem, quia Feſulanum Iacobo ex-

extincto , nondum habebant conſecratum Preſulem , in honorem S. Marie , & Michaelis Archangeli , & Bartolomei , & Thome Apoſtolorum , & Sancti Stephani Pontificis , & Benedicti Abbatis , & Nicolai venerab. Confeſſoris , conſecrari ibi Oratorium fecit . Quod cernens ego Itta Sancti Hilarii Abbatiſſa indigna Dei gratia , duxi dignum eumdem venerab. locum , pro bono exemplo prius aliquo donare munuſculo , & ita ordinare , & componere , ut Fratres illic modo morantes , & qui deinceps debent convenire , meo auxilio , meaque operatione , in ſervitio Dei ſecure poſſint ſubſiſtere . Concedo itaque , atque confirmo predicto venerabili loco per circuitum eiuſdem pro cemeterio , & officinis , hortis , & vineis , & campis Pratrum , pratis , & paſculis , omnem terram , que eſt ad unum tenentem cum territo arboroſa , quamque & ſine arboribus , que iſtis terminis concluditur , ex uno quidem latere habet terminum foſſam de Prauco , & terram , que dicitur Paſcianiſe ; ex alia parte habet terminum Maſſam Reſtundaram , & terram Paſcianiſe , uſque ad iugum Alpis ; de tertia habet terminum terram Adimarii ; de quarta parte habet terminum terram eiuſdem Adimarii , & aliam terram noſtri Monaſterii , videlicet S. Hilarii ; & damus aliam terram & caſtanetum , & fraſcaritum , quod dicitur Caſa anuuale , quod eſt domnicatum . De una parte eſt eis finis terra de Manſis , de alia eſt finis via , de tertia eſt finis Fonteſterviſe , de quarta eſt finis Cerrito domnicato , infra iſtos fines tantum concedo , quantum tenuit ad meum domnicatum . Et inſuper concedo in Pitiano manſum unum , quod detinet Gherardus , & Martinus , & vineam unam de mea domnicata , cum terra , & horto , totum in unum tenentem , ſicut deſignata eſſe videtur . In Barbazzano dono terram Scaphiliorum trium de domnicato . In Melito ſortem unam , quam detinet Corbolus , & Vvinitio . Aliam ſortem in Remulo , quam detinet Iſoardus , & aliam in Agniano , quam detinet Bonetto . Aliam in Piſciano , quam detinet Urſo , & nepotes eius . Aliam ſortem ad Sanctum Maurum , quam detinet Bonitio Urſi , una cum terra duorum modiorum de domnicato , unum in padule , qui dicitur Prunito , & alium ubi dicitur Beneficiam . In Montiniana concedo de domnicato , terram Scaphilii unius , & unum manſum , quem detinet Ioannes , & Raintio germani filii Maintii . Ideo predicta Eccleſia , & terras prenominatas , & res , & ſortes , & domnicata , una cum omnibus edificiis , quae habent ſuper ſe , & infra ſe ubicumque aliquid ad ipſam pertinens eſſe invenitur , in integrum , in ipſa Eccleſia , & Oratorio Sancte Marie pro anime mee remedio , & parentum meorum tam vivorum , quam de- *fun-*

functorum concedo , & confirmo in tali tenore , ut prenominata Eccleſia cum omnibus rebus , quas modo ibi concedo , & confirmo , & quas Deo annuente deinceps ibidem pertinere debebunt , ſemper ſint ſub poteſtate , & defenſione prenominati Monaſterii S. Hilarii , in cuius proprietate ipſa Eccleſia ſita eſt , & ſub mea poteſtate , & meorum ſucceſſorum ad regendum , & defenſandum , ſive ordinandum , & ita volo , ut Prepoſitus , ſive Abbas , qui pro tempore ibi e Sanctorum auctoritate , & noſtra donatione ordinatus fuerit , pro predicta Eccleſia Sancte Marie , & pro omnibus pertinentiis eius , omni anno in feſtivitate S. Hilarii in ipſa Eccleſia , & Monaſterio ſito Alphiano , ante altare eius , ſive per ſe , ſive per Miſſum ſuum , per ſignum penſionis ponat de cera libram unam , & de oleo libram alteram ad luminaria faciendum ; & per omnia interdico , ut Prepoſitus , ſive Abbas eiuſdem locelli licentiam non habeat , nec poteſtatem prenominatam Eccleſiam Sancte Marie , ſive terras ibidem pertinentes , in alia qualibet poteſtate , vendere , aut commutare , aut quolibet titulo alienare , nec fiduciare , aut commendationem facere ad damnitatem prefati Monaſterii , & meam , vel ſucceſſorum meorum . Et illis hoc adimplentibus , ſi forſitan ego , vel mea aliqua poſtera predictam Eccleſiam Sancte Marie , aut res ibi pertinentes , de poteſtate Fratrum ibidem Deo ſervientium retollere , contendere , aut subtraditere , vel minuere , vel intentionare , aut predictum locum ſanctum deſtruere , vel diſſipare , aut per aliquam ſuprapoſitionem Dei ſervos ibidem conſiſtentes , moleſtare preſumpſerimus per nos , aut per ſubmiſſam perſonam , aut per quodlibet ingenium , componere , & dare debeamus ad partem ipſius Oratorii , & Rectorum eiuſdem loci penam , libras centum auri optimi . Et inſuper ſoluta pena , omnes maledictiones veniant ſuper illos , tam maſculos , quam ſupra feminas , qui hanc ſacram ordinationem , vel donationem , tentaverunt violare , quales olim venerunt ſuper Anania , & Saphira , & Simone Mago , & Abiron , & Dathan ; & cum Iuda traditore in infernum perpetuam ſuſtineant paſſionem . E hec donatio , & ordinatio , quam nunc facio , & que poſtea Deo volente factura ſum , firma , & ſtabilis permaneat nunc , & ſemper , & per omnia ſecula ; & hoc ſtatuo , atque cum firma ratione corroboro , & ſi aliquo tempore in eadem Eccleſia Sancte Marie talis Prepoſitus , ſive Abbas fuerit inventus , qui per aliquem modum ſimoniace hereſis ſit ordinatus , aut non regulariter vivat , licentiam habeamus ipſum omnimodis abiicere , & meliorem , & regularem ibi reſtituere . Hec omnia , que ſuperius leguntur , mea decrevit , & pro Chriſti amore confirmavit voluntas , per communem conſenſum , & conſilium Fratrum Deo *ſer-*

ſervientium, & noſtrarum Sararum, & per benevolentiam, & laudatiunem noſtre Ecleſie, Militum, & Iuditum noſtri comitatus conſcientiam, idcirco, ut in ea ordine, noſtra ordinatio, & donatio, quam pro remedio anime noſtre feci, firmior, & ſtabilior permaneat ſemper ſum ſtipulatione ſubnixa.

Vnde duas chartulas uno tenore ſcribere rogavi, quarum unam habeant predicti Iacelli Fratres, & altera ſit in cuſtodia Sancti Monaſterii noſtri, oſtendende futuris temporibus.

Data anno Dominice Incarnationis trigeſima nona poſt mille, & Imperii Domini Conradi Imperatoris Auguſti XIII. V. Non. Iul. Ind. VII. Act. Florentie &c.

Ego Itta Abbadiſſa †
Ego Rulandus PP. ſubſcripſi.
Ego Guido dictus Archipresbyter. ſubſcr.
Ego Petrus Abbas ſubſcripſi.
Ego Radulphus Iudex ſubſcripſi.
Ego Radulphus Iudex Domini Imperatoris ſubſcripſi.
Ego Adalbertus Iudex ſubſcripſi.
Ego Vvinigildus Iudex ſubſcripſi.
Ego Petrus Iudex ſacri Palatii ſubſcrip.
Ego Hugo Iudex D. Imp. ſubſcripſi.
Ego Bilditius Iudex ſubſcripſi.
Ego Florentius rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Guido Iudex Domini Imp. ſubſcripſi.
Ego Donatus Guaſtaldius D. Bonifacii Marchionis rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Petrus rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Florentius rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Ciriacus rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Petrus rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Ioannes rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Raynerius rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Petrus rogatus teſtis ſubſcripſi.
Signum manus Gherardi filii bon. mem. Petri, qui & Betio fuit vocatus, & Grimi filii Thegrimaldi rogati teſtis.
Signum manus Azzi filii Ildeprandi rogati teſtis.
Signum manus Roizii filii bon. mem. Gherardi rogati teſtis.
Signum manus Petri filii Thenperti rogati teſtis.
Signum manus Rainerii filii bon. mem. Grimaldi rogati teſtis.
Ego Doviza Vicedominus rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Thenzo rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Grimaldus rogatus teſtis ſubſcripſi.
Et ego Florentius Notarius ſcriptor, poſt tradita complevi.

Anno MLXV. *Alexander II.* Pont. Max. Monaſterio S. *Miniatis* ad Florentiam privilegia conceſſit, quod *Franc. Mar. Florentinius* in *Mathilda* memoriae prodidit, id, quod iam adnotaveram in *Praefatione* mei *Hodoeporici pag.* xxxiv. Charta anni MVC. quae ſupra *pag.* 29. memoratur, ita incipit: *In nomine &c. Chriſto auctore, nos quidem Ioannes f. b. m. Teuti, & Vgo, & Cona gg. ff. eiuſdem Ioannis, & Ghitla iugalis eiuſdem Vgbi f. b. m. item Vgbi. Nos predicti &c.* Donatio autem *Gerardi* filii *Benni*, de qua eadem pagina loquuti fuimus, incipit: *Manifeſtus ſum ego Gerardus f. b. m. Benni, quia pro timore Dei, & anime mee, vel parentum meorum remedio &c.* que quidem ex *Excerptis Vinc. Borghinii* huc tranſtuli. Saeculo XIII. Abbas Sancti *Miniatis* Paterinos Haereticos Romam iudicandos abduxit, ut ipſe in *Paterinorum Hiſtoria* demonſtro. Anno MCCCXLII. electus eſt Epiſcopus Florentinus *Angelus Acciaiolus* Dominicanus, qui deinde anno MCCCLVII. Neapoli vita functus eſt. De hoc ita ſcribit *Vghellius*: *Ipſe Monaſterium Sancti Miniatis ad pristinos mores reformavit, Sanctique Michaelis de Gorna Veteri perantiquum Sacellum Coenobii Bonifulatii voluit iuriſdictionis eſſe.* Varii Abbates S. *Miniatis* modo recenſendi veniunt, ut memoria ſubgerit. *Leonis*, ſeu *Leopardi*, meminimus ſuperius *pag.* 28. 31. & 574. *Vbertus* de quo ſupra *pag.* 576. *Ioſephus*, & *Nicolaus*, ut ſupra *pag.* 51. videre eſt. *Clericus* quoque occurrit ſupra *pag.* 31. 218. *Orlandinus* habetur ſupra *pag.* 31. 51. *Falcus pag.* 51. ubi & *Ioannes* occurrit, & *Vgo*. *Lapus Tucci* F. vir doctus, & Iuris Pontificii peritus, de quo *Nigrius De Scriptoribus Florentinis*, & *Laurent. Mehus* in *Vita Lapi a Caſtelliunculo* edita Bononiae anno MDCCLIII. & nos ſupra *pag.* 32. ubi & *Auguſtinus* alter Abbas memoratur. *Minias Pictius*, quem memorat *Faralius* in *Hiſt. Aretina pag.* 56. *Pocciantius*, & *Nigrius De Scriptoribus Florentinis*. *Ianitus Menduzza* Cardinalis, Abbas Sancti *Miniatis*, occurrit ſupra *pag.* 34. & in Catalogo Codicum MSS. Bibliothecae Riccardianae. *Barnabas Oddius* Peruſinus, Noſocomio etiam Sanctae Mariae Novae Praefectus anno MDCXII. erat, de quo inferius agetur, quemadmodum & de aliis. De Coemeterio, quod, ubi nunc Eccleſia haec & Monaſterium exſiſtit, antiquitus fuiſſe perhibetur, loquitur Inſcriptio, quam ſuperius *pag.* 27. in medium adtuli; idque confirmat V. Cl. *Ant. Franc. Gorius Part. I. Inſcription. Tuſciae pag.* 299. De Picturis huius Eccleſiae haec addere iubet ex *Francho Sacchettia, Miles*. CXXXVI. *Nella Città di Firenze, che ſempre di nuovi uomeni è ſtata doviziuſa, furono già certi Dipintori, e altri Maeſtri, li quali eſſendo a un luogo fuori della Città, che ſi chiama San Miniato a* Mon-

Digitized by Google

Monte, per alcuna dipintura e lavorìo, che alla Chieſa ſi dovea fare; quando ebbono deſinato con l' Abate, e ben paſciuti, e bene avvinazzati, cominciarono a queſtionare; e fra l' altre queſtione moſſe uno, ch' avea nome l' Orcagna, il quale fu Capomaeſtro dell' Oratorio nobile di Noſtra Donna d' Orto San Michele. Qual fu il maggior Maeſtro di dipignere, che altro, che ſia ſtato da Giotto in fuori? Chi dicea, che fu Cimabue, chi Stefano, chi Bernardo, e chi Baffalmacco, e chi uno, e chi un altro. Taddeo Gaddi, ch' era nella brigata, diſſe ec. Diſſe uno, ch' avea nome Maeſtro Alberto ec. Item ex *Mannio Tom. XIV. Sigillar. pag.* 21. ſcribente, Sanctos quoſdam Vallumbroſanos in hac Eccleſia pictos eſſe. Sed quoniam *Mannii* auctoritate abuſi fumus, lubet ea huc transferre, quae retractavit *Tom. XVII. Sigillor. Artic. ultimo*, & quae corrigere & illuſtrare poſſunt ea, quae ſupra habentur *pag.* 32. ab eodem *Mannio* mutuo accepta. „ Per quello adunque, che „ riſguarda l' antichità di queſto Mona„ ſtero già abitato da' Monaci di Clogni, „ ſi trova, che fino del 1228. ſegui tra „ eſſi, e i Conſoli dell' Arte di Calimala „ un Lodo, conſervato originalmente nel„ l' Archivio di Montoliveto nel Pluteo „ di Scritture dal 1021. al 1248. nel „ quale ſi legge eſſere ſtato ſentenziato, „ che la Caſa, detta l' Opera di S. Mi„ niato, con ſue appartenenze, ſi debba „ conſervare in perpetuo ſeparata dagli „ altri effetti della Menſa del Monaſtero; „ e dentro vi abiti l' Operaio, che am„ miniſtri i beni aſſegnati all' Opera per „ mantenimento, e riſarcimenti della Chie„ ſa di S. Miniato; e che nell' elezione „ dell' Operaio, l' Abate pro tempore deb„ ba nominare tre, o quattro Converſi di „ eſſo Monaſtero, o d' altrove, più idonei „ a tale oficio; e ſe dal Priore, o de' „ Conſoli, non veniſſe eletto, o approvato „ alcuno de' nominati, allora l' Abate, e „ il detto Priore, e Conſoli, poſſano eleg„ gere qualunque altra perſona idonea, fuori „ di uno de' Converſi, ſalvo ſempre l' ius „ all' Abate, e ſuoi ſucceſſori, di poter cor„ reggere l' Operaio, con altre ordinazio„ ni proficue per lo buon ordine di det„ ta Opera. Rogò Ser Bene de Monteſi„ calle.

„ Quindi nell' anno 1334. a' 17. di „ Marzo, in ordine al ſopraccennato Lo„ do, dall' Abate di S. Miniato, in preſen„ za del Priore, e Conſoli, fu eletto per „ Operaio Franceſco Migliorati Monaco in „ eſſo Monaſtero, come per rog. di Ser „ Giovanni d' Orlando; e dall' iſteſſo Opera„ io di conſenſo dell' Abate furono fatte „ quindi le Sedie del Coro.

„ Del 1367. leggo nelle D.liberazio„ ni della Repubblica, che l' Abate ſuppli„ ce la Signoria di Firenze, che ſi conten„ ti, che venga reſtaurato un Molino del „ Monaſtero in luogo detto Ricorboli *ſu„ per Pontem Rubacontis verſus Orientem per* „ 200. *brachia, vel infra, in flumine Arni.*

„ A quello inoltre, che va dicendo là „ nel Tomo IX. il Sen. Carlo Strozzi, che „ i Monaci Cluniacenſi di S. Miniato, ri„ maſi erano ſoltanto in numero di cinque, „ aggiunger ſi vuole ſul fondamento delle „ memorie trovate ora nell' Archivio ſud„ detto di Montoliveto, che la Badia di „ S. Miniato eodate era in Commenda per „ opera dell' ultimo Abate di eſſi per no„ me Agoſtino, il quale l' aveva ceduta „ liberamente nelle mani del Cardinale Go„ glielmo Diacono del titolo di S. Angelo „ con iſpecial mandato di ceſſione; e che „ poſcia Gregorio XI. perchè eſſa non re„ ſtaſſe ſenza eſſere ufiziata, nel 1373. la „ unì, e donò in perpetuo inſieme con „ tutti i ſuoi beni, ius, ed appartenenze „ alla Congregazione Olivetana, che fio„ rive in ottima religioſa diſcipline, con „ che foſſe eſente dalla giuriſdizione del „ Veſcovo di Firenze; per la qual coſa il „ Veſcovo Angelo Ricaſoli volendo il dì „ primo d' Aprile 1374. tenere Ordinazio„ ne in quella Chieſa, e conoſcendo di „ non aver tale ius, ne preſe licenza dal„ l' Abate D. Giovanni Selviati, con pro„ teſta di non pregiudicare alle ragioni del „ Monaſtero. Di più le donò l' Epiſcopio „ contiguo ad eſſo Monaſtero, edificato dal „ Veſcovo Andrea de' Mozzi l' anno 1295. „ non come Veſcovo, ma come privata „ perſona colla previa licenza dell' Abate, „ dove ſolevano i Veſcovi talvolta dimo„ rare.

„ Dipoi adì 21. d' Agoſto pur 1373. „ la Religione Olivetana rilaſciò a' Veſco„ vi Fiorentini quattro Chieſe Corate di „ ſuo padronato; cioè S. Lucia de' Magnoli, „ S. Piero e Ema, S. Paolo a Moſciano, e „ S. Maria al Bovino.

„ Indi il dì 27. d' Agoſto dello ſteſſo „ anno 1373. eſſendo Abate Generale di „ eſſa Congregazione D. Salvi Doni Fio„ rentino, aſſegnò egli al noſtro Monaſte„ ro per primo Abate D. Giovanni di Ia„ copo Salviati di Firenze con dodici Mo„ naci, nel qual giorno ne preſero il poſſeſſo „ per pubblico Inſtromento, rogato Ser „ Goro Notaio dell' Arte di Calimara. La „ Bolla di Gregorio XI. è la ſeguente, „ diretta all' Abate, e al Monaſtero (capo „ de-

„ degli altri Monaſteri) di Monte Oliveto „ Maggiore, allora della Diogeſi di Arez„ zo, prima che Pienza, nella cui Dioceſi „ torna adeſſo, foſſe da Pio II. renduta „ Città.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monaſterii Beatae Mariae de Monteoliveto Ordinis Sancti Benedicti Aretinae Dioeceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Sacrae veſtrae Religionis, ſub qua mundanis abiectis illecebris devotum, & ſedulum exhibetis Domino famulatum, promeretur honeſtas, ut ad ea, per quae ipſa veſtra Religio propagari, & cultus divinus augeri, valeant, favorabiliter intendamus. Dudum ſiquidem proviſiones omnium Monaſteriorum tunc apud Sedem Apoſtolicam vacantium, & in antea vacaturarum ordinationi, & diſpoſitioni noſtrae duximus reſervandas, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcumque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque poſtmodum Monaſterium S. Miniatis ad Montem Florentinum Ordinis S. Benedicti ex eo apud Sedem praedictam vacaverit, & vacet ad praeſens, quod dilectus filius Auguſtinus Monachus, olim Abbas eiuſdem Monaſterii, regimini ipſius Monaſterii, cui tunc praeerat, in manibus dilecti filii noſtri Guilermi S. Angeli Diaconi Cardinalis, apud Sedem eamdem libere, & ſponte ceſſit, idemque Cardinalis de ſpeciali mandato noſtro facto ſibi ſuper hoc, oraculo vivae vocis, ceſſionem huiuſmodi apud eamdem Sedem admiſit, nullaſque praeter ſe hac vice de proviſione ipſius Monaſterii nos intromittere potuerit, neque poſſit, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis; Nos cupientes, quod Monaſterium ipſum, quod, ut aſſeritur, multum in regulari obſervantia eſt collapſum, & in quo ad praeſens quinque Monachi dumtaxat exiſtunt, in melius reformetur: ac attendentes, quod Monaſterium ipſum per Fratres veſtrae Religionis, quam bonorum omnium elargitor multum adauxit in Eccleſia Sancta Dei, reformari, ac reduci poterit facilius ad obſervantiam regularem, dictum Monaſterium cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, ab omni iure, iuriſdictione, & poteſtate venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi, & Eccleſiae Florentinae, ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine eximentes ipſa Monaſterium, ac iura, & pertinentias, vobis, ac Monaſterio veſtro, auctoritate Apoſtolica, liberaliter concedimus, ac donamus. Ita quod liceat vobis ex nunc corporalem poſſeſſionem dicti Monaſterii Sancti Miniatis, ac iurium, & pertinentiarum ipſius libere apprehendere, ac licite perpetuo retinere, Dioeceſani loci, vel cuiuſcumque alterius licentia minime requiſita. Volentes, & auctoritate praedicta tenore praeſentium ſtatuentes, quod de caetero praefatum Monaſterium Sancti Miniatis praefato veſtro Monaſterio perpetuo ſit ſubiectum, ac per unum Abbatem regatur, & etiam gubernetur; & tam idem Abbas, quam Monachi ipſius Monaſterii Sancti Miniatis pro tempore exiſtentes illius coloris, & formae habitum gerant, & habeant, qui in dicto veſtro Monaſterio geritur, & habetur, ac inſtitutis regularibus eiuſdem veſtri Monaſterii per omnia ſe conforment. Quodque tu, fili Abbas, cum conſilio tui Conventus tot ex Monachis tam dicti Monaſterii tui, quam Monaſteriorum, ac Prioratuum, & aliorum locorum tibi ſubiectorum ad praedictum Monaſterium Sancti Miniatis deſtinare procures, quot ibi poterunt congrue ſuſtentari; ac ipſi Monaſteria S. Miniatis hac vice, & etiam deinceps quoties illud vacare contigerit, Prioratus tibi ſubiectos conſuevisti de Praelatis hactenus providere: non obſtantibus quibuſcumque reſervationibus noſtris, vel praedeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum de praefato Monaſterio Sancti Miniatis generaliter, vel ſpecialiter factis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſteriorum, & Ordinis praedictorum contrariis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, necnon privilegiis, ac literis Apoſtolicis generalibus vel ſpetialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quae praeſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis: & inſuper vobis auctoritate praedicta concedimus, quod praefatum Monaſterium S. Miniatis, ac perſonae, quae degent pro tempore in eodem, libere uti, & gaudere poſſint, & debeant omnibus privilegiis, indulgentiis, exemptionibus, libertatibus, & immunitatibus, quibus praefatum veſtrum Monaſterium, & alia loca ſibi ſubiecta, & perſonae in eis degentes pro tempore gaudere potuerunt, & etiam debuerunt, & quibus ipſum Monaſterium S. Miniatis, & eius perſonae ſolitae ſunt gaudere. Per hoc autem iuri quibuſcumque perſonis competenti in adminiſtratione bonorum deputatorum fabricae ſupradicti Monaſterii S. Miniatis non intendimus praeiudicium generari. Nos enim irritum, prout eſt, decernimus, & inane, ſi ſecus in praemiſſis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel contigerit in poſterum attentari; de ſtatu autem praefatorum quinque Monachorum per alias noſtras literas duximus providendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae conceſſionis, donationis, voluntatis, ſtatuti, in-

intentionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum.

Datum Avinione XII. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

„ Non ſi mancò da' Monaci da indi in poi di ofiziare la Chieſa, ed inſtruire il popolo, poichè era Parrocchia; e di tempo in tempo da eſſi reſtaurato venne il Monaſtero ampliandoſi con nuovi Dormentori; lo che appare chiaramente in un Libro nell' Archivio di Monte Oliveto ſegnato ✠ a car. 35. e fatte vi furono più e diverſe muraglie ad oggetto di reggere con eſſe il terreno, e circondare gli orti, ſiccome ivi a car. 24. ſi dice. Parimente ſi fecero le ſpalliere al Refettorio, qualmente in altro Libro dei Monaſtero ſteſſo ſegnato A, a c. 18. ſi fa parola.

„ Nel 1517. ſi riedificò per loro il Campanile, che pur oggi ſi vede (benchè rovinato dalle cannonate per l' aſſedio di Firenze) lo che ſi narra in altro Libro a parte intitolato Fabbrica del Campanile. Nè è da tacerſi un Altare, che dal P. Abate Oddi Olivetano fu edificato dipoi in Chieſa coll' Arme della Famiglia degli Oddi di Perugia, avente l' appreſſo memoria:

DOMNVS BARNABAS DE ODDIS HVIVS ECCLESIAE ABBAS SANCTAEQVE MARIAE NOVAE COMMENDATARIVS ALTARE HOC SVIS SVMTIBVS ERECTVM DEO DIVAEQVE MARIAE VIRGINI SANCTOQVE MINIATI PROTECTORI DICAVIT ANNO MDCXIV.

„ In queſto luogo ſi vuol bene intendere, che eſſendo queſta Badia l' anno 1553. circondata di mura, e rinchiuſa nella Fortezza, che il Granduca Coſimo I. aveva ivi fatto edificare, e preſidiare da numeroſe truppe Spagnuole colle loro famiglie; l' Abate, che ne era allora, cioè D. Miniato Pitti Fiorentino, uomo non men chiaro per le Filoſofiche, e Mattematiche Diſcipline, di quel che foſſe per la Religioſa oſſervanza, di cui in luogo più opportuno nobili elogi ſono io per riportare; dopo aver tenuto co' ſuoi Monaci vari conſigli, riſolvè, per non convivere co' Soldati, che era tutto all' oppoſto dell' Inſtituto Monaſtico, di aſſentarſi, non ſenza gran diſpiacere, e di paſſare al Monaſtero di S. Bartolommeo di Montoliveto, come fu fatto, con conſervarſi nonpertanto fino al dì d' oggi l' uſo, e le coſtumanze di portarſi a S. Miniato infra l' anno a ſolennizzarvi alcune Feſte con Meſſa cantata, cioè nelle Feſtività di S. Gio. Gualberto, di S. Iacopo, e di S. Miniato; come pure ogni Venerdì di Marzo andarvi un Monaco a celebrare la Meſſa piana; ed il Venerdì Santo un ſofficiente numero di Religioſi e farvi la funzione di aprire la mattina, e chiudere ſulla ſera, la Porta Santa. Quanto poi agli altri obblighi di queſta Badia gli ſoddisfecero, e gli ſoddisfanno tuttora, nel Monaſtero di Montoliveto, e per eſſa hanno ſempre pagato, e pagano alla Camera i conſueti Quindenni. Per poi mantenere il loro poſſeſſo, per più anni ſeguitarono ad aſſiſtere alla Parrocchia di S. Miniato da per loro ſteſſi; ma veggendo il ſopraddetto P. Abate Pitti, che riuſciva ciò diſaſtroſo pur troppo, aſſegnò parte della Cura a S. Margherita a Montici, e parte a S. Lionardo in Arcetri; e come Padrone independente il dì 8. di Febbraio 1557. col concorſo, e alla preſenza, de' reſpettivi Rettori ne fece aſſegna alle accennate Cure colla ſolita Decima, ſiccome per l' Inſtrumento rogato da Ser Piero di Ser Bartolommeo dal Ponte a Sieve Not. Fior. eſiſtente al io Monte Oliveto, come nell' Archivio Generale nel ſuo Protocollo.

„ E qui per emendare viepiù il Migliore nella Firenze illuſtrata, ed il Cavaliere Anton Franceſco Marmi nella Parte ſeconda delle coſe notabili di Firenze, che non furono bene informati dell' avvenimento e colſero abbaglio, l' uno a car. 440. l' altro a car. 205. dell' edizione del 1733. e di quella del 1745. a 203. conviemmi narrare co' documenti alla mano, come i Monaci Olivetani l' anno 1553. atteſa la ſuddetta difficoltà di ſtare al Monte, a tutte loro ſpeſe ottennero con una penſione e Guido Antonio Adimari Gentiluomo, e Canonico Fiorentino, la Chieſa Parrocchiale di S. Michel Bertelde, di cui egli era Rettore, obbligandoſi di pagargli ogni anno fiorini 130. vita ſua durante, la qual finì nel 1569. Quindi Papa Giulio III. con ſua Bolla, per la quale ſi legge nell' Archivio di Montoliveto inſino la ſpeſa (che fu di ſcudi 400.) unì alla Religione Olivetana la ſteſſa Chieſa con tutti i ſuoi beni, ed appartenenze, con facoltà di farla Monaſtero. Puoſſi di ciò aver riſcontro non ſolo nella Bolla, che ſi conſerva da loro, ma in un Libro ſegnato A, l' una, e l' altro nell' Archivio di Monte Oliveto. Or perchè l' acqui-

,, ſto delle Priorìa di S. Michel Bertelde
,, fu contemporaneo alla partenza de' Mo-
,, naci da S. Miniato, fu ſparſo romore,
,, che queſta di S. Michele fuſſe loro da-
,, ta in ricompenſa della prima, il che
,, non fu vero; e perciò il Cardinale San
,, Carlo Borromeo Legato di Bologna ri-
,, cercò poi alla Religione per via d'Atti,
,, con qual ragione ella poſſedeſſe ancora
,, e la Priorìa di S. Michele, e la Badìa di
,, S. Miniato; e giuſtificato eſſere quella
,, ſtata comprata a ſpeſe della Religione,
,, e non parlarſi nella Bolla di Giulio III.
,, di ſmembrazione dell'altra, ne fece per-
,, petua quietanza nominatamente al Padre
,, Abate Pitti di S. Miniato, ed al Padre
,, D. Vito Buonaſoſi Abate di S. Michel
,, Bertelde *pro omni ſuo iure*, come dal-
,, l' Inſtrumento rogato negli 8. di Set-
,, tembre 1561. da Ser Deſiderio della
,, Motta Bologneſe Notaio pubblico, eſi-
,, ſtente come ſopra, ed è l'appreſſo:

In nomine Domini Amen. Per hoc praeſens publicum Inſtrumentum, cunctis fiat notum, quod Anno a Nativitate eiuſdem milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, Indictione quarta, die vero nono menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Pii divina providentia Papae Quarti anno ſecundo, in mei Notarii publici, teſtiumque infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum praeſentia, coram Reverendo, eximioque iuris utriuſque Doctore Domino Marco Antonio Areſio Regente Cancellario Reverendiſſimi Illuſtriſſimique Domini Domini Caroli Cardinalis Borromei in Civitate Bononiae pro eodem Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa, Sanctaque Sede Apoſtolica, de latere Legati, atque Monaſterii, ſive Abbatiae Sancti Silveſtri de Nonantula Sancti Benedicti, vel alterius Ordinis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis perpetui Commendatarii, Procuratore, prout de eius Procurationis mandato conſtat infraſcripto publico Inſtr. rogato per Damianum Didacum de Avila Archivii Romanae Curiae Scriptorem ſub die vigeſimo tertio menſis Decembris milleſimi quingenteſimi ſexageſimi proxime praeteriti per me Notarium infraſcriptum viſ. atque perlecto, una cum littera legal. eiuſdem Archivii; Comparuit Reverendiſſimus Dominus Miniatus de Pictis de Florentia Abbas Monaſterii, & Conventus Sancti Miniati ad Montem Civitatis Florentiae Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Montis Oliveti pro omni ſuo iure, intereſſe, nec non & antedicti ſui Monaſterii, & Conventus, ac illius Monachorum, ac ut & tamquam Procurator Reverendiſſimi Domini Viti de Bonaſoſis Abbatis Abbatiae S. Michaelis de Berteldis de Florentia eiuſdem Ordinis, & Congregationis, ex Inſtrumento ſui mandati ſcripto, & rogato per Ser Sebaſtianum de Bandinis Notarium Florentinum ſub die trigeſimo prima menſis Auguſti praeſentis anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi primi, cuius copia prius per me Notarium infraſcriptum fideliter collationata penes me relaxata fuit occaſione, & in termino Monitorii, ſeu alias mandati eiſdem Dominis Abbatibus fact. ex parte, & mandato Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Domini Caroli Borromei Commendatarii, ad comparendum, & ſe praeſentandum coram Patre Domino Marco Antonio, & Domino Ioanne Antonio Conturbia in dicto Monaſterio Vicario Generali, ſeu eorum altero infra tempus, & terminum quindecim dierum tunc proxime futurorum ad deducendum, allegandum, notificandum, & demonſtrandum quo iure, ac titulo, eadem Congregatio Montis Oliveti teneat, ac poſſideat antedictas Abbatias, ſeu Monaſteria, tam Sancti Miniati ad Montem, quam Sancti Michaelis de Berteldis; ſatisfaciendoque ſupradictis praeceptis, ſeu alias Monitorio, de eis, ut ſupra factis; eidem Reverendiſſimo Domino Marco Antonio Areſio exhibuit, ac praeſentavit litteras unionis, & ſummiſſionis auctoritate Apoſtolica factae de dicta Abbatia S. Miniati, antedictae Congregationi Montis Oliveti, emanatas a felicis recordationis Gregorio PP. XI. ſub datum apud Villam novam Avinionen. Dioeceſis ſexto Idus Auguſti, Pontificatus ſui anno tertio, eius vera Bulla plumbea cum cordula canapis more Romanae Curiae impendente bullata; Item & quaſdam alias litteras unionis, annexionis, & incorporationis eidem Congregationi factae de dicta Abbatia Prioratus nuncupato S. Michaelis de Berteldis per felicis recordationis Iulium Papam III. ſub datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, octavo Idus Decembris, Pontificatus ſui anno quarto, pariter eius vera Bulla plumbea cum filis ſericis rubei croceique colorum more eiuſdem Curiae impendentibus bullatas; dixitque, & expoſuit prout in antedictis litteris Apoſtolicis continetur; ipſarumque litterarum copia collationatam, & auſcultatam cum dictis litteris originalibus, ac de verbo ad verbum concordare inventam, eidem Reverendiſſimo Domino Marco Antonio Areſio Regenti dimiſit, tradidit, atque relaxavit, ſuper quibus omnibus, & ſingulis praemiſſis, Idem Dominus Abbas principalis, & Procurator reſpective ſibi partique ſuae unum, vel plura a me Notario publico infraſcripto publicum, ſeu publica fieri, atque confici petiit Inſtrumentum, & Inſtrumenta. Acta fuerunt haec Bononiae in Cancellaria praedicta ſub Anno, Indictione, Die, Menſe, Pont. quibus ſupra, praeſentibus ibi-

ibidem diſcretis viris Peregrina quondam Antonii Lucigunni, & Eraſma quondam Ioannis Matbaei Droghetti laycis Muticenſibus teſtibus ad praemiſſa vocatis, atque rog.

Ego Deſiderius de Matta Baconienſis civis, publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius, ac in Archivio Roman. Curiae deſcriptus Cancellarius Regiae Legationis Baconienſis curam eadem Reverendo Domino Regente Scriba deputatus, quia praemiſſis interfui, idea hic me cum ſolita ſigna ſobſcripſi, in fidem praeſentium rogatus.

„ Per la Chieſa poi di S. Michel Ber-
„ telde ebbero i Monaci Olivetani quella di
„ S. Apollinare, conforme accenna il Mi-
„ gliore; ma ſegol in queſta guiſa. Del-
„ l' anno 1592. col favore del Granduca
„ Ferdinando I. de' Medici fu richieſto a
„ queſta Religione la Prioral Chieſa di
„ S. Michele, affine di collocarvi nell' in-
„ troduzione loro in Firenze i Cherici Re-
„ golari appellati Teatini, venendo eſibita
„ ed eſſa Religione la Parrocchiale di San-
„ to Apollinare; a dopo aver la medeſima
„ addimandato altro luogo di più conſa-
„ cevole ricompenſa, concorſero i Monaci
„ a far quel cambio; Perlochè Papa Cle-
„ mente VIII. con ſua Bolla ſmembrò dal-
„ la Religione la Prioria di S. Michele,
„ laſciando alla medeſima i ſuoi beni, ed
„ in perpetuo unille S. Apollinare con tut-
„ te le ſue giuriſdizioni, e beni, qualmen-
„ te la Bolla eſiſtente nel ſoprammentovato
„ Archivio dimoſtra. In ſequela di che
„ il dì 2. di Ottobre 1592. per rogito di
„ Ser Paolo Paolini Notaio Fiorentino gli
„ Olivetani preſero l' attual poſſeſſo di S.
„ Apollinare con venire eſentati dal paga-
„ mento della Bolla, atteſa la ſpeſa fatta
„ già per quella di S. Michele.

„ Ma tornando al Monaſtero di San
„ Miniato principale ſcopo delle noſtre
„ aggiunte, fece menzione il Senatore
„ Strozzi colle parole ad unguem riferite
„ da noi nel Tomo IX. a 121. della bella
„ Cappella, che Meſſer Alvaro Veſcovo
„ Silvenſe fece edificare in queſta Chieſa.
„ Qui mi giova d'aggiugnere coſa, che a
„ a prima fronte ſembra di picciolo, ma è
„ di conſiderabil momento; e ſono alcune
„ Scritte di convenzioni, originali nel ſo-
„ praddetto Archivio di Monte Oliveto
„ concernenti il lavoro di eſſa Cappella
„ con gli operanti.

„ Una di eſſe è ſoſcritta di proprio
„ pugno del Veſcovo fatta con Antonio di
„ Matteo di Domenico Gamberelli Scultore
„ per far eſſo la ſepoltura del Cardinale di
„ Portogallo, che dovea coſtare fiorini 425.
„ di ſuggello, cioè di lire 4. e ſoldi 5. il
„ fiorino, ed è ſtipulata nel dì primo Di-
„ cembre 1461. eſſendo Abate di S. Mi-
„ niato D. Giuliano. Mediante queſta io
„ vengo in chiara cognizione, che Antonio
„ Roſſellini, così domandato dal Vaſari,
„ dal Borghini, e da quanti Scrittori par-
„ lano di lui, che ſono molti, era Anto-
„ nio di Matteo di Domenico Gamberelli
„ (appellato Roſſellino) poichè così egli
„ ſi ſoſcrive di ſua mano; e da' Libri di
„ ſpeſe, del lavoro di tal Cappella, con-
„ feſſa d'aver acquiſtato sì bella notizia il
„ Baldinucci laddove nel Decennale 1. Par.
„ 1. ſecolo III. parla di queſto Scultore.
„ Eſſo però non vide, come ho fatt' io
„ queſta ſcritta originale, poichè non ſa-
„ rebbe ivi caduto nell' errore ſteſſo, in cui
„ cadde il Vaſari, dicendo amendue, che
„ tal lavoro fu finito, e meſſo ſu l' anno
„ 1459. quando ſi forma in verità la ſcrit-
„ ta per farlo di lì a certo tempo, nel Di-
„ cembre del 1461. Lo Strozzi per altro
„ ce la diede finita dal 1466. Caſſero er-
„ rore i ſuddetti per avventura dall' anno
„ 1459. che è nell' Iſcrizione REGIA
„ STIRPS, diſegnante io quell' anno la
„ morte del Cardinale, Io poi coll' occa-
„ ſione di trovare il caſato di queſto Roſ-
„ ſellino ho avuto piacere di rintracciare
„ ancora la deſcendenza, non pur del ſuo
„ fratello Tommaſo Scarpellatore, ma quel-
„ la altresì dell' altro fratello Bernardo
„ Scultore nominato dal Vaſari, comecchè
„ eſſo Bernardo di Matteo di Domenico
„ Gamberelli divenne padre circa il 1440.
„ di Meſſer Gio. Batiſta Dottore, e dipoi
„ Lettore nell' Univerſità di Piſa, del qua-
„ le ho io parlato nella mia Vita del ce-
„ lebre Franceſco Guicciardini; ed eſſo nel
„ 1480. lo veggio abitare in una ſua Caſa
„ in Firenze in via Borgo Allegri, ed ave-
„ re poi per prole un tal Domenico, che
„ nel 1547. fu Podeſtà di Vicchio.

„ Altra Scritta dello ſteſſo Veſcovo
„ ho io veduta fatta con Gio. di Michele
„ Laſtraiuolo, il quale ſi obbligò ne' 7. di
„ Giugno 1460. di condurre, e lavorare
„ tutti i conci di macigno, che per la det-
„ ta Cappella ſervir doveano, per prezzo
„ di lire 1600. di moneta Fiorentina, ſe-
„ condo il modello datone da un Antonio
„ Manetti, che io per poco ſoſpetterei eſ-
„ ſere ſtato di quei Manetti Ammannatini
„ profeſſori di Diſegno, dei quali molto diſ-
„ ſi nel Sigillo del Tomo XVI. comecchè
„ ho io di loro ravviſato poſteriormente
„ un Antonio, che nel 1460. avrebbe avu-
„ to d'età 46. anni. Altra Scritta finalmen-
„ te ſtipolata ne' 14. Aprile 1461. ho ve-

„ du-

250 *tis* [a], os huius Martyris, cognominis Vrbis Patroni, cuſtoditur; & ſanguinis, ut creditur, ampulla in Arcem Lutiani [b], in Mucillo, nuper translata eſt. Sed antiquiſſima Reliquiarum quarumdam D. *Mineatis* translatio illa fuit, quam *Theodoricus* Metenſis Epiſcopus, ſub *Ottone I.* Auguſto fecit, cum eas Florentia in Metenſem S. *Vincentii* Eccleſiam ſecum adſportavit [c]. In primis vero memoranda eſt veneratio,

„ dare col famoſo Luca di Simone di Marco della Rubbia per i lavori da farſi di terra cotta della Cupola di eſſa Cappella del Cardinale, per il prezzo di fiorini 150. larghi, ove eſſo Luca ſi ſoſcrive.

„ Ma prima di abbandonare totalmente il ragionare di queſta Cappella, dir ſi vuole come Paolo II. Sommo Pontefice concede ad eſſa gran teſoro d' Indulgenze, come per ſua Bolla conſervata in Monte Oliveto. Nè ſi tralaſci che non trovandoſi, che la medeſima ſia ſtata giammai durata, ſi crede, che a titolo di gratitudine verſo la caſa Reale di Portogallo ſi ſia ſempre celebrata de' Monaci una Meſſa quotidiana, come ſi fa di preſente ancora nella Chieſa di Montoliveto, ove l' Abate di S. Miniato tuttora ſuol dimorare. „ Hactenus *Manniue*. Quod autem dixi, Beati Martyris corpus in hac Eccleſia quieſcere credi, confirmatur antiqua traditione ab uſque ſaeculo IX. deducta, ut videre eſt ſuperius *pag.* 26. 43. 48. 564. & magis roboratur ex iis, quae mox ex *Brocchio* proferemus & ex Charta *Lamberti* Imperatoria inferius producenda; nec hiſce obſtat hiſtoria translationis, quam alibi memoravimus, & heic iterum ſubiungemus.

a De hac Vrbe plurima ſcripſimus ſuperius *pag.* 334. —— 515.

b De hac Arce conſulendus *Ioſeph Maria Brocchius* in *Deſcriptione Mugelli*, quam edidit anno MDCCIIL. Florentiae.

c Adi ſuperius *pag.* 26. De hiſce omnibus Reliquiis loquitur *Ioſ. Maria Brocchius* in *Vita S. Mineatis* ſequentibus verbis:

Delle Reliquie poi di S. Miniato, e de' ſuoi Compagni, ſe ne trovano ſparſe in moltiſſime Chieſe dedicate al ſuo nome, tanto nella Dioceſi Fiorentina, che nella Fieſolana, e ſpecialmente ſe ne venerano molte in due Caſſette d' argento (ſtate da me pochi anni addietrò, per commiſſione del Reverendiſſimo P. Abate D. Miniato Scarlatti raccomodate) nella Chieſa di Monte Oliveto, poſto fuori della Porta a S. Fridiano, dove furono già traſportate da' Monaci Olivetani, quando dal vecchio Monaſtero di S. Miniato ſi partirono per dar luogo all' edifizio della Fortezza, ivi al tempo di Coſimo I. fabbricata.

Alcune altre Reliquie del medeſimo Santo ſi venerano in un Reliquario, involte, conforme l' uſo antico, in un drappo roſſo, nella Chieſa Parrocchiale di S. Miniato fra le Torri di queſta Città di Firenze, dove in oltre fino a' noſtri tempi ſi ſono conſervate tre ampolle del ſuo ſangue (che tuttavia miracoloſamente ancor freſco ſi mantiene) una delle quali, che era in qualche parte rotta, mi fu concedata corteſemente in dono dal Sacerdote Antonio Fani, Rettore della ſteſſa Chieſa, l' anno 1734. per collocarla, come ho fatta, tra le altre Reliquie di tutti i Santi e Beati Fiorentini, che io conſervo in una pubblica Cappella da me eretta in loro onore, allato ad una mia Villa poſta in Mugello, nell' antica Rocca di Lutiano, vicino al Borgo a S. Lorenzo: onde in oggi in detta Chieſa delle ſoprannominate ampolle ve ne ſono rimaſte ſolamente due.

Altre Reliquie ancora di eſſo ſi trovano nella Real Cappella del Granduca, ed altre in altri luoghi, e ſpecialmente un dito nella Chieſa delle Monache di S. Miniato, dette del Ceppo, vicino alla Porta a S. Gallo di queſta Città; ed un oſſo nella Cattedrale della Città di S. Miniato al Tedeſco, di cui il Santo è Protettore.

Circa poi alla Traslazione delle Reliquie del medeſimo, la quale racconta Sigeberto, al referire del Baronio e Tillemont, che foſſe fatta in Francia, al tempo d' Ottone Imperatore da Teoderico Veſcovo di Metz, nel DCCCCLXIX. ſi deve intendere d' una parte ſolamente, non già di tutte; mentre dice S. Antonino, che fino a ſuo tempo vi era tradizione, che il ſuo Corpo riposaſſe ancora nella Chieſa Maggiore di Firenze, cioè nella ſopraccennata ſuburbana Baſilica Fiorentina di S. Miniato al Monte, detta Maggiore a differenza delle altre due erette pure in Firenze in ſuo onore, cioè la Parrocchiale tra le

tio, qua S. *Mineatem* proſequutus eſt S. *Frigidianus* Epi- 250
ſcopus Lucenſis, qui ſaeculo VI. floruit, & de quo memoriae proditum eſt, pluries Florentiam ſe contuliſſe, ut ad Eccleſiam D. *Mineatis* in Monte Florentino exſtructam accederet, & ante Beati Martyris corpus preces Deo funderet. Huius rei narrationem ſaeculo XIV. certe antiquiorem, & quae forte ante ſaeculum X. ſcripta fuerit, inveni,

le Torri, e l' altra in via di S. Gallo, non eſſendo vero, che abbia voluto intendere il Santo Arciveſcovo per Chieſa Maggiore la Metropolitana Fiorentina, come hanno creduto alcuni appreſſo l' Orlandi, ritrovandoſi nella ſopraddetta Chieſa del Monte la ſeguente Iſcrizione dietro l' Altar maggiore della Chieſa ſotterranea, detta la Confeſſione, *che ce lo fa chiaramente conoſcere.*

D. O. M

SANCTORVM MINIATIS, ET SOCIORVM SEPTEM
EXVVIAS, QVAS TOT SOECVLORVM DECVRSVS
OBLITTERARAT MARMOREA SVB ARA PROPRIORE
QVIESCENTES IBIQVE OLIM IN VRNIS CONDITAS
A. S. MXIII: AB ILDEBRANDO FLORENTINORVM
EPISCOPO, MERCATORVM ARS CALISMALAE
A LATEBRIS, ET OBLIVIONE VINDICAVIT, EAS
VENERATA CVM OPTIMATVM CVLTV, PRAESENTIAQVE
VICARII FLORENTINI VINCENTII BARDII EX COMITIBVS
VERNII, POSTERORVM PIAE RECORDATIONI
COLENDAS PRISTINO LOCO RESTITVIT DIE IV. IVLII.
A. S. MDCLXVII

Le predette Reliquie di S. Miniato, e de' ſuoi Compagni, le quali al preſente ſono collocate confuſamente in quattro urne ſotto al predetto Altar maggiore della Chieſa ſotterranea, furono già cavate parte dal medeſimo Altare, come ſi legge nella ſuddetta Iſcrizione, e parte da' due Altari laterali, ne' quali vi furono poi nuovamente, in vaſi di piombo, riposti i frammenti, che avanzarono, come ſi vede dalla Iſcrizione ſeguente, che eſiſte duplicata ne' medeſimi Altari.

RELIQVIARVM SS. CHRISTI MM. MINIATIS
ET SOC. QVAE EX HOC ALTARI IN ARAM
PRINCIPEM HVIC PROXIMAM TRANSLATA
FVERE FRAGMENTA QVAE SVPERERANT IN
THECA PLVMBEA CLAVSA ET SVB HVIVS ARAE
MENSA RECONDITA VENERABILITER
ASSERVANTVR

Le ſuddette Reliquie adunque, in vari tempi riconoſciute da più Prelati, ſono ſtate ſempre in grandiſſima venerazione, non ſolo appreſſo i popoli circonvicini, quanto ancora appreſſo i lontani, leggendoſi fra gli altri nel Catalogo del Veſcovo Pietro de' Natali, che alle medeſime portaſſe una ſingolar devozione il Veſcovo di Lucca S. Fridiano, il quale ſpeſſiſſimo le viſitava, ed occorrendogli una volta in tal congiuntura, per cagione d' una gran piena, di non poter paſſare il fiume Arno, ſi ritrovò miracoloſamente condotto all' altra riva, nel luogo appunto, ove fu poi da' Fiorentini in memoria di tal miracolo dedicata, poco dopo la ſua morte, in onore del medeſimo S. Fridiano una Chieſa, che tuttavia in Firenze con titolo di Collegiata ſi vede vicino alla Piazza del Carmine. Hactenus *Brocchius*, a quo productas Inſcriptiones iam ſuperius *pag.* 26. edideram.

250 ni, quam heic inſerere adridet. ^a^ *Conſuetudo itaque fuerat B. Viro Fridiano Eccleſiam S. Miniati Martyris, quae non longe a Florentina Vrbe diſtare videtur, in qua & corpus eius requieſcit, annis ſingulis debita veneratione viſitare. Cumque ſancto inceſſanter inhaereret ſtudio, & quodam tempore ſolitum ex more iter adriperet, pervenit ad flumen Arnum, qui tanta quidem undarum immenſitate tumuerat, ut* vice

a Hoc monumentum extractum fuit ex libro *diverſarum Vitarum* ſignato numero 108. f. 21. in Bibliotheca Archiepiſcopatus Senenſis exſtante. Vita autem B. *Frigdiani* ita inſcribitur: *Incipit Vita vel Actus B. Frigdiani Epiſcopi, & Confeſſoris*. In hac inter alia, verba quae hic referimus, habentur. Hanc autem Beati *Frigidiani* Epiſcopi Hiſtoriam confirmant, *Blaſius* Scriptor Vitae S. *Frigdiani* in Codice Laurentiano 6. *Pluteo* XX. ſequentibus verbis; *Erat autem conſuetudinis viro Sancto annis ſingulis ſemel corpus Sancti Miniatis viſitare. Quum autem die quadam ad flumen Arni ex parte Septemtrionali veniſſet, & ob ipſius magnitudinem tranſire nequiret, quemdam ex adverſo cum navi ſtantem advocari fecit, & ne timeret, ſed ſecure accederet, cum dulci affamine deprecari per ſuum ſervum fecit. Confidit, acceſſit, ſignum Crucis adpoſuit, adſcendit; & in momento ex alio latere cum omnibus ſociis ſe invenit. In locum vero, ad quem tunc deſcendit, Florentini devotione magna perrexerunt, & ad evidentiam miraculi pro ſuo honore Baſilicam fieri fecerunt, & ſuo nomine vocari iuſſerunt.* Ioannes Villanius Lib. I. Cap. IL. cuius verba ſunt. *Truovaſi, che il detto Beato Santo Fridiano venendo di Lucca a Firenze in pellegrinaggio per viſitare la Chieſa, ove è 'l corpo di Santo Miniato ad Monte, non potendo entrare in Firenze, perchè ancora erano Pagani; e trovando il fiume d' Arno per grandi piove molto groſſo, ſi miſe ad paſſare ſopra una piccola navicella contra volontà del Barcaiuolo, e per miracolo di Dio paſſò liberamente, e toſto, come ſe il fiume foſſe piccolo: e colà, dove arrivò, fu poi per li Cattolici Fiorentini fatta la Chieſa di Santo Fridiano a ſua riverenza.* Vita Italica B. *Miniatis* Riccardiana, quae ita habet. *E quella Chieſa (di S. Miniato) da' popoli d' intorno divotiſſimamente è frequentata e riverita; la quale eziandio il Beato Fridiano Veſcovo della Città di Lucca ogni anno nella Feſta del Beato Martire Santo Miniato col ſuo Chericato uſava di viſitare. Petrus de Natalibus*, cuius verba ſuperius *pag.* 568. ex parte prolata ſunt, *Lib. IX. Cap. CVIII.* ita ſcribit: *Sanctus Fridianus Epiſcopus Florentinus* (lege, *Lucenſis*) *Eccleſiam Miniatis Martyris trans flumen Arni poſitam ſaepius viſitabat. Cum autem die quadam inundatione nimia flumen navi tranſiri non poſſet, & nautae quidem ultra flumen exſiſterent, Sanctusque Epiſcopus tranſire curaret; nautaeque illi, periculo poſtpoſito, Beati Martyris confiſi meritis ad Epiſcopum tranſvadandum venire diſponerent, ſubito ſe citra flumen invenerunt, & Epiſcopum tranſportantes ſine periculo fluvium tranſierunt. Tunc Sanctus Epiſcopus eiſdem per ſpiritum nunciavit, civibus illis hoc a Deo Sanctum Miniatem obtinuiſſe, ut nemo in aqua illius fluminis necari poſſet. Quod uſque hodie ita exſtitiſſe refertur: ubi poſtmodum Eccleſia in honorem Sancti Fridiani Epiſcopi fabricata eſt.* Beatus *Frigidianus* electus eſt Epiſcopus Lucenſis anno DLX. & obiit anno DLXXVIII. & de eo idem *Petrus de Natalibus Lib. X. Cap. LXXVIII.* haec memoriae inter alia mandavit: *Hic Sanctus Vir multis pollens virtutibus & doctrinis, populoque ſuo exemplaris, migravit ad Dominum XIV. Kal. Decembris. Sepultus extra muros Civitatis Lucanae in Eccleſia Sancti Vincentii, quam ipſe conſtruxerat.* Similia habet *Vghellius* in *Epiſcopis Lucenſibus*: adeoque iam conſtat, Eccleſiam Beato Martyri *Miniati* dicatam in Monte Florentino medio ſaeculo VI. iam exſtitiſſe, ad quam Beatus *Frigidianus* quotannis accederet. Iam vidimus, Scriptores quoſdam adſerere, eam Eccleſiam, paullo poſt a reddita a *Conſtantino* Auguſto Eccleſiae pace aedificatam fuiſſe; *Ioannes* autem *Villanius Lib. I. Cap. LVII.* haec ſcribit: *Il quale luogo, per li meriti del Beato Santo Miniato da' Fiorentini, poichè furono divenuti Criſtiani, fu divotamente onorato, e fattovi una Chieſa al ſuo onore.* Quamquam vero, ut paullo ſuperius vidimus, ſaeculo VI. haec Eccleſia iam exſtructa fuerit; tamen *Villanius* non putat ſibi contradicere, quod iam *Cap. XLVIIII.* dixiſſet, Florentinos eo ſaeculo fuiſſe Gentiles; intelligere enim potuit maximam partem; quod

vice marinae tempeſtatis non ſolum proximis habitatoribus, verum etiam longe diſtantibus, mortem vicinam ſine dubio inferre crederetur. Tunc Vir Dei ad alveum fluminis accedens, nautas ex altera parte conſiſtentes, blandis adloquitur vocibus. Eia, inquit, Fratres, rogo ut me transferre fraterna caritate curetis. Cui nautae inquiunt: Quiſquis es, o Serve Dei, cur nos & te ad apertum invitas interitum? Nonne vides quia 750

nemo

qood tamen ipſe haud facile admiſerim. Itoque Templom D. *Mineati* ſacrum in Munte Florcntino iam ſaeculo VI. exſtabat: exſtabat probabiliter & ante illud ſaeculum. Sed quandonam Eccleſia D. *Frigidiana* ſacra Florentiae conſtructa fuerit? Monumenta, quae protulimus, ſobindicant, coostructam ſuiſſe non multo poſt eius obitum; aſt ipſe crediderim, noo ante ſaeculum VIII. a Floreutinis excitatam fuiſſe; quum ſeilicet ſama miracolorum & ſanctitatis *Frigidiani* magis atque magis augeretur. Vix enim eredibile eſt, Lucenſes a Florentinis praeveotos fuiſſe in Templis *Frigidiani* honori aedificandis. Lucae autem ſaeculo tantum VII. & quidem anuo DCLXXXV. Eccleſiam S. *Frigidiani* & Monaſterium occurrit, in Privilegio *Cuniperti* Regis Langobardorum, quo *Rabbinus* Abbas S. *Fridiani* cum ſuis Monachis a ſolutione Decimarum Epiſcopo *Feliti* facienda exemtus iterum declaratur; quod Privilegium exſiſtit io Tabulario Epiſcopatus Lucenſis; eiuſque meminit etiam *Florentinius* in *Mathilda Lib. III. pag.* 9. edidit autem *Ioan. Mabillonius* in Appendice altera ad *Tom. I. Annal. Benedictinorum n.* XXXVI. qui oou *Rabbinus* legit, ſed *Babinus*. Aſt heic obſervandum, ne Eceleſiam quidem D. *Frigidiani* honori Lucae exſtruſtam fuiſſe ſaeculo VII. ſed Eccleſiam S. *Vincentii*, etiam S. *Fridiani* dictam fuiſſe, quod in ea eius eorpus quieſceret. Quare in laudato *Cuniperti* Privilegio vocatur: *Monaſterium SS. Vincentii & Fridiani ſitum in Civitate noſtra Lucenſi*. Quin in Inſtrumentis ſaeculi VIII. & IX. in Archivis Lucenſibus exſiſtentibus, dicitur *Eccleſia S. Vincentii, ubi corpus S. Fridiani eſt humatum*. Sed quoniam *Rabbini* Abbatis mentio facta eſt, addam, Privilegium illud *Cuniperti* Regis eſſe confirmationem Privilegii, qood in Archivo Archiepiſcopali Lucenſi exſtat cum ſigno ✠ O 7. & in quo *Felix* Epiſcopus cum Presbyteris & Diaconibus & Clero habitatore Civitatis Lucenſis promittit *Rabbino* Abbati Monaſterii S. *Fridiani*, ſe pecunias, quas *Paula* ibi obtulit, non alii alterius Eccleſiae Sacerdoti adſignaturum, niſi voluerit qui ibi ſuerit Abbas, eligendus ab iiſdem Monachis &c. *Actum in Civitate Lucenſi ſub die XIII. KL. Februariarum, Indict. XIII. regnantibus Domnis noſtris Perthari, & Cunipert, excellentiſſimis Regibus. Anno felitiſſimi regni eorum XIII. & V. indictione ſupradicta feliciter*. Hoc Inſtrumentum edidit *Muratorius Tomo V. Antiquit. Italicar. pag.* 367. & pro *Rabbino* legit *Balbino*, refertque ad annom DCLXXXV. Multae quidem aliae Eccleſiae ſunt D. *Frigidiano* dicatae, cum in Dioeceſi Lucenſi, tum in Piſana, aliiſque Tuſcanicis; ſed de earum antiquitate remota mihi non conſtat; quare in ſententia permaneo, & Florentinam Eccleſiam ſaeculo VIII. vetoſtiorem oon poto. Venerationis Florentinorum erga D. *Frigidianum* & illud argumentum eſt, quod in Florentinis Paſſionariis duobus Archivi Aedituorum S. Mariae Floridae eius Vita exſtat, quemadmodum in Codice Laurentiano *Blaſii* laodati; & in Libris Ritualibus eiuſdem Bibliothecae *Pluteo XVII. n.* 3. *& XVI. n.* 6. Miſſa, ſeu Orationes in Natali S. *Frigidiani* Confeſſoris habentur, quas hic profero.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui in omnium Sanctorum tuorum es virtute mirabilis, da nobis in Beati Frigdiani Confeſſoris tui atque Pontificis ſollemnitate laetari, qui quod miſteria (forte *miniſteria*) *geſſit, teſtimonio comprobavit; & quod praedicavit ore, confirmavit exemplo. Per &c.*

XIII. Kal. Decembr. S. Fridiani Epiſcopi.

Sancti Fridiani Confeſſoris tui atque Pontificis, Domine, ſolemnia venerantes; praeſta quaeſumus, ut cuius devote exhibemus obſequium, eius perpetuae ſalvationis capiamus auxilium. Per &c.

Secr.

Oblata, Domine, munera, quae ſub commemoratione Sancti Fridiani Confeſſoris tui atque Pontificis tibi veneranter deferimus; concede quaeſumus, ut haec eadem proſint noſtris reatibus. Per &c.

Ad

150 *nemo mortalium tantas aquarum moles quolibet valeat ingenio ſuperare? Nonne mortis noſtrae reus eris, ſi quod ſine morte geri non poteſt, nos tentare ſuades? Deſine igitur ne nos, & te, unus pariter demergat interitus. Quibus Vir Dei, Confidite, inquit, nolite timere, & Deus pacis erit vobiſcum. Hoc autem ſcitote, quia tale hodie ex pietate Dei donum accipietis, quod vobis, & omnibus ex ſtirpe veſtra deſcendentibus,*

Ad Cum.

Huius, Domine, participatione ſalutis, Beato Fridiano Confeſſore tuo atque Pontifice intercedente, ab omnium hoſtium liberemur incurſu. Per &c.

Inſuper in Litaniis Florentinis quas ſupra *pag.* 565. produxi, Sanctus ille Epiſcopus invocatur; & eius memoria occurrit in Calendariis pariter Florentinis, menſe Novembri, & praecipue in duobus perantiquis Laurentianis, uno, quod eſt in Codice 8. *Plut. XX.* & altero, quod in Codice 3. *Plut. XVII.* Quia vero in meo *Hodaeporico pag.* 355. Inſtrumentum edidi, in quo fit huius Eccleſiae Florentinae inſignis mentio, illud huc opportune transferendum cenſeo.

In nominè Domini Amen. Nos Ambroſius Eccleſiae & Monaſterii Sancti Salvatoris ſite Septimo humilis Miniſter & Servus indignus, & Magiſter Zenobius Domini Pape Subdiaconus, Iudices delegati a Domino Papa Innocentio Tertio ſuper cauſa & controverſis, que vertebatur inter Ioannem Abatem Eccleſie & Monaſterii S. Salvatoris de Ficeclo ex una parte; & homines de Caſtro Ficecli & de Valle Arni & de Civitate Lucana ex altera parte, quorum nomina inferius leguntur; ſuper feuda & poſſeſſiones pignori datas a Gregorio olim Abate predicti Monaſterii de Ficeclo dilapidatore & deſtructore ipſius Monaſterii: quas poſſeſſiones & feuda iam dictus Abbas Ioannes repetebat pro ſuo Monaſterio de Ficeclo ab Aringieri & Vberto & Riceio & Carincione de Capella Sancti Bartolomei de Paterno; & Boldrone & Sinibaldo & Guidalotto & Martino Botricchi & Flamingo & Buona que fuit uxor Guiccirardi & a Ioanne Broccardi de Capella Sancti Michaelis de Capronguano; & a Guido Sinibaldi & Strenna & Leccone & Ferraio & Homodei filio Rigoni & eius fratribus & Tignoſo Locterii & Tignoſo Rugerii & Tedaldino & eius nepotibus & filiis Vbertelli de Capella Sancti Martini de Catiano; & Ormannetto & Scarpuccia & Bonaccorſo Fabro & Biſolco & eius fratribus & a filiis Gonnelle & Tezaldino de Capella Sancti Andree; & a Benno & Tebaldoro & Benincaſa de Capella S. Thome de Vignale; & a Michele de Sancto Vito; & a Bienſo & Iacopo filio Abennati, & Alcherolo filio Macotti, & Vberti Piloſiechi, & Davino filio Martini, & Benecto & Berlingherio filio Gottifredi, & Vgolino filio Bernardini, & Senthanome & Iorno & Orlandinello filio Paſſabruni, & Vgolino filio Gragni & uxore Tancredi de Fieda, & Tezaldino & Diotiſece filius Pariſi, & Corſo & Torello & Aldibrandino Benefemine, & Simone de Liciano de Caſtello de Ficeclo; & ab Vgolino Primicerii, & a Guiſalmaci & fratribus eius, & a Simeone & Guinitello & Bernardo filiis Guinithi de Lucana Civitate; & dicebat, & de iure adfirmabat, predictum Gregorium olim Abatem & dilapidatorem Monaſterii eis in detrimentum Monaſterii conceſſiſſe & obligaſſe. Volentes igitur ſecundum mandatum & commiſſionem Domini Pape de cauſa cognoſcere omnes predictos reos legitime vocavimus & citavimus, & eis legalem indutiam, & aliam inſuper ad eorum malitiam ſuperandam indulſimus, ut noſtrum non poſſint evitare iudicium: quibus omnibus tranſactis copiam ſui, ſicut etiam promiſerunt, facere detrectaverunt, & penitus ut contumaces venire contempſerunt. Nos vero conſilio Prudentum utriuſque iuris habito, & quia adverſariorum abſentia Dei repletur preſentia, condemnamus omnes predictos homines & reos ut predictas poſſeſſiones & feuda conceſſa & obligata, predicto Iohanni Abbate, & eius Monaſterio reſtituant; & ſi noſtre ſententie acquieſcere & obtemperare noluerint, infra viginti dies poſtquam ei innotuerit, & denuntiata fuerit, vinculo anathematis accenſis candelis & pulſatis campanis uſque ad dignam ſatisfactionem innodamus & condemnamus. Preterea Presbiterum Carum Canonicum Sancte Reparate detinentem Pluvialem ſiricum, & denegantem ſub noſtro examine, vel alterius cuiuſque vellet,

bus, gaudio, & ſalute, erit plenum. Illi ergo verbis Sanctiſſimi Patris creduli, dum virum Dei transferre parant, mirum dictu, repente ſe ex altera parte fluminis invenerunt; quod coelitus factum eſſe cernentes, & tacita ſe mutuo admiratione inſpicientes, egregium Chriſti militem navi ſubſceptum tanta tranquillitate ſimul, & celeritate, tranſtulerunt, ut non per pelagi fluctus, ſed potius quaſi per terram ſe currere crederent. Egreſſi igitur de navi Beatiſſimum Fridianum iam dicti nautae unanimiter rogare coeperunt, ut donum, quod pollicitus fuerat, eis benigne conferret. Sanctus vero Fridianus erectis ſurſum in coelum oculis, ait: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui omnia iure famulantur elementa, quique Iſraelitico Populo ſiccis pedibus tranſire iuſſit, is vobis amodo, & in perpetuum, ſua pietate concedat, ut nullus veſtri generis cuiuſcunque ſexus, vel aetatis, in his aquis moriatur, aut gravi periculo adficiatur. Quod uſque in hodiernum diem ita eſſe, qui noverunt, & viderunt, nobis teſtati ſunt. Cives vero Florentinae Civitatis tanto beneficio ſublimati Eccleſiam in honore praefati Praeſulis Fridiani devotionis amore iuxta eumdem fluvium fabricaverunt; quae uſque nunc a fidelibus populis frequentatur & colitur. Quum ex hiſce omnibus luculente pateat, Martyrem *Mineatem* vere olim exſtitiſſe; ſed eius martyrium quali certamine conſummatum fuerit, nos lateat; nam eius Actis inſinceris & apocryphis fides adhiberi ab homine cordato non poteſt; tentare nunc iuvat, an ea defaecare, & fabellis, quibus ſcatent, purgare, & ad veroſimilem Hiſtoriam redigere, mihi res Eccleſiae Florentinae inluſtrare adgreſſo fortunate liceat. Itaque ſic Acta illa caſtigata, & in compendium coacta, Lectori meo exhibere non verebor [a]: *Quum Decius Imperator crude-*

let, facere rationem predicto Abbati Iohanni, quod penitus negavit & reeuſavit, eadem ſententiis condemnamus, & eodem vinculo anathematis obligamus. Lata anno MCIC. Pridie Idus Novembris Indictione tertia in Eccleſis Sancti Fridiani ſita iuxta flumen Arni, in preſentia Presbiteri Rainaldi, & Presbiteri Iohannis, & Placiti Disconi predicte Eecleſie Sancti Fridiani, & Bonavie filius Petri, Graſſi & Bonincontri filius Locterii, & Simeonis filius Berlingoſi, & Catinacci filius Corſi.

Ego Iuncta Domini Imperatoris Notarius illud autenticum unde hoc ſumtum eſt vidi & legi & fideliter exemplavi &c.

Ego Borgenſis Index Imperialis Aule & Notarius cum predicta recitaretur ſententia aderam, & eam mandato predictorum Iudicum in publicam ſcripturam redegi.

[a] Ad haec conflanda uſi ſumus duobus Paſſionariis Laurentianis *Plut. XX. n.* 1. & 2. aliiſque Lectionario Laurentiano eodem *Pluteo n.* 5. Vitis Sanctorum a *Blaſio* ſcriptis in Codice itidem Laurentiano *n.* 6. *Pluteo* eodem; Martyrologio *Georgii Antonii Veſputii* in Codice Laurentiano 30. *Plut.*

150 *delem perſequutionem in Chriſtianos excitaſſet, B. Mineas, iuvenis Florentinus genere clarus, Chriſtianam legem in patria, non ſecus ac alii plures, profitebatur; eiuſque religio & pietas ipſis Gentilibus innotuerat. Quadam autem die ad ſuburbana Civitatis proficiſcenti miniſtri Praeſidis in ſilva, quae dicitur Elisboth* [a]*, occurrunt, eumque capiunt ac detinent, inquirentes eius religionem & nomen. Quum vero didiciſſent, quod Chriſtianus eſſet, & Mineas vocaretur, praeſentaverunt eum Praeſidi. Cui Praeſes ait:* Tu es Mineas ſectator cuiusdam Religionis Chriſtianae ineptae & vanae, qui conturbas, vana docendo, totam provinciam? *Cui Mineas reſpondit:* Ego ſum Servus Chriſti. Tu vero, niſi a Deorum cultura receſſeris, perpetuum incendium ſuſtinebis. *Tunc Praeſes dixit:* Crede Diis noſtris. *Beatus Mineas reſpondit:* Ego credo in Deum vivum, qui fecit coelum, & terram, & mare, & omnia, quae in eis ſunt. *Tunc iratus Praeſes iuſſit, eum in equuleo ſuſpendi, & torqueri, dicens ei:* Si fortior me eſt Deus tuus, liberet te de manibus meis. *Sanctus Mineas ait:* Non me deſeret Dominus meus Ieſus Chriſtus, qui facit mirabilia. *Praeſes autem ira magis ſuccenſus iuſſit, ſudes acutas mitti ſub ungulis eius, & omnes digitos eius pertundi; & ait Beatus Mineas:* Iſta ſunt opera patris tui Diaboli, quae tu facis. *Audiens autem haec Praeſes, iuſſit miniſtris, ut eum ad terram ſuſpenderent, & ſaxum ingens ad pedes eius ligarent. Quod quum factum eſt, Sanctus Mineas levavit oculos ſuos ad coelum cum fiducia dicens:* Domine Deus meus, exaudi precem meam. *Mox iuſſit Praeſes miniſtris, ut ferro acuto aures eius perforarent; quod & factum*

Plut. XXI. Vita Italica B. *Mineatis* Riccardiana *Plut. O, Ord. IV. n. XXXV.* Actis a *Laurentio Surio* interpolatis atque editis, *Tomo V.* Chronico *Ioannis Villanii Lib. I. Cap. LVII.* duobus Paſſionariis, & duobus Lectionariis Archivi S. Mariae Floridae; Lectionibus Strozianis ab *Orlendio* editis, & a nobis ſupra *pag.* 570. iterum publici iuris factis; Paſſionariis Bibliothecae Sanctae Crucis; Chronico D. *Antonini* Archiepiſcopi Florentini; Compendio Vitae B. *Mineatis* a *Petro de Natalibus* ſcripto, quod ſuperius *pag.* 568. videre eſt; Vitis a *Silvanio Razzio*, & *Ioſ. Maria Brocchio* ſcriptis.

[a] *Ioannes Villanius Lib. I. Cap. LVII.* huius Silvae meminit, in eaque captum B. *Mineatem* fuiſſe confirmat, ſed corrupto nomine *Ariſgotto* eam nominat. Paſſionaria duo Laurentiana *Plut. XX. n. I. & II.* & alia, *Elisboth* vocant; Vita B. *Mineatis* Italica Bibliothecae Riccardianae manu exarata *Cod. XXXV. Plut. O, Ord. IV.* depravate ac mendoſe *Gliboſcbi* e *Lisboth* habet. *Elisboth* diſerte ſcribitur etiam in Actis S. *Criſci* Martyris Laurentianis ab *Iacobo Laderchio* editis. Silva haec, iugum montium & collium occupabat, qui nunc a vicinia Florentiae ad Empulum uſque protenduntur, & etiamnum non multum deformato nomine *Vallisbotti*, ut ſuperius *pag.* 538. videre eſt, adpellatur; vulgo autem *Valdibotte* cum Eccleſia S. *Donati*, de qua pariter egimus ſuperius *pag.* 76.

a

ctum eſt. Quum autem Beatus Mineas omnia tormenta patienter & alacriter ſubſtineret, & nec in minimo ſuperari poſſet, iuſſit Praeſes ad Templum Martis [a] *adduci, & adferri au-* 250

[a] Templum *Martis* ex *Petro de Natalibus* adieci; non enim ille *Templum Martis* peculiariter indicaſſet, niſi in exemplari Actorum, quo uſus eſt, inveniſſet. Templum autem *Martis* Florentiae, ſeu ad Florentiam, extitiſſe concors & conſtans Scriptorum rerum Florentinarum traditio eſt. Indicat *Ricordanus Malaſpina Cap. LXXVIII.* Et *Ioannis Villani* verba ſunt *Lib. I. Cap. LX. Nel tempo, che 'l detto Gran Goſtantino ſi fece Cristiano, e diede libertà e ſignoria alla Chieſa, e Santo Silveſtro Papa regnò nel Papato paleſe in Roma, sì ſi ſparſe per Toſcana, e per tutta Italia, e poi per tutta 'l Mondo, la verace fede e credenza di Ieſu Criſto. E nella noſtra Città di Firenze ſi cominciò a coltivare la vera Fede, ed abbattere il Paganeſimo al tempo di . . . . che ne fu Veſcovo di Firenze, fatto per Papa Silveſtro, e del bello e nobile Tempio de' Fiorentini, onde n' è fatta menzione adietro, i Fiorentini levarono il loro Idolo, il quale appellavano lo Iddio Marti, e puoſerlo in ſu una alta torre preſſo al fiume d' Arno, e no 'l vollono rompere nè ſpezare, perochè per loro antiche memorie trovavano, che il detto loro Iddio Marti era conſecrato ſotto aſcendente di tal Pianeta, che come foſſe rotto o commoſſo in vile luogo, la Città avrebbe gran danno e grande mutazione: e con tutto che i Fiorentini di nuovo foſſero divenuti Criſtiani, ancora tenevano molti coſtumi del Paganeſimo, e tennero per gran tempo, e temeano fortemente, lo loro antico Idolo Marte, sì erano ancora poco perfetti nella Fede di Criſto. E ciò fatto, il detto loro Tempio conſecrarono et ordinarono ad onore d' Iddio, e del Beato Meſſere Santo Giovanni Batiſta, e chiamoronlo Duomo di Santo Giovanni, e ordinarono che ſi celebraſſe la feſta della ſua Nativitade con ſoleoni oblazioni, e che in quello dì ſi correſſe un Palio di Sciamito velluto vermiglio, e ſempre per uſanza e reverenza v' è fatta in quel giorno per li Fiorentini; e fecero fare le fonti del Batteſimo nel mezo del Tempio, dove ſi battezavano i fanciulli, e le genti fanno ancora il giorno di Sabato Santo, che ſi benedice nelle dette fonti l' acqua del Batteſimo e 'l fuoco; e ordinarono che ſi ſpandeſſe il detto fuoco ſanto per tutta la Città al modo ſi facea in Ieruſalem, che per ciaſcuna caſa v' andaſſe uno ad accendere; e di quella ſolennità venne alla caſa de' Pazi la dignità, che hanno della grande facellina, intorno fa di 140. anni per uno loro antico nomato Pazo, forte e grande della perſona, che portava maggiore facellina che nullo altro, ed era il primo che prendeſſe il fuoco ſanto, e poi li altri da lui. Il detto Duomo ſi crebbe poi che fu conſecrato a Criſto, ove è oggi il Coro e l' Altare del Beato Meſſere Santo Giovanni; ma al tempo che 'l detto Duomo era Tempio di Marti non vi era l' aggiunta del capannuccio e della mela di ſopra, anzi era aperto diſopra al modo di S. Maria ritonda di Roma, acciocchè il loro Idolo Marti, ch' era nel mezo del Tempio foſſe ſcoperto al Cielo; ma poi dopo la ſeconda reedificazione di Firenze nelli anni di Criſto 1150. ſi fece fare il capannuccio levato in colonne, e la mela, e la croce dell' oro di ſopra, per li Conſoli dell' Arte di Calimala, i quali dal Comune di Firenze ebbono in guardia la fabbrica della detta opera di San Giovanni: e per più genti che hanno cercato del Mondo ſi dice, che egli è il più bello Tempio, overo Duomo del ſanto che ſi trovi, et a' noſtri tempi ſi compiè il lavorio dentro dipinto a Moiſei; e troviamo per antiche ricordanze, che la figura del Sole ch' è intagliata nello ſmalto, che dice:* En giro torte Sol ciclos & rotor igne, *fu fatta per Aſtronomia: e quando il Sole entra nel ſegno di Cancro in ſul mezogiorno, in quello luoga luce per lo aperto di ſopra, ove è il capannuccio, e non per altro tempo dell' anno.* His autem ceteri omnes conſonant. Verum animum inducere nequeo, ut credam Eccleſiam D. *Ioanni Baptiſtae* ſacram, illud *Martis* Templum eſſe, ad ſacrum uſum converſum. Nam forma ipſa octogona, & univerſa architectura, repugnare videtur; & aliunde ſcimus, antiquos Chriſtianos profana Deorum Templa evertiſſe quidem, non autem in Eccleſias vero Deo ſacras convertiſſe. Hanc vero famam ex eo ortam exiſtimo, quod non procul a ſito, ubi ſaeculo VI. condita eſt Eccleſia S. *Ioannis Baptiſtae*, Templum *Martis* extitiſſet, quod a Chriſtianis dirutum fuerit. Et certe locus hic *Campus Martis*, volgo *Camarti*, adpellabatur, in quibus Campis mos erat ci Numini Templa aedificare. Diſcimus etiam ex antiquo Epigrammate, Florentiae Balneum *Martis* extitiſſe; quae quidem omnia confirmant, Florentinos Ethnicos *Martis* cultores fuiſſe.

a

Digitized by Google

250 *aurum & argentum, & gemmas, veſteſque pretioſas, & in conſpectu eius poni, quo ſacrificare vellet; & animum eius, quem non potuerat per eius inania tormenta a Chriſti fide revocare, ſaltem per oblectamenta ſaeculi poſſet ad Deorum ſuorum culturam adlicere, eo quod ipſum antiqua amicitia plurimum dilexiſſet. Quae omnia, quum vidiſſet Beatus Minias, velut ſtercora reputata ſunt ab eo, & immolare recuſavit. Cumque hoc vidiſſet Praeſes, ait:* Miniatem rebellem Deorum noſtrorum iubeo capitalem ſubire ſententiam; *ſtatimque miniſtri accipientes eum duxerunt in Montem, qui dicitur Florentinus* [a]. *Et cum perveniſſet ad locum, unus miniſtrorum, evaginato gladio, amputavit caput eius. Paſſus eſt autem VIII. Kal. Novembris, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen* [b]. Alios cum B. *Mineate* pro Chriſti fide paſſos fuiſſe, nonnulli perhibere videantur; & haec credulitas vel IX. ſaeculo iam obtinebat. Aſt quum *Socios* tantum adpellant, incertum eſt, Socii agonis eius, an ſepulturae fuerint, & Memoriae [c]. Sed

[a] Neſcio unde *Villanius Lib. I. Cap. LVII.* hauſerit, quod B. *Minias* obtruncatus eſt eo loco, ubi iam Eccleſia S. *Candidae* erat, ad Crucem ad Gurgitem, ſeu *Gorga*, ubi plures alii *Ieſu Chriſti* Servi martyrium conſummaverunt. Eadem narrat *Blaſius* Vitarum Sanctorum Etruſcorum ſcriptor ſaeculo XIV. in Codice Laurentiano *n. 6. Plut. XX.* & Vita Italica Riccardiana; quum aliter habeant vetuſta Paſſionario Laurentiana ſuperius laudata, aliaque; adfirmentque in Monte Florentino Sanctum hunc Martyrem capite plexum fuiſſe.

[b] Vita Italica Riccardiana ſcripta, ut videtur, ſaeculo XV. adfirmat, B. *Mineatem* paſſum eſſe anno Aerae Vulgaris CCL. & recte ac probabiliter quidem. Eius verba ſunt: *Diceſi che la ſua decollazione fu negli anni Domini dugiento cinquanta.* Fallitur *Villanius*, qui ad annum CCLII. eam differt; *Georgius Antonius Veſpuccius* etiam errat in ſuo Martyrologio, quod in Codice 30. Laurentiano *Pluteo XXI.* exſtat, dum eam anno CCIIL. conſignat; en eius verba: *VIII. KL. Novembris. Civitate Florentia paſſio S. Miniatis & Sociorum eius, qui paſſi ſunt ſub Decio Imperatore anno Domini CCXLVIII.*

[c] *Io. Villanius Lib. I. Cap. LVII.* ſcribit, multa corpora Sanctorum, in loco ubi B. *Mineas* ſepultus eſt, humata fuiſſe: *Suſo in ſul poggio, dove è oggi la ſua Chieſa, che allora vi avea un piccolo Oratorio in nome di Santo Piero Apoſtolo, dove corpora di molti Santi furono ſeppelliti, e in quello luogo San Miniato venuto rendeo l' anima a Dio, e il corpo ſuo per li Criſtiani naſcoſamente fu quivi ſeppellito.* Vita Italica Riccardiana: *Adunque lo prezioſo corpo del Beatiſſimo Miniato da' Criſtiani fu ſeppellito onorevolmente, come in quello tempo s' uſava a' dì otto di Novembre,* (lege, *a' dì otto innanzi le Calende di Novembre*) *il quale fu nella Città di Firenze a quel tempo morto. Ma crediamo noi, che ſolo egli ſia ſopellito nel detto monte? Ma molti coronati di martirio congiunti con lui . . . . Poichè la Chieſa d' Iddio ebbe pace, nella ſommità del detto monte fu edificata una Chieſa di maraviglioſa bellezza ad onore del Beato Martire Santo Miniato, dov' è non ſolamente il corpo ſuo, ma di più altri ſuoi compagni Martiri, i quali in quel tempo furono paſſionati, et ivi ſi ripoſano i corpi loro.* Sed Sociorum D. *Mineatis* memoria altius repetenda eſt. In Diplomate *Lamberti* Auguſti, Sanctorum corpora novem in Eccleſia S. *Mineatis* requieſcere dicuntur. En Diploma ex *Vghellio* in *Epiſcopis Florentinis*.

B.

In

Sed & alius Florentinus, ſeu potius agri Florentini incola, *Acriſchius*, ut videtur, nomine, vulgo *Criſcus*, & cor- 850

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Lambertus divina favente clementia Imperator Auguſtus &c. Noverit omnium fidelium Sancte Dei Eccleſie, noſtrorumque preſentium videlicet, & futurorum induſtria, quod interventu, ac petitione, D. genitricis noſtre Agiltrude Seren. Imperatricis concedimus, & condonavimus Eccleſie B. Ioannis Epiſcopatui Florentino, cui Graſulphus venerabilis Epiſcopus, auctore Deo, preeſſe videtur, id eſt, terra ad modios duodecim, que dicitur Campus Regis prope ipſam Eccleſiam pertinentem hactenus de Curte Regie, ita terminatam de duabus partibus; terram ipſius Eccleſie, de tertia parte qua precurrit fluvius Muvione; de quarta parte terram Magiberti Presbiteri, & Mauriperti, & Floriperti, & de conſortibus eorum. Item medio loco petium terre unum ad modios ſex pertinentem de Curte Beneventana prope Eccleſiam S. Miniati, ubi requieſcunt Sanctorum corpora novem; quatenus in perpetuum in iure, & poteſtate ipſius Eccleſie predictam terram cum ſuis terminationibus iure proprietario poſſideat, ficut uſque modo a parte publica poſſeſſa fuiſſe dignoſcitur, habeatque idem Preſul Graſulphus, & qui pro tempore ibidem Pontifex fuerit, & ex noſtra Imperiali auctoritate ad honorem eiuſdem Florentini Epiſcopatus, poteſtatem iam dictam terram tenere, poſſidere, vendere, mancipare, donare, & quitquid voluerit facere, ut laus, & decus Eccleſie ſemper Chriſto miſerante accreſcat. Si autem, quod minime credimus, aliquis miniſter publicus, aut quelibet perſona parva, vel magna hoc noſtre pietatis, & conceſſionis preceptum in aliquo violare tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras triginta, medietatem Palatio noſtro, & medietatem parti eiuſdem Eccleſie: & ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria ſubſignavimus, noſtroque annulo iuſſimus inſigniri.

Signum Domini Lamberti Sereniſſimi Imperatoris Auguſti.

Andreas Notarius ad vicem Armoloni Archicancellarii recognovi, & conſubſcripſi.

Data anno Incarnationis Domini DCCCIIC. Domini quoque Lamberti piiſſimi Imperatoris VII. decimaſecundo Kal. Iunii Indictione prima. Actum Ravenne in Dei nomine feliciter. Amen.

In alio quoque Diplomate *Berengarii* Imperatoris, quod ſupra *pag.* 564. productum fuit, in eadem Eccleſia Sanctorum corpora octo quieſcere adfirmatur. *Ildebrandus* Epiſcopus Florentinus, in Inſtrumento quod ſuperius *pag.* 42. protulimus, ait, ſe in eadem Eccleſia inveniſſe, *corpus venerabilis B. Miniatis Martyris, plurimorumque eadem Martyrii palma coronatorum. Lambertus* quoque Eccleſiae pariter Florentinae Antiſtes, in alio Inſtrumento, quod ſupra *pag.* 45. exhibitum fuit, de eadem Eccleſia loquens ſcribit: *Hic namque locus multorum Martyrum patrocinio luculentus, tanto eſt ſalvandis animabus habilior, quanto eſt a ſeculari tumultu remotior, & Sanctorum ibi quieſcentium eſt religione ſacratior. Quamvis enim praecipuorum Martyrum fuiſſet eximius principatus &c.* Eadem ferme repetit *Atho* Epiſcopus in Inſtrumento, quod ſuperius *pag.* 47. edidimus. Eiuſdem ſaltem ſaeculi XI. videntur eſſe Litaniae, quas ſuperius *pag.* 565. in medium adduxi, in quibus S. *Mineas* cum Sociis ſuis invocantur. Socios pariter huic Martyri tribuunt duo vetuſta Kalendaria Laurentiana; & Kalendarium ſaeculo XII. ſcriptum, exſtans in Archivo Aedituorum S. Mariae Floridae, membranaceum in folio, & ſeorſum a Codicibus, paucis chartis ſeparatis conſtans: tribuunt antiquae Orationes, quas ſuperius protuli *pag.* 570. 572. 573. Ferunt etiam Breviarium S. *Ioannis Gualberti* mentionem facere Sancti *Miniatis cum Sociis ſuis*, ut ſupra *pag.* 569. videre eſt. Lectionarium Bibliothecae Aedituorum Sanctae Mariae Floridae, ſaeculo XIV. ſeu inſequenti ſcriptum, Lectiones de Sancto *Mineate* novem continet; in nona autem Lectione, ubi de eius Eccleſia in Monte Florentino verba fiunt, ita legitur: *Ubi non ſolum ipſius meritis, ſed & plurimorum Martyrum Sociorum eiuſdem, qui eo tempore paſſi ſunt, miracula coruſcant. Eccleſia autem ipſa a populis circumquaque devotiſſime frequentatur & colitur. Quam etiam Beatus Frigdianus Lucanae Civitatis Epiſcopus annuatim in feſto eiuſdem Martyris cum clero ſuo erat ſolicitus (ſ. ſolitus) viſitare.* Martyrologium *Uſuardi* ab *Veſpuccio* interpolatum B. *Miniatis* Socios pariter memorat, ut liquet ſuperius *pag.* 592. Et hic e re eſt animadvertendum plures *Georgii Antonii Veſpuccii* Codices in Archivo laudato Aedituorum S. Mariae Floridae adſervari. Acta Sancti *Criſci* a *Ladecchio* edita, Paſſionis B. *Mineatis* Socium B. *Criſcum* faciunt, aliosque; ſed de his in Actis S. *Mineatis* altum ſilentium. De horum Sociorum nominibus Scriptores inter ſe diſſident, quum vel nomina ſint quorumdam, qui in eadem perſecutione tantum paſſi ſunt; vel aliorum Martyrum quidem, ſed quorum tantum commemoratio incidit in diem VIII. Kal. Novembris, ut ſuperius *pag.* 572. animadvertebam. Ipſe quidem in ea ſententia ſum, ut credam, Socios S. *Mineati* a quibuſdam tribui, quod alios Martyres in eius Eccleſia quieſcere in-

250 corruptius *Creſcius*, adpellatus [a], cum *Omnione*, *Emtio*, *Serapione*, & aliis Sociis, in hac eadem *Decii* perſequutione

intellexerint, adeoque & eius paſſionis Socios fuiſſe, perperam opinari fuerint. Ceterum nemo miretur, quod *Mineat* potius quam *Miniat* fere ſemper ſcripſerim; id enim feci ex iudicio nominis *Minea*, quod in vetuſto Epigrammate occurrit, ſuperius *pag.* 14. in medium adducto, & ad Florentinos quoſdam ſpectante: quare huiuſmodi nomen apud Florentinos uſitatum fuiſſe ſubſpicari eſt: nam Armenium B. *Mineatem* fuiſſe, omnino fabuloſum exiſtimo non minus, quam Anachoretam in ſilva Eliſboth egiſſe, quod *Villanius Lib. I. Cap. LVII.* tradit. Adi ſupra *pag.* 26. 27.

a Inter eruditos Viros, *Iacob. Laderchium*, & *Gerardum Capaſſium*, diſceptatum fuit, an haec nomina omnia vera fuerint, & bene lecta & intellecta; an Latina & uſitata. *Capaſſius* in ea Epiſtola, qua Actorum B. *Criſci* γνήσιον obpugnat & expugnat, inſolentia quaedam nomina cenſet, & perperam lecta. *Laderchius* e contrario reſpondet quaedam, ſed οὐ πρὸς Διόνυσον. Adiſis Librum, cuius titulus: *Lettera ad un Cavaliere Fiorentino devoto de' Santi Martiri Creſci e Compagni, in riſpoſta di quella ſcritta dal P. Fr. Gherardo Capaſſi dell' Ordine de' Servi di Maria, e Giuſto Fontanini, contra gli Atti de' medeſimi Santi dati alla luce da Giacomo Laderchi Prete della Congregazione dell' Oratorio di Roma.* Ipſe, neutrum rem ſcu tetigiſſe, arbitror; & impetu diſputationis abreptos plus effutiiſſe, quam confirmare rationibus poſſent. Et quod ad nomen *Criſcus*, ut in antiquis medii aevi Inſtrumentis ſcribitur, nullus dubito, quin detruncatum corruptumque nomen ſit; integrum vero eſſe *Arriſchium*, perſevero, marmore Florentini Militis fide iubente, quod ſuperius *pag.* 14. protuli, & in quo leguntur nomina, *L. Acriſchius L. F. Arn. Actbus Florentia*; & nomina *M. Acriſchius L. F. Arn. Sabinus*. Apud noſtrates igitur antiquitus id nominis in uſu erat; quod deinde barbaris ſeculis depravatum mutilatumque eſt; non ſecus ac *Berta*, pro *Alberta*; *Ciccus*, pro *Franciſcus*; *Bindus*, pro *Aldebrandinus*; *Lapus*, pro *Iacobus*; *Vannes*, pro *Ioannes*; & id genus alia. *Criſcus* igitur pro *Acriſchius* dictus eſt; nomenque Graeco fonte cadere opinor: quaſi *ſumma vi & fortitudine* praeditum hominem ſignificet; niſi originem ex Latina lingua ducat, apud quos *Creſces* pro *Creſcens* interdum efferebatur, teſte Epigrammate antiquo apud *Muratorium Theſaur. Nov. Inſcript. XXII.*

12.

12. ut nihil de *Criſcione* Epiſcopo apud *Ughellium in Epiſc. Veronenſ.* dicam. Sed Graecum vocabulum potius cenſeo. Et quidem in hac Hiſtoria pleraque omnia Martyrum nomina Graeca ſunt. Nam quod ad *Omnionem* ſpectat, ipſe puto *Onianem* ſcribendum Graece, Ονίονα, quod nomen occurrit in Lapide Bithynico a me in *Ephemeridibus Litterariis* anni MDCCXXXXV. *pag.* 377. edito. In hoc enim Epigrammate non Ονίων, ſed ΟΤνίων legendum puto, ut lex verſus ſibi conſtet, quod latius docui ibidem, mendis Quadratarii, ſeu Poetae, emendatis. Sed & originis Latinae eſſe poſſit ab *Omnis*, prout ab aliis adiectivis multa nomina hominum Latina derivata ſunt, ut *Iuvenalis*, *Martialis*, *Apollinaris*, *Martius*, *Fulgentius*, *Iucundinus*, *Creſcens*, *Modeſtus*, *Glabrio*, *Hilario*, *Audax*, *Lucria*, *Quartio*, *Martian*, *Pateria*, *Senecio*, *Damnia*, & ſexcenta alia, quae apud Epigrammatum Collectores occurrunt. Non multum diſtat nomen *Onianus* apud *Gruterum* CCCCXXIX. 8. & *Onotnius* apud eumdem MCCCXIII. 4. Quid dicam de *Onia*, quum in *Theſauro Novo Inſcription. Muratorii* MDCCXX. 6. *L. Onius Q. F. Antharius* occurrat? *Serapion* vero quin Graecus ſit, nemo dubitabit, ſicut & *Pamphila*. Hic autem animadvertendum eſt, barbarie temporum factum eſſe, ut e *Serapione* nomen *Cerbone*, ſeu *Cerbonius*, conficeretur, quomodo nunc vocatur a volgo Martyr *Serapion*: S enim in C facile a nobis convertitur; medium A mutum contractione evadit; P paſſim eiuſdem organi littera B mutatur: hinc factum *Cerbion*, *Cerbione*, *Cerbone*, *Cerbonius*. Ludibrium enim debent Eruditis, qui cum Actis adfirmant, *Serapionem* antea vocatum, quum aquis luſtralibus tinctus fuiſſet, priſtino nomine depoſito, aliud adſumſiſſe *Cerbonium*. Moris enim vix erat primis Eccleſiae ſaeculis, adultos nomen in baptiſmate accipere, vel mutare, niſi nomine interdum alicuius Apoſtoli vel Prophetae, non utique *Cervanii* profano omnino. Id in cauſſa eſt, cur ipſe ſemper *Serapionem*, nunquam *Cerbonium*, corrupto vocabulo, Martyrem hunc noſtrum adpellem. Non me quidem latet, nomen *Cervoniam*, ſeu *Cerbonium*, apud Latinos in uſu fuiſſe; unde *Cerbonius* Populonienſis Epiſcopus, cuius laus apud *Gregorium Magnum Lib. III. Dialog. Cap. XI.* & *Lib. I. Regeſti Epiſt. XVII.* & apud *Sigebertum* ad annum DXXXVI. ut de *Martyra-*

tyra-

ne martyrium feciſſe, vetuſta traditione perhibetur; quando eius Actis minus ſinceris, atque interpolatis, fides abroganda videatur [a]. Templa huic Martyri dicata in Tuſcia exſtant, & quaedam non minus vetuſta fortaſſis, quam antiquiſſima eorum, quae Divo *Mineati* ſacra commemoravimus. Ea ſunt, Eccleſia Sancti *Acriſchii*, ſeu *Criſci*, in Valle Cava, quae Mucillanae provinciae pars eſt [b]. Eccleſia ci- 250

tyrologia Romana ſilaam, Sic *Cervania Galena* in Inſcriptione apud *Gruterum* DCCC-XX. 7. *L. Cervarius Hamoeus* apud eundem CCXL. & *Cervaria Fortunata* LX. 7. Apud *Muratorium* vero *Theſaur. Nov. Inſcriptionum* plures *Cervoniae* ſunt; & *L. Cervonius Haſimus*, & *P. Cervonius Marinus*. *Firmus*, *Oriens*, *Cervonii* ambo, ut videre eſt MCCCXXII. 3. 4. 6. 7. DCCCXVII. 6. MXXVIII. 2. MCCCXXII. 6. 7. DCCCCXXXVIII. 9. Nec omnino inſolens fuiſſe nomen *Encium* ſeu *Entium*, credendum eſt. En Epigramma apud laudatum *Gruterum* MCXLVII. 9.

ENTIO. QVI
VIXIT. ANNIS
SEPTEM
MENSIBVS
TRIBVS
DIEBVS
TRIBVS

Et hic quidem Lapis Amerinus eſt, exſtabat ſcilicet Ameriae, in Civitate Italo; adeoque *Entius* Italicum nomen eſt.

[a] Acta Paſſionis S. *Criſci* & Sociorum eius, Adnotationibus ab ſe illuſtrata, edidit primum *Iacobus Laderchius* ex Codicibus Florantinis, & Romanis, Florentiae, anno MDCCVII. hoc titulo: *Acta Paſſionis SS. Creſcii & Sociorum Martyrum, ex MSS. Codd. Bibliothecae Mediceo-Laurentianae, Metropolitanae Eccleſiae Florentinae, & Sapientiae Romanae, nunc primum edita, & a Iacobo Laderchio Congregationis Oratorii Vrbis Presbytero aſſerta, & illuſtrata*. Deinde *Marcus Ant. Moſtius* Patricius & Canonicus Florentinus, non tantum Latine, ſed etiam Italice a ſe converſa, Florentiae pariter anno MDCCX. vulgavit titulo inſequenti: *Storia di S. Creſci, e de' SS. Compagni Martiri, e della Chieſa del medeſimo Santo poſta in Valcava del Mugello, ſcritta da Marco Antonio de' Mozzi Canonico Fiorentino, Lettore della Lingua Toſcana nello Studio di Firenze, e Accademico della Cruſca. All' Altezza Reale di Coſimo III. Granduca di Toſcana*.

[b] Eccleſiae Sancti *Criſci* in Valle Cava mentio pluries facta eſt ſuperius, ut pag. 150. ubi recenſentur Eccleſiae, & Caſtella, & Vici, Epiſcopatui Florentino ſubditi; ibi enim legitur: *Totam terram & totum Plebatum Plebis Sancti Creſci ad Valcavam, cum Caſtris Montis Rinaldi & Valcave, & cum diverſis Villis & Alpibus &c.* Et pag. 176. *Qualiter reperiuntur in dictis Imbreviaturis Ser Benvenuti Ser Iacobi de Cerreto, & Ser Bencivenuis de Rubiacenino, multe electiones de Poteſtariis per Epiſcopus Florentinos factae in ſuprſcriptis locis, videlicet, in Burgo Sancti Laurentii de Mucello, in Sancta Creſcia, in Monte Iovis, in Sali, Carza, Molezzano &c.* Pag. 279. memoratur Ser *Tinus* olim *Vani* de Sancto Creſcio a Valcava Notarius anno MCCCXX. Pag. 267. *Qualiter Eccleſia Sancti Creſci ad Valcavam debet annuatim dare & ſolvere Epiſcopatui Florentino nomine cenſus perpetui pro toto ſuo poderi apud ipſum Plebem modios duos & ſtarios quindecim grani; & pro domo & poderi dicti Epiſcopatus de Colle, quod tenet, ſtarios tres grani; & pro quadam petia terrae, quam tenet ab Epiſcopatu in medio Chiuſure de Colle, quod tenuit Epiſcopatus praedictus a quadam Domina de Giannazzis, nomine Domina Teſſa filia Totti de Giannazzis, ſtarios tres grani*. Pagina tandem 534. mentio fit Plebis S. *Creſci* de Valcava, in deſcriptione Decimarum exactarum anno MCCIC. notaturque eam ſolviſſe *Lib.* 14. *fol.* 8. Huius Eccleſiae mentio occurrit quoque in Diplomate a *Friderico II.* Imperatore anno MCCXX. *Vbaldiniis* conceſſo, apud *Eugenium Gamurrinium Vol. IV. Hiſtor. Genealogicae pag.* 60. in quo tamen typographico errore *Sanctae Crucis* pro *Sancti Criſci* legitur; & *Sancti Criſci* legendum eſſe monſtrat quoque apographum, quod refertur in *Hiſtor. Gentis Vbaldiniae pag.* 52. ut *Moſtius* etiam pag. 128. animadvertit. Illud Diploma profero:

In

In Dei nomine. Amen.

Ad perpetuam rei memoriam. Hoc eſt exemplum tranſcriptum, & exemplatum ab authentico Privilegio D. Federici II. Romanorum Imperatoris, habente Bullam infixam pendentem, in qua Bulla erat imago, ſeu forma, humana ſedens in Cathedra cum Corona Regali, ſeu Imperiali, in capite cum lilio in manu dextra, & pomo cum Cruce in eo ſup. in ſiniſtra; & erant in ea hec circumſcripta. ✠ Fridericus Dei gratia Imperator ſemper Auguſtus; cuius Privilegii tenor eſt talis.

In nomine Sanctæ, & Individue Trinitatis. Fridericus II. divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Imperatorie benignitatis clementia devota fidelium ſuorum obſequia diſcreta circumſpectione attendere conſuevit, ipſiq; pro benemeritis digna munificentie ſue beneficia liberaliter impertiri. Quapropter notum facimus univerſis Imperii noſtri fidelibus preſentibus, & venturis, quod Nos ad imitationem preclari Anteceſſoris noſtri Henrici Sexti tunc Romani Regis, intuitu ſincere fidelitatis, & obſequiorum, que fideles noſtri Vgulinus Albizonis, & nepotes eius Vgulinus, & Albiro fratres de Mugello, Imperio, & Nobis, devote exhibuerunt, ipſos, & eorum heredes cum bonis ſuis ubicumq; ſitis, mobilibus, & immobilibus, in ſpecialem Maieſtatis Noſtre protectionem recipimus, ac defenſionem promittimus omnibus bonis, que nunc habent, vel in poſterum concedente Deo poterunt obtinere. Bona autem ipſa ad maiorem fecimus cautelam propriis ſuis vocabulis preſenti Privilegio annotare.

In primis

Caſtrum Curiam Alloderios Montis Accianichi.
Caſtrum Curiam Alloderios Pile.
Villam Curiam Diſtrictum Pulicanti.
Caſtrum Curiam Alloderios Olivete.
Et quicquid ipſi habent, vel eorum anteceſſores iuſte habuerunt, & tenuerunt in
Caſtro, & Curia S. Criſci de Valcava de Mugello.
Et quicquid ipſi habent in Villa de Rabatta.
Caſtrum Curiam Alloderios Riſantar'.
Caſtrum Curiam Alloderios Puliciani.
Caſtrum Curiam & Alloderios Luci.
Caſtrum Curiam & Alloderios Poce.
Et quicquid ipſi habent, vel eorum anteceſſores, in Marſana Curia.
Caſtrum Curiam & Alloderios Campiani.
Caſtrum & Alloderios Rivi Cornaclarii.
Caſtrum Curiam & Alloderios Caſtri.
Loca que dicuntur Poggialto, & Friena, Curiam & Alloderios eorumdem.
Caſtrum Curiam & Alloderios Santerii.
Caſtrum Curiam Alloderios Raperii.
Bientum Vicariam cum Curia & Diſtrictu.
Caſtrum Vallis cum Curia Alloderiis & Diſtrictu eiuſdem.
Caſtrum Curiam Alloderios Capitiol.
Curiam & Alloderios Petramale.
Caſtrum Curiam Alloderios Pellii.
Caſtrum Curiam Alloderios Colette.
Curiam & Alloderios Monteodorii.
Caſtrum Curiam Alloderios Burdegni.
Caſtrum Curiam Alloderios Petiamore.

Cum Vallibus, Montibus, Planiciis, Collibus, Silvis, Venationibus, Molendinis Aquis, Aquarum decurſionibus, Inſulis, Fluminibus, Ripis, Piſcationibus, Pedagiis, Teloneis, Mercatis, Curaticis, Daciis, & Acattis, & aliis pertinentiis eorumdem, cum iure conſtituendi Forum, & Mercata. Damus etiam, & permittimus preſenti pagina, & de novo concedimus predictis fidelibus noſtris Vgolino Albizonis, & Vgolino & Albiro eius nepotibus, eorumdemq; heredibus maſculis, Fodrum noſtrum Imperiale, quod homines eorum ubicumque fuerint, & ſint, in Civitate videlicet, vel Caſtris, vel Villis, vel alibi Nobis, & Nuncio noſtro, debent ſolvere, quatenus illud Vgolinus Albizonis, & Vgolinus, & Albizo, & eorum heredes, quiete habeant, & plene poſſideant; nullo unquam Nuntio noſtro, vel Legato, vel aliquo alio, contradicente, vel impediente. De ſpeciali quoque gratia ipſos Vgulinum Albizonis, & Vgulinum, & Albironem, intuitu ſincere devotionis, & obſequiorum, que ipſi Nobis, & Imperio exhibuerunt, ipſis, & heredibus eorum maſculis concedimus, & plenam damus facultatem, in ſolo ſuo, tam in Civitatibus Florentie & Bononie, quam extra, & ſpecialiter in predictis, & quolibet predictorum, ubi voluerint, edificandi, & reedificandi in eorum Curiis novis, & antiquis, nulla unquam propria Poteſtate, Conſule, vel Conſulibus, vel Communi, Collegio, vel Vniverſitate, nullo Nuncio noſtro, vel Legato, contradicente, vel impediente. Ex abundanti etiam benignitatem in ipſos Vgulinum Albironis, & Vgulinum, & Albizonem, eius nepotes, & heredes eorum maſculos, ampliare volentes, damus, & concedimus eis, & Imperiali auctoritate donamus, omne ius, uſum, ſive conſuetudinem, diſtrictum, curiam, honorem, & univerſas ſpecies cuiuſcumq. gradus, conditionis, vel ſexus, exiſtant, tam alloderios, quam alios quoſcumque, omnemq; iuriſdictionem civilem, & criminalem, & que ad merum, & mixtum Imperium pertinent: ita, quod deinceps in facinoroſos animadvertere valeant, ultimumq; inferre ſuppli-

eidem ſacra in Maciolis *a*, ſeu in Albino; vel magis in Al-

plicium, ac utilitatem, & ſervitia, que nos in predictis locis, ſive caſtris, ac hominibus utriuſq; ſexus, ex dignitate Romani Imperii poſſemus, vel deberemus, vel Imperium antiquis temporibus in eis conſuevit, habere volentes; & plenam damus eis licentiam, atq; libertatem, quatenus univerſos homines cuiuſcumq; gradus vel ſexus in eiſdem caſtris luciſq; morantes, & qui in antea morabuntur, ibidem cum omnibus rebus, & bonis eorum mobilibus & immobilibus, preſentibus & futuris, retineant, omneſque illos, qui in eis aliquando morari conſueverunt a Civitate Florentia, & Bononia, vel alia quacumq; Civitate, ſive aliis Caſtris, vel locis, ubi eos invenerint, repetant libere; nulluſque eos contra ipſorum Vgulini Albizonis, & Vgulini & Albizi, & heredum ſuorum maſculorum, voluntatem audeat retinere; & ita cum omnibus bonis, & rebus eorum ipſos eis adhibeat, quod ad eorum conſuetudinem, vel habitationem revertantur antiquam, abſq. omni cuiuslibet perſone, ſive rei, impedimento; ipſaque Caſtra prenominata, & ſpecies utriuſq; ſexus, cum omni iuriſdictione, & omnibus Curiis novis, & antiquis, ſicut eſſe conſueverunt; & ſi aliqua de novo utilitas, ſeu uſantia, in eis potuit pervenire, ipſi in perpetuum quiete teneant, & poſſideant, & fruantur, & ipſorum heredes, nullo obſtante privilegio quantumcumq; de Noſtra Predeceſſorumq; noſtrorum ſcientia certa conceſſo, vel conſuetudine facta, vel facienda: nulla temporis legitimi minoriſq; LXXX. annorum preſcriptione, que contra eos obiici poſſit; nullaq; Civitatis, alieni Caſtri, Burgi, Oppidi, ſeu unius Situs, vel Loci, vel perſone cuiuslibet conſtitute nova, vel antiqua, vel quacumque, conſuedine temporis longevi. Volumus quoque, & diſtricte precipimus, ut nulla Civitas, & Caſtrum, vel locus quilibet, & nullus Epiſcopus, Abbas, vel Prior; nulluſq; Marchio, Capitaneus, vel Procurator aliquis, nullaque omnino perſona Secularis vel Eccleſiaſtica, ſive Nuncius, ſive Legatus, noſter dictum Vgolinum Albizonis, & Vgulinum & Albizonem nepotes eius, & heredes ſuos, homineſq; omnes ipſorum ubicumq; in predictis Caſtris, vel locis, vel alibi ubicumq; vel in quibuſcumq; Civitatibus, vel locis morantes, aliquo modo gravare preſumat, vel audeat ullo modo moleſtare, vel aliquos dacios, angarias, parangarias, vel alia quecumque alicuius provincie, vel dominationis onera, vel quecumq; gravamina imponere ipſis, vel aliquo modo ab eis exigere preſumat: videlicet ipſi in perpetuum ab omnibus predictis liberi ſint, & quieti, & abſoluti, cum omnibus eorum bonis, & rebus, preſentibus & futuris. Quecumq; vero perſona parva, vel magna, Secolaris, vel Eccleſiaſtica, ex predictis contra hanc Maieſtatis noſtre conceſſionem eoſdem fideles noſtros Vgulinum Albizonis, & Vgulinum & Albizonem, vel alios eorum heredes, in aliquo gravare preſumpſerit, centum libr. auri puri pro pena componat, dimidium Camere noſtre, & reliquum paſſis iniuriam, ad cuius etiam in poſterum evidentiam, paginam hanc conſcriptam Celſitudinis noſtre ſigillo iuſſimus inſigniri.

Huius rei ſunt teſtes Bertuldus Patriarcha Aquilegien., Henricus Pataven. Epiſcopus, Sifridus Auguſten. Epiſcopus, Bertuldus Brixien., Albertus Tridentinus Electus, Iodocus Dux Bavarie, Walterius de Holanda Dapifer, Anſelmus de Iuſtino Mariſcalcos, Everardus de Sutri Tuſcie Preſes.

Signum D. Friderici II. Romanorum Imperatoris Invictiſſimi Regis Sicilie.

Et ego Conradus Dei gratia Metenſis, & Spirenſis Epiſcopus Imperialis Aule Cancellarius Vice Domini Hengbil. Colonienſ. Archiepiſcopi, & totius Italie Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis Milleſimo CCXX. Indictione nona, Imperante Domino noſtro Invictiſſimo Friderico Romanorum Imperatore, & Glorioſo Rege Sicilie, Anno Imperii eius primo, Regni vero Sicilie XXII. Data in Monte malu prope Vrbem per manum Henrici Imperialis Aule Protonotarii VII. Kal. Decembris prefata Indictione.

Eccleſia haec Vallis Cavae ſita eſt in media montis adpendice, eique Mons Iovii imminet; diſtatque a Fano Laurentii, Meridiem verſus, III. M. P. ut ſcribit *Ioſ. Maria Bracchius* in *Deſcriptione Mucilli pag.* 65. De hac Eccleſia, lociſque ad eam, & Vallis Cavae territorium, ſpectantibus, plura dabimus inferius ex Regeſto Epiſcopali, & ex *Moſtia*, & *Bracchio*, laudatis.

a De Plebe S. *Criſci* in Maciolis plura commentati fuimus ſuperius *pag.* 225. *& ſeqq.* & eius mentio ſub nomine S. *Criſci* in Albino, occurrit ſuperius *pag.* 215. — 217. ſicuti S. *Criſci* in Carza *pag.* 225.

Digitized by Google

Albio, vel Alpibus, ſive in Carza. Eccleſia in Novulis, ſeu Monte Fecallae, ſeu Mezuola *a*. Quae quidem omnes

225. Nunc addam tnotnm *Gregorii X.* Bullam, & alia quaedam, ex Archivo S. Laurentii Florentini eruta, quae ita habent.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Plebano Plebis Sancti Criſci de Maciulis Feſulane Dioceſis ſalutem & Apoſtolica benedictionem. Conqueſti ſunt nobis Prior & Capitulum Eccleſie Sancti Laurentii Florentin. quod Kiariſſimus Faber Civis Florentinus, Dinus filius eius laicus, & Rita uxor dicti Kiariſſimi, falsi patentia laicali, eos quadam domo contra iuſtitiam ſpoliarunt. Cum igitur ſpoliatis iniuste reſtitutionis ſit beneficio ſuccurrendum, diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſis ſicut iuſtum fuerit reſtitutis nadins cauſam, & appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore, ſubtraxerint, per cenſuram eamdem, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Laterani VIII. Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno Primo.

Edita eſt anno MCCLXXII. Exſtant in eodem Archivo aliqua Decreta ad ſupradictam cauſam ſpectantia D. *Ambroſii* Plebani S. *Criſci* de Maciolis, in quibus integra exſcribitur haec Bulla. Exſtat teſtimonium *Philippi* Notarii, filii quondam *Benciveniſti*, qui fidem facit oblatam fuiſſe hanc Bullam coram teſtibus a *Benedicto* Not. quondam Capitanei, *Ambroſio* S. *Creſcii* Plebano.

Presbiter Peris Prior Eccleſie Sancti Martini de Caſtiglione Plebanatus Sancti Geneſii & Sancte Marie de Caſtro S. Miniatis Lucanenſis Dioceſis, Subdelegatus Reverendi Viri Domini Ambroſii Plebani Plebis Sancti Criſcii de Maciolis Feſulane Dioceſis Domini Pape Delegati, Diſcreto Viro Presbitero Philippo Rectori Hoſpitalis Sancti Ioannis de Duomo ſalutem &c.

Heic etiam addam, falli eos, qui putant, in Inſtrumento anni DCCCCXLI. quod *Eugen. Gamurrinius* ex parte profert *Tom. IV. Hiſtor. Genealogicae pag.* 5. & exſtat in Archivo Capitoli Florentini, de Eccleſia S. *Criſci* in Valle Cava agi, quum diſerte in eo de Eccleſia S. *Criſci in Albio* verba fiant, quo nomine Eccleſia *Maciolarum* indicatur. In Inſtrumento illo Capitulari dicitur, quod *Raimbaldus* Epiſcopus Florentinus concedit ad libellum (ibi dicitur Emphyteuſeos nomine uſque in tertiam & quartam generationem) *Atrupaldo* qui & *Azzo*, & *Taximanno* eius germano, filiis b. m. *Ateiperti*, quaedam bona poſita in comitatu Florentino, & Faeſulano, quae dd. fratres obtulerunt Domni S. *Ioannis*, & ſunt poſita in Plebe S. *Criſti* ſito Albio, in loco Hraneiolo Plebis S. *Ioannis Maioris*, in loco Sinni Plebis S. *Laurentii* ſito Mucillo; ac etiam concedit Curtem donnicatam poſitam ultra Alpem, & ſortem pertinentem d. Curti in loco Suſinana, & loco Calcinaria, in loco Granaiolo, in Vitiana, Suſina, in loco Grutzii, in loco Valle Seccula; quae Curtes donnicatı, ſortes & res, ſunt in territorio S. *Ioannis Maioris*, pro Canone denariorum XII. argenti quolibet anno, tradendorum in Eccleſia S. *Laurentii* ſito Mucillo. Tempore *Vgonis* & *Lotharii* Regum, anno regni *Vgonis* XV. & *Lotharii* ſui filii XI. Nonis Auguſti, Ind. XIV. *Actum in Eccleſia. & Curte S. Laurentii ſito Mucillo, Iudiciaria Florentina.*

Ego Raimbaldus.
Ego Rainaldus Archipresbiter ſſ.
Ego Ioannes Archidiaconus ſſ.
Ego Atropaldo ad eas facta ſſ.
Ego Taximanno ad eas facta ſſ.
Ego Amelpertus Diaconus Cantor & Primicerius.
Ego Atrapoldo . . . conven.
Ego Ioannes . . . conven.
Ego Iugoni rogatus teſtis ſſ.
Signum ſſ. manus Velterii filio b. m. Vaſi rog. teſtis.
Ego . . . . poſt tradita complevi.

a Mons Ficalles Caſtellum eſt, ex quo prodivit *Raincrius Benii* F. Notarius, qui vivebat anno MCCXXVIII. ut ſupra *pag.* 51. 579. videre eſt. In Catalogo Vicorum, Caſtellorum, & Oppidorum, ex quibus erant, qui a Florentinorum partibus in pugna Teupaſcienſi anno MCCCXXV. ceciderunt, etiam Mons Ficalles recenſetur, ut ſuperius *pag.* 140. patet. Mons Ficalles, etiam *Novulae* adpellatus eſt, nomine aliis locis communi, ut conſtat ſuperius *pag.* 30. 62. 101. 152. 177. 190. 281. 289. 290. 291. 295. 297. 299. 301. 532. Hinc in Bullis *Paſchalis II.* & *Innocentii II.* Plebes S. *Criſci* in Novulis memoratur, ſupra *pag.* 216. 217. nec ulla mentio fit Plebis S. *Criſci* in Monteficalli. E contrario vero in Catalogo Eccleſiarum Dioe-

omnes *Matres*, ſeu *Baptiſmales*, ſeu *Plebes*, Eccleſiae ſunt, 250
magnum remotae antiquitatis argumentum, & certa de tanti Mar-

Dioeceſis Feſulanae, Plebes S. *Criſti* ad Montem Ficallis recenſetur, nullaque exſtat Novularum memoria, ut ſupra *pag.* 541. adparet, ubi & Prioratus S. *Stephani* Montis Ficallis mentio eſt. Novulae porricalere nomen eſt loci, qui Monti Ficallis proximus eſt. *Mezzuola* quoque dictus eſt ſitus, ubi Eccleſia S. *Criſti* conſtructa eſt. Novulae forte vocatae ſunt, quod *Novae terrae* eſſent, vel ſilvis exſtirpatis, vel exſiccatis paludibus & aquis ſtagnantibus, & ad culturam noviſſime redactae. *Mezzuola* vero quaſi *Mediola*, quod medium aliquod obtineat, dici potuit, Montem autem Ficallis a domino & poſſeſſore aliquo, qui *Ficalles* diceretur, denominatum cenſeo, non ſecus ac multi alii Etruriae montes, & colles. A Ficis etiam in eo monte crebris nomen ſibi vendicare potuit; ut multis aliis locis contigit, quod obſervabam in meo *Hodoeporico pag.* 1203. Mons Ficallis in Valle Grevis ſitus eſt, & MMM. P. Paſſiniano diſtat, eiuſque domini olim fuerunt qui a Monte Groſſuli, & a Rivo Caſuli, nomen gentis receperunt; qui & *Filii Rodulphi* audiunt, vulgo *Firidolfi*, ſi *Fideli Soldanio* in ſua *Epiſtola X. pag.* 36. 55. credere dignum eſt; nullum enim adfert documentum. Sed quid de Eccleſia Sancti *Criſti* Montis Ficallis *Mart. Ant. Moſtius* in *Hiſtoria S. Criſti & Sociorum Martyrum* edita Florentiae anno MDCX. *pag.* 151. ſcripſerit, videamus. *Nella medeſima* (inquit) *Fieſolana Dioceſi, vedeſi parimente un' altra antichiſſima Pieve, in onore di S. Creſci innalzata, in un luogo oggi detto Monteficalle; ma negli andati tempi ſi è chiamato Novole, e Mezzuola, trovandoſi Bolla di Paſquale II. fino dell' anno* 1103. *data in Laterano, e riportata dal P. Abate Don Ferdinando Ughelli nell' Italia Sacra, per la quale conferma a Giovanni Veſcovo di Fieſole, tutte le Chieſe, e Caſtella di quel Veſcovado, tralle quali,* Plebem S. Creſcii ſitam in Novole. *La ſteſſa conferma vien fatta al detto Veſcovado da Innocenzio II per Bolla data in Piſa l' anno del Signore* 1134. *e il quinto del ſuo Pontificato, con queſte parole riportate nel medeſimo luogo dall' Ughelli:* Novole, Plebem S. Creſcii. *Or quantunque da noi non ſi ſia potuta la fondazione di queſta Chieſa ritrovare, nondimeno l' eſſer ella nel* 1103. *nominata, fa conoſcere la ſua antichità, e fa manifeſtamente vedere, che ella era in piedi, anche più ſu di quel ſecolo; e che la detta Chieſa, negli andati tempi, ſi ſia Novole addomandata, ne fa fede un luogo alla medeſimo vicino, che collo ſteſſo vocabulo anche di preſente ſi appella. Queſte memorie ſi ſono da noi riportate, non eſſendo elleno forſe ſtate vedute dall' Abate Felici, che nella ſua Appendice agli Atti di S. Creſci, non ha avuta la ſorte di trovare più antico ricordo di queſta Chieſa, che del* 1292. *che vuol dire, quaſi dopo due ſecoli. La ſtruttura ancora di queſto Tempio lo fa per antichiſſimo riconoſcere, eſſendo di preſente in piedi, davanti al medeſimo, uno di quei vecchi Portici di pietre quadre, ſiccome tutta la Chieſa, fabbricato; coſtumandoſi così negli andati tempi, come da noi è ſtato già detto verſo il cominciamento di queſta Storia. Il Padronato di queſta Chieſa era anticamente nella nobiliſſima Famiglia de' Gherardini, come appariſce in queſto Archivio Generale di Firenze, dove per ſer Simone di Niccolò da Montagliari l' anno* 1328. *il dì* 29. *di Maggio, Griſo del già Tancredi da Monteguzzi dona l' Iuſpadronato, che egli ha nella Pieve di S. Creſci di Monteficalle, a Davizzo, Baſchiera, Naldo, e Giovanni fratelli, e figliuoli del già Bernardo di Meſſer Lotto de' Gherardini, e a Bernardo, Froſino, Attereito, Niccolò, Agnolo, e Giovanni, fratelli, e figliuoli di Naldo del ſopraddetto Meſſer Lotto de' Gherardini. Queſto Padronato poi in proceſſo di tempo, cioè l' anno* 1370. *fu ceduto dalla medeſima Famiglia de' Gherardini al Comune e Popolo di S. Stefano a Monteficalle, per Iſtrumento rogato da ſer Capaccia di Ghieri da Radda; il qual Padronato anche di preſente ritiene, concorrendo nel tempo di vacanza con modo particolare, e ſenza eſempio, a conferir la detta Pieve il Popolo di eſſa, e il Popolo di S. Stefano, che abbraccia tutto il Caſtello di Monteficalle. Queſta notizia è ſtata da me veduta negli accuratiſſimi Spogli di antiche Memorie fatti da Lorenzo Gherardini Canonico Fiorentino, i quali appreſſo di lui ſi conſervano. Paſsò queſto Ius, per una parte, nelle nobili Famiglie del Caccia, e Venturi, leggendoſi in una Viſita del* 1437. *eſiſtente nell' Archivio del Veſcovado di Fieſole:* Dicitur etiam, quod Patroni erant Commune de Monteficalli pro una dimidia, & pro alia dimidia, erant homines de Greve, ſed iſti dictum eorum ius donaverunt Michaeli Sal-

& aliam eidem Martyri ſacram ad Campos, quibus de paul-

Altera pars ſpothulae,
Pars oſſis maioris tibiae,
Alia pars eiuſdem oſſis,
Pars ulnae minoris,
Aliud fruſtum eiuſdem oſſis,
Pars unius digiti,
Quamplorima fruſtula, ſeu fragmenta toſtarum, & tibiarum femoris.

Inventa ſuot quoque dictae tereae immixta naonulla aurea fila, atque inſuper pela anuli ex aere inaorato, cui illigatus erat caerulras lapis, abſque tamen anulo.

Aderant & ſex parvi nummi, argentei quinque, & aereus alter.

Poſt haec ſonfeſtim dictus Matthaeus Plebanus iuſſit, per dictum Zesum Caementarium, aliotque opearios, extrahi lapidem, ſoppoſitum gradibus, pee quos adſcenditur ad Altare maius, S. Creſcii appellatum, ſub quo lapide apparuit tumulos, lateeibus obſtruſos, limoſa terra refertus, quem intrlgreſſus dictus Philippus Caementarius, terramque udam nedequaque educens, detexit oſſa duorum sorporum integrorum, quae cum sapitibus iacebant, ſibi ad invicem sontigua, uno tantum ſtrecto latere interpoſito.

Dis vero ſequenti 5. dicti menſis Iulii dictus Matthaeus Plebanus petiit proſequi inquiſitionem Reliquiarum S. Cerbonii, & Sociorum &c. & Illaſtriſſimos Dom. mandavit &c.

Et tonfeſtim dictus Plebanus iuſſit effodi pavimentum Eſcleſiae sirca ſatrum Baptiſmi Fontem iuxta majorem Eccleſiae ianuam a dextro latere, & qoum ſovea educta eſſet longitudinis decem ulnarum sirsiter, reperta ibi fuere octo humana capita, alia integra, alia in fructo redacta: atque inſuper magna oſſium copia, ad plura corpora pertinentium, quae permixtim tumolata videbantur.

Quibus peractis dictus Plebanus gratias agens Deo, quod non ſuerit fraudatus a deſiderio, quod iam pridem habuit, inveniendi, prout abſque alio dubio ſibi videtur, & aliis praeſentibus videri credit, inventas fuiſſe Sacras Reliquias omnium praedictorum Sanctorum Martyrum, nempe Reliquias Corporis S. Creſcii in Sepulcro exiſtente ſub Altari maiori dictae Eccleſiae; illas vero Omnianii, & Emptii, Sociorum dicti B. Creſcii in Sepulcro exiſtente penes, & ſubtus gradus, per quos adſcenditur eundo ad dictum Altare maius; illas vero B. Cerbonii, & Sociorum tiet in fovea sirca, & ſubtus Fontem Baptiſmalem, & propterea dixit, aliam inquiſitionem non deſiderare.

Et Illuſtriſſimus D. mandavit, quatenus omnes eos Reliquias purget a limo terrae, & illas, quae repertas fuerunt in Sepulcro ſub Altare S. Creſcii, slaudat in capſula, plumbeis laminis fabricatam, & ipſam tapſulam plumbeam tum intra clauſis Reliquiis collocet, & eeponat in ipſomet lapide, a quo ſuſtinetue Menſa lapidea eiuſdem Altaris S. Creſtii.

Illas veeo Reliquias, quae eepsetae fueeunt in Sepulcro poſito ſecus gradus, per quos adſcenditue ad Altara maius, slauſas in capſa lignea, laminis plumbeis fulcita, reponat eodem in loco, ubi eepertae ſuerunt &c.

Reliquias vero, quae repertae fuerunt in fovea, ſub & sieca Fontem Baptiſmalem, slauſas in ſimili sapſa lignea, plumbeis laminis fulcita, sollocet & eeponat iuxta dictum Fontem &c.

Sequitur olia Viſitatio *Petei Nicolinii* Archiepiſcopi enni MDCXXXVI. ut ex Libro Viſit. *pag.* 293. ubi heec habentur: *Sub Altaris maiaris Menſa Corpus S. Creſcii Martyris in plumbea capſa, ſerico veſtita, conſervatur, & aute dicti Altaris gradus ſunt recondita Corpora SS. Omnionis, & Emptii MM. in sapſa lignea, laminis plumbeis munita; & iuxta Fontem Baptiſmalem ſunt resondita Corpora SS. Carbonis, & Sociorum MM. in capſa lignea plumbata: quae Reliquiae repertae & sollocatae fuerunt praeſenta Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Alexandro Marzi-Medice Archiepiſcopo Florentino predeseſſore die 4. & 5. Iulii 1613. prout in Viſitatione facta ab ipſo in Actis dictae Viſitationis, exſiſtentibus in Archivo Archiepiſcopali Florentino. Et quia capſa prope fontem Baptiſmalem, in qua ſunt Reliquiae SS. Cerbonii, & Sociorum MM. propter humiditatem eſt fracta & conſumpta; Illuſtriſſimus D. eam quamprimum reaptari, & lateris calce muniri mandavit, & de praedictis fidem faciat infra quindecim dies ſub poena ſcutorum quatuoe. A dextris dicti maioris Altaris, in Tabernaculo lapideo reconditur Reliquia Capitis S. Creſcii M. clauſa in sapite formato, ut dicitur,* di cartone, e di geſſo; *quae Reliquia Dominica prima menſis Augusti, quoe eſt dies Conſecrationis dictae Plebis, & die 24. Octobris, in qua ſit feſtum S. Creſcii, ſuper Altare maius expouitur, & ad illud frequens populorum concurſus magna sum devotione confluit, & in dicto Tabernaculo conſervatur cum duabus clavibus, a dicto Plebano retentis.*

Anno vero MDCLIX. reperitur alio Vi-

Et

250 paullo ante egimus [a]. In Eccleſiam quoque D. *Marci* Florentiae, ubi partes capitum Sanctorum *Criſci*, *Omnionis*, & *Emtii*, adſervari ferunt [b]; & in Eccleſiam Arcis Lutiani [c] in Mucillo. Sancti *Criſci*, & Sociorum, memoria quotannis non in Eccleſia Florentina tantum, & Faeſulana, ſed in Senenſi etiam, VIIII. KL. Novembreis [d], debita veneratione recolitur [e]. Sed in Eccleſia Vallis Ca-

Viſitatio facta per *Philippum Soldani* Archipresbyterum, & *Gherardum Gherardi* Canonicum, Eccleſiae Metropolitanae Florentinae, Viſitatores electus a *Franciſco Nerlio*, tunc Archiepiſcopo Florentino, ubi legitur: *A dexteris Altaris maioris in Tabernaculo lapideo, quod clauditur duabus clavibus, conſervatur Reliquia Capitis S. Creſcii Martyris &c.* ut aſſeritur in praeterita Viſitatione Archiepiſcopi *Nicolini*.

Corpora SS. Omnionis, & Emptii, quae in praeterita Viſitatione fuit aſſertum, eſſe recondita ante Altaris maioris gradus, propter ſoli humiditatem a moderno D. Plebano fuerunt remota a dicto loco, cum licentia fel. record. Archiepiſcopi Nicolini, ut apparet ex eius Reſcripto &c. & hodie adſervantur ſub clavi, a D. Plebano retenta in Armario prope ianuam Eccleſiae ab ingreſſu in duabus capſis ex ligneo, ſerico intus veſtitis, ex quarum una cum vitris, ut populus poſſit venerari, & deoſculari.

Corpora vero SS. Cerbonis, & Soc. MM. ex licentia tributa ab eodem Illuſtriſſimo Antiſtite, contenta in eodem Reſcripto, fuerant amota a loco, in quo primum adſervabantur, diſtributa per plures capſas, quarum una, quae eſt maior, adſervatur ſub Altari maiori propter defectum alterius loci decentis, quae tamen capſa, quum a parte inferiori non ſit ſerico induta, Dominus monuit D. Plebanum praeſentem, ut eam infra menſem veſtiat ſub poena unius aurei. Aliae vero capſae ſunt numero quatuor, & octo aliae redactae ad formas varias Reliquiariorum, in quibus quum deſiciat ſericum veſtimentum a parte interiori, debet pariter infra dictum tempus ſub eodem poena apponere.

a Vide ſuperius *pag.* 600. 601. & *pag.* 605.

b Auctor eſt *Lud. Ant. Gianbonius* in ſuo *Diario ſacro* ad diem XXIV. Octobris.

c Huius Eccleſiae, ſeu Lorarii, mentionem feci ſuperius *pag.* 584. Conſtat autem ſacrum D. *Criſci* pignus aliquod huc tranſlatum fuiſſe ex Deſcriptione Reliquiarum in eam inlatarum, quam *Ioſ. Maria Brocchius* publici iuris fecit Florentiae anno MDCCXLIV. *pag.* XXXIII.

d Ad hanc diem in Martyrologio ab *Veſpuccio* interpolato, & in aliis Kalendariis Florentinis, Sanctorum *Criſci* & Sociorum memoria ſignatur. En verba illius Martyrologii iuxta exemplar typis excuſum: *IX. Kal. Novembris, in Florentino territorio, in Tuſcia, paſſio Sancti Creſcii Martyris, & Sociorum eius, qui anno Domini ducenteſimo quadrageſimo octavo, ſub perſequutione Decii tyranni paſſi ſunt loco, qui dicitur Valliscava, ubi in Eccleſia ſub titulo S. Creſcii requieſcunt.* Iuxta exemplar vero manu exaratum, quod adſervatur in Bibliotheca Mediceo Laurentiana ita habent: *IX. Kal. Novembris. Item in Tuſcia in territorio Florentino paſſio S. Criſci & Sociorum eius, qui paſſi ſunt in loco, qui dicitur Valscava, ſub perſequutione Decii Imperatoris anno Domini CCXLVIII.* Utrobique fallitur annus martyrii. In Codice membranaceo ſaeculi X. qui Sacramentarium ſeu Miſſale eſt, adſervaturque in Archivo Aedituorum S. Mariae Floridae, ineſt etiam Kalendarium antiquum, in quo hac die S. *Criſci* nomen adnotatur, ſicuti ſuis diebus aliorum Sanctorum Tuſcorum nomina; & de hoc Kalendario mentionem feci etiam ſuperius *pag.* 570. *Philippus Ferrarius* in ſuo Martyrologio, ſeu Catalogo generali, Sancti *Criſci* & Sociorum memoriam X. & IX. Kal. Novembris conſignavit. Ait enim Florentiae in Aede ſacra Sancti *Laurentii* X. Kal. Novembris memoriam S. *Criſci* recoli; die autem inſequenti in Eccleſia Vallis cavae; ſed tandem adnotavit in Catalogo Sanctorum Italiae ad diem XXIII. Octobris ita: *In Tabulis Eccleſiae Faeſulanae a nobis nuper viſis die ſequenti Natalem huius Martyris celebrari animadvertimus.*

e De hac veneratione erga hunc Sanctum Martyrem ita ſcribit *Mochus pag.* 128. *Per autenticare maggiormente la venerazione, e la ſtima, nella quale è ſtato ſempre tenuto il glorioſiſſimo noſtro Martire, e per*

250 Cavae pluries in anni decurſu feſta dies Sancti Martyris honori agitur; & eum venerandi ergo cum ex vicinia, tum ex locis etiam remotioribus, populi ad illam confluunt, prima die ſcilicet Dominica menſis Auguſti, qua Templi Encaenia celebrantur, & VIIII. KL. Novembris [a]. In Eccleſia quoque, quae eidem Martyri dicata eſt in Maciolis, bis in anno eius feſtum olim celebratum fuiſſe, conſtat [b]. Peculiari tamen conſuetudine Eccleſia Sancti *Laurentii* Civitatis Florentiae die praecedenti huius Martyris Officium agit [c]. At SS. *Serapionis*, ſeu *Cerbonii*, & *Pamphilae* aliorumque Sociorum, memoria in Eccleſiae Florentinae Faſtis quarto Nonas Maias conſignatur [d]. Sancti *Criſci* Officium [e], & Miſſam, qualis dudum in Eccleſia Florentina fiebat, hic profero.

IN

e per togliere interamente ogni dubbio, che poteſſe rimanere nell' animo di alcuno, eſſere noi i primi a promuoverne il culto, e la memoria, affidati ſolamente ſopra ciò, che ne ſcriſſe lo Storico Giovanni Villani, piacemi di riportare in queſto luogo una bella notizia, traſmeſſami da Uberto Benvoglienti Seneſe, Gentiluomo molto erudito nelle materie d' Antichità. Scrive egli adunque a me, il quale di qualche memoria ſopra queſta materia lo ricercava, nella ſeguente maniera : Ma poco tempo paſsò, che diedi un' occhiata a' Libri, che ſi trovano inediti nell' Archivio del Duomo, fra' quali ritrovai al n. 80. il Libro intitolato : *De Ordine Officiorum Senenſis Eccleſiae*. Queſto Libro è in foglio piccolo in cartapecora ſcritto intorno al 1200. autore del qual Libro fu il Canonico Oderigo, che morì, come in altro Libro ſi oſſerva, nel 1235. In queſto Libro a' Sotti d' Ottobre, di S. Creſci ſi legge: De Sancto Creſcio Martyre tres Lectiones facimus. *Una ſomigliante prova di lunghiſſima venerazione verſo il noſtro Santo, ricavo io da un antichiſſimo Libretto, ſcritto pure a penna in cartapecora, circa lo ſteſſo tempo, a poco più oltre, il quale ſi conſerva alquanto lacero, e guaſto nell' Archivio dell' Opera della Metropolitana Fiorentina di Firenze, intitolato :* Mores & Conſuetudines Canonicae Florentinae; *nel quale, ragionandoſi del modo tenuto nell' onorare i Santi col ſuono delle Campane, ſi legge:* Pro Sancto Criſco duas ſqoillas. *Ma di maggiore ſtima ſi rende degno uno antichiſſimo Meſſale in cartapecora, il quale nel ſopraddetto Archivio è ſtato da me veduto, ed è ſcritto intorno al 1100. come agevolmente dal carattere ſi diſtingue, e da i ricordi di coſe ſeguite nel 1200. e regiſtrate forſe nel tempo ſteſſo, che accadevano, in alcune Note apposte nel margine. Nel Calendario adunque di queſto Meſſale, al meſe di Ottobre, ſi legge:* C. VIIII. Kal. S. Criſci Mart. *E queſti Manoſcritti ſono ſtati riconoſciuti per de' tempi già detti da varie dotte perſone, e ſpezialmente da Lorenzo Gherardini Canonico Fiorentino, dagli Abati Anton Maria, e Salvino, Salvini; e da Franceſco Maria Ducci Sacerdote Fiorentino, peritiſſimi conoſcitori degli antichi caratteri. Concludo adunque, che ſe la Chieſa Fiorentina, e la Seneſe, onoravano in quel ſecolo il Santiſſimo noſtro Martire; fa di meſtieri il confeſſare, che l' una, e l' altra aveſſero delle notizie molto più antiche di quelle, le quali ſono ſtate dopo dagli altri ritrovate; e che non giugneſſe nuova nell' undecimo, e duodecimo. ſecolo la gloria di un Santo, la quale pare, che da alcuni moderni non ſia ne' tempi noſtri interamente conoſciuta.*

a Conſule ſuperius *pag.* 606. & 607.

b Adiſis ſuperius *pag.* 227.

c Vide ſuperius *pag.* 608.

d Id ex Martyrologio Veſpucciano intelligitur. Ibi enim ſcribitur : *Quarto Nonas Maii, in territorio Florentino paſſio SS. Martyrum Cerbonii & Sociorum eius apud Vallem Cavae iuxta Sepulcrum Sancti Creſcii Martyris, & Sociorum eius, ſub Decio Tyranno.*

e Haec ex *Ant. Franc. Felitii Appendice ad Acta Laderchiana* mutua accepimus, dicuntur autem exſcripta ex Codice per-

Ooooooo ve-

IN SANCTI CRISCI MARTYRIS

Lectio I.

Temporibus Decii Imperatoris, quum ſaeviſſima perſequutio contra Chriſti famulos indicta ubique fere terrarum deſaeviret, & caeleſtis Regis milites per diverſa tormenta ad coronam martyrii properarent; Beatus Criſcus, ardore martyrii iam vehementer incenſus, Florentiam veniens, dum perveniſſet in ſilvam, quae dicitur Eliſboth, a militibus ipſius Decii Imperatoris, qui tunc Florentiae aderat, cum Beato Miniate, & quibuſdam aliis, captus, ad Civitatem ipſam adductus eſt. Cumque nunciatum fuiſſet Imperatori de captivitate, & adventu eorum, non modicum gaviſus ſuis eos adſpectibus adſtare praecepit. Quorum nomina, & religionem, percunctatus, dum fortes in fide Chriſtiana eos co-

vetuſto membranaceo 5. *Plut.* XX. celeberrimae Bibliothecae Mediceo-Laurentianae, cui titulus: *Feſtivitates Sanctorum per anni circulum*. Quum vero in hiſce Lectionibus Vallis Cavae mentio fiat, iuvat nunc adſcribere, quae de Valle Cava, & eius Eccleſia, habet Regeſtum Florentini Epiſcopatus; atque ea quidem ſunt, quae ſequuntur.

Vigeſimaquinta pars haec eſt de Sancto Creſcio, & Valcava.

Qualiter Iacintus Bonacurſi de Sverta promiſit dare & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino pro terris, quas emit a Plebano Plebis S. Creſcii de Valcava, quartam partem unius paris gallinarum, & quindecim denarios Piſanae monete, & unum ſtarium grani, & unum ſtarium ſpelte, ad ſtarium Decimale. Carta manu Bentivegne Not. ſub anno MCCXXI. Ind. IX. quarto Nonas Iunii.

Qualiter Dom. Iohannes Epiſcopus Florentinus elegit Ductium Domini Rayonetti de Vicedominis in Poteſtatem S. Creſcii, & eius Curie. Carta manu Beativenis Notar. ſub MCCLV. Ind. XIV. tertio Idus Decembris.

Item qualiter per Commune Florentinum in Conſilio generali data fuit licentia Dom. Ductio acceptandi dictam Poteſtariam. Carta manu Aliotti Mazzorbii Not. dicti Communis Flor. ſub dicto milleſimo, Ind. & die X. Ianuar.

Item qualiter homines dicti Communis de S. Creſcio iuraverunt obedire mandatis dicti Ductii Poteſtatis electi per dictum Dom. Ioannem Epiſcopum. Carta manu Ioannis Regerii Not. ſub milleſimo, & Ind. predictis VIII. Idus Ianuar.

Qua-

Qualiter Dom. Franciſcus Epiſcopus Florentinus locavit Ser Dino Guglielmi podere della Sgeggia in tertum terminum per affictum trium ſtariorum grani annuatim dicto Epiſcopatui ſolvendorum. Carta manu Ionctae Biadi Not. ex imbreviaturis Ser Franciſci de Barberino Not. ſub MCCC. Ind. XIII. die XIII. Iunii.

Qualiter preceptum fuit hominibus de S. Creſcio ex parte Domini Aſſeſſoris Domini Pauli de Sareſio Poteſtatis Florent. quod iurarent obedire preceptis Poteſtatis ibidem electi per Epiſcopum Florentinum, & data fuit licentia Nuntio pignorandi inobedientes, & pignora deponere apud dictum Dom. Epiſcopum. Carta manu Ser Mattei Notae. ſub MCCLIII. Ind. XI. die VI. Maii.

Qualiter Presbiter Amadore Canonicus Plebis S. Creſcii de Valcava de mandato Dom. Andree Epiſcopi Flor. excomunicavit Stoldum Cenait, & multos alios dicti Communis S. Creſcii, quod occupabant quedam iura Epiſcopatus, & non iuraverant fidelitatem dicto Dom. Epiſcopo. Carta manu Bonaiuncte Migliorelli Not. ſub MCCLXXXIX. die penultimo Octob. Ind. III.

Qualiter Stolidus Cettingaerre iuravit fidelitatem Dom. Epiſcopo Flor. Carta manu Ser Deodati Not. ſub MCCXIII. pridie Calendas Ianuarios Ind. I.

Qualiter Stephanus Sindicus Epiſcopatus Flor. miſſus fuit in tenutam, & corporalem poſſeſſionem quarumdam terrarum, & poſſeſſionum Ioannis Burgognonis de Caſuzzi poſitarum . . . per Curiam Florentinam. Carta manu Bencivenni Ioannis Malabotche Not. ſub MCCLXVII. die XXVII. Octubris, Ind. XI.

Qua-

cognoviſſet, diverſis ſuppliciis in imam carceris cuſtodiam 250
eos ſeparatim detrudi praecepit, ne ſaltem mutuis conſolationibus, alterno ſermone, invicem propoſitis aliquo modo ſublevarentur. Angebatur etenim perfidus Imperator, quod Chriſtianae fidei adſertores Beatiſſimi Martyres, Chriſtum Dominum Creatorem omnium confitentes, eum Regem Regum, & Dominum Angelorum, quem Caeli venerantur, Mundus adorat, Infernus contremiſcit, ipſi clara, & aperta, voce praedicabant, & dicebant: Vnus eſt Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, quem Sancti Martyres imitati, minas Iudicum, & tormenta carnificum, & omnia diaboli tentamenta pro nihilo computantes, ad aeternae vitae beatitudinem per martyrii coronam pertingere feſtinaverunt.

Le-

Qualitee Dom. Vgo Rubeot Iadex Commonie Floreatie ſeutentiavit, qaod Venatus Iaonis Gregorii remaaeat pro fideli bomiae, & culone Epiſcopatus Floeentiai. Carta manu Argomenti Not. ſob MCCXVIII. VI. Idus Augaſti, Iad. VI.

Qualiter Dom. Ardiogne Epiſcopae Flor. impoſuit datiam, & coltam iater bomines Commuois S. Creſcii de Valcavo fideles Epiſcopatus, vid. librat centam, qaa propter Caleffus, & Staibaldus, & molti alii dicti Communis ratiſicaverunt & promiſerunt ſolvere dictum datium. Carta mana Iatobi Not. ſob MCCXXXII. XIII. Cal. Decembrie, Ind. VI.

Qualiter Vgoliaat Dom. Aldobrandiai Poteſtae de S. Creſcio pro Domiao Epiſcopo Flor. propoſuit, qaod com Statuta non eſſent in ipſo Commoni, fieri deberent per bomines dicti Communis. Qui bomines cam liceatia dicti Poteſtatis elegeraat quataor Maſſarios ex ipſis homiaibus ad facieadum Statuta, & Ordinamenta, & ipſa ſocta portandum, & oſtendendum Dom. Epiſcopo Flor. & poſuerunt, qood illa obſervorentur, que dictus Dom. Epiſcopus approbaret. Carta manu Doſgii Not. ſab MCCXLII. Iad. prima, VIII. Idus Martii.

Quolitee Vgoliaus Poteſtae predictus iuravit coram homiaibue S. Creſcii ſuum Officium Poteſtarie legaliter exercere, qui bominee dicti Communie iuraverunt mandatie dicti eoram Poteſtatis, & Epiſcopi obediee. Carta manu dicti Not. ſab milleſimo, Ind. & die predictis.

Qualiter Dom. Iobannee Epiſcopus predictus elegit in Poteſtatem S. Creſcii, & eius Curie, Pagliaricci, Vitigliaoi, Aozzaai, S. Stephani in Botena, Robie Caunae, & Loutaſtri Vanaem Dom. Nepoleonis della Toſa. Carta manu Ser Corſeſchi Bonaiuti Not. ſub MCCLXXI. Ind. XV. die XVI. menſis Decembeis.

Qualiter Dom. Andreae Epiſcopus Flor. precepit bominibus & perſonis S. Creſcii de Valcava, quod iuraveat fidelitatem eidem, & Epiſcopatui, qui contempſerunt ipſius mandata. Qui Dom. Epiſcopus condemnavit eoſdem in ſolidos centum. Carta mana Gratie Arigbi Not. ſub MCCXXVII. Ind. XV. die XXIII. menſie Septembeis.

Qualiter eepeeiuatur quedam Statuta Communis S. Creſcii facta & ordiaata per Dom. Ardingum Epiſcopam Flor. obſervanda pee dictum Commune S. Creſcii.

Qualiter bomines de S. Creſcio, & eius Curia, iuraverant obedire mandatis Dom. Carmignani della Toſa Poteſtatis dicti Communis, electi per Epiſcopum Flor. Carta manu Boaacurſi Macinai Not. de Vliveta ſub CCLXX. pridie Cal. Martii, Ind. XIV.

Qualiter Dom. Petrae Epiſcopus Flor. locavit in perpetuum nomine feudi Barlecto, & Bruaello, & Caſtagaiaolo, fratribas, filiis olim Martiaozzi de Cerveede, & Albertino, & Orlaadino quoudam Giaaaolè tres petiae terrarum poſitas .... de qaibus dare & ſolvere promiſerunt dicto Epiſcopatui datium impoſitum per Imperatorem in feſto S. Iobaanie, & iuraveraat fidelitatem dicto Epiſcopo. Carta mana Iobaanis Not. ſub MCLXXXXV. octavo Idus Aprilis, Iod. XIII.

Qualiter eeperiautae quedam Acta Communis contiaeatia ia ſe, qaod Chele Siadicae Epiſcopatus Florentini fecit preceptum ex parte Dom. Guiniciagbi Iudicis Vicarii Regis, Gerto olim

Lectio II.

EX quibus athleta Chriſti iam dictus Beatiſſimus Criſcus minis, atque tormentis, Decii crudeliſſimi Imperatoris vilipenſis, dum in carcere teneretur, laetus & gaudens laudes referebat Altiſſimo, quod pro nomine eius contumeliam pateretur. Carceris autem Praepoſitus erat quidam homo nomine Omnion, nobilis & acceptus Decio Imperatori, qui etiam filiam habebat lunaticam, quam iniquus atque violentus poſſeſſor quotidie miſerabili vexatione laniabat atrociter, maxime poſtquam Martyr Chriſti Beatiſſimus Criſcus abductus fuerat. Haec dum ita fierent, media nocte facta, quum vigiles obdormiſſent, lux immenſa, tenebris longe repulſis, tetro in carcere refulſit: & glorioſus Miles catenarum vinculis abſolutus, & Angelicis obſequiis confortatus, libero incedens pede

olim Soſirgni de S. Creſcio, quod non vendat, nec alienet podere, quod habet in Villa de Cignano ſine licentia Dom. Epiſcopi, ſuorumque ſucceſſorum, tum dictum podere pertineat ad Epiſcopatum. Carta manu Actaviani Vbertini Not. ſub MCCLXXIII. Ind. I. die VIII. menſis Martii.

Qualiter Dom. Iohannes Epiſcopus Flor. elegit Guidonem Aldobrandini de Vicedominis in Potestatem Communis S. Creſcii de Valcava, Montis Grimaldi, Montis Iovis, Cabelli, Molezani, Anguzzane, populi Plebis S. Stephani in Botena, & eorum Curte, & Diſtrictus. Carta manu Bruitenuti Not. ſub MCCLVII. octavo Idus Februarii, Ind. I.

Qualiter Bertalottus qu. Diotiſalvi de Cignano, & Donus & Vgolinus eius filii, vendiderunt Bonatuto Alberti dicti loci quaſdam petias terrarum poſitas .... pacto & conditione appoſitis, quod dominus Emptor ſolvat annuatim dicto Epiſcopatui debita ſervitia, & affictos de dictis terris, prout ipſi ſolvebant, & ſolvere tenebantur. Carta manu Bonaventure Not. ex imbreviatoris Ser Coſigli patris ſui Not. ſub MCCLXXVI. die XX. Decembris, Ind. V.

Qualiter Ferrucinus Megliorati de Valtava vendidit Forti Boſchetti unum podere poſitum a Campiano, tali pacto appoſito, quod dictus Emptor ſolvat annuatim Epiſcopatui Florentino ex dicto podere, unum ſtarium grani prout ipſe ſolvebat. Carta manu dicti Not. ex dictis imbreviaturis ſub MCCLXXVIII. die XIII. Novembris, Ind. VII.

Qualiter Domina Donnina q. Baroncii de S. Creſcio, iure livellario vendidit Magiſtro Dominicho plures petias terrarum poſitas .... tali pacto videl. quod dictus Emptor ſolvat ex ipſis terris annuatim Epiſcopatui Florentino menſuratum duarum partium unius quarti grani prout ſolvebat ipſa. Carta manu dicti Notarii ex dictis imbreviaturis ſub MCCLXXXXIII. die XVI. Augusti, Ind. VI.

Qualiter Presbiter Fendi de Seggiano, iure livellario vendidit Michi Canti, & Iunctae fratribus filiis qu. Michaelis de Campiano, quaſdam poſſeſſiones, tali pacto videl. quod dicti Emptores ex ipſis poſſeſſionibus ſolvant tres ſtarios grani prout ipſe ſolvebat. Carta manu dicti Notarii ex dictis imbreviaturis ſub MCCLXX. pridie Cal. Septemb. Ind. XIII.

Qualiter Vegna Guerenti iure livellario vendidit Sali Lottoringhi unam petiam terre, pacto appoſito videl. quod dictus Emptor ſolvat annuatim Epiſcopatui Florentino ſtarios duos grani. Carta manu dicti Notarii ex dictis imbreviatoris ſub MCCXCIII. die XXVII. Decemb.

Qualiter Perinus Simonis de Florentia, vendidit iure livellario Rogerio Tedaldi omnes domos, terras, & poſſeſſiones, eorum poſitas .... tali pacto videl. quod dictus Emptor ſolvat annuatim Epiſcopatui Flor. ex dictis poſſeſſionibus quinque ſtaria grani. Carta manu dicti Notarii ex dictis imbreviaturis ſub MCCLXXVII. die VII. menſis Iunii, Ind. V.

Qualiter Berlingerius Borgognonis iure livellario vendidit Magiſtro Bruniacaſe qu. Alberti quaſdam domos, & terras, tali pacto videl. quod dictus Emptor ſolvat annuatim Epiſcopatui Flor. tres quartos grani. Carta manu dicti Notarii ex dictis imbreviaturis ſub MCCLXXXII. Ind. XI. die II. Novemb.

Qualiter Domina Gemma filia Toti iure li-

pede pſalmum, & hymnum Deo decantabat. Evigilantes au-autem cuſtodes, quum tantam luminis claritatem tenebroſo in carcere conſpexiſſent, non modico terrore percuſſi in fugam converſi ſunt. Daemon quoque per os puellae ſeſe ardere, ſeque tormenta intolerabilia pati, terribili voce clamare coepit, dicens: Quid mihi, & tibi eſt, o Criſce? cur ante tempus perdere me feſtinas? Adiuro te per ipſum, quem colis, ne hinc me expellas, & ne hanc mihi tantam iniuriam facias.

Lectio III.

TVnc Omnion videns tanta Domini mirabilia circa Beatum Criſcum celebrata, concurrit ad carcerem, & ad pedes Beatiſſimi Martyris provolutus, ut ſuorum criminum veniam mereretur, orare coepit. Deprecabatur etiam, ut ſanitatem fi-

livellario vendidit Magiſtro Dominetbo qu. Iacobi de Cosurnino quaſdam poſſeſſiones, & terrae tali pacto videl. quod dictus Emptor ſolvat annuatim Epiſcopatui Flor. tres quartos grani. Carta manu dicti Notarii ex dictis imbreviaturis ſub MCCLXXXIV. Ind. VI. die III. Iunii.

Qualiter Geriat, & Falsbuttint qu. Soflegni iure livellario vendidit Perino Simonis quaſdam domos, poſſeſſiones, & terras poſitas ad Cignanum, tali pacto videl. quod dictus Emptor ſolvat annuatim Epiſcopatui Flor. nomine fictus ſtarios quinque grani. Ex dictis imbreviaturis ſub MCCLXXIV. VIII. Kal. Februar. Ind. III.

Qualiter Biodos Pagni de Valtava iure livellario vendidit Piero Presbiteri Falcbi quasdam domos, & terras poſitas .... tali pacto videl. quod dictus emptor ſolvat annuatim Epiſcopatui Flor. tres ſtarios grani. Carta manu dicti Notarii ex dictis imbreviaturis ſub MCCLXXVII. Ind. VI. die XVII. Septemb.

Qualiter Dom. Ioannes Epiſcopus Flor. emit a Strinato Cacciaguerra decem & octo petias terrarum poſitas .... Carta manu Bonacti Not. ſub MCCXX pridie Idus Febr. Ind. IX.

Qualiter Geif.ne Galgonus, & Orlandinus fratres filii Grifecti de Galign, vendiderunt Dom. Iohanni Epiſcopo Flor. multas petias terrarum poſitas in Monte Iovis, & Donetolo in Valle Pruzoli, & etiam omnia alia iura, que habebant, & eiſdem pertinebant in iure, & districtu S. Creſci, & Monte Acternie. Carta manu Deodati Not. ſub MCCL. XIV. Cal. Iunii, Ind. III.

Qualiter Dom. Martinus Plebanus S. Creſci ad Valtavam, vendidit Dom. Iohanni Epiſcopo Flor. omnes poſſeſſiones, & terras, fideles, & colonos, ſervitia, penſiones, & fictus, & omnia alia iura, que habebat, & eidem pertinebant in Curia, & diſtrictu de Vliveto. Carta manu Bonatuti Not. ſub MCCXX. III. Cal. Ianuar. Ind. IX.

Qualiter Iohannes olim Pieri promiſit Spinello Stodito Dom. Iohannis Epiſcopi Flor. & Epiſcopatus, dare & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui denarios duos, & cum dimidio, & unum panem in feſto S. Stephani, & duo ova in Paſcate Nativitatis. Carta manu Zambraſii Not. ex imbreviaturis Bentivegne Not. ſub MCCXXI. Ind. X. Nonis Decemb.

Qualiter reperitur quoddam Compromiſſum factum inter Epiſcopum Florentinum ex una parte, & Ginalbcos ex altera. Carta manu Arighi Gratte Arighi Not. ſub MCCLXXXVII. Ind. XV. die XXIII. menſis Septembris.

Item reperitur ſententia dicti Compromiſſi lata in favorem dicti Epiſcopatus contra dictos Ginoctios. Carta manu Guerrinutis Alberti Not. ſub dicto milleſimo, Ind. I. die XIV. Novemb.

Qualiter reperitur quoddam aliud Compromiſſum factum inter Dom. Iohannem Epiſcopum Florentinum ex una parte, & Vgolinum filium olim Albitii, & quoſdam alios ex altera, factum in Bonufedem de Vulcova, & Boniſatium, & Iuntam Roſtici, qui arbitri ſententiaverunt, quod dictus Epiſcopus inveſtiat predictos Vgolinum, & ſocios, omnibus fructibus, & ſervitiis, que dare debebat Gianni Pelapollis de Boſſeto, & ipſi idem faciant, & facere teneantur, & debeant hoſtem, & ca-

Pppppp

250 filiae ſuae reſtitueret, & Daemonem a viſceribus eius excluderet. Beatus vero Criſcus, ſereno, ut erat, vultu, in eum reſpiciens, ait: Si credideris, Dominum Ieſum Chriſtum factorem, atque reparatorem, omnium eſſe, & filiae tuae ſanitatem, inimico effugato, invenies, & omnium peccatorum tuorum, pro quibus nunc ſollicitus es, indulgentiam conſequeris. Tunc Omnion proſtratus ante pedes eius aperta voce dicere coepit: Credo Dominum Ieſum verum Deum eſſe, & Idola muta, & ſurda, quae nec ſibi, nec aliis prodeſſe poſſunt, pro nihilo ducens, reſpuo: Deum autem Chriſtianorum, qui in Caelis manens te famulum ſuum ſic glorificavit, adorans, veniam de peccatis meis expoſtulo: peccavi enim multum in te, & in Deum tuum, quia errore perſequutus ſum Sanctos ipſius, & in morte eorum conſentiens fui;

vallatam, & dent, & ſolvant annuatim in perpetuum dicto Epiſcopatui quindecim ſtarios grani, & iurent fidelitatem. Carta manu Bonafedit, & Daniellis Not. ſub MCCXI. XI. Cal. Septemb. Ind. XIV.

Qualiter Bertalottus Roſticbelli promiſit dare & ſolvere annuatim Dom. Iohanni Epiſcopo Flor. & Epiſcopatui nomine penſionis perpetue in feſto S. Stephani denarios quatuor. Carta manu Brunetti Not. ex imbreviaturis Deodati Not. ſub MCCXIV. octavo Cal. Iulii, Ind. ſecunda.

Qualiter Pegolottus Giannibelli de Tramonte promiſit Spinello Sindico Epiſcopatus Flor. dare & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui de uno petio terre dicti Epiſcopatus poſito loco dicto Favale nonum denarium monete Piſane. Carta manu Iacobi de Cerreto Not. ſub MCCXXIII. Ind. XII. die XI. Calen. Aprilis.

Qualiter Rogerius olim Giannelli de Ficareto fuit confeſſus & recognovit ſe dare debere & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florent. unum denarium. Carta manu Iacobi de Cerreto Not. ſub milleſimo, Ind. & die predictis.

Qualiter Barone olim Gherardini Perdipaſſi obtulit & donavit Dom. Iohanni Epiſcopo Flor. & Epiſcopatui omnes poſſeſſiones, & terras, quas habebat in Curia & diſtrictu de Valcava. Carta manu Reſtauri Not. ſub MCCVII. quarta Cal. Febr. Ind. undecima.

Qualiter Dom. Iohannes Epiſcopus Flor. reamenſiavit Iuntam Ruſticbelli de tribus petiis terrarum poſitis a Valcava, qui Iunta promiſit dare & ſolvere annuatim pro dictis terris Epiſcopatui Flor. debita & conſueta ſervitia. Carta manu dicti Reſtauri Not. ſub MCC. undecimo Cal. Mart. Ind. XV.

Qualiter Guido filius qu. Vbertiol de Valcava, & Romeus eius filius, vendiderunt Dom. Iohanni Epiſcopo Flor. ſextamdecimam partem perſonarum Bonincontri, & Falconetti, & quorumdam aliorum, & omnium earum poſſeſſionum, & terrarum poſitarum a Valcava. Carta manu Reſtauri Not. ſub MCC. decimoſeptima Idus Novemb. Ind. ſexta.

Qualiter Dom. Iohannes Epiſcopus Flor. reamenſiavit Aldibrandinum filium olim Bernardi de Caſalino de quodam poderi poſitum a Campeſtri, cum triginta ſeptem petiis terrarum pro annuo fictu tredecim ſtariorum grani, & unius imine, & partis ſue de ſpallis, quas dat de Commune de Campeſtri. Carta manu Ruſtici Boogionelli Notar. ſub MCCXXI. undecima Cal. Mart. Ind. nona.

Qualiter Aldobrandinus predictus vendidit Dom. Iohanni Epiſcopo ſupradicto, omne ius, quod habebat, & eidem pertinebat, in dictis terris, & poſſeſſionibus. Carta manu dicti Not. dicta die.

Qualiter Dom. Aldobrandinus Epiſcopus Flor. locavit in perpetuum Rimberto vocato Toſtanello filio Ildibrandini medietatem Caſtelli de Orliano cum triginta petiis terrarum poſitis in dicto Caſtello de Orliano, de quibus dare & ſolvere promiſit annuatim in perpetuum dicto Epiſcopatui ſolidos triginta argenti. Carta manu Adalberti Notar. ſub milleſimo, XII. menſis Mart. Ind. X.

Qualiter Chiarus de Caſavecchia locavit in perpetuum pro Epiſcopatu Mazze Brovenuti plures petias terrarum poſitas in Donneta pro annuo fictu octo ſtariorum grani annua-

fui; ſed deprecor te, Sancte Dei, quatenus miſertus filiae meae ad gratiam Dei tui nos facias pervenire, inimico humani generis a corde ipſius expulſo. Beatus autem Criſcus gaviſus de fide eius, & gratias agens Deo, elevavit eum, & proſtratus in oratione, ut Dominus ſancti nominis ſui virtutem circa puellam oſtendere dignaretur, & Daemonem ab ea expelleret, deprecabatur.

Lectio IV.

CVmque compleſſet orationem, converſus ad puellam dixit: o Daemon ſpurciſſime, qui hanc puellam ingreſſus, imaginem Dei uſurpando adripere auſus es, in nomine Domini Ieſu Chriſti, quem colo, praecipio tibi, ut exeas ab ea, & ulterius ad eam non ingrediaris, quatenus, ab idolorum ſordibus emundata, Creatorem tuum, qui in Caelis eſt, adgno-

nuatim dicto Epiſcopatui perſolvendos. Carta manu Gratie Arighi Not. ſub MCCLXXVIII. Ind. II. die XII. meſ. Ianuar.

Nota quod filii dicti Mazze tenent dictas terras, & de ipſo annuatim dicto Epiſcopatui ſolvunt duodecim ſtarios grani.

Qualiter Baglione olim Vguccionis donavit inter vivos Dom. Iohanni Epiſcopo Flor. omne ius quod habebat in Plebata & diſtri cto S. Creſcii. Carta manu Iohannis Galitii Not. ſub MCCXI. tertio nonas Decembris, Ind. XV.

Qualiter quedam ſententia lata fuit contra Benvenutum Iannis per Vgonem Rubeum Iudicem Communis Flor. continens in ſe, quod dictus Benvenutus remaneat pro fideli homine & colono Epiſcopatui Flor. Carta manu Ser Sanzanome Not. ſub MCCXIX. quarto Cal. Iunii, Ind. ſeptima.

Qualiter Battle Cini Iannis Bucilis fuit confeſſus, & recognovit Chiarum de Caſavecchia Sindicum Epiſcopatus, ſindicario nomine dare & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino ſtarios ſex grani. Carta manu Iohannis Perfecti Not. de Podio Bonizi ſub MCCXCIV. Ind. octava, die tertia Novemb.

Qualiter Dominus Comes Guido vendidit Dom. Iohanni Epiſcopo Flor. & Epiſcopatui Villam de Rovognano. Carta manu Iohannis, & Orlandi Not. ſub MCCI. pridie nonas Ianii, Ind. XI.

Qualiter Simbaldus qo. Fricke de Praveta, promiſit Dom. Iohanni Epiſcopo Flor. reſidere in ſuo reſedio de Pruneta pro homine & colono dicti Domini Epiſcopi, & Epiſcopatus, & promiſit dare & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui de dicto reſedio nomine fictus perpetui denarios quatuor. Carta manu Zambraſii Not. ex imbreviaturis Bentivoglie Not. ſub MCCXIX. Cal. Octub. Ind. ſeptima.

Qualiter Dom. Ambroſius Epiſcopus Flor. locavit ad livellarium Folli filio Peti de Viliveta unum petium terre & vinee poſite in Caſule, loco dicto Campo de ſelva, de quibus dare & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui nomine fictus unam meliam expendibilem. Carta manu Iohannis Galitii Not. ſub M.LVI. tertio Cal. Maii, Ind. quarta.

Qualiter Dom. Iohannes Epiſcopus Flor. locavit in perpetuum Alberto qo. Albertinuzzi, & eius filiis, tanquam ſuis fidelibus, & hominibus, & colonis dicti Epiſcopatus, de poſſeſſionibus, & terris dicti Epiſcopatus poſitis . . . de quibus dare & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui nomine fictus perpetui ſtarium medium grani ad ſtarium Burgen. Carta manu Zambraſii, ex imbreviaturis Bentivoglie Not. ſub MCCXXV. pridie nonas Novemb. Ind. XIV.

Qualiter Iunta Ruſtici, & Maria eius uxor, vendiderunt Baliacioni unum petium terre poſitam in populo Plebis S. Creſcii. Carta manu Iohannis Not. ſub MCCX. X. Cal. Martii, Ind. X.

Qualiter Dom. Ardingus Epiſcopus Flor. remanſiſavit Gualandum filium Bonacoſe, & Paganum filium Bonacaſe de Rimaſto de quibusdam ſervitiis olim dicto Dom. Epiſcopo, & Epiſcopatui debitis per eoſdem. Que ſervitia dictus Epiſcopus redegit in duobus ſtariis grani dicto Epiſcopatui ſolvendis annuatim perpetuo per eoſdem. Carta manu Iacobi & Ghiſelli Not. ſub MCCXL. Ind. XIV. V. Idus Decembris.

Qua-

250 adgnoſcere, & Sancti Spiritus dignum habitaculum fieri, mereatur. Tunc Daemon, emiſſa terribili voce, cum ingenti furore abſceſſit. Sanctus Domini autem manum puellae tenens, benedixit eam, & ſanam reddidit patri ſuo. Tunc Omnion gratias Deo, & Beato Martyri ſuo Criſco, agens, coepit deteſtari eos, qui non crederent Domino Ieſu Chriſto. Credidit autem cum uxore, & filia, & omni domo ſua, & dato nomine ſuo pariter cum eis baptizatus eſt. Inſtructus tamen primitus eſt a B. Criſco ex omnibus, quae ad Chriſtianam religionem, & fidem Catholicam pertinent, videlicet qualiter ſanctam, & ineffabilem, Deitatis Trinitatem in Vnitate, & Vnitatem in Trininitate, colendo venerari, & venerando adorare, debuiſſet. His peractis, dum perſequutio adverſum Chriſtianae fidei cultores indicta crudeliſſimis iuſſionibus

Qualiter Gianni Corbattionis finivit, & refutavit Dom. Iohanni Epiſcopo Florent. & Epiſcopatui omne ius, quod habebat, & eidem pertinebat in quadam petia terre poſita in populo S. Creſci a Valcava loco dicto Funte fredda. Carta manu Bonatti Notar. ſub MCCXCIV. Idus Martii, Ind. IV.

Qualiter Roggerius qu. Storſelle promiſit Ritenuto Sindico Epiſcopatus Flor. morari, & reſidere pro homine, & colono dicti Epiſcopatus in quodam reſedio poſito a Romaſtro, de quo dare & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui nomine fictus perpetui ſextam partem unius ſpatule Porci, & ſextam quatuor Capponum, & ſextam partem ſex denariorum, & quedam alia ſervitia, que ſolitus erat preſtare Aldubrandinus de dicto reſedio. Carta manu Truſgii Not. ex imbreviaturis Bentivoglie Not. ſub MCCXX. decimatertio Cal. Novemb. Ind. octava.

Qualiter Gianni filius Petuzzi vendidit Dom. Iohanni Epiſcopo Flor. & Epiſcopatui unam petiam terre poſitam a Campeſtri. Carta manu Bonaiuti Not. ſub MCCXXI. tertio Cal. Maii, Ind. IX.

Qualiter Buonincontrus olim Boninſegne fuit confeſſus dare debere & ſolvere annuatim Plebi S. Creſci de Valcava, que ſervitia Plebanus dicte Plebis vendidit Epiſcopatui Flor. Carta manu Iohannis Not. ſub MCCIX. quarto Cal. Decemb. Ind. decimatertia.

Qualiter Benedictus Sibuoni de Sancreſcio pro parte ſibi contingente ex ſervitiis, que ipſe, & ſui conſortes facere, tenebantur Epiſcopatui Flor. promiſit Spinello Lombardi Sindico Dom. Iohannis Epiſcopi Flor. & Epiſcopatui dare & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui in Paſchate Natalis Domini unum denarium Piſanum.

Item qualiter Bernardus Ruſtici pro parte ſibi contingente de dictis ſervitiis promiſit Spinello Sindico predicto dare & ſolvere dicto Epiſcopatui unum denarium, & dimidium.

Item qualiter Gherardus Angiolelli pro parte ſibi contingente de dictis ſervitiis, promiſit dare & ſolvere dicto Sindico recipienti pro Epiſcopatui tres denarios Piſanos. Carta manu Iacobi Not. ſub MCCXXIV. tertio Nonas, Ind. IV.

Qualiter Martinus Plebanus Plebis S. Creſcii de Valcava vendidit Dom. Iohanni Epiſcopo Flor. perſonas Tignoſi, & Gheriai de Romagnano, & quorumdam aliorum fidelium ſuorum, & fictus quatuor ſtariorum grane, quos dicti Tignoſus, & Gherinus eidem Plebano dare & ſolvere tenebantur, & debebant. Carta mano Reſtauri Notar. ſub MCCXVIII. nono Cal. Novemb. Ind. ſeptima.

Qualiter Roggerius, & Rinaldus fratres filii Iuccii Dom. Gianni recognoverunt, & confeſſi fuerunt, quod podere olim Guidonis de S. Creſcio ſpectat ad Epiſcopatum Flor. & renuntiaverunt omni iuri, quod habebant in dicto podere. Carta manu Iohannis Perfecti Not. ſub MCCXCIII. Ind. tertia, die XII. Febr.

Qualiter Rogerius olim Beninteadi Sartorie promiſit Dom. Iohanni Epiſcopo Flor. ſtare & reſidere pro homine & colono dicti Epiſcopi, & Epiſcopatus in quodam reſedio, & habituro de Boſſeto, de quo dare & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui quartam partem quindecim denariorum, & quartam partem unius ſtarii ſpelte, & quartam par-

bus ſaeviſſimi Imperatoris quotidie magis, ac magis ingraveſceret, & Chriſtianae religionis cultores, per domos, & latebras, ſubtiliori examine diſquirerentur, ignis, & aqua interdiceretur his, qui non incenderent tura Idolis in triviis, & ſpectaculis ordinariis.

Lectio V.

VIdentes fideles, qui cum Beato Criſco erant, ſeſe in arcto poſitos, neque in ea Civitate iamdiu latere poſſe, quoniam mulieres quaedam, & infantes promiſcui ſexus, erant inter eos, quos, fragilitate ſexus & aetatis, aſperitas martyrii deterrere poterat, conſilio communicato, competens viſum eſt eis, ut pro neceſſitate temporis, ac rerum, ad alia loca tranſitum facerent. Quo audito Beatus Criſcus iter coepit verſus Civitatem Faventiae, & perveniens ad locum, qui

partem unius ſtarii grani, & unam gallinam, & plurima alia ſervitia. Carta manu Bentivegna Not. ſub MCCXXIII. Idus Martii, Ind. IX.

Qualiter Bonafede olim Cefferelli fuit confeſſus, & recognovit, ſe eſſe hominem, & colonum Dom. Ardinghi Epiſcopi Flor. & Epiſcopatus, & tenere, & poſſidere omnia bona pro dicto Epiſcopo, & Epiſcopatu; & de ipſis ſuis bonis promiſit dare & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui debita, & conſueta ſervitia. Carta manu Iacobi Not. ſub MCCXXXV. tertio Nonas Febr. Ind. nona.

Qualiter Presbiter Martinus Plebanus Plebis S. Creſti de Vulcava vendidit D. Iohanni Epiſcopo Florent. & Epiſcopatui perſonam Giamberecti, & ſuorum filiorum, & deſcendentium in perpetuum, & quedam alia ſervitia in dicto Inſtrumento contenta. Carta manu Riſtauri Not. ſub MCCXVII. VI. Cal. Iulii, Ind. V.

Qualiter Ferrabecthus qa. Guiduccii vendidit Dom. Iohanni Epiſcopo Flor. & Epiſcopatui, quoddam reſedium cum quibuſdam petiis terrarum poſitarum.... Carta manu Bonacti Not. ſub MCCXXI. Ind. nona, tertio Cal. Maii.

Qualiter Brunus Baldinocti iuravit obedire mandatis Domini Epiſcopi Flor. tamquam fidelis Epiſcopatus. Carta manu Iacobi Not. ſub MCCXXIII. decimatertia Cal. Febr. Ind. duodecima.

Item qualiter Ruſtichellus Iannis Gregorii iuravit fideliter Domino Epiſcopo Flor. & recognovit ſe eſſe fidelitatem colonum dicti Epiſcopatus. Carta manu dicti Not. dicto die.

Qualiter reperitur quedam ſententia lata per Iudicem Appellationum Communis Flor. in favorem Epiſcopatus contra Ghinazzos occaſione cuiuſdam queſtionis vertentis inter Epiſcopatum Flor. ex una parte, & dictos Ghinazios ex altera, de quibusdam petiis terrarum. Carta manu Gualcherini Not. ſub MCCLIV. Ind. decimatertia.

Qualiter Albertus Plebanus Plebis S. Creſcii de Valcava reamanſionatus fuit a Domino Bernardo Epiſcopo Flor. de quodam poderi poſito .... de quo dare & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui octo ſtarios grani. Carta manu Ali Not. ſub MCLXXII. tertio Idus Octub. Ind. prima.

Qualiter Dom. Iohannes Epiſcopus Flor. locavit Plebano Martino Plebis S. Creſci ad Valcavam unum molendinum pro annuo ficto unius modii grani dicto Epiſcopatui perſolvendi. Carta manu Rinuccii della Preta Not. sub MCCXXII. sexto Cal. Decemb. Ind. X.

Item qualiter Iohannes Pitcholi Sindicus Dom. Iohannis Epiſcopi, & Epiſcopatus locavit in perpetuum Dom. Staldo Plebano Plebis S. Creſci ad Valcavam quasdam poſſeſſiones & terras poſitas in populo Vliveto pro annuo ficto novem ſtariorum grani dicto Epiſcopatui perſolvendorum. Carta manu Arighi Gratie Not. ex imbreviaturis Baldi Not. sub MCCLXVI. decimoctavo Cal. Septemb. Ind. nona.

Item qualiter Dom. Iulius Epiſcopus Flor. locavit in perpetuum Alberto Plebano Plebis S. Creſtii ad Valcavam quasdam poſſeſſiones & terras pro annuo ficto duorum ſolidorum dicto Epiſcopatui ſolvendorum. Carta manu Ali Not. ſub MCLXXVII. quarto Idus Ianuar. Ind. X.

250 qui dicitur Collis, ſuſcepit hoſpitium in domo cuiuſdam mulieris viduae, quae vocabatur Pamphila, cuius filius infirmabatur ad mortem; & data pace, & colloquiis divinis expletis, praedictum filium a morte, & ab infirmitate liberavit, & baptizavit eum, & Cerbonius vocatus eſt, nam antea Serapion vocabatur; ex quo multi crediderunt, & baptizati ſunt. Et dum haec agerentur, & vir Domini B. Criſcus, ut animas, quas Deo acquiſierat, confirmaret, eodem loco moraretur, relatum eſt Imperatori, quod Omnion, quem ipſe ampliſſima dignitate decoraverat, relictis Diis per Beatum Criſcum Chriſto credidiſſet, & Chriſtianis adiunctus eſſet. Quapropter Princeps nimio furore ſuccenſus, poteſtate tradita, miſſis militibus praecepit, ut ubicumque inventus fuiſſet B. Criſcus cum

Item qualiter Dom. Azzo Epiſcopus Flor. locavit in perpetuum Plebano Plebis S. Creſci ad Valcavam omnes vineas, que ſunt intra populum dicte Plebis pro annuo ficto trium modiorum grani, & tenum annone, annuatim dicto Epiſcopatui ſolvendorum. Carta manu Pandulfini Not. ſub MCVI. Idus Iunii Ind. X.

Item qualiter Dom. Anthonius Epiſcopus Flor. redegit omnia predicta ſervitia tum D. Plebano S. Creſci in modios grani . . . . . & ſtarios . . . . Carta manu Benedicti Mag. Martini Not. dicti Dom. Epiſcopi.

Qualiter Ser Tuccus Not. qu. Vani Tagliaferri populi Plebis S. Creſci ad Valcavam fuit confeſſus, & recognovit ſe dare debere, & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Flor. de poderi, terris, & poſſeſſionibus ſuis poſitis in dicto Plebatu, ſtarios viginti quatuor boni & puri grani, prout conſuevit ſolvere baſteant Tagliaferrus eius avus, & avus eius patris. Carta manu Aldobrandini Romei de Calenzano Notar. ſub MCCCI. Ind. XV. die XXV. Novemb.

Qualiter Epiſcopus Flor. conceſſit in emphiteoſim Baldeſio Bentatorde de S. Creſcio, & Rigattio Martini dicti loci quoddam reſedium terras, domos, & vineas poſitas in Curia S. Creſci, quas tenebat olim Bonnintus Pellactius colonus Epiſcopatus, de quibus dare, & ſolvere promiſit annuatim quilibet ipſorum nomine fictos perpetui tres ſtarios grani. Carta manu Gratie Arighi Not. ex imbreviaturis Iacobi Petri de Pino Not. ſub MCCLXXIII. die V. Iunii.

Item qualiter Rigattius filius olim Ser Martini de Valcava fuit confeſſus, & recognovit, & promiſit dare, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Flor. de dicto poderi ſtarios ſex grani. Carta manu Syri qu. Riſaliti de S. Creſcio ad Valcavam Notar. ſub MCCC. die XVI. menſis Octob.

Qualiter Nerius Caſſettarius vocatus Ciantiolinus qu. Benvenuti populi S. Reparate fuit confeſſus, & recognovit ſe tenere, & poſſidere pro dicto Epiſcopatu quoddam podere cum domo, & quamdam petium terre cum caſtagneto poſitam in dicto populo, quas poſſeſſiones olim tenebat Corſus olim Sinibaldi de S. Creſci ad Valcavam, de quibus poſſeſſionibus poſitis in dicto populo S. Creſci promiſit dare & ſolvere annuatim perpetuo dicto Epiſcopatui unum ſtarium grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu Tani olim Vani dicti loci Notar. ſub MCCCXX. Ind. IV. die VII. menſis Februarii.

Qualiter Bonaintus qu. Ghingori populi Plebis S. Creſci ad Valcavam fuit confeſſus, & recognovit Mattheo Andree Sindico Dom. Anthonii Epiſcopi Flor. & Epiſcopatus ſe dare debere, & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui de quibuſdam terris cum domo, & reſedio poſitis in dicto populo unam yminam grani. Carta manu dicti Not. ſub milleſimo, & Ind. predictis, die prima Februar.

Qualiter Bernardinus Senſalis qu. Venture populi S. Creſci ad Valcavam, fuit confeſſus, & recognovit Mattheo Andree populi Plebis S. Laurentii Sindico Dom. Anthoni Epiſcopi Flor. & Epiſcopatus ſe dare debere, & ſolvere annuatim Epiſcopatui Flor. de menſe Auguſti de quadam petia terre poſita in dicto loco unum ſtarium grani ad ſtarium Florent. Carta manu dicti Not. ſub milleſimo, & Ind. predictis, die XI. Ian.

Qualiter Mattheus Andree Sindicus predi-

cum Chriſticolis ſuis, aut tura, & victimas immolarent, aut diverſis poenis interficerentur.

Lectio VI.

TVnc milites perficientes iuſſa ſui Imperatoris, pervenerunt ad locum, ubi Sancti Dei in orationibus & vigiliis perſeverabant. Cognoſcens autem Beatus Criſcus militum adventum: Surgamus, inquit, fratres, quia ecce Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad coronam martyrii nos invitat, & advocans Beatum Cerbonem monuit eum, ut ſecederet, & daret locum perſequutioni, & ut Eccleſiam, quam ſibi Dominus commiſerat, ipſe poſt eius obitum confirmando geminaret. Denique, quum, ceteris ſemotis, ipſe ut robuſtus caeleſtis Imperatoris miles iam ad ſaepe optatum deſiderans pervenire certamen, cum duobus aliis diſcipulis Omnione, & Bea-

dictae locavit ad affictum Riſtoro filio olim Benvenuti populi S. Creſci ad Valcavam quamdam petiam terre poſitam in dicto populo, de qua dare & ſolvere promiſit dicto Epiſcopatui sextum fictum. Carta manu dicti Not. ſub milleſimo, & Ind. predictis, die prima Febr.

Qualiter Octolinus de Caſamala executor ordinamentorum Iuſtitie Communitatis Flor. commiſit Arigo Lapi populi S. Fridiani nuntio Communis Flor. quatenus vadat & reponat in poſſeſſionem quorumdam bonorum in dicto Inſtrumento contentorum Migliorotum, & Cianfanellum populi S. Martini ad Valcavam, qui ſe dicebant ſpoliatos dictis bonis, & ea tenere ſolebat ab Epiſcopatu Flor. Carta manu Michaelis Mannini de Caſtro Florentino Not. ſub MCCCXXI. Ind. quarta, die tertia Octobris.

Qualiter Chiarus Sindicus Epiſcopatus Flor. locavit ad affictum Tuccio Venture de S. Creſcio unam petiam terre, & prati poſitam in dicto loco in termino vigintinovem annorum, de qua dare & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui nomine fictus ſextam partem feni dicti prati. Carta manu Contonis Not. ex imbreviaturis Gratie Arrighi Not. ſub MCCXCI. Ind. IV. die XVII. Iunii.

Qualiter Guido, & Ventura qu. Migliorelli promiſerunt dare & ſolvere annuatim Epiſcopatui Flor. pro eorum bonis quatuor ſtarios grani. Carta manu Bomtambii Not. ex imbreviaturis Cambi de Cerreto Not. ſub MCCXL. die decimaoctava Octub. Ind. decimatertia.

Qualiter reperitur quedam tenuta data per Curiam Flor. ad petitionem Maſcherini Sindici

dici Epiſcopatus Flor. in quibuſdam poſſeſſionibus & terris, quas olim tenebant Gherardus Baroncis, & Donatus Petrusculi de Cignano ab Epiſcopatu predicto tempore Dom. Malateſte de Verruculo Poteſtatis Flor. Carta manu Beninteſe, & Alberti Not. ſub MCCLXVIII. die decimaſeptima Febr.

Qualiter Pericciuo, & Gerius fratres filii qu. Tuccii Venture de Monte Rinaldo, pro ſe ipſis, & Bonaſgio, & Ventura eorum fratribus promiſerunt dare & ſolvere annuatim Epiſcopatui Flor. nomine fictus perpetui de ipſorum bonis ſtarium unum grani. Carta manu Ser Syri Riſulii Not. ſub MCCC. Ind. &. XIV. die XVII. Octub.

Qualiter Bentivegna Not. & Medicus de S. Creſcio iuraverunt fidelitatem Dom. Epiſcopo Flor. Carta manu Iacobi de Cerreto Not. ſub MCCXXXI. XVII. Cal. Febr.

Qualiter Bene Iunnis de Talla promiſit Spinello olim Lombardi recipienti pro Epiſcopatu Florentino dare & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui nomine cenſus perpetui de duobus annis uno unum gallectum. Carta manu Iacobi de Cerreto Not. ſub MCCXXIII. V. Cal. Martii, Ind. XII.

Qualiter Rota Bonini de Ciſchio fuit confeſſus, & recognovit ſe ſolviſſe hactenus annuatim dicto Epiſcopatui nomine cenſus perpetui de duobus annis uno unum gallettum. Carta manu Iacobi de Cerreto Not. ſub MCCXXIII. V. Cal. Martii, Ind. XII.

Qualiter Rota Bonini de Ciſchio fuit confeſſus, & recognovit ſe ſolviſſe hactenus annuatim Epiſcopatui Florentino denarios ſex, nomine penſionis perpetue quarumdam petiarum terrarum poſitarum . . . . Carta manu Iacobi de Cer-

250 Beato Emptio, qui cum eo fuit ab initio converſionis, a militibus ſe requirentibus non celavit. Milites vero accedentes comprehenderunt eum, & eos, qui cum eo erant, improperantes ei in hunc modum: Tu es ſacrilegus ille Criſcus, qui Deorum noſtrorum culturam evacuas, & cuiuſdam Ieſu Nazareni ſuperſtitioſam, & vanam, doces ſectam? Per ſalutem Imperatoris, niſi ſacrificaveris Diis immortalibus, & eos, qui per te decepti ſunt, ad Deorum culturam revocaveris, diverſis poenis te interficiemus. Deinde ligantes eum graviſſimis catenis, & eos, qui cum ipſo erant, perduxerunt ad quoddam Fanum, quia ibi erat proximum, in quo erant diverſae Idolorum imagines. Et introducentes eos in Templum, coeperunt compellere eos ad ſacrificia Idolorum; & vocantes B. Omnionem, affabiliter eum admonere

Cerreto Not. ſub MCCXXIV. tertio Nonas Iulii, Ind. XII. & ſic promiſit ſolvere in futurum dictos Rota.

Qualiter Dom. Franciſcus Epiſcopus Flor. excomunicavit multos homines populi S. Creſcii, & S. Martini de Valcava, quod non venerunt ad iurandum fidelitatem dicto D. Epiſcopo, & Epiſcopatui. Carta manu Iunte Brundi Not. ex imbreviaturis Franciſci Neri de Barberino Not. ſub MCCIC. Ind. XII. die XI. Iunii.

Qualiter Dom. Ardingus Epiſcopus Flor. reamanſiavit Bentivegnam Not. & Meditum filium qu. Iannis de S. Creſcio de Valcava de quibuſdam poſſeſſionibus & terris poſitis in dicto loco, de quibus dare, & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui quatuor ſtarios grani. Carta manu Iacobi de Cerreto Notar. ſub MCCXLI. die IX. Decemb. Ind. XV.

Qualiter homines Plebis S. Creſcii, & S. Martini de Valcava iuraverunt eamquam fideles ſub Poteſtaria Dom. Nepi della Toſa Poteſtatis ibidem electi per Dom. Epiſcopum Florentinum. Carta manu Martini Montis de Valcava Not. ſub MCCLXXXVI. die XVI. Martii.

Qualiter Chellus Presbiteri Falchi de Valcava promiſit Panziere Sindico Epiſcopatus pro dicto Epiſcopatu recipienti octo ſtarios grani annuatim nomine fictas. Carta manu Gerini Segne ſub MCCC. Ind. decimotertia, die decimaſeptima Septemb.

Qualiter Chellus predictus dare & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui pro Perino Simonis quatuor ſtarios grani, quod dictus Perinus dare & ſolvere promiſit & tenebatur dicto Epiſcopatui annuatim. Carta manu Biliotti Corſi ex imbreviaturis Iacobi de Valcava Not. ſub MCCLXXIII. die ſexta April. Ind. prima.

Qualiter Ianni Borgognonis de S. Creſcio recognovit a Chiaru Sindico Epiſcopatus Flor. quoddam podere poſitum a Caſonzi, de quo promiſit dare & ſolvere annuatim Epiſcopatui antedicto ſtarios octo grani. Carta manu Gratie Arighi ſub MCCXCIII. Ind. VI. die XII. Maii.

Qualiter Dom. Iohannes Epiſcopus Flor. locavit in perpetuum Gherardino Fantoli, & Bernardino della Fonte, unam petiam terre poſitam in Donneto, de qua dare & ſolvere promiſit dicto Epiſcopatui nomine penſionis annuatim in perpetuum denarium unum. Carta manu Reſtauri Not. ſub MCCLXXII. die nona Novemb. Ind. ſexta.

Qualiter Dom. Iohannes Epiſcopus ſupradictus locavit Luche filio Magnai, & eius heredibus duos petias terrarum poſitarum loco dicto Cortina in termino decem annorum, de quibus dare & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopo & Epiſcopatui certum affictum. Carta manu Ildibrandini Romei de Calenzano Notar. ex imbreviaturis Ser Bentivenis de Rabia Canina Not. ſub MCCLX. octavo Cal. Iulii, Ind. tertia.

Qualiter Forte filius olim Beſcontì populi S. Iacobi inter Foveas de Florentia, nomine permutationis, & iure livellario conceſſit Presbitero Falco Rectori Eccleſie S. Martini de Valcava pro ipſa Eccleſia recipienti quaſdam terra, & domos poſitas in dicto populo S. Creſci, & alia in preſenti contractu contenta. Carta manu Bonaventure Notar. ſub MCCLXXVIII. die decimatertia Novemb.

Qua-

re coeperunt, ut ab errore noviter ſuſcepto recederet, & Diis immortalibus libamina perferendo, ab eorum ira ſecederet, & Decii Imperatoris amorem ſibi reconciliaret, ut priſtina dignitate recepta priſtino cum honore ad Imperatoris Palatium remaneret.

Lectio VII.

AT Beatus Vir nullo modo blandimentis eorum ſeducitur, & neque precibus, neque ullis promiſſionibus, flectitur; ſed in fide, quam acceperat, conſtanti animo perſeverans reſpondit, iam ſe ſatis terreno militaſſe Imperatori, & in eius Palatio iam ſufficientibus honoribus, atque divitiis, abundaſſe; & modo caeleſti ſe velle militare Imperatori, ut ad eius gratiam pervenire, & in eius Palatio aeternaliter conſiſtere, mereretur. Chriſtianum ſe eſſe, nec, ad iniuriam veri Dei,

Qualiter Auguſtinus filius Pieri del Sordo recognovit ſe hominem & colonum Epiſcopatus Florentini, & promiſit Dom. Iohanni Epiſcopo Flor. annuatim dare in Nativitate Domini duos cappones, & pullaſtros, in feſtivitate S. Iohannis. Carta manu Iohannis Galitii Notar. cum alterius Notarii ſubſcriptione ſub MCCXIV. V. Nonas Octobris.

Qualiter Dom. Iohannes Epiſcopus Flor. caſſavit Rectores S. Creſcii, quia electi erant ſine ſui licentia & parabulo.

Item qualiter dictus Dom. Epiſcopus elexit in Conſules & Rectores Communis S. Creſci Ser Martinum Not. & Vermiglium Iunnis Coccialupi, qui Conſules iuraverunt ad ſancta Dei Evangelia eorum officium facere pro D. Epiſcopo, & Epiſcopatu bene, & legaliter, que omnia continentur in imbreviaturis Ser Bencivennis Not. ſub MCCLXVIII. Ind. duodecima, die nona Ianuar. Que imbreviature ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter Baniucaſa Vbertini, & Ridolfinus Raſtichelli de Orlinno, promiſerunt Spinello Sindico Epiſcopatus dare & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui duos ovus galline, & medietatem unius pani. Carta manu Brunecti Benincaſe Not. ſub MCCXXII. quarto Cal. Febr. Ind. XI.

Qualiter Maſcarinus filius olim Raſtichelli de Strignano Sindico Dom. Iohannis Epiſcopi Flor. & Epiſcopatus, locavit in termino quindecim annorum affictus, Dono qu. Beniatendi de Cignano populi Plebis S. Creſci medietatem pro indiviſa unius petii terre poſiti loco dicto Piſcinuli, & plures alias terras, & poſſeſſiones, de quibus dare & ſolvere promiſit annuatim ſtarium unum grani. Carta manu Vgonis Iacobi Not. ſub MCCLXX. Ind. decimatertia, die octavo Septemb.

Qualiter Chiarus qu. Raynerii Sindicus Epiſcopatus Flor. locavit pro dicto Epiſcopatu afficitum perpetuum Cenni olim Benvenuti vocato Pagnenti populi S. Quirici Plebatus S. Creſcii ad Valcavam duas petias terrarum poſitas loco dicto Fontes Sancti Iohannis, in dicto populo, de quibus dare & ſolvere annuatim in perpetuum dicto Epiſcopatui nomine fictus ſtarius duos boni & puri grani. Carta manu Ser Iohannis Perfecti de Podiobonizi Not. ſub MCCXC. Ind. tertia, die quarta menſis Octub.

Qualiter Moſcherinus Sinditus Dom. Iohannis Epiſcopi Flor. locavit Guazzo olim Benvenuti de Cuppiano Communis S. Creſci ad Valcavam recipienti pro ſe, & Ferruccio Melocati dicti loci, certo termino affictus quasdam poſſeſſiones, & terras poſitas in dicto loco pro annuo ficto duorum ſtariorum grani annuatim dicto Epiſcopatui perſolvendorum de menſe Auguſti. Carta manu Vgonis Iacobi Not. ſub MCCLXX. Ind. decimatertia, die octava Septemb.

Qualiter Moſcherinus predictus dicto nomine locavit Piero Contis de Cignano populi Plebis S. Creſci ad Valcavam certo tempore ad affictum quasdam poſſeſſiones, & terras pro annuo ficto duorum ſtariorum grani. Carta manu dicti Vgonis Not. dicto die.

Qualiter Maſcherinus predicti dicto nomine locavit plures petias terrarum Vannello olim Azzi de Cignano populi Plebis predicte pro annuo ficto unius ſtarii grani dicto Epiſcopatui ſolvendi. Carta manu dicti Notarii ſub dicto milleſimo, Ind. & die.

 Qua-

250 Dei, ſurdis atque mutis lapidibus deinceps cervices ſuas inclinare poſſe proteſtabatur. At illi multo magis irati, & verbis, & dentibus, ſuper eum frementes, exſpoliaverunt eum, & virgis diutiſſime eum flagellaverunt dicentes, magnam dementiam eſſe bona temporalia ſpontanee pariter cum ipſa vita perdere, atque voluntarie morti occurrere, praeſertim quum in deliciis, & honore, poſſet aetatem ſuam peragere. Beatus vero Omnion, acceptis opprobriis, & tormentis, alacrior factus, coepit acerrime increpare eos, tormenta, quantumlibet aſperiora, pro Chriſto ſe magis amplecti, quam timere. Confirmans promiſſa, atque blanditias pro nihilo ducere, ſed ad omnes cruciatus ſeſe pro Chriſti nomine paratum eſſe, declamans, illorum amentiam, atque perfidiam, ſe multo magis dolere, quos aeternus exſpectaret interitus, & tor-

Qualitee Mitsherinus predictus dicto nomine locavit Riguttio, & Bonuctio fratribus filiis qu. Palmeris de Cignono Curie S. Cresci unam petiam teere sum toto podere ad affictum pro anno fictu & penſione ſoldorum decem Flor. p. dr mente Auguſti dicto Episcopatui ſolvendorum. Carta manu Roggerii Tancredi Not. sub MCCLXIX. XV. Cal. Aprilis, Ind. decimotertia.

Qualiter Riscus Venture de S. Crestio ad Valcavam dimiſit unum podere loco dicto Fontanella, diſtribuendum pauperibus Chriſti. Quod podere pervenit ad Epiſcopatum Florentinum, & ex ipſo ſolvebatur annuatim dicto Epiſcopatui unum ſtarium grani. Carta manu Gherardi Not. ex imbreviaturis Bonaturſi Not. ſub MCCCIII. Ind. ſecunda, die ſeptimo Novemb.

Qualiter Corſus Arlotti de Vliveta promiſit dare & ſolvere annuatim Epiſcopatui Flor. de menſe Auguſti quatuor ſtarios grani. Carta manu Ser Nardi Cioy Not. ex imbreviaturis Ser Bindi Romei Not. ſub MCCCII. die XXII. Maii.

Qualiter Epiſcopatus Flor. accepit tenutam bonorum Pelagalli Boſtoi de Cignono, & ipſa bona locavit in termino unius anni.

Item habuit tenutam in bonis Contruccii populi S. Creſci ad Valcavam. Carta manu Ser Tani Vannis Not. ſub MCCXCVII. die XXI. Auguſti.

Qualiter Ser Tanus Vanni Tagliaferri fuit confeſſus, & recognovit ſe eſſe fidelem & colonum Epiſcopatus Flor. & dare & ſolvere promiſit annuatim nomine fictus & fidelitatis perpetue quintam partem unius modii grani. Carta manu Ser Bindi Romei Not. de Colenzano ſub MCCCI. die XXV. Novemb.

Qualitee Ristbus Stoldi de Fontr fredda de Campeſtri promiſit dare & ſolvere annuatim Epiſcopatui Flor. nomine fictus perpetui ſtarios quatuor grani. Certo manu dicti Not. ſub MCCCII. die vigeſimatertia Martii.

Qualiter Epiſcopatus Flor. accepit tenutam in quibusdam bonis olim Donati Bertacchi fidelis Epiſcopatus Flor. que bona poſita ſunt loco dicto Fonte fredda. Carta manu Ser Tani Vannis Not. ſub MCCXCVIII. die XXIX. Auguſti.

Qualiter Mattheus Andree Sindacus Epiſcopatus Flor. locavit ad affictum Presbitero Ristho Rectori Ecclesie S. Romuli de Campeſtri quamdam domum, & terram dicti Epiſcopatus in termino viginti annorum pro anno fictu ſex ſtariorum grani annuatim dicto Epiſcopatui ſolvend. Carta manu dicti Ser Tani Not. ſub MCCCXXI. Ind. IV. die undecima menſis Aprilis.

Qualiter Mattheus Sindicus ſupradictus locavit ad affictum Guazno de Cappiano quasdam poſſeſſiones, & terras poſitas in Monte Iovis in termino quindecim annorum pro anno fictu unius ſtarii & dimidium grani annuatim dicto Epiſcopatui perſolvendi. Carta manu dicti Not. ſub milleſimo, & Ind. predictis die XV. Iulii.

Qualiter Bernardinus Venture de S. Creſcio ad Valcavam, qui moratur Florentie in populo S. Simonis, promiſit Ser Tano Vannis Not. recipienti pro Epiſcopatui Flor. dare & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatu Flor. de poderi, & terris, quas dictus Bernardinus emit a Ser Bonaventuro Ser Iohannini Petri de S. Creſtio predicto unum ſtarium grani. Carta ma-

tormenta non deficientia, Diabolo, & angelis eius, praeparata, 150
cum quibus omnes ſtulti, & inſani, Idola adorantes, aeterno cremantur incendio.

Lectio VIII.

QVum & haec, & plura alia, audacter contra eos fortiſſimus Dei athleta emitteret, videntes milites eum in fide Chriſtiana firmiſſimum eſſe, & a propoſito accepto fidei dimoveri non poſſe, fecerunt ſibi praeſentari etiam Beatum Criſcum, ut, quod per ſe non poterant, ſaltem per eum reficerent. Cui dixerunt: Sacrifica Diis, & revoca ab errore, quos praeſtigiis tuis a Deorum cultura ſeparaſti; quod ſi nolueris, diverſis tormentis te macerantes adficiemus. Beatus vero Criſcus deſiderans illos ad fidem Chriſti converti, benigne eos adloquitur dicens: Melius eſt ergo, & magis rationi con-

manu dicti Ser Tuoi Not. ſub dicto milleſimo, & Ind. V. die vigeſimaſeptima Septemb.

Qualiter Pierus Benvenuti Tacchelli de Valcava fuit confeſſus, & recognovit ſe dare debere & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Flor. de ſuo poderi ſtarios duos grani, quae omnia continentur in imbreviaturis in libro magno Imbreviaturarum Ser Bindi Romei de Calenzano Not. ſub MCCC. Ind. XIV. die XI. Octub.

Qualiter Cignanus Petri de populo S. Creſci ad Valcavam fuit confeſſus & recognovit ſe dare debere & ſolvere annuatim Episcopatui Flor. pro tertia parte poderis olim dicti Petri patris ſui, quod dixit ſe tenere a dicto Epiſcopatu, nomine fictus perpetui, duo ſtaria grani, & duos tertios alterius ſtarii. Carta imbreviata per dictum Ser Bindum ſub milleſimo Ind. predictis, die decimaſexta menſis Octub.

Qualiter Nutus Naccii populi S. Creſci ad Valcavam, fuit confeſſus, & recognovit ſe dare debere & ſolvere annuatim Epiſcopatui Flor. nomine fictus perpetui tres ſtarios grani. Carta manu dicti Not. ſub milleſimo, Ind. & die predictis.

Qualiter Tone qu. Guidonis populi Plebis S. Creſci ad Valtavam, fuit confeſſus & recognovit ſe dare debere & ſolvere annuatim Epiſcopatui Flor. pro dimidia parte poderis dicti Guidonis patris ſui nomine fictus perpetui unum ſtarium grani. Carta manu dicti Not. ſub milleſimo, Ind. & die predictis.

Qualiter Ser Ruta, & Corſus, & Iunta fratres filii qu. Pieri Mangianelli populi Plebis S. Creſci ad Valcavam, recognoverunt & confeſſi fuerunt ſe dare debere & ſolvere annuatim Epiſcopatui Flor. de eorum poderi nomine fictus perpetui de menſe Octubris . . . . Carta manu dicti Not. ſub MCCC. Ind. XIV. de menſe Octubris.

Qualiter Tignoſus Mangionis, & Dom. Fiore eius ſoror, populi S. Romuli de Campeſtri, recognoverunt & confeſſi fuerunt ſe dare debere & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui de ipſorum poderi nomine fictus perpetui duos ſtarios grani. Carta manu dicti Not. ſub milleſimo, & Ind. predictis, die XVII. menſis Octub.

Qualiter Iohannes Benuccii Palmerii, & Gerinus qu. Ricchuccii Palmerii eius nepos, recognoverunt ſe dare debere & ſolvere annuatim Epiſcopatui Flor. nomine ſervitii & fictus perpetui pro ſuo poderi tres ſtarios grani. Carta manu dicti Not. dicta die.

Qualiter Luccius Ventura populi Plebis S. Creſci recognovit ſe dare debere & ſolvere annuatim perpetuo dicto Epiſcopatui nomine ſervitii annuatim perpetui pro ſuo poderi ſtarium unum & cum dimidio boni & puri grani. Carta manu dicti Not. ſub MCCC. Ind. XIV. die XVII. menſis Octob.

Qualiter Gerius qu. Bencii populi Plebis S. Creſci recognovit ſe dare debere & ſolvere annuatim perpetuo dicto Epiſcopatui nomine ſervitii annui, & affictus perpetui pro ſuo poderi unam iminam grani ſub anno, Ind. & die predictis manu dicti Not.

Qualiter Cornacchia qu. Chiari, populi S. Martini ad Valcavam, fuit confeſſus & recognovit ſe dare debere & ſolvere annuatim Epiſcopatui Flor. de ſuo poderi nomine fictus perpetui novem ſtarios grani. Carta manu dicti Not. dicta die.

Qua-

250 congruum, ut vos Idolorum errore relicto ad Deum, qui vos fecit, convertamini, ut tormenta, quae infidelibus in aeterna confuſione parata ſunt, evadere valeatis. Tunc aiunt milites: In proximo eſt namque, ut & tu, & ſocii tui, graviſſimis poenis, atque tormentis, quae ſacrilegis, & maleficis legibus parata ſunt, attrectati male diſpereatis. Tunc fortiſſimus athleta Dei Beatus Criſcus intelligens eos in propria malitia induratos eſſe, nec ſermonum ſalubrium exhortationem aure mentis percipere, confidenti animo ait illis: Notum ſit, quia nos Chriſtiani, nec Deos veſtros, quos colitis, adorabimus, neque ſacrificiorum libamina eis exhibebimus. Iam enim ſaepe dixi vobis, quia Deorum ſimulacra manu, & arte, hominum fabricata ſunt.

Le-

Qualiter Rigaccius Martini de Valcava, fuit confeſſus, & recognovit ſe dare debere, & ſolvere annuatim Epiſcopatui predicto nomine fictus perpetui ſex ſtarios grani manu dicti Not. dicta die.

Qualiter Baldeſe filius Bentacorde populi S. Martini predicti, recognovit ſe dare debere & ſolvere annuatim Epiſcopatui Flor. nomine fictus perpetui de ſuo podere ſtarios ſeptem grani. Carta manu dicti Not. ſub dicto milleſimo, Ind. & die.

Nota quod predicta omnia Inſtrumenta non ſignata ſunt imbreviata per Ser Blandum Romey de Calenzano Not. & ſunt in Epiſcopatu.

Qualiter Mazza Benvenuti, & Cecchus, & Naddus, & Benvenutus eius filii populi Plebis S. Creſci ad Valcavam, promiſerunt dare & ſolvere annuatim Epiſcopatui Flor. nomine fictus annis ſingulis in futurum duodecim ſtarios grani poſitos in granario Epiſcopatus. Carta manu Ser Blandi predicti Not. ſub MCCCVII. Ind. VI. die XX. Octob.

Qualiter Epiſcopus Flor. tamquam unicus Dominus, & Patronus Eccleſie S. Martini de Valcava, contulit eam vacantem per renuntiationem Presbiteri Cetis, Ricovero Duccii de Monte Aceraia Diacono ſub MCCCXV. die XV. menſis Iunii.

Qualiter Bocca Doni Plebis S. Creſcii de Valcava, fuit confeſſus ſe dediſſe & ſolviſſe baſtroos annuatim de menſe Auguſti nomine fictus, & fidelitatis perpetue unum ſtarium grani, & ſic ſolvere promiſit dicto Epiſcopatui annis ſingulis in futurum, prout continetur in imbreviaturis Ser Iohannis Spade Not. continetur ſub MCCXCVIII. Ind. XI. die XXIII. menſis Septemb.

Qua-

Qualiter Chiarus qu. Raynerii de Caſavecchia Sindicus Dom. Andree Epiſcopi Flor. locavit ad affictum perpetuum Corſo filio qu. Fortis populi S. Romuli de Campeſtri unum petium terre poſitum in dicto populo loco dicto Trebbio pro annuo cenſu unius imine boni & puri grani annuatim dicto Epiſcopatui ſolvendi, ut in imbreviaturis Gratie Arigi Gratie Not. ſub MCCLXXXXIII. Ind. VII. die X. menſis Ianuar.

Qualiter Chiarus Raynerii Sindicus Dom. Epiſcopi ſupradicti locavit ad affictum perpetuum Mazze olim Benvenuti populi S. Martini de Valcava unum petium terre, & ſalvatici, & boſchi dicti Epiſcopatus Flor. poſitum in dicto populo S. Creſci loco dicto Monte Iovis, ſive Donneto, pro annuo ficto octo ſtariorum grani dicto Epiſcopatui annuatim ſolvendorum. Carta manu dicti Not. ſub MCCLXXXVIII. Ind. II. die XII. Ianuar.

Qualiter Chiarus Sindicus ſupradictus recommendavit & locavit affictum perpetuum Chello filio Falchi populi S. Martini de Valcava unum petium terre dicti Epiſcopatus poſitum in dicto populo pro ficto octo ſtariorum grani annuatim dicto Epiſcopatui ſolvendorum. Carta manu dicti Not. ſub MCCLXXXVII. Ind. prima, die XIV. Septemb.

Qualiter Epiſcopus Flor. locavit in pheudum Miglinuti Benvenuti, & Iunte Battaglie, & Rongo fratribus, & filiis dicti Miglinutis populi S. Stefani de Flumine, podere quod olim tenuit Riguccius Ser Martini fidelis Epiſcopatus Flor. pro annuo ficto trium ſtariorum grani dicto Epiſcopatui ſolvendorum, ut in imbreviaturis Benedicti Mag. Martini Not. continetur, ſub MCCCVIII. die XX. Maii.

Qua-

Lectio IX.

ISta vero tormenta, quae vos nobis minamini, tranſitoria ſunt, & brevi certamine gloriam & aeternam vitam nobis promittunt. Vnde quicquid gravius viſum fuerit, exercete, quia parati ſumus omnia tormenta pro Chriſti confeſſione ſubſtinere. Similiter & ceteri Sancti proteſtari coeperunt. Tunc milites contundentes ora eorum iuſſerunt eos exſpoliari, & fuſtibus gravioribus caedi. Cumque diutiſſime caederentur, Beatus Omnion in confeſſione Domini perſeverans, reddidit ſpiritum. Similiter & venerabilis Emptius, dum graviſſimas toto corpore fuſtium percuſſiones exciperet, gratias agens Deo, quod inter eius Confeſſores adnumerari meruerit, beatam in Caelo reddidit animam. Quo facto unus ex militibus accedens ad B. Criſcum, immobiliter in Dei laudi-

Qualitee Gratio qa. Durelli Siaditus Comuais de Monte Acerata, promiſit ſiadicario nomine pro ſe & aliis hominibus dicti Comunis non damaificare, nec damaificari facere ſilvam Montis Rocuadi, & pertinentias dicte ſilve ſub certa pena. Et recognovit nomiae, quo ſupra, dictam ſilvam ſpectare ad Episcopatum pleao iure. Carta manu dicti Not. ſub MCCCXIX. Ind. II. die XVI. menſis Februarii.

Qualiter Gratia Sindicus Episcopatus Flor. locavit Giao vocato Segoliao qa. Riſtori populi S. Romuli de Campeſtri unam petiam terre dicti Episcopatus poſitam in dicto populo loco dicto Corcio, in termiao viginti aanorum, pro aanno ficto triam ſtiorum grani ad menſuram Florentinam. Carta manu dicti Not. ſub MCCCXX. Ind. tertia, die quarta menſis Aprilis.

Qualitee Dolfus qu. Iohannis populi Plebis S. Creſci a Valcava, fuit confeſſus & recognovit ſe dare debere & ſolvere annuatim Episcopatui Flor. de terris & poſſeſſionibus ſuis poſitis in dicto populo, loco dicto Lavelle, nomine fictus perpetui quinque ſtarios & duos tertios grani. Carta manu dicti Notarii ſub MCCCXXI. die octava Aprilis.

Qualiter Dom. Dattia uxor olim Tendi Bocche, & Lippa filia olim dicti Tendi populi Plebis S. Creſci de Valcava, recognoverunt & confeſſi fuerunt ſe dare debere & ſolvere annuatim Episcopatui Flor. de quibuſdam terris & poſſeſſionibus poſitis in dicto loco nomine fictus perpetui unum ſtarium grani. Carta manu dicti Not. dicta die.

Qualitee Niccbola qa. Nelli de Ortisaria, fuit confeſſus & recognovit ſe dare debere & ſolvere annuatim Episcopatui Flor. de quibuſdam terris & poſſeſſionibus dicti Episcopatus poſitis in populo S. Romuli de Campeſtri loco dicto Cortina nomine fictus perpetui unum par capponum, & unam ſpatulam carnium porcinarum. Carta manu dicti Not. ſub milleſimo, & Ind. predictis, die IX. Iunii.

Qualiter Pierus Chelli, & Bertus Zucchevini, populi S. Creſci de Valcava, recognoverunt, & confeſſi fuerunt, ſe tenere & poſſidere pro Episcopatu Flor. unum petium terre poſitam in populo S. Creſci de Valcava. Qui Pierus, & Bertus, recognoverunt pro dicta petia terre ſe fore fideles dicti Episcopatus, & promiſerunt dare & ſolvere annuatim dicto Episcopatui nomine fictus perpetui de menſe Auguſti octo ſtarios boni & puri grani ad ſtarium Florentinum, ut continetur in imbreviaturis Ser Arigi Gratie ſub MCCIIC. Ind. XII. die vigeſimatertia Iulii.

Qualiter Paganus qu. Iannis populi Plebis S. Creſci ad Valcavam, promiſit dare & ſolvere annuatim dicto Episcopatui Ser Bindo Camerario recipienti pro Episcopatu Flor. nomine fictus perpetui de menſe Auguſti unum ſtarium grani ad menſuram Florentinam, & ſextamdecimam partem unius ſpatule porci de menſe Decembris, ſub dicto milleſimo, Ind. tertia, die XI. menſis Decemb.

Qualitee Foreſe Iuata de Seggiano promiſit Ser Tano Vannis recipienti pro Episcopatu dare & ſolvere annuatim pro dicto Episcopatu nomine fictus perpetui unum ſtarium grani apud Seggianum pro medietate unius reſedii, quod olim fuit Dom. Palage uxoris olim Michi populi S. Martini de Valcava. Carta manu Ser Tani olim Vanni de S. Creſcio

250 dibus permanentem, gladio eum percuſſit, & caput eius amputavit, & adſperſum eſt ſanguine ipſius pavimentum, & permanent ibi ſigna cruoris Sanctorum Martyrum, ad gloriam, atque virtutem nominis Domini, & Sanctorum Martyrum uſque in hodiernam diem. Signa quoque plurima, & virtutes innumerabiles, precibus Sanctorum Martyrum ibidem celebrantur: quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus facere dignatur ad laudem, atque exaltationem, nominis ſui, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & glorificatur, Deus in Trinitate perfecta per cuncta ſaecula ſaeculorum. Paſſus eſt autem Beatiſſimus Confeſſor Domini Criſcus cum duobus Sociis ſuis in loco, qui dicitur Colle, IX. Kalendas Novembris, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, pro cuius amore terrena deſpicientes, caeleſtia ſubſcipere meruerunt. Tu autem Domine &c.

IN

ſciu ad Valcavam ſub MCCCXI. Ind. X. die XXVII. menſis Octob.

„ eius contumeliam pateretur. Huius autem carceris Prae-
„ poſitus erat quidam homo nomine Onion, qui cum vi-
„ diſſetglorioſum militem Chriſti pſalmos & hymnos Deo
„ omni-

& nomine Bilicozzii fratris ſui, & filii qu. dicti Gerii dicti Popoli, & eorum, & cuiuſque eorum heredibus omnia, & ſingula infraſcripta bona videlicet.

In primis unum petium terrae vineatae cum domo, cella, & columbario, poſitum in Populo Plebis Sancti Creſci ad Valcavam Comitatus Florentiae, loco dicto Campo Pietri.

Item unum petium terrae cum caſtaneis & ciriegis poſitum in dicto Populo, ibi prope, loco dicto Cercatoio.

Item unam domum cum curia, cella, & porcili, & pergulis, & terris laborativis, cum medietate pro indiviſo unius furni poſitam in dicto Populo Plebis, loco dicto Capitignano.

Item plures petias terrarum laborativarum, & in parte ſodarum, & partim vineatarum, cum quercubus, & olivis, & aliis arboribus, & cum puteo poſitas in dicto Populo, & loco dicto Capitignano:

Item unum petium terrae laborativae, & partim ſodae, cum arboribus poſitum in dicto Populo, & loco.

Item unum petium terrae laborativae cum quercubus poſitum in dicto Populo Plebis loco dicto Fontanella.

Item unum petium terrae laborativae cum quercubus poſitum in dicto Populo loco dicto Capitignano.

Item unum petium terrae laborativae & ſodae cum quercubus poſitum in dicto Populo, & loco dicto Boſolo.

Item unum petium terrae laborativae & ſodae cum quercubus poſitum in dicto Populo loco dicto Volginezzi.

Item unum petium terrae moggiaticae cum quercubus poſitum in dicto Populo loco dicto lo Bubiano.

Item unum petium terrae ſodae poſitum in dicto Populo loco dicto Piſciatoio.

Item unum Palatium magnum cum columbario, & cella, & curia, & una domo baſſa, & caſolare, & terreno cum vitibus, poſitum in Populo Sancti Martini de Veſpignano Comitatus Florentiae, in Caſtro Veſpignani.

Item unum petium terrae laborativae cum horto & arboribus poſitum in dicto Populo

250 „ omnipotentiſſimo magna iubilatione decantantem, eius vir-
„ tutem Deique potentiam admiratus, cucurrit ad carcerem,
„ & pedibus Beatiſſimi Martyris provolutus aperta voce di-
„ cere coepit: *Credo Dominum Ieſum Chriſtum verum eſſe Deum.*
„ Beatus autem Criſcus gavíſus de fide eius, & gratias agens
„ Deo, elevavit eum. Tunc Onion gratias agens Deo &
„ Beato Martyri ſuo Criſco coepit deteſtari eos, qui non
„ Domino crederent Ieſu Chriſto. Credidit autem ipſe cum
„ uxore, & filia, & omni domo ſua; & dato nomine ſuo
„ pariter cum eis baptizatus eſt; & B. Criſcum custodia li-
„ beravit. Videntes autem fideles, qui cum B. Criſco erant,
„ perſequutionem quotidie magis atque magis ingraveſcere,
„ & ſeſe in arcto poſitos, neque in ea Civitate iamdiu late-
„ re poſſe; quoniamque mulieres quaedam & infantes pro-
„ miſcui ſexus erant inter eos, quos ob fragilitatem ſexus &
„ aetatis, aſperitas martyrii deterrere poterat, conſilio com-
„ municato, competens viſum eſt eis, ut pro neceſſitate
„ temporis, ac rerum, ad alia loca tranſitum facerent. Tunc
„ Beatus Criſcus, licet nimio marryrii ardore ſuccenſus, ut
„ animas, quas Deo acquiſierat, cuſtodiret, dimiſſa civitate
„ Florentiae pariter cum eis Faventiae deſtinavit iter ad
„ urbem. Cumque perveniſſet ad locum, qui dicitur Collis,
„ ſub-

pulo Sancti Martini in Podio Veſpignani loco dicto Ortale.

Item unam domum cum tella, & turia, & pergulis, & cum terra laborativa cum tannete, & vitibus, & arboribus, poſitam in dicto Populo Sancti Martini in Borgo Veſpignani, loco dicto la Caſa dell' olmo.

Item unum petium terrae laborativae cum aia, pergulis, & arboribus, poſitum in dicto Populo Sancti Martini in Podio Veſpignani, loco dicto Chiuſello.

Item unum petium terrae vineatae cum tuſolare, & in parte laborativae, poſitum in dicto Populo Sancti Martini, in loco dicto Caſtel vecchio.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Populo Sancti Martini in pendicibus Veſpignani, loco dicto il Fongo.

Item unum petium terrae cum arboribus poſitum ibi prope in dicto Populo Sancti Martini iuxta portam inferiorem de Veſpignano,

Item plura petia terrarum laborativarum cum arboribus poſita in dicto Populo S. Martini, loco dicto Donicato, e Poggiuoli.

Item unum petium terrae laborativae cum quercubus poſitum ibi prope in dicto Populo Sancti Martini, loco dicto Barberino.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Populo loco dicto Poggio Giroldi.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Populo, & loco.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Populo Sancti Martini, loco dicto Taſſinoia.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Populo, loco dicto Toſſinaio.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Populo loco dicto il Veccile.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Populo, loco dicto la Caſaccio.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Populo Sancti Martini, loco dicto la Fonteneccio.

Item unum petium terrae laborativae poſi-

„ ſubſcepit hoſpitium in domo cuiuſdam mulieris viduae, 250
„ quae vocabatur Pamphila, cuius filius erat Serapion no-
„ mine. Intellexit autem mulier, Beatum Criſcum, & qui
„ cum eo erant, Chriſtianae religionis cultores eſſe; atque
„ idcirco licet pagana ſedulo miniſtrabat eis. Et admonita
„ divina inſpiratione, quodcumque verbum ex ore Beati
„ Viri percipere poterat, memori condebat in pectore.
„ Hinc ad Chriſti gratiam vocata, tam ea, quam puer,
„ & ceteri qui aderant, confitentes peccata ſua, baptiza-
„ ti ſunt omnes. Dum vero haec agerentur, & Vir Do-
„ mini B. Criſcus, ut animas, quas Deo acquiſierat, con-
„ firmaret, eodem in loco moraretur; relatum eſt Praeſidi,
„ quod Onion per Beatum Criſcum Chriſto credidiſſet, &
„ confractis Deorum imaginibus, quas apud ſe habebat,
„ Chriſtianis adiunctus eſſet; & cum B. Criſco & aliis Chri-
„ ſticolis civitate propria relicta fugiſſet. Ad haec Prae-
„ ſes furore ſuccenſus praecepit militibus ſuis, ut quam
„ ocyſſime huc illucque diſcurrentes Beatum Virum & eos,
„ qui cum eo erant, perſequerentur; poteſtate eis attributa,
„ ut quocumque in loco eos invenirent, ſtatim comprehen-
„ derent; & niſi vellent Diis cervices ſuas inclinare, & tu-
„ ra atque victimas immolare, diverſis poenis atque tormen-
„ tis interficerent. Tunc milites perficientes iuſſa, poſt ali-
„ quantulam defatigationem pervenerunt ad locum, ubi San-
„ cti Dei in orationibus & vigiliis perſeverabant, a collo-
„ quiis divinis, & Evangelica praedicatione, numquam va-
„ can-

poſitum in dicto Popolo Sancti Martini, in loco dicto Monte Domini.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Popolo, & loco.

Item unum petium terrae poſitum in dicto Popolo Sancti Martini, loco dicto le Gieti.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Popolo Sancti Martini, loco dicto Paleo.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Popolo Sancti Martini, loco dicto in Piano di Peſciolla, *ſive* Iſola Peſciolica.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Popolo, & loco.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Popolo, & loco.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Popolo, & loco.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Popolo, & loco.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in Popolo Plebis Sancti Caſtiani Communis Veſpignani, loco dicto Farneto.

Item unum petium terrae laborativae cum quercubus, & caſolare poſitum in dicto Popolo Plebis Sancti Caſtiani, loco dicto in Poggio.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in Popolo Sancti Petri de Padule dicti Plebatus Sancti Caſtiani, loco dicto Piano di Padule.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in Plebata, & Communi Burgi ad S. Laurentium Comitatus Florentiae in Piano de Luciano, loco dicto il Terreno.

Item unam domum cum curia, cella, & loggia, & cum terris vineatis, & labo- Zzzzzzz *rati-*

1150 „ cantes. Cognoſcens autem B. Criſcus militum adventum, *Surgamus*, inquit, *Fratres, quia ecce Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad coronam martyrii nos invitat*. Et advocans B. Serapionem, monuit eum, ut ſecederet & daret locum perſequutioni; ut Eccleſiam, quam ſibi Dominus commiſerat, ipſe poſt eius obitum confirmando geminaret. Denique ceteris ſemotis, ipſe ut robuſtus coeleſtis Imperatoris miles ad iam ſaepe optatum deſiderans pervenire certamen, cum duobus aliis diſcipulis Onione & Beato Emtio, qui cum eo fuit ab initio converſionis, a militibus ſe requirentibus non celavit. Milites vero accedentes, comprehenderunt eum, & eos, qui cum eo erant. Deinde ligantes eum graviſſimis catenis, & eos, qui cum ipſo erant, perduxerunt quidem eos ad fanum ibi proximum, in quo erant idolorum imagines. Et introducentes eos in templum, coeperunt compellere eos ad ſacrificia idolorum. Primum autem B. Onionem adoriuntur, & blandis verbis, amicabilibuſque adhortationibus, ad ſacrificandum adliciunt; detrectantem autem virgis caedunt; ſed ipſe intrepidus perſtat in incepto, & ad omnes cruciatus pro Chriſti nomine paratum ſe eſſe declamat. Videntes autem milites in fide Chriſtiana firmiſſimum eſſe, & a propoſito acceptae fidei detorqueri non poſſe; fecerunt praeſentari ſibi etiam Beatum Criſcum, diverſa tormenta & mortem crudelem interminantes, niſi idolis ſacrificaret. Is autem conſtanter & invicte contaminata ſacrificia

„ in-

rativis, cum arboribus, poſitum in Populo Sancti Andreae de Vezzano dicti Plebatus Sancti Caſciani Comitatus Florentiae, & in Communi Mocciani, loco dicto Quercceto.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in Populo Sancti Petri de Vezzano dicti Plebatus Sancti Caſciani, loco dicto nello Piolla.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in Populi Sancti Michaelis de Ronta Plebatus Sancti Ioannis Maioris Comitatus Florentiae, loco dicto nelle Colture di Sarrialle.

Item unum petium terrae laborativae poſitum in dicto Populo Sancti Michaelis, & loco praedicto.

Item unum petium terrae cum caſolare poſitum ibi prope in dicto Populo, & loco.

Item unum petium terrae prativae poſitum in Populo Sancti Petri de Vezzano, in dicto Communi Vezzani, dicti Plebatus Sancti Caſciani in Alpibus Vezzani, loco dicto l' Iſchieto.

Item plura petia terrarum laborativarum poſita in dicto Populo Sancti Petri de Vezzano, loco dicto a Caſe olmo, *ſive* gli Alduberti, *ſive* Camerli.

Item unum petium terrae prativae poſitum in Alpibus Vezzani.

Item unum petium terrae prativae poſitum in Alpibus Vezzani. Quam venditionem fecit dictus Ser Pancia Bettini venditor dicto Simoni qo. Geris Gondi, & Bellicozzio eius fratri pro pretio in totum Florenorum mille ducentorum auri.

Et prout latius apparet in dicto Inſtromento venditionis, ad quod &c.

Quae

„ indignatus, ait ad illos: *Notum ſit vobis, quia Chriſtiani ſu-* 250
„ *mus; nec Deos veſtros, quos colitis adorabimus; neque ſacri-*
„ *ficiorum libamina eis exhibebimus*. Tunc milites contun-
„ dentes ora eorum, iuſſerunt eos exſpoliari, & fuſtibus
„ gravioribus caedi. Quumque diutiſſime cederentur, B.
„ Onion in confeſſione Domini perſeverans reddidit ſpi-
„ ritum. Similiter & venerabilis Emtius, dum graviſſimas
„ toto corpore fuſtium percuſſiones exciperet, gratias agens
„ Deo, quod inter eius Martyres adnumerari meruiſſet, bea-
„ tam coelo reddidit animam. Quo facto unus ex militibus
„ accedens ad Beatum Criſcum immobiliter in Dei laudibus
„ permanentem, & gladio percutiens, caput eius amputa-
„ vit; & adſperſum eſt pavimentum ſanguine ipſius. Paſ-
„ ſus eſt autem Beatiſſimus Martyr Dei Criſcus cum duobus
„ ſociis ſuis in loco, qui dicitur Collis, VIIII. KL. Novem-
„ bris. His peractis milites adſumto capite Beati Criſci,
„ quo crudelitatis ſuae ſignum ſecum haberent, ad Praeſi-
„ dem regredi properabant. Cumque veniſſent in locum,
„ qui dicitur Vallicula, nolentes amplius B. Martyris reli-
„ quias ſecum portare, ibi ſacratiſſimum Confeſſoris & Mar-
„ tyris Chriſti caput proiecerunt. Poſtquam autem milites
„ ad proprium regreſſi ſunt Dominum, veniens Beatus Se-
„ rapion, quem Sanctiſſimus Criſcus Sanctae Dei Eccleſiae
„ cuſtodem relinquere volens, latitare, & ad tempus per-
„ ſequutioni locum dare, iuſſerat, congregatis ceteris Chri-
„ ſtianis, conlegit Sanctorum Martyrum corpora. Et com-
„ mu-

Quae de Eccleſia *S. Criſci* in Valle Cava habet *Moctius* ſunt inſequentia. Antiquam Eccleſiam anno MDXVI. fuiſſe iam rimoſam & fatiſcentem *pag*. 39. Aram templi maximam ad Orientem ſpectare *pag*. 42. in tres partes Eccleſiam diviſam eſſe, hoc eſt Pronaon, *πρόναον* ſeu Veſtibulum; Templum ſeu *ναόν*; Presbyterium ſeu *ἱερατεῖον* *pag*. 44. 45. Antiquitus eius longitudinem in tres navas, duobus magnis arcubus extremas a media ſeparantibus, diſpertitam fuiſſe *pag*. 46. Turrim eius campanariam non adeo antiquam videri, ac muros & parietes Eccleſiae, licet in brachia XXXXII. adſurgat *pag*. 47. Anno MCCCL. campanam illius turris fuſam fuiſſe, *tempore D. P. Blaſii*, Plebani, ut arbitror. Tabernaculum in cornu Epiſtulae Altaris maximi extare ab *Riſalitis* Florentina gente anno MCCCCXV. aut factum, aut inſtauratum. Simile tabernaculum in Eccleſia *SS. Simonis* & *Iudae* Florentiae a *Riſalitis* fuiſſe conditum *pag*. 54. 55. Sanctos Martyras *Criſcum* & Soena in hac Eccleſia quieſcere *pag*. 57. & ſeqq. Anno MDCCIII. ſepulcrum ſeu loculum B. *Criſci* apertum fuiſſe *pag*. 67. 77. 110. 114. iterumque anno MDCCIV. referetum fuiſſe *pag*. 72. 121. Et anno MDCCVI. foveam, in qua *S. Serapion* quieſcebat, fuiſſe patefactam *pag*. 71. 85. Anno MDXC. *Matthaeum Pozzeum* Plebanum Eccleſiae *S. Criſci* in Valle Cava renunciatum fuiſſe, qui anno MDCXXXV. ſupremum diem obiit *pag*. 87. Anno MCCCLXXVII. ſepulcrum ſuum *Petrum Ghinazium* apud Plebem *S. Criſci* in Vallecava elegiſſe *pag*. 90. Anno MDCLX. Eccleſiam *S. Criſci* reſtau-

450 „ municato conſilio cum eis, detulit ea ad locum, qui Val-
„ licula dicitur, ubi crudeliſſimi milites Beati Criſci caput
„ reliquerant. Et celebrantes Sanctorum Martyrum exſe-
„ quias, cum hymnis & laudibus dedicaverunt ſanctum
„ diem ſepulturae eorum. Et tali ordine involventes
„ ſacratiſſima eorum corpora pretioſis linteis, cum timore
„ & oratione eodem in loco ea ſepelierunt. His ita cele-
„ bratis, ceteri cum reverentia & cordis compunctione,
„ unuſquiſque ad propria ſunt reverſi. Beatus vero Sera-
„ pion proficiens in ſermone & doctrina Domini, a ſepul-
„ tura Sanctorum Martyrum non diſcedebat, nocte & die
„ in oratione, & vigiliis, perſeverans. Factum eſt autem, eo
„ in doctrina & Evangelio perſeverante, ut Eccleſia fide-
„ lium creſceret, & populus ei commiſſus multiplicaretur.
„ Et adſociati ſunt multi Beato Serapioni, circa Sanctorum
„ Martyrum ſepulcra, quotidie divinum frequentantes Offi-
„ cium. Non poſt multum vero temporis relatum eſt Prae-
„ ſidi de eis, & quod illius loci tota populi multitudo in
„ Dominum noſtrum Ieſu Chriſtum crederet. Vnde iratus
„ Praeſes, miſit illuc Praefectum unum cum obſequenti-
„ bus militibus, praecipiens eis ut euntes comprehende-
„ rent Chriſtianos ibi degentes, & eos qui nollent Diis
„ ſuis ſacrificia exhibere, interficerent. Qui venientes
„ multorum Sanctorum ſanguinem effuderunt; & tenen-
„ tes Beatum Serapionem cum ſociis ſuis, poſtquam vi-
„ derunt, eos nullo modo ad ſacrificandum poſſe impelli,
„ quo-

inſtauratam fuiſſe *pag.* 92. Anno MDCCI. *Coſmum III.* Magnum Ducem a fundamentis Eccleſiam *S. Criſci* relceiſſe *pag.* 95. quod & anno MDCCII. continuatum fuit *pag.* 100. 102. 109. 110. Anno MDCCXIII. corpora SS. Martyrum *Criſci & Onionis* iterum reperta fuiſſe *pag.* 103. Horum Martyrum reliquias quaſdam anno MDCXXXIX. *Matthaeo Neronio* ab *Ioanne Contio* Plebano donatas fuiſſe *pag.* 105. Anno MDCCVIII. *Ioan. Vincentium Fantonium* reliquiam *S. Criſci* donaſſe *Coſmae III.* Magno Duci *pag.* 106. aliaque in Eccleſia *S. Criſci* facta fuiſſe *pag.* 111. 112. 133. 114. *Alexandrum Martium Medicem* Archiepiſcopum Florentinum Eccleſiam *S. Criſci* anno MDCXIII. inviſiſſe *pag.* 113. 114. 115. *Petrum Nicolinium* Antiſtitem pariter Florentinum anno MDCXLVIII. idem feciſſe *pag.* 115. Anno MDCCVI. translata fuiſſe corpora SS. Martyrum *pag.* 115. 116. *Rogerium* Plebanum *S. Criſci* dediſſe poſſeſſionem Canonicatus ſuae Plebis *Paucino Bettini F. Folluccii N.* anno MCCCXXXIII. *pag.* 121. Anno MCCCLVII. *Philippum Ruſſum* Parmenſem fuiſſe Plebanum *S. Criſci pag.* 123. Item *Blaſium Chriſtophori F.* anno MCCCLXII. Anno MCCCLXXXXIII. *Bartholomaeum Coſinium* Senenſem abrenuntiaſſe Plebi *S. Criſci*, & in eius locum eſſe ſubfectum *Antonium Bertini F. Donatium pag.* 123. Anno MCCCCLXXXV. *Dinum Bartholomaei F. Antonii N. de Vinea* Plebanum *S. Criſci* extitiſſe *pag.* 124. Anno MDXVI. fuiſſe Plebanum *Galeottum de Ricaſolis*; cui ſucceſſit *Bartholomaeus Bettini de Ricaſolis*. Et haec modo ſubficiant ex *Mo-*

„ quoniam circa Sanctorum Martyrum ſepulcra eos flexis 250
„ genibus orantes invenerant; & ſacrarum reliquiarum
„ cuſtodes & veneratores praecipue eſſe compererant;
„ effodi fecerunt foveam in eodem loco, in qua vivos
„ eos ſepelierunt, non longe a ſepulcro ceterorum San-
„ ctorum; & claudentes deſuper os foveae, ſuae crude-
„ litatis adſertionem cunctis audientibus & videntibus
„ praebuerunt. Paſſus eſt autem Beatus Serapion cum
„ ſociis ſuis IIII. Non. Maii ſub Decio Imperatore.
D. *Acriſchii* ſocios Martyras eo facilius admittere eſſet, ſi aedicula non procul ab Eccleſia Sancto Martyri in Valle Cava dicata, Beatorum *Serapionis*, corrupte *Cerbonis*, ac *Pamphilae*, nominibus inſignita, alicuius vetuſtatis eſſet: magna enim requireretur, ut de illis fidem aliquam nobis facere poſſet [a]. Sed quum Beatus *Mineas* eodem

Moctio excerpta; nam multo plura ex eodem proteremus, quum de conſtructione huius Eccleſiae, & de poſtrema eius reſtauratione ſuo loco & tempore agemus. Nunc tantum addere contentus ſum, multarum *B. Criſci* Reliquiarum diverſis in locis exſiſtentium a *Moctio* mentionem fieri, quas ipſe omnes ſuperius *pag.* 606. 607. 608. non memoravi. Vbi autem de Eccleſiis Dioeceſis Florentinae diſſerendum erit, Eccleſias quae Plebi *S. Criſci* ſubditae ſunt, haud tralatitie recenſebimus; & tunc *Moctium* iterum & *Brocchium* quoque opportune advocabimus.

[a] De hac aedicula ita ſcribit *Moctini pag.* 130. *E perciocchè in un poſto contiguo al detto Tempio, nel mezzo ad una ſeiva, chiamata comunemente, per tradizione immemorabile,* il Boſco di San Cerbone, *ſi riconoſcano anche di preſente alcune antichiſſime e ſpazioſe fondamenta di edificio, ed è, per voce univerſale, il detto luogo* la Caſa di S. Cerbone *addomandato, è perciò piaciuto a S. A. R. per onore di queſto Santo, e per ricordanza perpetua della ſuddetta tradizione, demolito prima un antichiſſimo Tabernacolo, che ivi riſedea, di farvi alzare una nobile Cappella, la quale ſerve di comodo, e di utilità non ordinaria, in tutti quei giorni, ne' quali concorre, ſin da tempo immemorabile, una numeroſiſſima moltitudine di popolo, sì vicino, come lontano, a venerare le Sacre Reliquie di queſto celebre Santuario. E veramente laudevole coſa è l' alzare i ſacri edifici in quei luoghi, ne' quali hanno abitato i Santi, o ne' quali ſerbeſi di loro qualche glorioſa memoria; imperciocchè, come racconta S. Girolamo, fu eretta una Chieſa dalla pietà de' Fedeli in quel luogo medeſimo, nel quale da Gesù Criſto Signor noſtro fu Lazzaro reſuſcitato; ecco le ſue parole:* Bethania Villa in ſecundo ab Aelia milliario in latere Montis Oliveti, ubi Salvator noſter Lazarum ſuſcitavit: cuius & monumentum, Eccleſia nunc ibidem exſtructa, demonſtratur. *Tutto ciò, che abbiamo detto finora, corriſponde a maraviglia, ed alla continuata tradizione, ed alla Vita di S. Creſci, e de' Santi compagni Martiri, come ſi può agevolmente riconoſcere fino ne' tempi noſtri, eſſendoſi, come altrove ſi diſſe, ritrovata l' antica Romana ſtrada, la quale dirizzandoſi verſo Faenza, andava alla volta del prementovato antichiſſimo edificio, nel quale ſeguì la converſione di S. Cerbone, e di S. Panfila ſua genitrice. Per tenere adunque ſempre viva, e ſempre preſente, a coloro, che verranno dopo di noi queſta bella ricordanza, è ſtata appoſta in una facciata interiore della nuova ſopraddetta Cappella la ſeguente Iſcrizione.*

250 dem tempore ac Beatus *Acriſchius* martyrium fecerit; quos tempus & paſſio ſociavit, ipſe iterum copulem; & heic Miſ-

BEATA PAMPHILA VIDVA
IN HAC
SVA OLIM DOMO
SS. CRISCVM AC SOCIOS MM.
CVM IN MVGELLANVM AGRVM
SE CONTVLISSENT HOSPITIO
EXCEPIT
IBIDEMQVE IPSIVS BEATISSIMI CRISCI
PRECIBVS
A MORTIS FAVCIBVS
CERBONIVM FILIVM RECVPERAVIT
ET CVM EO AC VNIVERSA FAMILIA
CHRISTIANAE FIDEI SACRA SVSCEPIT
PRO QVA PAVLO POST OMNES SIMVL
AD PRAEFATORVM MARTYRVM
SEPVLCHRVM
ORANTES
ET IPSI DECIANA SAEVIENTE
PERSEQVVTIONE
MARTYRII CORONAM MERVERVNT.
ANNO DOM.
CCXLIX.

E perchè dalle conietture, che dalla Vita ſi ricavano, ſi crede, che il Martirio di queſti Santi poteſſe in queſta caſa eſſer ſeguito, perciò dall' altra parte della ſoprammentovata Cappella ſi è poſta un' altra Iſcrizione di queſto tenore.

AEDEM HANC
IAM SS. PAMPHILAE ET CERBONIS DOMVM
B. CRISCVS
VETERI SVPERSTITIONE EXPVRGATAM
SVO AC OMNIONIS ET EMPTII
SOCIORVM
GLORIOSO SANGVINE CONSECRAVIT
EAMDEMQVE EXIMIO IN TANTOS
MARTYRES
PIETATIS AC RELIGIONIS STVDIO
COSMVS III.
MAGNVS ETRVRIAE DVX
TEMPORIS INIVRIA COLLAPSAM
REGALI MVNIFICENTIA
E FVNDAMENTIS DENVO EXCITAVIT
AC PRIMAEVAE VENERATIONI RESTITVIT
ANNO DOM.
M.D.CCVIII.

E certamente l' avere alzato queſto ſacro edificio ſopra l' antiche rovine della caſa di S. Cerbone, è ſtato coſa per ogni titolo convenevole, e particolarmente per eſſere ciò accaduto nelle caſe di molti altri Santi Martiri, come in quelle delle Sante Cecilia, e Lucina; l' una delle quali da Urbano, l' altra da Marcello, Pontefici furono in Chieſe convertite, e conſacrate; e S. Girolamo, parlando di S. Paola, atteſta, eſſa co' propri occhi aver veduta la caſa di Cornelio convertita in Chieſa. Rimaneva queſto ſacro recinto di antiche venerabili mura, ſenza alcuna difeſa, e ſenza riparo veruno, e per-

Miſſam Sancti *Mineatis* proferam, quam, quum de Beato illo Martyre ſuperius agerem, nondum repereram [a]. Illa autem ita habet:

IN SANCTI MINIATI MARTYRIS.

Introitus. Laetabitur Iuſtus. *Pſal.* Exaudi Deus orationem meam. ℟.

Propitiare quaeſumus Domine famulis tuis per huius Sancti Miniatis, qui in praeſenti requieſcit [b] Eccleſia, merita glorioſa, ut eius interceſſione ab omnibus ſemper protegamur adverſis. Per &c.

Epiſt. Beatus vir. *Grad.* Poſuiſti Domine &c. Alleluia. ℣. Poſuiſti Domine. *Evang.* Nihil opertum &c. *Offert.* Gloria & honore. *Omnia* ℟. *ut ſupra*.

Secr. Subſcipiat, Domine, quaeſumus, clementia tua de manibus noſtris munus oblatum, & per huius Sancti Martyris

e perciò è ſtato modernamente con una muraglia, che da tutte le parti lo circonda, aſſicurato; e in una parte della porta, che dà ivi l'ingreſſo, ſi legge:

LOCVS
QVI MVRI HVIVS AMBITV CONTINETVR
OLIM
SS. PAMPHILAE ET CERBONII DOMVS FVIT
IN QVA ET IPSI
CHRISTIANIS SACRIS INITIATI
ET SS. CRESCIVS OMNION ET EMPTIVS
MARTYRIO CORONATI SVNT

E nell'altra parte della medeſima leggeſi parimente:

SVPER ANTIQVA
SS. CERBONIS ET PAMPHILAE
DOMVS FVNDAMENTA
COSMVS III.
M. E. D.
AD LOCI VENERABILIS CVSTODIAM
MVRVM EXCITARI IMPERAVIT
AN. SAL.
M.DCCVIII.

Hanc aediculam memorat etiam *Brocchius* in *Deſcriptione Mucilli*, *pag.* 217. & in *Tomo I. Sanctorum Florent. pag.* 38.

a Reperta eſt a me in Miſſali MS. ſaeculo, ut videtur, quartodecimo, quod adſervatur in Bibliothece Aedituorum Eccleſiae Cathedralis Florentiae.

b Hinc patet, accreditum fuiſſe Sancti *Mineatis* corpus in Eccleſie Cathedrali Florentina conditum eſſe; quare quum D. *Antoninus* illud in *Maiori Eccleſia* quieſcere dicit, non ita intelligendus eſſe videtur, quaſi Eccleſiam maiorem S. Martyris nomine inſignitam, non vero Cathedralem indicare voluerit, ut *Brocchius* cenſuit ſuperius *pag.* 26.

a In

250 ris tui Miniatis orationes ab omnibus nos mundet peccatis. Per &c.

Comm. Magna eſt gloria eius. ℟. *ut ſupra*.

Poſtcomm. Divina, Domine, libantes myſteria, quae pro huius Sancti Martyris tui Miniatis veneratione tuae obtulimus Maieſtati; praeſta, quaeſumus, ut per ea veniam peccatorum mereamur, & coeleſtis gratiae donis reficiamur [a].

Multos alios in agro Florentino, & Faeſulano, pro Chriſti lege martyrium feciſſe, Scriptores quidam noſtrates [b] memoriae prodiderunt; ſed quia non tantum an ad hanc perſequutionem referri debeant, incompertum eſt; ſed etiam minus antiqua & ſaepe fallaci populorum traditione, ut plurimum, haec ſolummodo nituntur, nec templa eis exſtructa certa monumenra nobis ſubpeditant; huiuſmodi narrationum omnium rationem in hac Hiſtoria habere, indignum viſum eſt. Non mirum tamen, ſi Chriſtiani Florentiae, & in Etruria, per haec tempora multiplicati eſſent; quum Ecclesia, ſub praecedentibus Imperatoribus, nonnulla pace interdum, & tranquillitate, gauderet [c]. Quum igitur per univerſum terrarum orbem Chriſtiani Decianae perſequutionis horribili procella maxime divexati & adflicti fuiſſent, multique tormentis victi in Idololatriam labſi eſſent, Synodus
251 Romae habita eſt †, in qua Patres in danda labſis poenitentia ita diſciplinae rigorem temperavere, ut donec Epiſcopus Romanus eligeretur, ſolis in vitae termino conſtitu-

[a] In alio eiuſdem Bibliothecae Miſſali manu exarato, quaedam huius Miſſae aliquantulum diverſa ſunt; nam in Orationibus pro *qui in praeſenti requieſcit Eccleſia*, eſt, *& ſociorum eius*; & in *Poſtcomm.* poſt *Miniatis*, eſt, *& ſociorum eius*, aut alibi *cum ſociis ſuis*.

[b] Videtur *Ioſ. Mar. Brocchius* in *Tomo I. Vitarum Sanctorum Florentinorum pag.* 21. 22. 35. 549. 550. 551. & in *Deſcriptione Mugelli pag.* 65. 215. Ipſe etiam quoſdam indicavi ſuperius *pag.* 26. 592. 593. ubi de Sociis B. *Miniatis* egi; & paullo ſuperius ubi de aliis D. *Criſci*, & *Serapionis* ſociis, loquutus ſum, *pag.* 648. *Franc. Orlendius Tom. III. Orbis Sacri & Profan. pag.* 1297. *& ſeqq.* & ubi de D. *Romulo* egit, ſicuti alii qui de eodem ſcripſere.

[c] Auctor libri *De Mortibus Perſequutorum*, quaſi poſt *Domitianum* uſque ad *Decium* nullae fuiſſent in Eccleſia perſequutiones, eius ſtatum tranquillum nobis refert; quod forte perſequutiones ab aliis Imperatoribus excitatae, non adeo crudeles extiterint, quales ſibi illae *Neronis*, & *Domitiani*, & *Decii*, viſae ſunt. Eius verba ſunt: *Reſciſſis igitur actis tyranni, non modo in ſtatum priſtinum Eccleſia reſtituta eſt; ſed etiam multo clarius ac floridius enituit; ſequutiſque temporibus, quibus multi ac boni Principes Romani Imperii clavum regimenque tenuerunt, nullos inimicorum impetus paſſa, manus ſuas in Orientem Occidentemque porrexit: ut iam nullus eſſet terrarum angulus tam remotus, quo non Religio Dei penetraſſet: nulla denique natio tam feris moribus vivens, ut non ſuſcepto Dei cultu ad iuſtitiae opera miteſceret.*

a Ba-

Digitized by Google

ſtitutis, & verae poenitudinis ſigna prodentibus, indulgentia concederetur; atque haec decreta ad omnes Eccleſias tranſmiſſa fuere [a]; adeoque & ad Florentinam, licet probabiliter nondum in ea Epiſcopus conſtitutus fuiſſet. Decreta autem huius Synodi inſequenti Epiſtola continentur [b]. 251

CYPRIANO PAPAE PRESBYTERI ET DIACONI Romae conſiſtentes, Salutem.

„ Quamquam bene ſibi conſcius animus, & Evangelicae „ diſciplinae vigore ſubnixus, & verus ſibi in decre- „ tis coeleſtibus teſtis effectus, ſoleat ſolo Deo iudice eſſe „ contentus, nec alterius aut laudes petere, aut accuſatio- „ nes pertimeſcere: tamen geminata ſunt laude condigni, „ qui cum conſcientiam ſciant Deo ſoli debere ſe iudici, „ actus tamen ſuos deſiderant etiam ab ipſis ſuis fratribus „ comprobari. Quod te, frater Cypriane, facere non mi- „ rum eſt, qui pro tua verecundia, & ingenita induſtria, „ conſiliorum tuorum nos non tam iudices voluiſti, quam „ participes inveniri; ut in tuis rebus geſtis laudem tecum, „ dum illas probamus, inveniremus; & tuorum conſiliorum „ bonorum coheredes, quia & adfirmatores, eſſe poſſimus. „ Idem enim omnes credimur operati, in quo deprehen- „ dimur eadem omnes cenſurae & diſciplinae conſenſione „ ſociati. Quid enim magis aut in pace tam aptum, aut in „ bellis perſecutionis tam neceſſarium, quam debitam ſeve- „ ritatem divini vigoris tenere? quam qui remiſerit, inſta- „ bili rerum curſu erret ſemper neceſſe eſt, & huc atque „ illuc variis & incertis negotiorum tempeſtatibus diſſipe- „ tur, & quaſi extorto de manibus conſiliorum gubernacu- „ lo, navim Eccleſiaſticae ſalutis illidat in ſcopulos, ut ad- „ pareat non aliter ſaluti Eccleſiaſticae conſuli poſſe, niſi

„ ſi

[a] *Baronius ad ann. CCLIII.* prolixe de his omnibus agit; brevius vero *Tillemontius Tom. III. Memor. Eccleſ. in Cornelio Papa*. Decreta huius Romanae Synodi ad Eccleſias omnes traſmiſſa fuiſſe docet D. *Cyprianus Epiſt. LI. Additum eſt etiam*, inquit de hac Synodo loquens, *ad alia decreta ſcripta, Novatiano tunc ſcribente, & quod ſcripſerat ſua voce recitante, & Presbytero Moyſe tunc adhuc Confeſſore, nunc iam Martyre, ſubſcribente: ut lapſis infirmis, & in exitu conſtitutis, pax daretur; quae litterae per totum mundum emiſſae ſunt, & in notitiam Eccleſiis omnibus, & univerſis fratribus, perlatae ſunt.*

[b] Eſt Epiſtola inter Cyprianicas XXXI. iuxta editionem Rigaltianam.

251 „ ſi qui & contra ipſam faciunt, quaſi quidam adverſi fluctus repellantur, & diſciplinae ipſius ſemper cuſtodita ratio, quaſi ſalutare aliquod gubernaculum in tempeſtate ſervetur. Nec hoc nobis nunc nuper conſilium cogitatum eſt, nec haec apud nos adverſus improbos modo ſupervenerunt repentina ſubſidia; ſed antiqua haec apud nos ſeveritas, antiqua fides, diſciplina legitur antiqua: quoniam nec tantas de nobis laudes Apoſtolus protuliſſet dicendo: Quia fides veſtra praedicatur in toto mundo; niſi iam exinde vigor iſte radices Fidei de temporibus illis mutuatus fuiſſet, quarum laudum & gloriae degenerem fuiſſe, maximum crimen eſt. Minus eſt enim dedecoris, nunquam ad praeconium laudis acceſſiſſe, quam de faſtigio laudis ruiſſe. Minus eſt criminis, honoratum bono teſtimonio non fuiſſe, quam honorem bonorum teſtimoniorum perdidiſſe. Minus eſt, ſine praedicatione virtutum ignobilem ſine laude iacuiſſe, quam exheredem Fidei factum laudes proprias perdidiſſe: ea enim, quae in alicuius gloriam proferuntur, niſi anxio & ſolicito labore ſerventur, in invidiam maximi criminis intumeſcunt. Hoc nos non falſo dicere ſuperiores noſtrae litterae probaverunt, in quibus vobis ſententiam noſtram dilucida expoſitione protulimus, adverſus eos, qui ſe ipſos infideles illicita nefariorum Libellorum profeſſione prodiderant, quaſi evaſuri irretientes illos Diaboli laqueos viderentur, quo non minus, quam ſi ad nefarias aras acceſſiſſent, hoc ipſo quod ipſum conteſtati fuerant, tenerentur. Sed etiam adverſus illos, qui Acta feciſſent, licet praeſentes cum fierent non adfuiſſent, cum praeſentiam ſuam utique ut ſic ſcriberentur mandando feciſſent. Non eſt enim immunis a ſcelere, qui ut fieret imperavit; nec eſt alienus a crimine, cuius conſenſu, licet non a ſe admiſſum crimen, tamen publice legitur; & cum totum Fidei ſacramentum in confeſſione Chriſti nominis intelligatur eſſe digeſtum; qui fallaces in excuſatione praeſtigias quaerit, negavit; & qui vult videri propoſitis adverſus Evangelium vel Edictis vel Legibus ſatisfeciſſe, hoc ipſo iam paruit, quod videri paruiſſe ſe voluit. Nec non etiam contra illos quoque, qui illicitis ſacrificiis manus ſuas atque ora polluerant, pollutis ante mentibus propriis, unde etiam ſunt ipſae manus atque ora polluta;

„ fidem

„ fidem noſtram conſenſumque monſtravimus. Abſit enim
„ ab Eccleſia Romana vigorem ſuum tam profana facilitate
„ dimittere, & nervos ſeveritatis everſa Fidei maieſtate diſ-
„ ſolvere; ut cum adhuc non tantum iaceant, ſed & cadant,
„ everſorum fratrum ruinae, properata nimis remedia com-
„ municationum utique non profutura praeſtentur; & no-
„ va per miſericordiam falſam vulnera veteribus tranſgreſ-
„ ſionis vulneribus imprimantur, ut miſeris ad everſionem
„ maiorem eripiatur & poenitentia. Vbi enim poterit in-
„ dulgentiae medicina procedere, ſi etiam ipſe Medicus
„ intercepta poenitentia indulget periculis? ſi tantummo-
„ do operit vulnus, nec ſinit neceſſaria temporis remedia
„ obducere cicatricem? Hoc non eſt curare, ſed, ſi dicere
„ verum volumus, occidere. Quamquam Confeſſorum quo-
„ que, quos hic adhuc in carcerem dignitas ſuae confeſſio-
„ nis incluſit, & ad certamen Evangelicum ſua fides in
„ confeſſione iam glorioſa ſemel coronavit, litteras habeas
„ conſpirantes cum litteris noſtris, quibus ſeveritatem E-
„ vangelicae diſciplinae protulerunt, & illicitas petitiones
„ ab Eccleſiae pudore revocarunt. Niſi hoc feciſſent, di-
„ ſciplinae Evangelicae ruina non facile ſarciretur, prae-
„ ſertim cum nulli magis tam congruens eſſet tenorem E-
„ vangelici vigoris illibatum, dignitatemque, ſervare, quam
„ qui ſe excruciandos & excarnificandos pro Evangelio
„ furentibus tradidiſſent; ne martyrii honorem merito per-
„ derent, ſi in occaſione martyrii praevaricatores Evange-
„ lii eſſe voluiſſent: nam qui quod habet, non cuſtodit in
„ eo, ex quo illud poſſidet, dum id, ex quo poſſidet, vio-
„ lat, violat illud quod poſſidebat. In quo loco maximas
„ tibi atque uberes gratias referre debemus & reddimus;
„ quod illorum carceris tenebras litteris tuis illuminaſti;
„ quod ad illos veniſti, quo modo introire potuiſti; quod
„ illorum animos, ſua fide & confeſſione robuſtos, tuis ad-
„ locutionibus litteriſque recreaſti; quod felicitates eorum
„ condignis laudibus perſequutus accendiſti ad multo arden-
„ tiorem caeleſtis gloriae cupiditatem; quod pronos impu-
„ liſti; quod, ut credimus & optamus, victores futuros vi-
„ ribus tui ſermonis animaſti: ut quamquam hoc totum de
„ fide confitentium & de divina indulgentia venire videa-
„ tur, tamen in martyrio ſuo tibi ex aliquo debitores fa-
„ cti eſſe videantur. Sed ut ad id, unde digreſſus ſermo

„ vide-

251 „ videbatur eſſe, rurſus revertatur, quales litteras in Siciliam quoque miſerimus, ſubiectas habebis. Quamquam „ nobis differendae huius rei neceſſitas maior incumbat, „ quibus, poſt exceſſum nobiliſſimae memoriae viri Fabiani, nondum eſt Epiſcopus propter rerum & temporum „ difficultates conſtitutus, qui omnia iſta moderetur, & „ eorum, qui lapſi ſunt, poſſit cum auctoritate & conſilio „ habere rationem. Quanquam nobis in tam ingenti negotio placeat, quod & tu ipſe tractaſti prius: Eccleſiae „ pacem ſubſtinendam, deinde, ſic collatione conſiliorum „ cum Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Confeſſoribus, pariter ac ſtantibus Laicis facta, lapſorum tractare rationem. „ Perquam enim nobis & invidioſum & oneroſum videtur, „ non per multos examinare, quod per multos commiſſum „ videatur fuiſſe, & unum ſententiam dicere, cum tam „ grande crimen per multos diffuſum notetur exiſſe; quoniam nec firmum decretum poteſt eſſe, quod non plurimorum videbitur habuiſſe conſenſum. Aſpice torum orbem pene vaſtatum, & ubique iacere deiectorum reliquias, & ruinas, & idcirco tam grande expeti conſilium, „ quam late propagatum videtur eſſe delictum. Non ſit minor medicina, quam vulnus eſt: non ſint minora remedia, „ quam funera: ut quo modo qui ruerunt, ob hoc ruerunt, „ quod caeca temeritate nimis incauti fuerunt; ita qui hoc „ diſponere nituntur, omni conſiliorum moderamine utantur, ne quid non ut oportet factum tamquam irritum ab „ omnibus iudicetur. Vno igitur eodemque conſilio, iiſdem precibus & fletibus, tam nos, qui uſque adhuc videmur temporis iſtius ruinas ſubterfugiſſe, quam illi qui in „ has temporis videntur clades incidiſſe, divinam Maieſtatem deprecantes pacem Eccleſiaſtico nomine poſtulemus: „ mutuis votis nos invicem foveamus, cuſtodiamus, armemus: oremus pro lapſis, ut erigantur; oremus pro ſtantibus, ut non ad ruinas uſque tententur: oremus, ut qui „ cecidiſſe referuntur, delicti ſui magnitudinem adgnoſcentes, intelligant non momentaneam neque praeproperam „ deſiderare medicinam: oremus ut effectus indulgentiae „ lapſorum ſubſequatur & poenitentiam, ut intellecto ſuo „ crimine velint nobis interim praeſtare patientiam, nec „ adhuc fluctuantem turbent Eccleſiae ſtatum; ne interiorem nobis perſecutionem ipſi incendiſſe videantur, & „ acce-

„ accedat ad criminum cumulum, quod etiam inquieti fue-
„ runt. Maxime enim illis congruit vereccundia, quorum
„ in delictis damnatur mens inverecunda. Pulſent ſane fo-
„ res, ſed non utique confringant. Adeant ad limen Ec-
„ cleſiae, ſed non utique tranſſiliant. Caſtrorum caeleſtium
„ excubent portis, ſed armati modeſtia, qua intelligant ſe
„ deſertores fuiſſe. Reſumant precum ſuarum tubam, ſed
„ qua non bellicum clangant. Arment ſe quidem modeſtiae
„ telis, & quem negando mortis metu fidei dimiſerant cli-
„ peum, reſumant; ſed ut contra hoſtem Diabolum vel nunc
„ armati, non contra Eccleſiam, quae illorum dolet caſus,
„ armatos eſſe ſe credant. Multum illis proficiet petitio mo-
„ deſta, poſtulatio verecunda, humilitas neceſſaria, patien-
„ tia non otioſa. Mittant legatos pro ſuis doloribus lacru-
„ mas; advocatione fungantur ex intimo pectore prolati ge-
„ mitus, dolorem probantes commiſſi criminis & pudorem.
„ Imo ſi dedecoris admiſſi magnitudinem perhorreſcunt, ſi
„ pectoris & conſcientiae ſuae letalem plagam & ſinuoſi
„ vulneris altos receſſus vere medica manu tractant, eru-
„ beſcant & petere; niſi quia maioris & rurſum & periculi
„ & pudoris auxilium pacis non petiiſſe. Sed hoc totum
„ in ſacramento, ſed in ipſis poſtulationis lege temporis fa-
„ cto temperamento, ſed poſtulatione demiſſa, ſed prece
„ ſubdita; quoniam & qui petitur flecti debet, non incita-
„ ri; & ſicut reſpici debet divina clementia, ſic reſpici de-
„ bet & divina cenſura; & ſicut ſcriptum eſt: Donavi tibi
„ omne debitum, quia me rogaſti, ſic ſcriptum eſt: Qui me
„ negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram
„ Patre meo, & coram Angelis eius. Deus enim ut eſt indul-
„ gens, ita eſt praeceptorum ſuorum exactor, & quidem di-
„ ligens; & ſicut ad convivium vocat, ſic habitum nuptia-
„ rum non habentem ligatis manibus & pedibus extra San-
„ ctorum coetum foras iactat. Paravit caelum, ſed paravit
„ & tartarum. Paravit refrigeria, ſed paravit etiam aeter-
„ na ſupplicia. Paravit inacceſſibilem lucem, ſed paravit
„ etiam perpetuae noctis vaſtam aeternamque caliginem. Cu-
„ ius temperamenti moderamen nos hic tenere quaerentes,
„ diu & quidem multi, & quidem cum quibuſdam Epiſcopis
„ vicinis nobis & adpropinquantibus, & quos ex aliis pro-
„ vinciis longe poſitis perſecutionis iſtius ardor eiecerat,
„ ante conſtitutionem Epiſcopi nihil innovandum putavi-

„ mus, ſed lapſorum curam mediocriter temperandam eſſe „ credimus; ut interim dum Epiſcopus dari a Deo nobis ſub„ ſtinetur, in ſubſpenſo eorum, qui moras poſſunt dilationis „ ſubſtinere, cauſa teneatur: eorum autem, quorum vitae ſuae „ finem urgens exitus dilationem non poteſt ferre, acta poe„ nitentia & profeſſa frequenter ſuorum deteſtatione facto„ rum, ſi lacrumis, ſi gemitibus, ſi fletibus, dolentis ac vere „ poenitentis animi ſigna prodiderint, cum ſpes vivendi „ ſecundum hominem nulla ſubſtiterit, ita demum caute & „ ſolicite ſubveniri, Deo ipſo ſciente quid de talibus faciat, „ & qualiter iudicii ſui examinet pondera, nobis tamen an„ xie curantibus, ut nec pronam noſtram improbi homines „ laudent facilitatem, nec vere poenitentes accuſent no„ ſtram quaſi duram crudelitatem. Optamus te, beatiſſime ac „ glorioſiſſime Papa, in Domino ſemper bene valere, & no„ ſtri meminiſſe. „ Hactenus Clerus Romanus.

Poſt XVI. autem menſes, quibus Eccleſia Romana vacaverat, *Cornelius* Epiſcopus, & *Fabiani* ſucceſſor, ordinatur; qui infeſtiſſimum Chriſtiani nominis hoſtem ſuorum ſcelerum poenas dare vidit; nam brevi *Decius* humanis rebus exemtus eſt; poſt quem *Gallus* & *Voluſianus* regnaverunt, licet *Hoſtilianus* filius *Decio* potiori iure ſucceſſerit, qui hoc eodem anno mortuus imperium vacuum *Treboniano Gallo* reliquit. At *Cornelii* Pontificis cura alia Synodus Romae coacta fuit, in qua lapſis venia decreta eſt, & *Novatiani* eam denegantis ſententia damnata [a]. Tunc *Cornelii* litterae ad omnes Eccleſias miſſae ſunt, quae veniam cunctis, qui poſt receptum Baptiſmum peccaverant, pollicebantur. *Dum haec agitatur controverſia*, inquit *Socrates*, *ſupervenerunt literae Cornelii Romani Pontificis, quae iis etiam, qui poſt Baptiſmum deliquiſſent, indulgentiam ſpondebant.* Sed forte in anteceſſum *Novatianus* Eccleſiis omnibus ſcripſerat; nam idem Auctor antea de *Novatiano* praemiſerat: *Ad Epiſcopatum evectus, ſcripſit ad omnes ubique Eccleſias, ne eos, qui Daemonibus immolaverant, ad ſacra myſteria admitterent; ſed ut horta-*

[a] *Baronius* hanc Synodum ad annum CCLV. reiicit; retrahit autem *Pagius* ad annum CCLII. *Tillemontius* vero ſatis probabiliter ad annum CCLI. ut *Tom. III. Memorabil. Eccleſ. in S. Cornelio Art. VIII.* videre eſt. Huic Concilio Epiſcopi LX. interfuerunt praeter ingentem Presbyterorum & Diaconorum numerum: & Epiſcopi qui Romam non convenerant, & praecipue Italici, litteras *Cornelio* Papae miſerunt in eius, & Concilii ſententiam diſcedentes. Quare omnes Italiae Eccleſiae rem examinaviſſe definiſſeque videntur. Conſulatur *Tillemontius* loco citato.

a So-

tarentur quidem eos ad poenitentiam; indulgentiam autem cri-
minum relinquerent Deo, penes quem ius arbitriumque eſt cri-
mina remittendi [a]. Ad proximam ergo Florentinam Eccle-
ſiam, cum *Novatiani*, tum *Cornelii*, litterae perlatae etiam
fuerint. Sed, etſi *Decius* mortuus eſſet, iterum perſequutio
in Chriſtianos recruduit, *Gallo* & *Voluſiano* excitantibus †; 252
quare *Cornelius* Papa gladio obtruncatur, *Luciuſque* in eius
locum ſubſicitur; & paullo poſt † *Lucius* ipſe martyrium fa- 253
cit, *Stephanuſque* in Epiſcopatu ſuccedit, qui haereticos ad
Eccleſiam Catholicam venientes non rebaptizandos eſſe ſan-
civit. Porro *Trebonianus* quoque *Gallus*, cum filio *Voluſiano*
imperii conſorte, interimitur; ſucceſſorque *Aemilianus* pariter
caeditur, & *Valerianus* cum *Gallieno* Imperator creatur. Hic † 256
perſequutionem in Chriſtianos ſuſcepit, & *Stephanum* Papam
de medio ſuſtulit †, quem *Xyſtus* ſecundus excepit, non mul- 257
to poſt † martyrium conſequutus. Carthagine quoque *Lucius*, 259
Montanus, *Flavianus*, *Iulianus*, *Victoricus*, & *Renus*, aliique,
martyrio coronati ſunt; quorum lubenter meminimus, quod
ipſi adhuc Confeſſores in carcere detenti Acta ſuae confeſ-
ſionis exaraverint, & epiſtola praefixa univerſis Chriſti cul-
toribus inſcripſerint. Illa ſequens exordium habet: *Et nobis*
eſt apud vos certamen, Fratres dilectiſſimi, ut nihil aliud agen-
dum Dei ſervis, & Chriſto eius dicatis, quam de multitudine
fratrum cogitare; qua vi, qua ratione, hic amor, hoc officium,
ad has nos impulit litteras, ut fratribus poſt futuris, & ma-
gnificentiae Dei fidele teſtimonium, & labores ac tolerantiam
noſtri pro Domino, memoriae relinqueremus. Interea *Diony-*
ſius Pontifex Romanus eligitur, & impietatis poenas luit *Va-*
lerianus, captus † a Perſis, & crudeli ſervitute detentus: tunc 260
Gallienus ſolus imperavit, ac perſequutio contra Chriſtianos
excitata quievit. Quum autem *Gallienus* occiſus fuiſſet †, 268
Claudius imperium obtinuit; & his circiter temporibus *M.*
Iſacius Fuſſicianus Tuſciae & Vmbriae Corrector erat [b]. Sub
Clau-

a *Socrates Lib. IV. Cap. XXVIII.*

b Prodit hunc Correctorem Inſcriptio apud *Marqu. Gudium pag.* CXXVII. 2. quae eſt ſequens:

DIS MANIBVS
M. ISACIO M. F. AN. FVFFICIANO
ALBANO ADLECTO A SACRATIS
SIMO IMP. CAES. TI. CLAVDIO AVGVSTO
INTER PATRICIOS CANDIDATO ET
PROPR. PROVINCIAE GALLECIAE PRAE

FE-

269 *Claudio* Principe poſtremum Concilium Antiochiae † adverſus *Paullum* Samoſatenum coactum fuit, a quo Synodica Epiſtola ad univerſos Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos, Catholicae Eccleſiae ſcripta eſt. Haec quidem ita incipit: *Dionyſio, & Maximo, & omnibus per univerſum orbem comminiſtris noſtris, Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis; & univerſae Eccleſiae Catholicae, quae ſub coelo eſt, Helenus, & Hymenaeus, Theophilus, Theotecnus, Maximus, Proculus, Nicomas, Aelianus, Paulus, Bolanus, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodorus, & Malchion, & Lucius; & reliqui omnes, qui nobiſcum ſunt, vicinarum urbium, & provinciarum Epiſcopi, Presbyteri, ac Diaconi, & Eccleſiae Dei, cariſſimis fratribus in Domino ſalutem* [a]. Mox *Dionyſius* Epiſcopus Romanus naturae concedir, renunciaturque Pont. Max. *Felix*; ſicuti imperii ſucceſ-
270 ſor *Quinctillus* †, quum *Claudius* frater ſupremum diem obiiſſet. At eodem anno, quo ad imperium adſumtus eſt, *Quinctillus* caeditur, ſucceſſoremque habuit *Aurelianum*, qui univerſae Italiae & Tuſciae Correctorem *Tetricum* renunciavit [b].
274 *Felice* autem Papa peremto †, Romanus Epiſcopatus *Eutychia-*
275 *no* facta rite electione confertur †, qui motam in Chriſtianos ab *Aureliano* perſequutionem expalluit. Tunc quidem in Tuſcia aliquot pro Chriſto caeſos eſſe, conſtat; & *Turcius Apronianus* huius provinciae Corrector fuiſſe videatur [c]. Sed *Tacitus* in imperio *Aureliano* obtruncato ſuccedit, ſub quo Eccleſiae pax redditur [d], quum edicto promulga-

to

FECTO PEREGRIN. PROVINCIAE BEL
GICAE LEGATO PROVINCIAE CYRENAICAE
TRIB. MIL. BIS CVR. VIAR. AVRELIAE TRI
VMPHAL. CLAVDIAE ET CASSIAE CIMINIAE
CORRECT. TVSCIAE ET VMBRIAE
Q. ISACIVS M. F. A. N. ANI. FVFFIVS
PATRI DIGNISSIMO POSVIT.

a Apud *Euſebium Lib. VII. Cap. XXX.*

b *Trebellii Pollionis* verba ita habent in *Tetrico: Pudore tamen victus* (Aurelianus) *vir nimium ſeverus, eum, quem triumphaverat, Correctorem totius Italiae fecit, id eſt, Campaniae, Samnii, Lucaniae, Brutiorum, Apuliae, Calabriae, Etruriae, atque Umbriae, Piceni, & Flaminiae, omniſque Annonariae regionis: ac Tetricum non ſolum vivere, ſed etiam in ſumma dignitate manere paſſus eſt &c.*

c Conſule *Tillemontium Tom. IV. Memorab.* in *Perſequutione Aureliani Art. V.* In Actis S. *Muſtiolae* apud *Surium* die 3. Iulii hic Iudex *Turgius* dicitur, & titulo *Vicarii* donatur, qui titulus nonniſi ſub *Diocletiano* uſurpari coepit. *Uſuardus* & *Martyrologium Romanum* habent *Turcius*, quod veroſimilius videtur. *Martyrologium Romanum: IX. KL. Iulii. Sutrii in Tuſcia Sancti Felicis Presbyteri, cuius os tundendo iuſſit Turcius Praefectus lapide contundi, donec emitteret ſpiritum.* Vide infra ad annum CCCXII.

d Conſule *Baronium* ad annum CCLXXVIII.

a

to perſequutionem adverſus Chriſtianos ceſſare per omnes
provincias iuſſiſſet [a]. *Tacitus* autem ſucceſſorem habuit † 276
fratrem *Florianum*, qui una regnaverat; ſed hoc ipſo anno
occiditur, & imperat *Probus*. Porro *Probus* quoque obtrun-
catus fuit †, & *Carus* Imperator acclamatus eſt; qui paullo 282
poſt mortuus †, *Carino* & *Numeriano* filiis imperium reli- 283
quit; qui pariter excitatam in Chriſtianos perſequutionem
quieſcere fecerunt [b]. *Caius* autem *Eutychiano* Pontifici Ma-
ximo ſucceſſit; *Numerianoque* Auguſto trucidato †, imperii 284
habenas *Diocletianus* accepit; qui, *Carino* a ſuis interfecto † 285
Maximianum Herculium collegam adſumſit †, & una cum 286
eo crudeliter Chriſtianos deinde perſequutus eſt. Hi ve-
ro Auguſti *Maximianum Galerium*, & *Conſtantium Chlorum*,
Caeſares pariter renunciaverunt †, quorum primus Chriſtia- 292
nis non minus infenſus fuit. Sed ut melius cuncta, quae
dicenda in operis decurſu venient, intelligantur, ſilentio hic praetereundum non eſt, bellorum mole acrius urgente, partitoque inter *Diocletianum*, *Maximianum*, *Conſtantium*, *Galerium*, imperio, Africam & Italiam cum Inſulis interiacentibus *Maximiano Herculio* ceſſiſſe. Haec tamen diviſio Pannoniam etiam ſuperiorem, Noricum, Vindeliciam, Rhaetiam, quae Vicariatus Italiae pars erat [c], eidem *Herculio* adtribuerat [d]. Inſuper animadvertendum eſt, *Italiae* nomen quadruplici ſignificatu accipi olim ſolitum fuiſſe [e]. Primo, pro tota, quanta eſt Italia, in qua Roma etiam cum Vrbicariis [f] regionibus erat. Secundo, imo etiam quandoque, Sicilia, Sardinia, Corſica, Italiae adpellatione venere. Tertio, pro Italia, quae extra urbem Romam, Suburbicarias regiones, ſeu centeſimum milliarium, & tres Inſulas, eſt. Quarto, Italia ſpecialius adhuc pro Italia Annonaria accepta eſt. Italia autem Annonaria has regiones complectebatur: Etruriam, Vmbriam, Picenum, Flaminiam, [g] Aemiliam, Liguriam, Venetiam, Hiſtriam. Initium vero Italiae Annonariae ab Etruria & Piceno oriebatur; ſaltem ab ea harum provinciarum parte, quae

pa-

[a] Conſule *Lib. De Eruditione Apoſtol.* *pag.* 438 ſecund. Edit.

[b] Adi *Baronium* ad ann. CCLXXXIV. n. VIII.

[c] Conſule ſuperius *pag.* 19.

[d] Vide *Tillemont. Tom. IV. Hiſtor. Imperat. in Diocletiano Art. IX. pag.* 22.

[e] De his quaedam delibavimus ſuperius *pag.* 20.

[f] Conſule *Iac. Gottifredum ad L. VI. Vinum, Codic. Theodoſ. Lib. XI. Tit. De Annona & Tributis*.

[g] Adi ſuperius *pag.* 660.

pariter *Annonaria* [a] dicta fuit. Ideo vero illa Italiae pars *Annonaria* vocata eſt, quod novum graviuſque penſionum genus, quod ſpeciebus annonariis conſtabat, *Maximianus* illi parti tantum Italiae impoſuiſſet, quo ipſe & exercitus, qui ſemper aut maxima parte aderant, ideſt, in ea Italiae parte
295 haerebant, ali poſſent [b]. Iam vero † *Aurelius Proculus* provinciam Sequanorum moderabatur, qui Conſularis Tuſciae & Vmbriae etiam praeſedit [c]. At ne futura Eccleſiae damna
296 videret, *Caius* Epiſcopus humanis rebus exemtus eſt †, datuſque ei ſucceſſor *Marcellinus*; qui excitatam a *Maximiano*
298 *Galerio* in Chriſtianos perſequutionem † deflevit. His cir-
300 citer temporibus † Concilium Illiberitanum in Hiſpania convocatum eſt, ut in perſequutionum furore lapſis Chriſtianis, la-

[a] Conſule ſuperius *pag.* 29. & *Notitiam Imperii Occident.* ubi legitur: *Sub diſpoſitione Viri illuſtris Praefecti Praetorio Italiae Dioeceſes infraſcriptae:*
Italia, Illyricum, Africa.
Provinciae Italiae decem & ſeptem
Venetiae.
Aemiliae.
Liguriae.
Flaminiae & Piceni Annonarii.
Tuſciae & Vmbriae.
Piceni ſuburbicarii.
Campaniae &c.

[b] Conſule *Iac. Gottifredum* loco cit.

[c] Hunc Conſularem prodit Inſcriptio apud *Marquar. Gudium pag.* CXVI. 10.

M. AVRELIO PROCVLO V. C. CONSVLAR. CAMPA
NIAE ET CONSVLARI TVSCIAE ET VMBRIAE ET
CORRECTORI PICENI OB SINGVLARIA EIVS
PRVDENTIA AC BENEFICENTIA AETERNAM
MEMORIAM PATRONO PRAESTANTISSIMO
TVSCI POPVLONII D. D.

Aurelium autem *Proculum* hoc anno Sequanorum Praeſidem fuiſſe, evincit Inſcriptio apud *Gruterum pag.* CLXVI. 7. tunc enim *Diocletianus* Imperator X. & *Herculius* VIII. acclamatus fuerat.

IMP. CAES. C. AVRE. VAL. DIOCLETIANVS AVG. PONT. MAX.
SAR. MAX. PERS. MAX. TRIB. POT. XI. IMP. X. COS. V. P. P. ET
IMP. CAESAR. M. AVR. VAL. MAXSIMIANVS. AVG. PONT. MAX. SAR.
MAX. PERS. MAX. TRIB. POT. X. IMP. VIII. COS. IIII. P. P. ET IMPP
FL. VAL. CONSTANTIVS. ET. GAL. VAL. MAXIMIANVS. FILII
CAESS. MVRVM. VITVDVRENSEM. A. SOLO. INSTAVRARVNT
CVR. AVRELIO. PROCVLO. V. C. PROV. MAX. SEQ.

Conſulendus *Tillemontius Tom. IV. Hiſtor. Imperator. in Diocletiano Art. XII. pag.* 31. Idem fortaſſe *Aurelius Proculus* eſt ac ille, de quo agit Inſcriptio apud *Muratorium pag.* MCCCIX. 4.

D. I. M
AVRELIA VITALIS SE VIVA
A SOLO COMPARAVIT SIBI
ET AVRELIO PROCVLO CONIVGI SVO
ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM.

lapſuriſque, in Idololatriam praecipue conſuleretur. Edictum deinde a *Diocletiano* † promulgatum eſt, quo Chriſtianorum 303
Eccleſias everti, & libros omnes eorum ſacros comburi, praecipiebat [a]. *Marcellinus* ergo novam etiam, omniumque ſaeviſſimam, perſequutionis tempeſtatem ab eodem Auguſto una cum *Maximiano Galerio* Caeſare, & collega *Maximiano Herculio*, motam exhorruit. *Aedes ſacras ſolo aequari*, inquit *Euſebius*, *ac funditus ſubverti, ſacros divinarum Scripturarum libros in medio foro concremari, oculis noſtris vidimus: & Eccleſiarum Paſtores, alios quidem turpiter modo hic, modo illic, ſeſe occultantes; alios vero ignominioſe comprehenſos, & inimicorum ludibrio expoſitos, conſpeximus* [b], Haec procella univerſis orbis Romani provinciis incubuit, nam *Litterae* (*Diocletiani* ſcilicet) ut ſcribit *Lactantius*, *ad Maximianum atque Conſtantium commeaverant, ut eadem facerent. Eorum ſententia in tantis rebus exſpectata non erat. Et quidem ſenex Maximianus libens paruit per Italiam, homo non adeo clemens. Nam Conſtantius, ne diſſentire a maiorum praeceptis videretur, conventicula, id eſt, parietes, qui reſtitui poterant, dirui paſſus eſt, verum autem Dei templum, quod eſt in hominibus, incolume ſervavit. Vexabatur ergo univerſa terra, & praeter Gallias, ab Oriente uſque ad Occaſum, tres acerbiſſimae beſtiae ſaeviebant.*

Non mihi ſi linguae centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas,
Omnia poenarum percurrere nomina poſſim,

quas Iudices per provincias iuſtis atque innocentibus intulerunt [c]. Nam idem Auctor *Euſebio* concinens in haec verba iam ſcripſerat [d], *Comprehenſi Presbyteri ac Miniſtri, & ſine ulla probatione ac confeſſione damnati, cum omnibus ſuis deducebantur. Omnis ſexus & aetatis homines ad exuſtionem rapti; nec ſinguli, quoniam tanta erat multitudo, ſed gregatim, circumdato igni comburebantur; domeſtici, adligatis ad collum molaribus, mari mergebantur. Nec minus in ceterum populum perſequutio violenter incubuit. Nam Iudices per omnia templa diſperſi, univerſos ad ſacrificia cogebant. Pleni carceres erant: tormentorum genera* inau-

a Conſule *Baronium* ad ann. CCCII. & ſeqq. *Tillemont. Tom. V. De perſequutione Diocletiani Art. VIII.* aliosque &c.

b *Euſebius Libro VIII. Cap. II.*

c *Lactantius De Mortibus Perſequutor. §. XV. XVI.*

d Idem §. XV.

c La- a Acta

inaudita excogitabantur; & ne cui temere ius diceretur, arae in ſecretariis ac pro tribunali poſitae, ut litigatores prius ſacrificarent, atque ita cauſſas ſuas dicerent. Hinc coniectandum nobis relinquitur, quid in Etruria, quid Florentiae & proximis Faeſulis contigerit; quanta in iis conventiculorum ſive Eccleſiarum everſio, quanta Chriſtianorum clades, facta ſit. Et eo magis, ſi verum eſt, quod quaedam Martyrum Acta [a] tradunt, XV. KL. Maias, ſcilicet, quum populus Romanus, ludis adſiſtens, Chriſtianorum deſtructionem decies petiiſſet, *Maximianum Herculium* Senatum X. KL. Maias convocaſſe, & ab eo conſultum fuiſſe, ubicumque Chriſtiani reperirentur, Praefecto Vrbis, ſeu provinciarum Praeſidibus, locorumque Iudicibus, tradendos eſſe, ut ſacrificare cogerentur. Senatus conſultum exſequuturus *Herculius* Pridie KL. Maias Tuſciae Correctori ſcripſit praecipiens, ut omnes Chriſtiani ſacrificare compellerentur, aut diverſis adficerentur ſuppliciis, eorumque bona Fiſco addicerentur. *Venuſtianus* tunc *Auguſtalis Tuſciae* fuiſſe dicitur, Praefectus autem Vrbis *Hermogenianus*. Mandatum Imperatoris ad *Venuſtianum* tale proditur: *Subgeſtionem Patris noſtri Hermogeniani Praefecti Vrbis apud nos claruiſſe cognoſce, quia iuſta petitio occultari non debet, ut ſeculum noſtrum, noſtraque promulgatio, non laedatur. Ideoque commonemus, ut, ubicumque Chriſtiani nomen auditum, ſuperſtitionem colentes, aut ſacrificare cogantur Diis, aut certe poenis intereant; facultatibuſque nudati, eaedem Fiſco cum tributis adplicandae ſocientur. Vale, Pater. Data Pridie Kalendas Maii.* Tunc *Venuſtianus Auguſtalis Tuſciae* perhibetur coepiſſe curioſe quaerere, an alicubi occultum Chriſtianum inveniret. Sed quum Sanctum *Sabinum* Aſſiſinatem Epiſcopum tenuiſſet, eique manus abſcindi feciſſet, dediditſetque neci eius Diaconos *Exſuperantium* & *Marcellum*, non multo poſt oculis laborare coepit, & prope caecus evaſit. *Venuſtiani* autem res deinde geſtas heic referre lubet, quod quum Tuſciae & Vmbriae Corrector communis eſſet, non tam ad alias harum provinciarum Civitates, quam ad Florentiam, quae Etruriae Metropolis fortean fuit [b], pertinere videatur. Actorum Sancti *Sabini* verba ſunt, quae ſe-

a *Acta Paſſionis S. Sabini Epiſcopi Aſſiſinatis* apud *Baronium ann. CCCI. §. XVIII. XVIIII.* apud *Baluzium Tomo II. Miſcell. pag.* 47. Conſule *Tillemontium Tom. V. Memorab. Eccleſ. in Perſequut. Dioclet. Art. XIII. XV.*

b Conſule ſuperius *pag.* 5.

ſequuntur ᵃ. „ Poſt dies vero triginta & tres indoluerunt „ oculi Venuſtiano Viro Clariſſimo Praeſidi Tuſciae, & prae „ nimio dolore nec cibum nec ſomnum potuit percipere, „ ita ut nullus Medicorum eius dolorem mitigare potuiſ- „ ſet. Eodem tempore Venuſtiano Viro Clariſſimo Praeſi- „ di Tuſciae nuntiatum eſt, quod Sanctus Savinus Epiſcopus „ illuminaſſet coecum; & miſit uxorem ſuam & duos filios, „ & cum grandi gloria rogavit Sanctum Savinum Epiſcopum. „ At ubi dictum eſt Sancto Savino in carcere, dixit: Gloria „ tibi Domine, quia me dignatus es vocare inter ſervos tuos. „ Et perrexit ad domum Venuſtiani Viri Clariſſimi. Tunc le- „ vaverunt eum in manibus, & proiecerunt eum ante pedes „ Sancti Savini Epiſcopi. Quem ut vidit Sanctus Savinus „ Epiſcopus, lacrimabiliter dixit voce clara: Illuminet te „ Chriſtus, qui coecum natum illuminavit. Reſpondit Ve- „ nuſtianus cum uxore & filiis cum fletu, & dicebant: Pec- „ cavimus in mundo iſto. Reſpondit Sanctus Savinus Epi- „ ſcopus, & dixit: Si credis ex toto corde tuo, & poeniten- „ tiam agis, omnia miniſtrabuntur credenti. Deferantur huc „ fragmenta ſimulacri. Et ſtatim, ut imperavit Sanctus Savi- „ nus, adducta ſunt ante conſpectum eius. Quae cum vidiſ- „ ſet, omnia iuſſit comminui & proiici in fluvium. Vrgebatur „ autem Venuſtianus doloribus. Dicit ei Sanctus Savinus: „ Credis ex toto corde tuo? Reſpondit Venuſtianus & dixit: „ Ego credo; ſed peccatum meum, quod in te exercui, ipſum „ mihi cruciatum oſtendis. Reſpondit Sanctus Savinus & dixit „ ei: Mea delicta hoc mihi fecerunt; tu vero innocens mon- „ ſtraberis. Et hoc te commoneo, ut poeniтearis, & credas in „ Dominum Ieſum Chriſtum, & baptiſmum percipias, & ſal- „ vus eris, & vitam aeternam conſequeris. Venuſtianus Vir „ Clariſſimus dixit: Baptiza me in nomine Domini noſtri Ie- „ ſu Chriſti, ut percipiam promiſſa tua. Tunc Sanctus Savi- „ nus Epiſcopus genibus poſitis oravit; & manibus abſciſſis „ catechizavit eum cum uxore & filiis; & accepta aqua, ba- „ ptizavit eos dicens: Credis in Deum Patrem omnipoten- „ tem? Reſpondit Venuſtianus: Credo. Et in Chriſtum Ieſum „ Filium eius? Reſpondit: Credo. Et in Spiritum Sanctum? „ Reſpondit Venuſtianus: Credo. Et in eum, qui paſſus eſt & „ reſurrexit? Reſpondit Venuſtianus: Credo. Et in eum, qui „ ad-

ᵃ *Ex Actis apud Baluzium Tom. II. Miſcell.*

a Mar-

„ adſcendit in caelos, & iterum venturus eſt iudicare vivos &
„ mortuos & ſeculum per ignem? Dixit: Credo. Et in ad-
„ ventum ipſius, & regnum eius, in remiſſionem peccatorum,
„ & carnis reſurrectionem? Venuſtianus reſpondit: Credo
„ in Chriſtum Dei Filium, qui me illuminet. Eadem vero
„ hora levatus a pelve; aperti ſunt oculi Venuſtiani, ita ut
„ nullum dolorem poſt baptiſmum pateretur. Tenens vero
„ pedes Sancti Savini, lacrimis rigavit dicens: Ora Domi-
„ num noſtrum Ieſum Chriſtum, ut dimittat mihi, quod in te
„ exercui. Reſpondit Sanctus Savinus, dixitque ei: Ego, fi-
„ li, propter infelicitatem peccatorum meorum omnia haec
„ pertuli. Tu enim nihil in me peccaſti. Et habitaverunt ſi-
„ mul. Hoc autem nuntiatum eſt Maximiano Auguſto, quia Ve-
„ nuſtianus baptizatus eſt. Et iratus miſit Tribunum ſuum &
„ ſcriptionem ſimul: & damnari praecepit Savinum, & ipſum
„ Venuſtianum capite truncari iuſſit. Veniens autem Lucius
„ Tribunus, ſine auditione ipſum Venuſtianum Auguſtalem
„ Tuſciae, cum uxore & filiis, capite truncavit in civitate
„ Aſſiſinati; quorum corpora abſconſa ſunt a Chriſtianis;
„ quorum quidem corpora nuſquam potuerunt inveniri. „
Sancti autem *Venuſtiani* memoria III. KL. Ianuarias ab Ec-
cleſia recolitur; [a] licet VII. Id. paſſus ſit; & quamvis Ec-
cleſia Tudertina XIII. KL. Maias eum veneretur [b]:
Sancto *Venuſtiano* ita rebus humanis exemto, alium Cor-
rectorem Tuſciae & Vmbriae creatum fuiſſe oportet; &
ſi fides Actis Sancti *Anſani*, *Lyſias* is adpellatus eſt, li-
cet ea non Correctorem, ſed *Proconſulem* vocent [c]. Ad hanc
perſequutionem referendi videantur Martyres quidam, qui
in agro Florentino, vel Faeſulano, paſſi vulgo creduntur.
Hos

a *Martyrologium Romanum: III. KL. Ianuar. Spoleti natalis Sanctorum Martyrum Sabini Epiſcopi, Exſuperantii & Marcelli Diaconorum, ac Venuſtiani Praeſidis, cum uxore & filiis, ſub Maximiano Imperatore: Ex quibus Marcellus & Exſuperantius primum equuleo ſuſpenſi, deinde fuſtibus graviter mactati, poſtea ungulis abraſi, & laterum exuſtione aſſati, martyrium compleverunt: Venuſtianus autem non multo poſt una cum uxore & filiis gladio arcutus eſt: Sanctus vero Sabinus poſt manuum detruncationem & diutinam carceris macerationem, ad mortem uſque caeſus eſt. Horum martyrium licet diverſo exſtiterit tempore, una tamen die recolitur.* Ado in *Martyrologio* fuſius de his agit, Acta ab ſe abbreviata exhibens. Auctor Martyrologii Romani parvi: *Apud Spoletum, Sabini Epiſcopi, Exſuperantii, & Marcelli, & Venuſtiani cum uxore & filiis, qui paſſi VII. Idus Decembris, feſtivitatem ſepulturae habent III. Kalendas Ianuarii.*

b *Tillemont. Tom. V. Memorab. Eccleſ. in Perſequutione Diocletiani Art. XV. pag.* 42.

c Conſulendus *Tillemontius Tom. V. Memorab. Eccleſ. in Perſequutione Diocletiani Art. XV.*

a Leo-

Hos inter eſt *Leoninus* [a] Epiſcopus, an Florentinus, an Faeſulanus, an loci alterius, incertum [b]. In loco, qui dicitur Se-

[a] *Leoninum* nomen fuiſſe inter Chriſtianos uſitatum, oſtendunt Inſcriptiones apud *Muratorium* & *Maffeium*. Et apud *Muratorium* quidem *pag.* MDCCCXLIV. 8.

BOLVSIVS QVI ET LEONINV DE

POSITVS ES. VIIII (forte *ID.*) *IVLIAS. VIXIT. AN. XLVIIII.*

ME. VI. DI. XI. D. P.

Apud *Maffeium* vero in *Muſeo Veronenſi pag.* CCLXXXII. 8.

LOCVS

LEONINI ET

SANARES.

[b] Audiamus hic loquentem *Franc. Orlendium* in ſuo *Orbe Sacro & Profano Vol. II. Part. II. pag.* 1299. *In hac ipſa Dioeceſi Faeſulana aliquot viſuntur Eccleſiae, Plebanatus titulo inſignes, Sancto Leolino Epiſcopo & Martyri conſecratae, quem Vghellus & alii Leoninum adpellant. Tres in Faeſulana exſtant huiuſmodi Eccleſiae, prima in Valle ſuperiore Arni; ſecunda prope Panzanum; tertia ſupra publicam Viam Romanam, iuxta oppidum dictum,* la Caſtellina del Chianti: *ibique in Ara maxima decenter depicta cernitur antiqua eius effigies, adpenſis circum eam plurimis anathematis ob miraculorum frequentiam, praeſertim erga energumenos, puerosque aegrotos. Praeter tres recenſitos, quarta inſuper eidem Divo dicata eſt Eccleſia, pariter in Valle Arni, ea parte quae pertinet ad Aretinam Dioeceſim, cui addicta, & ipſa Plebanatus titulo decoratur. In iis Eccleſiis S. Leolini, ſeu Leonini, feſtum ſingulis annis, die* 24. *menſis Novembris agitur. Quis tamen fuerit hic S. Leolinus Epiſcopus & Martyr, cuiuſnam urbis Antiſtes, ubinam, quove tempore, paſſus, adhuc latet. Nulla invenire potui eius Acta; nihil de eo eiuſque Martyrio Ioannes Villanus, Leonardus Aretinus, Divus Antoninus, Franciſcus a Diacceto, Scipio Ammiratus, Silvanus Razzius, Ferdinandus Vghellius, aliique Scriptores tradunt. Nihil de illo in Martyrologiis, nihil in monumentis Eccleſiae Faeſulanae, nihil apud Ferrarium in ſuo de Sanctis Italiae Catalogo: ſolum Index Topographicus & Alphabeticus eidem Catalogo praefixus nominat* Sanctum Leolinum Epiſcopum Patavinum, cuius Corpus in Sacello proprio; dies ignoratur. *Vghellus in Epiſcopis Patavinis tradit, annis duodecim eum praefuiſſe Eccleſiae Patavinae, poſt Suaderum Epiſcopum, & anno* 240. *ad Deum migraſſe. Scardoneus autem omiſſo Suadero, ſubſtituit eumdem Leolinum, ſeu Leoninum, Sancto Syro, uſque ad annum* 336. *Neuter tamen diem notat, ſolum uterque indicat, exſtare ei* Sacellum ſacrum extra Portam vallis, ubi ſepultus eſt in Arca lapidea; & nunc vulgo Vinlinus appellatur. *Quin &* Sancti Leolini ad Portam-vallis, *inter quatuor ex multis reſidua Xenodochia, unum nominatur ab eodem Scardoneo, lib.* 1. *Antiq. Patavin. Claſſe* V. *circa finem; mox Claſſe* VI. *in ordine Epiſcoporum ipſum duodecimum referente. Sed Leolinus Patavinus non eſt idem cum Leolino Etruſco, is quippe Martyr fuit, atque in Faeſulana Dioeceſi pro Chriſti nomine interfectus, ut paulo poſt dicemus; Patavinus vero, Epiſcopus quidem Patavii extitiſſe traditur, non item Martyr. Fateor nihilominus nulla adhuc explorata reperiri potuiſſe monumenta, ex quibus deprehendi poſſit, quis nam Leolinus iſte, cui tot Templa in Faeſulana Dioeceſi ſunt conſecrata, extiterit, cuius loci Epiſcopus, quove vixerit ſeculo. Eruditiſſimus Praeſul Benedictus Falconcinius, Arretii Epiſcopus, nullum non movit lapidem, ut Sancti huius Acta, vel notitiam aliquam reperiret: cumque in eius Dioeceſi Arretina Sancti Leolini nomine, non tantum Eccleſia Plebania, verum etiam Villa, exiſtat, iam ab anno* 1712. *Plebano in mandatis dedit, ut omni adhibita diligentia perveſtigaret, num aliquod monumentum hac de re illic inveniri poſſet. Aſt poſt accuratam veſtigationem, nihil aliud repertum eſt, quam vetus quoddam fragmentum cuiuſdam chartulae in Sacrario repertae, in qua, licet mutila, & obſcuris characteribus exarata, erat pars veteris Antiphonarii in Feſto Sancti Leolini, ſeu Leonini, olim recitari ſoliti &c. Hoc Antiphonarium licet imperfectum & mutilum, quidpiam tamen lucis in tanta rerum obſcuritate af-*

Seves, ad confluentem forſitan [a], ubi Seves flumen in Arnum influit, & adhuc opidum non contemnendum exſiſtit, martyrium feciſſe indicatur [b]. Pons Sevis opidi nomen eſt, & ſub Romano imperio populoſum & amplum eſſe potuit, quum nondum Barbari Etruriam vaſtaſſent, & urbes, oppidaque, evertiſſent. Circa enim fluminum pontes, qui viis ſtratis, aggeribuſque publicis, quales illac fuiſſe videntur, inſerviunt, populi facile conveniunt, aedificant, habitant, ut innumera exempla demonſtrant [c]. Pons Sevis X. M. P. Florentia ad Orientem diſtat, & opidi pars in praeſens eſt, quae Filicaria nuncupantur [d]: arx ſeu caſtellum bonam partem adhuc manet, aſt ſemirutis moenibus [e]. Hic in Dioeceſi

adſert, ut inde nonnulla de S. Leonino dignoſcere valeamus. Comprimis conſtat eum Martyrem abiiſſe, gladio peremtum iuſſu Maximiani Imperatoris, ut proinde & genus martyrii aliquo modo innoteſcant, & Tyrannus, ſub quo paſſus eſt, nimirum faeviente Diocletiani & Maximiani perſequutione. Id ſecundae Antiphonae verba indicant: Iuſſit feriri gladio Maximianus &c. *Aliquod ſignum in eius martyrio, aut ſtatim poſt mortem fuiſſe patratum, ſcilicet Crucis ſignum divinitus illi impreſſum adparens; quod, ni fallor, quartae Antiphonae haec verba ſignificare videntur, quamvis ingenti lacuna detruncata.* Dum ferveret, *nempe Tyranni furor, & inſtaret tempus mortis* Sancta Crux imprimitur. *Ex ſigno aliisque prodigiis tunc divinitus editis, magnam populi adſtantis multitudinem in Chriſtum credidiſſe, prima Antiphona declarat:* Videns gens Siritenorum dicentes clamaverunt: Magnus eſt Chriſtianorum Deus, & crediderunt. *Non Leoninum dumtaxat, ſed alios quoque Chriſti fideles cum ipſo eadem perſequutione Martyrii palmam obtinuiſſe, mihi ſuadere videntur verba tertiae Antiphonae, quae Angelos tunc temporis in aere adparuiſſe, animaſque eorumdem Martyrum in caelum deportaſſe, ſignificant:* Erant Angeli currentes in caelorum nubibus, animas ſuſcipientes ferendo coeleſtibus: *non enim dicunt animam, unius nimirum Leonini,* ſed animas, *Leonini ſcilicet ac ſociorum in caelum ab Angelis delatas. Quo itidem prodigio permoti accolae, Chriſtianam Religionem amplexi ſunt. Locus itidem martyrii ex laudatis primae Antiphonae verbis deprehendi poſſet:* Gens quippe Siritanorum, *eadem eſt, ac* Sevitenorum, *ſeu* Sivitonorum, *populi videlicet Vallem Sevis, ſeu Sivis, ut alii vocant, incolentes. Recte quidem obſervat laudatus Praeſul Benedictus Falconcinius, veteres illos characteres prae ſua antiquitate literam unam praeſeferre, quae & r & v figuram refert; aut forſitan Scribae oſcitantia, aut vetuſto more loquendi illius temporis, pro Valle Sevis, ſeu Sivis, nomen Vallis Siris, & Siritanorum fuiſſe adpoſitum. Porro Vallis Sevis, ſeu Sivis, in Dioeceſi Faeſulana ſita eſt, quam etiam veteres aliquot, praeſertim poſt corruptum, Gothorum & Langobardorum barbarie, Latinum ſermonem, Sievanam, pro Sevitana adpellant. Tandem Leoninum hunc fuiſſe Epiſcopum, praeter antiquam traditionem illarum Eccleſiarum, quae eius nomini ſunt dicatae, demonſtrat etiam Introitus Miſſae in vetere illo Antiphonario deſcriptus, qui eſt unius Pontificis; etenimque vox illa Praeſul in mutila illa fragmenta poſtremae Antiphonae Laudum obvia.*

a Vallis Sevis regio ampla eſt, & caſtellis ac vicis erat olim frequens, ut ſuperius *pag.* 139. 140. 145. 149. 151. 240. 350. videre eſt. Quare incertum quo vere loco S. *Leoninus* paſſus fuerit.

b In Officio, infra proferendo.

c Vel in ſola Tuſcia multum talium exemplorum habemus, qualia praebent *Pons Herae*, *Pons Sacci*, *Pons Remuli*, *Pons Exineae*, *Pons Campi plani*, *Pons Ficisli*, *Pons S. Ioannis ad Venam*, *Pons Riminni*, *Pons Grevis ad Caſſinas*, *Pons Viſentionis ad Campos &c.*

d *Filicaria* loca ſunt filices paſſim & abundanter producentia; quare non ad Sevis confluentem tantum ita dicuntur, ſed & in aliis locis, ut ſuperius *pag.* 57. & 528. videre eſt. Filicariarum, quibus de nunc agimus, mentio habetur ſuperius *pag.* 36. 128. 156. 256.

e Eccleſiae Sancti *Michaelis Archangeli* in Ponte Sevis mentio occurrit ſuperius *pag.* 256. ubi beneficium Clericatus in Eccleſia San-

ceſi Florentina ſitus eſt; & Vallis Sevis univerſa, partim ad Florentinam Dioeceſin, partim ad Faeſulanam, pertinet; quare quum conſtet [a], in Valle Sevis *Leoninum* martyrium feciſſe, eius perpeſſionis hiſtoria noſtro inſtituto convenire dignoſcitur. *Maximianus* [b] igitur forte Corrector Tuſciae tunc fuerit, niſi potius ipſe Auguſtus *Herculius* in Tuſcia tunc erat, quum *Leoninum*, ab Vallis Sevis accolis Chriſtianum accuſantibus ſibi oblatum, martyrio coronavit. Eius perantiquum cultum apud Etruſcos Eccleſiae, certe omnes Plebis titulo inſignes, cum in Faeſulana, tum in Arretina, Dioeceſi, eius honori aedificatae teſtantur. Earum una in Valle Arni ſuperiore, ſive in Mucillo, ſita eſt [c], ubi cognomine olim Caſtellum fuit,

cor-

Sancti *Angeli* ad Septem D. *Michaeli de Filicaia* ab Epiſcopo Florentino conſertur anno MCCCXIII. Haec Eccleſia Plebs eſt, quare magnam loci antiquitatem indicat.

a Conſule ſuperius *pag.* 668.

b Ambiguum eſt, an *Maximiani* nomen Tyranni, quod in Officio legitur, Correctorem ſeu Praeſidem denotet, an Imperatorem. Nam paſſim in ſequioris ſaeculi Actis Imperatori tribuitur, quod Praeſides ac Iudices eius iuſſu exſequuntur. Nihil tamen obſtat, quominus ſuſpicemur, *Maximianum Herculium* per haec tempora, in Italiam Annonariam profecturum, aliquot diebus in Tuſcia conſediſſe, & Vallem Sevis pertranſiviſſe. Adi ſuperius *pag.* 662.

c Huius Eccleſiae mentio fieri videtur in Bullis *Paſchalis II.* & *Innocentii II.* ſuperius *pag.* 215. & 216. productis, ubi Plebes S. *Leonini* primum memoratur, quam in Monte Lauro ibi dici, falſo tradunt *Orlandius* loco citato ſuperius; & *Bracchius Tom. I. Par. II. Viorum Sanctorum pag.* 29. & in *Deſcriptione Mucilli pag.* 189. Non nego tamen in *Monte Lauro*, ſeu in *Montibus*, in eius antiquis Chartis nominari, licet ipſe non viderim; quemquam in *Montibus* adpellatur in Catalogo Eccleſiarum Faeſulanarum ſuperius *pag.* 539. Sed audiamus quae *Bracchius* ſcribit in laudata *Deſcriptione Mucilli pag.* 46. & 189. Ea ſunt, quae ſequuntur: *Era già anticamente queſto paeſe detto S. Leolino, & corrottamente S. Lorino, una Contea de' Signori Conti Guidi, come ſi vede dal citato Diploma dell' Imperator Federigo II. ma in oggi è poſſeduto col titolo di Marcheſato de' Signori Marcheſi Guadagni, detti in Firenze da S. Spirito, a' quali fu concedata dal Granduca Coſimo III. nel 1671. eſſendo ella di giro circa otto miglia. Conſiſte queſto Marcheſato in cinque Popoli, che ſono la Pieve di S. Leolino, chiamata volgarmente S. Lorino, la quale è vicina all' antico Castello detta ancor eſſa in oggi di S. Lorino, in cui vi ſi vedono fino al preſente le veſtigia delle groſſiſſime muraglie, dentro alle quali è mantenuta in buono ſtato una grande e bella ciſterna; ſiccome vi è il Palazzo, che ſerve per uſo del Sig. Marcheſe, e del di lui Commiſſario; la Pieve di S. Maria alla Rata; la Chieſa di S. Donato a Sambucheto; la Chieſa di S. Lorenzo a Vierle, e la Chieſa di S. Andrea a Bucigna. In oltre vi ſono queſti altri Popoli raccomandati, cioè quello della Pieve di S. Elena a Rincine, quello di S. Maria a Casone, quello di S. Lorenzo a Fornace, e quello di S. Stefano a Petroio; i quali dependono dal Commiſſario nell' amminiſtrazione delle cauſe civili, quantunque però ſieno poſti fuori del detto Marcheſato &c.* Alibi autem ita ſcripſit: *E' ſituata pertanto queſta inſigne Pieve ſull' altezza di un colle aſſai elevato, il quale vien circondato intorno intorno da monti altiſſimi, fuorchè dalla parte, che riguarda il Mugello, ove ſi vede una libera e vaſta apertura, eſſendo però la medeſima Pieve dalla parte Settentrionale, e dal Levante, difeſa da' venti, per mezzo di grandiſſimi olmi, noci, e folti caſtagni, che vi ſono: dalla parte poi di Mezzogiorno, e da Occidente, ſi vede quel paeſe aſſai ben coltivato con viti, ulivi, e frutti d' ogni ſorta. E' fabbricata queſt' iſteſſa Pieve tutta di pietre quadre, e ſecondo l' uſo della primitiva Chieſa colla porta a Occidente, e l' Altar maggiore a Oriente, eſſendo queſto collocato ſotto una tribuna all' antica, ove vi era già una vecchia tavola, dipinta circa il 1350. traſportata in oggi nella caſa canonicale del Piovano, nella quale tra gli altri Santi vi ſi vede dipin-*

ta

corrupte *Sanctus Lorinus* dictum; altera in regione Clanti
ad

ta l' immagine di S. Leolino, o Leonino, Veſcovo e Martire, titolare della ſuddetta Pieve, in cui ab immemorabili ſe ne celebra ogni anno la Feſta il dì 24. di Novembre, come di Santo Veſcovo e Martire: e il dì 28. d' Ottobre vi ſi fa la Feſta della Sacra, per eſſere la medeſima Pieve già conſecrata in tal giorno. Il giuſpadronato di eſſa appartiene al Popolo, concorrendo alla data della medeſima ancora l' altro Popolo dell' anneſſo di Varena, come pure gli abitanti del Borgo di Londa. Ha inoltre queſta Chieſa Pievania ſotto di ſe ammenſata un' altra Chieſa col ſuo Popolo, intitolata San Gaudenzio Abate, poſta nel ſopraccennato luogo detto Varena, ed è ſituata ſopra una collinetta in diſtanza di circa un mezzo miglio dalla detta Pieve: avendo già io parlato della medeſima Chieſa nella Vita di S. Gaudenzio, da me ſcritta nel citato ſecondo Tomo delle Vite de' noſtri Santi. Nel ſopranominato Borgo di Londa, che è lontano più d' un miglio dalla ſopranunciata Pieve, vi è un Oratorio dedicato alla Immacolata Concezione di Maria Vergine Santiſſima, che in oggi chiamaſi ancora Anneſſo della medeſima Pieve, nel cui Popolo è ſituato il detto Borgo, ed in cui vi è eretta una Confraternita di ſecolari ſotto il medeſimo titolo della Santiſſima Concezione. In faccia alla prefata Pieve, in diſtanza di circa dugento paſſi, ſi vedono le veſtigia dell' antica fortiſſima Rocca già de' Conti Guidi, detta di S. Lorino, eſſendovi ſi però conſervata fino a queſti tempi in buoniſſimo ſtato una gran Ciſterna per l' acqua, fatta tutta di pietre quadre; ſiccome pure vi ſi vede una maeſtoſa porta, con alquante braccia di forti ed altiſſime mura, dalle quali ſi riconoſce eſſer queſta già ſtata una delle più belle e grandi antiche Fortezze del Mugello, la quale in oggi è di dominio, come ſi diſſe, de' Signori Marcheſi Guadagni, a' quali fu conceduta in feudo, con titolo di Marcheſato, inſieme con un circuito di otto miglia, dalla felice memoria del Granduca Coſimo III. Laonde in una Villa, poſta pochi paſſi lontano da detta Rocca, vi ſi tiene dal prefato Sig. Marcheſe un Commiſſario, che eſerciti le ſue veci, nell' amminiſtrare la giuſtizia a quei popoli ad eſſo ſoggetti, e ad altri ad eſſo raccomandati, de' quali s' è già fatta di ſopra menzione nella Deſcrizione de' luoghi più rinomati del Mugello. Ha finalmente queſta Pieve le ſeguenti Chieſe Parrocchiali ad eſſa ſubordinate. Prioria di S. Maria a Caiano. Queſta Chieſa Priorale di S. Maria a Caiano è ſituata in un luogo rilevato, ſopra due Ville de' Signori Paſſerini, poco diſtante dalle quali vi è un Oratorio dedicato alla Santiſſima Vergine Annunziata, che è di dominio de' medeſimi Signori, ad un ramo de' quali appartiene la Villa detta in Colle, e ad un altro la Villa chiamata Belſedere. E' la detta Prioria di padronato dello Spedale di Bonifazio di Firenze, unita ad eſſo, con licenza del Sommo Pontefice, l' anno 1503. al tempo, che ne era Spedalingo Meſſ. Giovanni di Domenico, Canonico Fieſolano, e che era Priore di queſta Prioria Piero di Giovanni di Beda, di nazione Tedeſco, il quale nel 1507. paſſò ad eſſere Spedalingo di Bonifazio fino al 1540. in cui morì. Tutto ciò ſi rileva non pure da una Serie copioſa di Piovani, e di Rettori antichi di varie Chieſe menzionate di ſopra, ma ancora da ciò che riferiſce nel Sigillo XII. del Tomo XV. delle Oſſervazioni più volte citate il ſuo Autore. In oggi appartiene a' Signori Operai della Congregazione de' Poveri di S. Gio. Batiſta, ſucceduti nelle ragioni, effetti, e giuriſdizione di detto Spedale, per Bolla del Sommo Pontefice Clemente XII. della nobiliſſima Fiorentina Famiglia de' Corſini. In eſſa vi è Priore preſentemente il M. R. Sig. Iacopo Colacchioni da Caſale, luogo poſto nel Piviere di S. Bavello, da cui ho inteſo non vi eſſere nella ſua Cura, a riſerva del detto Oratorio, e Ville de' Signori Paſſerini, altra coſa di conſiderazione; e ſolamente è degna d' eſſer notata la ſtruttura del Campanile di detta Prioria, per eſſer fatto queſto a torre, coſa non così ovvia nelle Chieſe curate di campagna. Chieſa Parrocchiale di S. Donato a Sambucheto. La Chieſa Parrocchiale di Sambucheto è ſituata alla metà d' un alto monte, che confina col Caſentino, ed è dedicata al Veſcovo e Martire S. Donato d' Arezzo, eſſendo ella di giuſpadronato del Popolo. In eſſa vi è preſentemente Curato il M. R. Sig. Ottavio Torrini da Caſi, del Piviere di Caſtiglione in Pomino, da cui mi è ſtato notificato, che nel Popolo della medeſima non vi ſieno nè Oratori, nè Ville, ma ſolamente piccoli caſamenti di alcune famiglie oriunde di quel luogo. Chieſa Parrocchiale di S. Lorenzo a Vierle. Riſiede queſta Chieſa Parrocchiale di S. Lorenzo a Vierle in una collinetta diſtante dalla ſua Pieve di S. Lorino circa un miglio, ed è ſituata ſulla detta collina in una pianura, che vi è, tutta ben coltivata, avendo davanti alla porta della Chieſa una bella piazzetta, circondata da cipreſſi, che le rendono vaghezza, ed inſieme la difendono dall' impeto de' venti. In eſſa vi è preſentemente Curato il M. R. Sig. Giuſeppe Maria Mazzi da Caſtagno, da cui

ho

ho inteſo, che in quel paeſe ſi dice, come queſta Chieſa di Vierle in antico non foſſe Cura, ma un ſemplice Oratorio, fabbricato per comodo del Curato di S. Donato a Sambucheta, nel cui Popolo dicono, che foſſe poſto: ma perchè reſtava molto ſcomodo al detto Curato queſto paeſe di Vierle, in cui vi ſono alcune caſe a guiſa di borghetto, dovendo egli, per venirvi, paſſare un foſſo molto rovinoſo, chiamato Rimaggio, aſſeriſcono, che nel 1533. un tal Prete Franceſco Fantucci, nativo di detto luogo di Vierle, che era Curato di Sambucheta, faceſſe allato a queſto Oratorio fabbricare una caſa per uſo di un Sacerdote, con aſſegnare al medeſimo una competente congrua; ed otteneſſe, che foſſe dichiarata Cura, con riſervarſi il giuſpadronato a quel Popolo, come in fatti tuttavia al medeſimo appartiene. Nell' anno poi 1643. fu fondato un altro Oratorio in Vierle, in un luogo detto al Trebbia, ſotto il titolo di S. Martino e S. Domenico, da un tal Prete Giovanni Mini Cappellano del Duomo di Firenze, nativo di quel paeſe (ove poſſeggono gli ſteſſi Signori Mini un buon caſamento, e molti effetti) con obbligo di erigere in eſſo una Confraternita ſotto l'invocazione di detti Santi, alla quale laſciò egli poi un fondo conſiderabile, acciò coll' entrate di eſſo ſi manteneſſe ivi un Cappellano, che faceſſe ſcuola a i fanciulli, e ſi deſſero varie limoſine a quei popolani, il che fino al preſente ſi oſſerva. In faccia poi al detto Oratorio vi è una buona Villa con molti poderi i Signori Viſaci.

Caſtelli Sancti *Leonini* mentio occurrit in Diplomate *Friderici II.* ſuperius *pag.* 71. quod *Brocchius* exhibuit ſupra *pag.* 669. & in Teſtamento *Beatricis* Comitiſſae *pag.* 77. & in Albo Caſtellorum *Guidonum* Comitum *pag.* 213. & in duobus Diplomatibus inſequentibus, quae ex *Vinc. Borghini* Adverſariis in Bibliotheca *Fulcodi Rinuccini* Marchionis exſtantibus deſcripta ſunt. Hoc Diploma *Henrici VI.* eſt illud, quod laudat *Fridericus II.* filius ſuperius *pag.* 70.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Henricus VI. Divina favente clementia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Inter cetera Imperialium virtutum preclara inſignia, velut ſidus aureum & gemma clariſſima fulget in Principe, ſi ſuorum fidelium merita ante Sue Maieſtatis oculos habet; & eos, quorum ſincera fides, quorum ſtrenuitas, quorum devotio, & preclara obſequia, circa ſui Imperii diadema reſplendent, congruis honoribus, & beneficiis honorat & promovet. Proinde notum facimus univerſis Imperii noſtri fidelibus preſentibus & futuris, quod nos dilectum & fideliſſimum Principem Vuidonem univerſe Tuſcie Comitem, pro illo magnifico & honorabili ſervitio, quod progenitores ſui predeceſſoribus noſtris Regibus Romanis, & Imperatoribus, fideliter exhibuerunt; & pater ſuus bone memorie quondam patri noſtro F. glorioſiſſimo Romanorum Imperatori Auguſto, & ipſe idem ſuo ac noſtro tempore, nobis & Imperio contulit; & omnia bona & poſſeſſiones ſuas, quas modo iuſte habet, vel alii nomine ſuo habent, vel impoſterum rationabiliter acquiſierit, ſub noſtram Imperialem protectionem atque tutelam ſuſcepimus, eique, & ſuis legitimis heredibus, conceſſimus & confirmavimus. Ut autem abundantioris gratie noſtre prerogativa letetur, concedimus ei, ſuiſque legitimis heredibus, & ſpeciali largitate donamus, omnia regalia noſtra, & omnem noſtram iuriſdictionem, quam habemus in omnibus terris & poſſeſſionibus ſuis, quas ipſe modo habet, vel de quibuſcumque patrem ſuum inveſtivimus, & in omnibus bonis, que ille, qui nunc eſt, acquiſierit, videlicet, Bannum, Placitum, Diſtrictum, Theloneum, Pedagium, Ripaticum, Mercata, molendina, aquas, aquarumque decurſus, piſcationes, venationes, paludes, argenti fodinas, & quicquid metalli, vel theſauri, in terra ſua inveniri poteſt. Alpes quoque, montes, valles, & omnia ea, que ad nos & Imperium ſpectant, quas utique terras, & poſſeſſiones dignum duximus propriis exprimendas vocabulis. Mutilianum cum Roccha & Caſtello, & cum tota curte eiuſdem; Caſtrum quod dicitur Tredotium, Galignanum, Vallim, (*deeſt*, Abbatiam de Acerate cum tota curte eiuſdem) Mons Sacouli cum curte eiuſdem, Linare cum tota curte eiuſdem, Abitem cum tota curte eiuſdem, territorium Galliani totum, Terminum, Povellonum cum tota curte eiuſdem, Marradi cum tota curte eiuſdem, Abbatiam S. Reparate, medietatem Biſatei cum medietate ſue curtis, Camuranum, tertiam partem Comberaldi, centum manſos de terra, quos habent Capitanei de Garotia cum duobus Caſtellis, quorum unum vocatur Montebellum, alterum Montevecchi; Putniam cum curte eiuſdem, Plebem S. Iuannis de Otto, Montem de Runtoni, Bachagnanum cum ſua curte, Caſtellum Iuannis Arduini, totam colliniam S. Illari, Montem de Rodio, Geſſum cum ſua curte, Fontanellam & curtem eiuſdem, Aqueretam cum tota ſua curte, totum territorium de Caſtiamelo, Biancanum, Carlam, Miſiliolum cum curte ſua, Montem Cipponi, Cuniolum cum curte ſua, Petram Mauri cum tota curte eiuſdem, Caſtellum novum, Biſtigniolum, Denzanum cum ſua curte, Dovadulam cum tota ſua curte, Gellum, Montem Pauli, Celle cum ſua curte, Monſacutulum cum ſua curte, Scan-

Scannellum, Vidilianum cum ſua corte, Rivigoſſi, Rapidignanum cum tota ſua curte, Conzianum cum curte ſua, medietatem curtis de Sarturano, Caſtellum de Collina cum tota ſua curte, Baguſellum, Pauſalapum, Porticum cum ſua curte, Meſautili cum ſua curte, Caſtellum de Monte de Fratta, dimidium patronatus Abbatie S. Benedicti in Biſurco, Planuaecari cum ſua curte, Caſtellum de Alpe cum curte ſua, Corniolum cum ſua curte, Podium Baldi cum ſua curte, Caſtellum, quod dicitur Sanctus Benedictus, (*deeſt*, Roccam de Bagno, & Burgum, & Plebem & Balneum cum ſua curte, Fregabulizam.) Hec omnia predicta ſunt in Romania. In Tuſcia vero duas domus in Montenano, Bibianum cum ſua curte, Rincine cum ſua curte, Lizariam, Caſtilionem cum ſua curte, Pauranum cum ſua curte, Burgum de Lageua, Siveraanum cum ſua curte, Sterſi cum ſua curte, medietatem Burgi S. Donati in Poci, Radda cum ſua curte, Riucavum cum ſua curte, quinquaginta manſos terre in curte de Gragnano, & Montiſrinaldi, Impolim cum ſua curte, utraſque Pagnianas, Montemrappoli cum ſua curte, Fumaiam, Granaiuolum, Carbonariam, Turrim Benni cum ſua curte, Collem de Petra cum ſua corte, Lontraianum, Petriolum, Conficoti, Cerretam cum ſua curte, Collegonzoli, Petrorium, Orbignanom, Borianum, medietatem Plebis de Vaiano, Vinci, Larcianum cum ſua curte, Podium de Colleclo cum omnibus appenditiis ſuis, Marinaa cum ſua curte. Item quicquid in Piſtorio habet, vel habere debet, vel alii ſuo nomine habent, vel habere debent in civitate, vel extra. Pulicam cum ſua curte, Paniecale cum ſua curte, Ponti, Caſale Vvidi, Montemmurlum cum tota curte ſua, Vallem de Agna, & quicquid habet in Agna, S. Amatom, Brandellum cum toto territorio Plebis eiuſdem, & Plebem Brandelli, Caſale, Groppole cum tota curte ſua, Momignum, Valpalaiam, Popilium cum tota curte ſua, (*deeſt*, Montale, Pitellium) Sanmarcellum cum tota curte ſua, Cavinanam cum tota ſua curte, Caſtellum Ruffini cum tota ſua, Alpem Vrſignie, in Ruecha Muntis Agutoli duas domus, Kalenzanum cum tota curte ſua; quidquid habet in Monte Morello, quartam partem Caſtri de Legari, Campianum, Rioſredum, quod eſt ſupra Santerunm, Montem Guſuni, Saxum, Lorum cum curte ſua, Veſpignaoum cum tota curte ſua, Gattaiolam cum curte ſua, Vezaoum cum curte ſua, Farnetum cum tota curte ſua, Greczanum, Abbatiam de Vicaſtro, Panculem cum curte ſua, Roſtolenam cum curte ſua, Riucaſole cum curte ſua, Monſacutolom cum curte ſua, Ampeoanam cum curte ſua, Corellam, Raſoium, Torricellam cum corte ſua, Vrticaiam

caiam

eaiam cum curte ſua, Galligatam cum curte ſua, Biturmium cum curte ſua, Sambavellum cum curte ſua, totam Montaneam Sancti Gaudentii, Vicoratam cum curte ſua, Fornacem cum curte ſua, Sanleoninum cum curte ſua, Rocchitam cum curte ſua, Capraiolam, Futriam cum curte ſua, Monſacutolum cum curte ſua, Abbatiam de Albuino, Planaiorem, Monteſazi, Scopetum, Monteritondum cum tota curte ſua, Aconem, Galigam, Montem Crucis cum tota curte ſua, Plebem de Remulo cum tota curte ſua, Roſanum cum tota curte ſua, Nepozanum, Falganum, Ruſinam, patronatum Eccleſie Canapitule, & territorium diſtrictumque de Maſſa, Magnale cum curte ſua, Altumenam cum curte ſua, Scaodole, Sancervaſium, Sezzatam cum tota curte ſua, Rubianum cum curte ſua, Talliaſuni, totum territorium Plebis S. Petri de Gropina, Trappulam, Montemlungum, dimidium Gangherite; dimidium Puzzi, Taſſum, Riucavum, Petravelſam, Duddam, Torſelli, Caſtelvecchio de Caſcia, Pulizianum, terram Vviglielminam, quam detinent filii Vguccionis Pazzi in feudum ab eodem Comite (*deeſt*, Caſtellum de Loro cum ſua curte, Baſilicam cum ſua curte, Rocchittam, Lanzolinum, Cappoſelvoli, & omnia alia Caſtra, iura, actiones, nomina, & res, que dicto Comiti pervenerunt a Guizzardo de Loro, vel eius filia, ubicumque & qualitercumque ſunt conſtituta, ſicut in publico Inſtrumento ſibi inde facto continetur; Caſtillionem quem filii Octaviani Pazzi habent in feudum ab eo, Caſtrum Montaguti cum curte) Monzoni, Barbiſcio, Montaio, Montegonzoli, dimidium Riucaſole, dimidium de Podio Tallato, Montevarchi, Caſtellum Caſtagnarium, Romenam cum tota curte ſua, Porcianum, Papianum, Montaſuſcum, Stiam, Lonanum, Battiſullem, Cieticam, Gianzolum, Poplium, Curſezzum, medietatem montis Raginopoli, Siernam cum curte ſua, Partinam cum curte ſua, Montem Vrſaium cum curte ſua, Montem de Cornio, quartam partem de Vignole, quartam partem de Monticlo, Burgum S. Mime, Lorenzanum cum curte ſua, dimidium Montiaagutoli, dimidium Subiani, dimidium Faltone, Fonaelarum, Vanuam, Caſule, Plebem de Buiano, Comenditiam de Froczola, & Placitum de Moiana, quartam partem de Ragiolo, Riuſiccum, Cicilianum, Coita, & Guardiam Abbatie Campileonis, & omnes albergherias, quas habet in Romania, & in Tuſcia. (*alia plura in Diplomate Friderici II. heic interſeruntur, quae non deſcribo, quia forte huic Diplomati anteriori non conveniunt.*) Specialiter autem & hoc indulgemus ut non compellatur de aliqua cauſa ſub alicuius examine reſpondere niſi ſub nobis, vel alio, quem ſpecialiter ad hoc deligeremus;

mus;

mne; & ſi quando vocatus fuerit a nobis ut ad nos veniat, vel a Nuntiis noſtris metu cognatorum Anſelmi, vel alio iuſto impedimento interveniente, poſſit per Reſponſales ſuos, vel Nuntios, nobis, & noſtris Nuntiis ſine noſtra indignatione reſpondere. Hec autem omnia cum omnibus curtibus, diſtrictibus, & pertinentiis eorum, concedimus, & Imperiali authoritate confirmamus. Statuentes igitur iubemus ut de cetero nullus Archiepiſcopus, non Epiſcopus, non Dux, vel Marchio, non Comes, vel Poteſtas, non Civitas, vel Rectores, aut aliqua perſona magna, vel parva, eum in hac noſtra conceſſione moleſtare, vel inquietare, aut diſveſtire preſumat. Si quis vero hanc noſtram auctoritatem auſu temerario violare preſumpſerit, centum libras auri puriſſimi pro pena ſe compoſiturum cognoverit; dimidium Fiſco noſtro, & dimidium predicto Comiti, aut heredibus ſuis. Ut autem hoc verius credatur, & ab omnibus inviolabiliter conſervetur, preſentem inde paginam conſcribi, & aureo Maieſtatis noſtre Sigillo iuſſimus communiri. Huius rei teſtes ſunt Patriarca Aquilegienſis, Godefridus Philippus Colonienſis Archiepiſcopus, Villhelmus Ravennenſis Archiepiſcopus, Otto Friſſingenſis Epiſcopus, Bonifacius Novarienſis Epiſcopus, Oct. Boemorum Dux, Corradus Dux de Rotemborg frater noſter, Henricus Marchio de Rumesber, Comes Rabodo de Oſtember, Theodericus Comes de Goſtadin, Rubertus . . . . .

Signum Domini Henrici Sexti Romanorum Imperatoris inviƈtiſſimi.

Ego Diethetus Imperialis Aule Cancellarius vice Domini Philippi Colonienſis Archiepiſcopi, & totius Italie Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hec anno MCXCprimo, Ind. VIII. regnante Domino Henrico Sexto Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno Regni eius XXII. Imperii vero primo.

Datum iuxta Neapolim per manum noſtri . . . . Imperialis Aule Prothonotarii VIII. Kalendas Iunii.

Quaecumque uncis comprehenſa ſunt ex Diplomate *Friderici II.* ſuperius *pag.* 70 producto huc tranſtuli; quia forte a Librario oſcitante omiſſa in hoc apographo deſiderantur; quamvis non negando plura dici potuiſſe in Diplomate poſteriore, quae in anteriore ſilentio praeterita ſunt, quod tempori illi non convenirent. Nam Comites Guidones multa alia poſt annum MCXCI. acquirere potuerunt, quae deinde in Diplomate anni MCCXX. enunciata ſunt.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Fridericus II. Divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hyeruſalem & Sicilie Rex. Auguſtalis excellentie tunc extollitur ſolium, tunc Ceſarea dignitas ſui nominis titulos ampliat, cum fidelium ſuorum iuſtas petitiones exaudit; illoſque congruis honoribus, ac beneficiis honorat, & promovet, quos pura fides approbat, & ſincera devotio facit expertos. Per preſens igitur Privilegium notum fieri volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod nos ad ſupplicationem Uberti Pelaviſin. & Ioanne Comitiſſe ſororis eiuſdem, dilectorum fidelium noſtrorum, pro gratis quoque & acceptis ſervitiis, que iidem fideles noſtri, & quondam Guido Comes in Tuſcia Palatinus, maritus eiuſdem Comitiſſe, nobis ac Divis Auguſtis progenitoribus noſtris recolende memorie exhibuerunt fideliter & devote; conſiderantes etiam, quod Guido & Simon Comites, filii quondam Comitis predicti fidelis noſtri nobis & Imperio ſatis ſervire poterunt in futurum de conſueta munificentie noſtre gratia, qua fideles noſtros conſuevimus prevenire, & ex certa ſcientia noſtra, prefatos Guidonem & Simonem, poſſeſſiones eorum, & bona, que & que nunc poſſident, aut eorum nomine, ſeu pro eis, vel alicuius eorum, aut ipſorum parte hactenus fuerint acquiſita, & in antea quolibet iuſto titulo poterunt adipiſci, ſub protectione noſtra, & Imperii, recipimus, ſpecialiter ea ipſis, & eorum heredibus, in perpetuum confirmantes. Ut autem abundantioris gratie noſtre prerogativa letentur de ſpeciali largitate noſtra donamus & confirmamus eis, & ipſorum heredibus, ut eſt dictum, regalia noſtra, & omnem iuriſdictionem, que & quam habemus in omnibus terris & poſſeſſionibus, quas nunc habent, & in aliis, quas in antea quolibet iuſto titulo poterunt adipiſci, videlicet bannum, placitum, diſtrictum, theloneum, pedagium, ripaticum, mercata, aquas, aquarum decurſus, piſcationes, venationes, paludes, argenti fodinas, ferrifodinas, & quidquid metalli, vel theſauri, in terra ſua inveniri poteſt; alpes quoque, & montes, valles, & omnia, que ad nos & Imperium ſpectant. Quas poſſeſſiones, inſtrumenta diviſionum, quas predictus Comes Guido fecit olim cum fratribus ſuis, & ipſorum Guidonis, & Simonis, & etiam alia continent, ſeu continebant, publica inſtrumenta, que tam diviſionum, terras, & poſſeſſiones, que in partem predicto Comiti Guidoni ceſſerunt, quam alias, que ex teſtamento Comitis Rogerii fratris ſui ad eumdem Comitem pervenerunt, & ſui obitus tempore poſſidebat, & nunc prefati fra-

tres poſſident, preſentis Privilegii ſerie propriis vocabulis duximus exprimendas, videlicet Caſtrum de Poppio cum tota eius curia & diſtrictu, & nominatim infraſcriptas Villas, que ſunt de eius curia & diſtrictu, ſcilicet, Corle, Loſque, Filcctum, Chelle, Salam, Potrenam, Corſignanum, Bochenum, Pergentinam, cum ipſarum diſtrictibus & pertinentiis; item Caſtrum de Glanzolo cum tota eius curia & diſtrictu ac pertinentiis, Plebem de Vado, Caſtrum & Villam Garliani, Caſtrum Montisaguti cum omnibus earum pertinentiis & diſtricto; & in Logra has Villas, ſcilicet, Cieticum, Spalanguem, Tercelle, Canaleciam, Torricellam, Gonsaninum, Seſelle, Orgem, Bargum, Colline, & Silvam cum eorum diſtrictibus & pertinentiis; totam Villam Montismignarii cum ſuis pertinentiis, totum Caſtrum de Battifolle cum eius curia & diſtricto, & omnes has Villas cum earum diſtrictu & pertinentiis, videlicet Scattiam, Caſſeſem, Inſulam, Vierlem, Caisnum, Reatonchium, Vaisnum, Comandiſiam Caſtri de Fronzole & eius curia, Plebem (de Bugliano) Villam de Vagna cum ſuis pertinentiis, Rioſicchom, Caſtrum Rozoli, Ortignanum, Corta, Burgum Sancti Mame, Lorenzanum cum eorum curiis & diſtrictibus, medietatem Caſtri & Burgi de Sollano, Villam de Fonte claro, quartam partem Caſtri de Pertina & eius diſtrictus, quartam partem Prati Veteris, & duas partes hominum olim Monaſterii Prati Veteris, & quicquid eis ullo modo pertinet, vel eorum nomine detinetur in Caſentino, & uſque ad Civitatem Aretinam; item totum Caſtrum Ampinane cum eius curia & diſtricto ac ſuis pertinentiis, & integre has Villas ſcilicet, Fabianum, Caſarumanam, Reſurum, Paternum, Farnetum, Corniule, Campoiannem, Queſtiam, Coſtam, Gramalolem, Bruzzanum, Quercetum, Caſanovam, Caſignellam, Voltignanam, Rium, & Villorem cum ſuis pertinentiis, Caſtrum Turricelle, Caſtrum Roſtolene & eius Villam cum curia & diſtrictu & eius pertinentiis; dominium, uſariam, redditum, ac proprietatem Alpium Abbatie de Criſpino, Caſtrum de Caſole cum eius curia & diſtrictus, & has Villas ſcilicet, Corpuſtum, Vitillanum cum ſuis pertinentiis, Caſtrum Montisaguti de Alpibus cum ſuis pertinentiis, totam Villam Corelle cum eius curia & diſtrictu & pertinentiis, Caſtrum Ortigace cum eius curia & diſtrictu & pertinentiis, Caſtrum Viſpignani cum eius curie & diſtrictum. Sampregnanam, Garsariam, Vezanum, Allene cum eorum pertinentiis, Montem de ferro, Collem Camarinum cum ſuis pertinentiis, medietatem Mercati, & Mercatale Deomani, Caſtrum de Porco cum eius curia diſtricto

&

& pertinentiis, Villam de Stards, Monchonem, & Petravellam cum eorum curiis & pertinentiis; Caſtrum Montisdoncia cum eius curia & diſtrictu, Montanum cum eius curia & diſtrictu, Barbaicum cum eius curia & diſtrictu, Comanditiam Sancti Marciani, & ius quod habent in Sancto Marciano, ſive in hominibus ipſius loci, & quartam partem Montisvarchi, & eius curie & diſtrictus, & Hoſpitale de Geneſtia cum eius pertinentiis; totum Hoſpitale Montiſecchi, Caſtillionem de Paccis cum eius curia & diſtrictu, & Commanditiam Libre argenti, que ei deberet & dare annuatim pro eo. Item quartam partem Burgi & Rocche de Balneo, Caſtri de Torzano, & Fontiseluſe, & Caſtellini, & Larchiani, & ſuarum curiarum & diſtrictuum & pertinentiarum; & quartam partem omnium edificiorum, terrarum, dominicatarum, & hominum, exiſtentium in ipſis locis: item medietatem Gironu, Caſtri, Burgi, & Curie Mutiliani & eius diſtrictus & pertinentiarum, & Villarum ſubſcriptarum, videlicet Sancti Sabini, Miſilioli, & earum curiarum & diſtrictuum, medietatem Caſtri de Marradi & eius curie & diſtrictus ac pertinentiarum ipſius, medietatem Caſtri Monſatolli & eius curie & diſtrictus, & medietatem Ville & Abbatie de Azareto & eius curie & diſtrictus & pertinentiarum, medietatem Monaſteriorum S. Gaudentii & S. Reparate & ſuarum pertinentiarum, medietatem Vidillani, & feudi, quod fuit Vgonis de Vidillana, & medietatem luci qui dicitur Sazus, ubi ſunt domus, molendinum, & gualcherie filiorum quondam Gabreni, medietatem Cheppani & eius diſtrictus, Sancti Caſſiani & eius diſtrictus, Petremauri, Colline Sancti Ylleri, Palle & eorum diſtrictus; medietatem Albani, & Repignani, & Popinoi & ſuarum curtarum & diſtrictuum, medietatem Linaris, Abbeti & ſuarum pertinentiarum, medietatem Caminani & eius diſtrictus, medietatem centum manſorum de terra quas habent Catthani de Gattaria, Caſtellum videlicet Montebelli, Montevaclo, medietatem Plebis S. Iohannis de Oto, medietatem Baeagnani & eius curie & diſtrictus, & medietatem de omni eo, quod pater & avus predictorum fratrum Gaidonis & Simonis habebant, ſive eorum nomine detinebatur, vel eis aut alteri eorum pertinebat, ſeu pertinere poſſet, quocumque titulo in tota Valle Marchiani, in Bergelli, Bartignolo, Sennano & eorum curiis & diſtrictibus; item medietatem Ville & Eccleſiam S. Petri in Viſſina & eius diſtrictus, Rivagotte, Ville de Trebbio & earum diſtrictuum, & ipſam medietatem omnium & ſingulorum hominum, colonorum, fidelium, & aliorum cuiuſcumque

ſint

Digitized by Google

ſint cum reſediis, familiis, & animeris, ac ſervitiis eorum, & omnium domnicaturum, poderiorum, emaziatorum, & exmaziatorum exiſtentium in dictis locis de Romania, que continent publice Inſtrumenta diviſionis inde olim facte inter Comitem Tegrinum, & patrem predictorum fratrum; item totum Caſtrum de Biſoreo cum eius curia & diſtrictu ac ſuis pertinentiis, prout continet publicum Inſtrumentum emptionis inde confectum; item quartam partem Caſtrorum, Villarum cum ipſorum curiis, diſtrictibus, & pertinentiis, palatiorum, turrium, forticierum, hominum, colonorum, inquilinorum, fidelium, vaſſallorum, cum eorum familiis, tenimentis, ſervitiis, poſſeſſionum, terrarum, & bonorum omnium, iurium, & iuriſdictionum, & actionum perſonarum in Greti, & partibus adiacentibus, que pervenerunt ad patrem predictorum fratrum ex diviſione, quam fecit cum Comite Tegrino, & Comite Agenulfo, Rodulfo Guidonis Burgugnonis, & Rogerio de Cona, auctoribus Guidonis, & Rogerii filiorum quondam Comitis Marcovaldi fratris genitoris Guidonis, & Simonis predictorum, ſicut ipſius diviſionis publica eorum continent Inſtrumenta, quorum Caſtrorum, Villarum, & Terrarum nomina ſunt hec: Empoli, Monterappoli, Petrorio, Colle de Petra, Cerretum, Muſignanum, Caſtrum de Vincio, utrumque Pagnanum, Fumeiam, Granaiolum, Carbonaiem, Turrim Benni, Caſtrum de Celle, Lootr. ynum, Petriolum, Conſienti, Collis gonzoli, Burianum, Orbignanum, & dimidium Plebis de Vallarie, & Collecchium; item quartam partem eorum omnium, que avus dictorum Guidonis, & Simonis habebat, vel tenebat per ſe, vel per alium, aut eius nomine habebatur, & ad eum pertinebat in Montanis Brandelli, & in Civitate, & toto Epiſcopatu Piſtorienſi; item quartam partem totius Caſtri Montismurli, & eius curie & diſtrictus, Cavi, & Pernine cum eorum pertinentiis & diſtrictibus, Lucum de Mulelju cum diſtrictu, quartam partem Hoſpitalis S. Huberti, & ſuarum pertinentiarum, Specialiter etiam indulgemus, & confirmamus eis, prout in ſacro Privilegio noſtro dudum Guidoni Tegrino, Roggerio, Marcoaldo, & Agenulfo Comitibus, patri, & patruis predictorum fratrum plenius noſcitur contineri, Vt non compellantur de aliqua cauſa ſub alicuius examine reſpondere niſi ſub nobis, & alio, quem ad hoc ſpecialiter delegaremus; & ſi quando vocati fuerint a nobis ut ad nos veniant, vel a Nuntiis noſtris, metu cognatorum quondam Anſelmi, vel iuſto impedimento ſupervenientes, poſſint per Reſponſales ſuos, vel Nuntios nobis, & noſtris Nuntiis ſine noſtra indignatione reſpondere, ſtatuentes, & Imperiali ſancientes edicto, quatenus nulla perſona alta vel humilis, Eccleſiaſtica vel ſecularis, nullus Marchio, neque Comes, nulla Poteſtas, Civitas, ſive Comune, Rector, nec Vniverſitas, nulla denique alia perſona eos, vel eorum heredes legitimos, contra huius Privilegii noſtri tenorem moleſtare, vel iniuriari, aut inquietare, aut diſveſtire, preſumat; & qui preſumpſerit preter indignationem noſtri culminis, quam incurret, centum libras auri puriſſimi pro pena ſe compoſiturum agnoſcat, medietate Camere noſtre, reliqua medietate paſſis iniuriam applicanda; nullis eius privilegiis, ſeu conceſſionibus a culmine noſtro impetratis, vel impetrandis, preiudicantibus in aliquo preſenti Privilegio noſtro. Ad huius autem protectionis, donationis, conceſſionis, & confirmationis noſtre memoriam, & robur perpetuo valiturum, preſens Privilegium fieri, & Sigillo Maieſtatis noſtre iuſſimus communiri. Huius rei teſtes ſunt Henricus Illuſtris Rex Antiochie, dilectus filius noſter Sacri Imperii in Italia Legatus, Berardus Venerabilis Panormitane Archiepiſcopus, B. Marchio de Hohenberch, Magiſter Petrus de Vinea Aule noſtre Prothonotarius, & Regni Sicilie Logotheta, T. de Sueſſa magne Curie noſtre Iudex, & Petrus de Calabria Mareſcalle noſtre Magiſter, & alii quam plures.

Signum Domini noſtri Frederici Secundi, Dei gratia Invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Hyeruſalem, & Sicilie Regis.

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis Milleſimo ducenteſimo quadrageſimoſeptimo, menſe Aprilis, quinte Indictionis, imperante quoque Domino noſtro Friderico Secundo Dei gratia Invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Hyeruſalem & Sicilie Rege, Imperii eius anno XXVII. Regni Hyeruſalem XXIX. Regni vero Sicilie XLVIIII feliciter. Amen.

Data Cremone anno, menſe, & indictione titulatis.

Duo in hoc Diplomate in primis mihi obſervanda ſunt, nominari ſcilicet in eo *Plebem de Valaris*, quae eſt Plebes Sancti *Geneſii* de Vico Valaris, cuius mentio habetur ſuperius *pag.* 312. 313. 520. & *Henricum* (leg. *Fridericum*) Regem Antiochiae, Legatum Sacri Imperii in Italia, de quo multa diximus ſuperius *pag.* 359. 397. —— 400. 468. —— 492. Licet autem in hoc Diplomate non fiat expreſſa mentio *Sancti Leonini*; tamen quum in eo dicatur, confirmari omnia, quaecumque in anteriore Privilegio Co-

ad Panzanum [a]; tertia, in eadem regione, in Collina dicta eſt

Comitibus Guidonibus, *aut* conceſſerat, aut confirmaverat, ſtatim elucet in eo & *Sanctum Leoninum* tacite comprehendi. Ad Sancti *Leonini* Caſtellum, quod torrens Muſcia noo procul praeterfluit, elapſo anno MDCCLIV. quingenti P. M. numi aere ſub *Claudio* Auguſto, qui *Neronem* praeceſſit, ſignati, effoſſi fuerunt; quod mihi teſtificatus eſt *Bartholom. Cotrius* Civis Florentinus; qui amplius dixit, duos oumos argenteos per ea loca repertos eſſe, *Mathildae* Tuſciae Principis faciem & oomen referentes.

a Haec pariter Eccleſia memoratur in laudatis Bullis, & in Catalogo Eccleſiarum Dioeceſis Faeſulanae ſuperius *pag.* 541. Panzani quoque mentio occurrit ſuperius *pag.* 233. 234. Caſtrum autem eſt in Valle Grevis, ut ſupra *pag.* 139. videre eſt, & habet etiam Eccleſiam S. *Michaelis*, quae memoratur ſupra *pag.* 536. Ab hoc Caſtro nomen accepit familia gentis a Rivocaſuli, vulgo *Ricaſoli*, quae recenſetur ſupra *pag.* 131. & quae nomen dedit angulo bivii urbis Florentiae, qui vulgo *Canto di Panzano* dictus fuit, nunc paſſim *Canto de' Carneſecchi* adpellatur, ubi *Herculis Neſſum* Ceotaurum occidentis ſimulacrum marmoreum poſitum, opus *Ioannis Bolonae*, Sculptoria praeſtantiſſimi. Haec familia etiam *Filii Ridolfi*, corrupte *Piridolfi*, nuncupatur, & quaedam de *Filiis Rodulphi* edidi in *Deliciis Eruditorum*; & ad *Ricaſulos* ſpectat Epiſtula *Gregorii IX.* data anno MCCXXXVIII. quam ad *Chronicon Pontificum Leonis Urbevetani* in iiſdem *Deliciis pag.* 253. produxi. Sed quoniam de Angulo Panzani loquuti ſumus, iuvat heic in medium adducere Inſtrumentum, quod ad illum pertinet, ex *Phil. Baldinuccio* in *Vita Ioannis Boloniae* ſumtum, quodque rea Florentinos illuſtrat.

1327. *Ind. X. Die* 13. *Maii. Vbertinus olim Roſſi de Strozis, & Techinus olim Ser Rinaldi, Florentiae Cives, Officiales pro Comuni Flor. deputati ad vendendum tertum terrenum poſitum iuxta muros veteres &c. & pecuniam inde percipiendam, convertendam in ſolutione quorumdam terrenorum, & aedificiorum miſſorum in Via Novella de Panzano, quae protenditur uſque in Plateam novam S. Mariae Novellae, ut praedicta patent ex Actis Ser Grazioli D. Corradi de Matina Not. Reformationum in* 1327. *Ind. X. die tertio intrant. menſ. Februar. Vice & nomine dicti Comunis, & pro ipſo Comuni vendiderunt &c. Ranerio Lapi Bianciardi pp. S. Petri in Gattolino recipienti &c. pro D. Toſa eius matre, & uxore ol. d. Lapi, & de pecunii d. D. ementis quoddam terrenum cum ſolo, & fundamento antiquo muri d. Comunis poſitum in pp. S. Laur. de Floren. cui toti, a* 1. 2. *&* 3. *vii*, 4. *terrenum Ser Gioſcibi Nardi Not. Quod terrenum menſuratum fuit per Magiſtros Gherardum Chiari pp. S. Petri Maioris, & Peruzzum Cini pp. S. Donati de Vecchis Geometras, & repertum eſt brachia quadra* 1430. *vel quaſi &c. Et pro precio, d. rei venditae fuerunt confeſſi dd. venditores recepiſſe a d. Ranerio emente pro d. D. Toſa pro toto d. terreno menſurato ad rationem ſolidorum quatuor, & denar. trium f. p. pro quolibet brachio quadro; libras trecentas tres, & ſolidos decem & ſeptem, & denar. ſex f. p. in qua ſumma intrarunt floreni auri nonagiota unum, librae tres, ſolidi tres & den. undecim f. p. quolibet computato floreno libris tribus, ſolid. ſex & den. uno f. p. de quibus vocaverunt ſe bene pagatos &c. Quibus Vbertino, & Techino venditoribus praedicta omnia, & ſingula valeat. & confit. percep. Gaudant.*

Item die 18. *d. menſ. Maii Vbertinus olim Roſſi de Strozis, & Techinus Ser Rinaldi pp. S. Mariae Vgonis Offic. pro Com. Floren. deputati ſuper reſ Ctione, & complemento Viae Novellae de Panzano, conſiderantes, & attendentes, aeſtimationes iamdiu factas de domibus deſtructis, & terrenis occupatis, factas fuiſſe cum magna deliberatione per homines diſcretos, & in talibus expertos; ipſas aeſtimationes, & quamlibet earum approbaverunt, & affirmarunt, & ordinarunt, quod omnibus, & ſingulis, quibus ſatisfieri debet, ſecundum aeſtimationem praedictas pro huiuſmodi domibus, & terrenis ſolvatur, & ſatisfiat in ea quantitate, in qua huiuſmodi domus, & terrena aeſtimata.*

Et: *Item die* 20. *Iulii ſequentis, Ser Cione Domini Ranerii Bundonis Not. fuit confeſſus ſe habuiſſe a Techino Ser Rinaldi, & Vbertino de Strozis, Offcial. Comunis Floren. pro triginta brachiis quadris eiuſdem ſui terreni miſſi in Via Novella, quae incipit ab angulo Panzani, & protenditur uſque in Plateam novam S. Mariae Novellae, ad rationem ſolidorum decem, pro quolibet brachio quadro, in ſumma librarum quindecim f. p. de quibus &c, & idem fecit eis pro dicto Comuni recipientibus finem, quietationem, & pactum de ult. non petendo, & promiſit contra non facere &c. poena dupl. dam. & oblig. rerum, cui praecep. &c.*

Ego Lapus quondam Gianni Ricevuti de Florentia Imperiali auctoritate Iud. ordin. & Not. pub. praed. &c. omn. dum ſic agerentur in-

eſt [a]; quarta in Retiano ſeu Riniano: quae quidem omnes in
Fac-

interfui , & ea rog. ſcribere , ſcripſi , ſubſcripſi &c. & public. &c.

[a] De hec egitur in citatis Bullis , & in Bullis *Coeleſtini* & *Anaſtaſii* apud *Vghellium* in *Epiſcopis Faeſulaeis* , quas hic profero .

Celeſtious Epiſcopus Servus Servorum Dei . Venerabili fratri Ionathe Feſuleoo Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus eanooice ſubſticuendis io perpetuum . Ex eommiſſo oobis a Deo Apoſtolatus offieio, tam vicinis , quam longe poſitis , peterna nos convenit proviſione conſulere, & Eeeleſiis, que Domioo militare noſcuntur, ſuam iuſtitiam cooſervare; ut qoemadmodum diſponente Domioo Patres vocamor in oomine, ita oibilo minus comprobemur io opere. Hoius rei grarie, dilecte in Domioo frater, preces tuas retionabiles clementer edmittimus , & Feſulanam Eccleſiam, eoi Deo auctore preeſſe dignoſcaris , ſub B. Petri , & noſtra protectiooe , ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatoeotes, ut qoaſeumque poſſeſſiones , queeumqun bona io preſentiarum iuſte & canooiee poſſides, aut in futurum rationabilibus modis, Doo propitio poteris adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus , & per vos Feſulane Eccleſie , & illibata permaneant . In quibus hec propriis duximus exprimeode vocabulis : Monaſterium S. Bartholomei, quod Feſulis ſitum eſt , Monaſteriom S. Martioi io Maiano, Monaſterium S. Gaodentii io pede Alpis , Plebem S. Petri de Romene, Plebem B. Petri de Caleie , Plebem S. Ioanois de Caprilia, Plebem S. Leooioi in Collina. Ceteras vero tam Plebes , quam Eceleſias, que Feſulane Eecleſie iuris eſſe ooſcuntur; Caſtella quoque , Villes, ac elias poſſeſſiunes, ſicot in Privilegio pradeceſſuris noſtri bone memorio Innocentii Pape oominetim vobis eonfirmate ſoor ; ordinationes etiam predictorum Moneſteriorum, & Baptiſmalium Eecleſiarom , qoe Feſulann Eecleſie ſobdite ſunt, nullus abſque veſtro aſſeoſo ſibi uſurparo preſumat . In Capellis autem veſtrarom Plebium liberam ordioationem , & debitam obedientiam , abſqoe alicoios contradictione Plebani habeant, ſicut per Privilegium felicis memorie Paſcbalis Pape eis conceſſum eſt, ſalva proprii Epiſeopi debite reverentia. Partem vero deeimarum , oblationum, teſtamentorum, & ceterorum reddituum ecclesiaſtieorum, per veſtrum Epiſcopatom ſecundum ſtatute Canonum vobis eunfirmemus,

mus, & ut nulle Eccleſia io eodem Epiſcopato conſtruator, & conſtructa abſqoe veſtre lieentie coilibet ſubiiciatur , ioterdicimus: ſalva tamen in omnibus Romane Sedis iuſtitia & auctoritate . Decernimos ergo ut nulli omoino hominum lieeat eamdem Eecleſiam temere perturbare, aut eios poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere , minuere , ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare ; ſed omnia Integre eonſerventur tibi, & fratribus tuis , pro quorum gubernatione, & ſuſteotatiooe, eonceſſa ſunt, uſibus omoimodis profutura . Si qua igitur &e. Cunctis autem &c. Amen.

Ego Celeſtinus Catholiee Eeeleſie Epiſcopus ſubſcripſi .

Ego Conradus Sabineoſis Epiſeopus ſubſeripſi .

Ego Alberieus Oſtieaſis Epiſeopus ſubſeripſi .

Ego Stephaous Preneſtious Epiſcopus ſubſcripſi .

Ego Hymarus Tuſeulaous Epiſeopus ſobſcripſi.

Ego Petrus Albaneuſis Epiſcopus ſubſeripſi .

Ego Raynerius Preab. Card. tit. S. Priſce ſobſeripſi .

Ego Gozzo Preab. Card. tit. S. Cecilie ſubſeripſi .

Ego Thomas Preab. Card. tit. Veſtioe ſubſcripſi .

Ego Nieolaus Presb. Card. S. Cyriaci ſobſcripſi .

Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Sabine ſubſcripſi .

Ego Guido Diae. SS. Coſme & Damieni ſubſeripſi .

Ego Geratdus Diae. Card. S. Marie in Dominien ſubſcripſi .

Ego Ioannes Diae. Card. S. Marie Nove ſubſcripſi .

Datum Laterani per manum Gerardi Sancte Romane Eccleſie Presbyteri Cardinalis, ac Bibliothecarii , ſecundu nonas Martii, Indict. 6. Incarnationis Dominice anno 1143. Pontificetus vero D. Celeſtioi Pape II. anno primo &e.

Anaſtaſius Epiſcopus Servus Servorum Dei . Venerabili Rodulpho Feſulaoo Epiſcopo, eiuſque ſueeeſsoribus eanonice ſubſtitoendis in perpetoum . Offieii noſtri nos horratur auctoritas , fratres noſtros Epiſcopus debita charitate diligere , & Eeeleſiis regimini norom e Deo eommiſſis ſuam iuſtitiam conſervare . Qoapropter, dilecte io Christo fra-

 ter,

Faeſulana Dioeceſi exſtant *a* : quinta denique in memorata Valle

tér, & Coepiſcope Rodulphe, rationabilibus tuis poſtulationibus clementer annuimus, & praedeceſſoris noſtri ſan. mem. Pape Eugenii veſtigiis inherentes, Feſulanam Eccleſiam, cui Deo auctore preeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona, eadem Eccleſia in preſenti anno iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, preſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Monaſterium S. Bartholomei, quod Feſulis poſitum eſt, Monaſterium S. Martini in Mulanu, Monaſterium S. Gaudentii in pede Alpis, Monaſterium S. Marie de Roſano, Plebem S. Petri de Romena cum decimis & poſſeſſionibus ad ius Feſulani Epiſcopatus pertinentibus, Plebem S. Petri de Caſſia, Plebem S. Ioannis de Caprilia, Plebem S. Leonini in Collina, Plebem S. Martini de Vado, Plebem S. Marie de Seu, Plebem S. Marie de Spaltinna; ceteras vero tam Plebes, quam Eccleſias, que Feſulane Eccleſie iuris eſſe noſcuntur, Civitatem, & Arcem Feſulanam, Caſtellum Montiſlauri cum curte ſua, Caſtellum de Cilalo cum curte ſua, Caſtellum Montisbonelli cum curte ſua, Caſtrum Gregnanellum cum curte ſua; quicquid etiam habetis in curte de Acone, & in curte de Leneiſa, & infra Plebem de Panzano, & S. Marie Nuvole, & S. Iuſti in Salice, curtem de Agna, Eccleſiam S. Alexandri cum curte ſua iuxta Caſtrum Montiſcorboli, Alia quoque Caſtella, Villas, & alias poſſeſſiones, ſicut in Privilegio predeceſſoris noſtri bone memorie Pape Innocentii nominatim vobis confirmata ſunt. Ordinationes etiam predictorum Monaſteriorum, & baptiſmalium Eccleſiarum, que Feſulane Eccleſie ſubdite ſunt, nullus abſque veſtro aſſenſu ſibi uſurpare preſumat; in Capellis autem veſtrarum Plebium liberam ordinationem, & debitam obedientiam, abſque alicuius contradictione Plebani habeant, ſicut per Privilegium felicis memorie Paſchalis Pape eis conceſſum eſt, ſalva proprii Epiſcopi debita reverentia. Partem vero decimarum, oblationum, teſtamentorum, & ceterorum redditunm eccleſiaſticorum, per veſtrum Epiſcopatum ſecundum ſtatuta Canonum vobis confirmamus, & ut nulla Eccleſia in eodem Epiſcopatu conſtruatur, & conſtructa abſque veſtra licentia cuilibet ſubiiciatur, interdicimus, ſalva nimirum in omnibus Apoſtolice Sedis iuſtitia, & auctoritate. Decernimus ergo, ut nulli omnino &c. Si qua igitur &c. Cunctis autem &c. Amen.

✠ Ego Anaſtaſius Catholica Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Vgo Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego GG. Presb. Card. S. Calixti ſubſcripſi.

Ego Guido Presb. Card. S. Chryſogoni ſubſcripſi.

Ego Manfredus Presb. Card. S. Savine ſubſcripſi.

Ego Aribertus Presb. Card. S. Anaſtaſie ſubſcripſi.

Ego Iulius Presb. Card. S. Marcelli ſubſcripſi.

Ego Vbaldus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.

Ego Aſtaldus Presb. Card. tit. S. Priſce ſubſcripſi.

Ego Ioannes Presb. Card. tit. SS. Ioannis & Pauli tit. Pammachii ſubſcripſi.

Ego Ioannes Presb. Card. tit. SS. Silveſtri & Martini ſubſcripſi.

Ego Otho Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum ſubſcripſi.

Ego Martinus Diac. Card. S. Marie in Coſmedin ſubſcripſi.

Ego Ioannes Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Rolandi Sancte Romane Eccleſie Presb. Card. & Cancellarii 2. Kal. Ian. Indict. 2. Incarnationis Dominice anno 1153. Pont. D. Anaſtaſii Pape IV. anno 1.

Huius Sancti *Leonini* Eccleſiae mentio quoque occurrit ſuperius *pag.* 219.

a Haec quidem Eccleſia memoratur in Bulla *Paſchalis II.* ſed omittitur in Bulla *Innocentii II.* ubi pro *Retiana* ſcriptum videtur *Regitiea*, & in eo non Plebes Sancti *Leonini*, ſed Sancti *Petri*, collocatur. Sed ſuſpicor Librarii indocti & feſtinantis erratum eſſe, & in Bulla *Innocentii*, *Plebem S. Leonini in Retiaea ſeu Rtiana*, reponendum eſſe. Haec Plebes in Valle Arni ad Pontem Arianum ſita eſt, tribus M. P. a Valle Sevae, XII. M. P. Florentia, ad Orientem, diſtans; eiuſque ius patronatus ad *Richardins* & *Venturias* Florentinos optimates alteros ſpectat; ut tradit *Bracchius Tom. I. Par. II. Vitarum Sanctorum &c. pag.* 29. Nam Subdecanatui Metropolitanae Florentinae adnexa eſt, cuius collatio ad

Valle Arni eſt, & ad Arretinam Dioeceſin ſpectat, atque ab ea etiam Vicus nomen mutuatus eſt [a]. Fragmenta Officii & Miſſae, quae olim Sancti *Leonini*, corrupte nunc *Leolini*, honori fiebat, ad diem VIII. KL. Decembres, quo eius feſtum agebatur, heic profero [b];

In Vigilia S. Leonini ad Pſalm. Antiphona.

Videns gens Sirinitanorum dicentes clamaverunt, Magnus eſt Chriſtianorum Deus, & crediderunt.

Pſalm. Dominus regnavit.

Iuſſit feriri gladio Maximianus canis non credens Dei Filio ....

Pſalm. Iubilate.

Erant Angeli currentes in coelorum nubibus animas ſuſcipientes ferendo coeleſtibus.

Pſalm. Deus Deus meus.

Dum ferveret ...... mortis Sancto crux imprimitur.

....

illaris ....

praeſul.

Ad Secundas Veſperas Antiph.

Magnificat.

Spretis furiis tyranni atque cruciatibus ad ſupernam tranſit agni coenam cum Martyribus, fac conſortes regni tanti nos cum ſuis civibus.

In Die S. Leonini Introitus.

Sacerdotes Dei benedicite Dominum, &c. Benedicite omnia opera Domini Domino, &c. Gloria.

Grad.

Inveni David ſervum meum, &c. Nihil proficiet inimicus in eo, &c. Alleluia. Poſuiſti Domine ſuper caput eius, &c.

Offert. Veritas mea & miſericordia mea, &c.

Communio. Beatus ſervus quem cum venerit Dominus, &c. [c]

304

ad eoſdem *Richardios* & *Venturios* alternis pariter pertinet. Modo eam regit Subdecanus *Gabriel Riccardius* ex Marchionibus Clanni & Rivi Alti. Conſule ſuperius *pag.* 541.

a De hac Eccleſia nihil legi, niſi quae *Orlendius* & *Brocchius* ſcriptis mandaverunt. *Orlendii* verba ſunt, *Tom. II. Par. II. pag.* 1302. *Et quidem ſi unicum excipiamus Templum in Arretina Dioeceſi, in confinio tamen Faeſulanae ad Vallem Arni ſitum, nullibi locorum niſi in Faeſularum oppidis aut pagis Templa reperiuntur Divo Leonino Epiſcopo & Martyri ſacra, Eiuſmodi Templa ſunt vetuſtiſſima: in iis ipſius imagines arte ſuperpoſitae, ut plurimum redolent antiquitatem.* Conſule alia, quae *Orlendius* tradit, ſuperius *pag.* 667.

b Haec Liturgiae fragmenta ex *Orlendio Tom. II. Par. II. pag.* 1300. & *Brocchio Tom. I. Par. II. Vitarum Sanctorum & Beatorum Florent. pag.* 27. protulimus.

c Haec Liturgia ex Hymno quodam concinnata videtur, qui ita diſponendus eſſet.

Vi-

304 Interea † *Marcellinus* Romanus Epiſcopus vita functus eſt;
& circa haec tempora *Demetrius* Tuſciae Proconſul fuiſſe,
&, Chriſtianus effectus Sancti *Eutychii* Presbyteri opera, mar-
tyrio vitam finiſſe, a quibuſdam perhibetur [a]. Hunc prae-
ceſſiſſe, vel conſequi, potuit *Dionyſius*, qui Tuſciae & Vmbriae
Proconſul indicari videatur [b]. Porro quum *Diocletianum* &
Maximianum Herculium imperii iam taederet, illud ſponte
305 dimiſerunt, † acclamatique ſunt Auguſti *Conſtantius Chlorus*,
306 & *Galerius Maximianus*, quorum primus vita functus † filium
Conſtantinum Magnum imperii heredem habuit, cuius Conſor-
tes fuere *Valerius Severus*, & *Maximinus*, & *Maxentius*, Im-
peratores. *Maxentius* autem fuit, qui Roma & Italia occupata
perſequutionem adverſus Chriſtianos primum ceſſare fecit [c].
307 Non multo poſt † *Licinius* etiam Imperator electus eſt, &
308 *Marcellus* Papa Romanus renunciatus, † quem mortuum
310 † *Euſebius* excepit, qui hoc eodem anno ſupremum diem
obiit; & a *Conſtantino* tandem Eccleſiae univerſae pax reddita eſt,
311 † quum ſacra Chriſtiana amplexatus fuiſſet, & *Galerius Maxi-
mianus* obiiſſet. Tanto Eccleſiae bono gaviſus eſt *Miltiades*,
qui *Euſebio* in Epiſcopatu ſucceſſit. Hinc *Conſtantinus* legem
312 pro Chriſtianis tulit [d], † & inlatam a *Diocletiano* iiſdem ve-
xationem penitus abolevit. Per haec forte tempora *L. Tur-
cius Apronianus* [e] Tuſciam Corrector moderabatur, licet & ad
poſteriorem aetatem hoc eius munus differri poſſit.

. . . .
. . . .
Vident gens Stuitanorum
Dicens clamaverunt:
Magnus eſt Chriſtianorum
Deus, & crediderunt.
Iuſſit eum *feriri gladio*
Maximianus tanis,
Non credens Dei Filio
Ethoicos perſtat immanis.
Erant Angeli currentes
In coelorum nubibus
Animas ſubſcipientes
Ferendas coeleſtibus.
Dum ferveret is, pertrahitur,
Vt vita ſit exſol;
Mortis Sancta crux imprimitur,
Hilarie ſubſcipit *Praeſul.*
Spretis furiis Tyranni
Atque cruciatibus,
Ad ſupernum tranſit Agni
Coetum cum Martyribus.
Fac conſortes regni tanti
Nos cum ſuis civibus.

Quae diverſo charactere ſcripta ſunt, ipſe divinans ſubplevi, rhythmo & modulatione adiutos; & mea, ſaltem aliena omnino non ſunt. Ceterum verſus iſti rhythmici, ut vocant, ſatis indicant, Hymnum hunc ſaeculo XII. vel XIII. antiquiorem non eſſe. Ex Actis martyrii aliquibus extractos fuiſſe videtur, quae hodie amplius non exſtant.

a Vid. *Tillemont. Tom. V. Memorab. in Perſequut. Dioclet. Art. L.*

b Conſule *Tillemont. Tom. V. Memorab. in Perſequut. Dioclet. Art. LII.*

c Conſule *Euſebium Lib. VIII. Cap. XIV. Tillemont. Tomo V. Memorab.*

d Vide *Euſebium Lib. IX. H. E. Cap. IX. Baronium* ad hunc annum, & *Pagium* ad annum CCCIII. & *Tillemontium in Perſequut. Diocletian. Art. XLV. Tom. V. Memorab. Eccleſ.*

e *L. Turcium Apronianum* Correctorem Tuſciae fuiſſe patet ex Inſcriptione apud *Gudium pag.* XXXXI. 5. quae ita habet:

Digitized by Google

SILVANO SANCTO ET HERCVLI
COMITI CONSERV. P. R.
L. TVRCIVS APRONIANVS V. C.
CON. QVAESTOR. AERAR. SATVR.
PRAETOR. QVINDECEMVIR. S. F.
CORRECTOR TVSCIAE ARAM
D. D.

Hic *Apronianus* Praefecturam Vrbis geſſit, ſub *Conſtantini Magni* filiis anno CCCXXXIX. ut conſtat ex Indiculo *Praefectorum Vrbis*, & enunciatur talis etiam in Inſcriptione apud *Muratorium pag.* CCCCLXIII. quae ita habet:

BEATISSIMO SAECVLO
DOMINORVM
NOSTRORVM
CONSTANTI
ET CONSTANTIS
AVGVSTORVM
SENATVS POPVLVSQ.
ROMANVS
CLIVVM TIBVRTINVM
IN PLANITIEM REDEGIT
CVRANTE L. TVRCIO
SECVNDO APRONIANI
PRAEF. VRB. FID
ASTERIO. V. C.
CORRECTORE FLAM.
ET PICENI

Confirmatur autem ex Inſcriptione, quam idem *Muratorius pag.* CCCLXXIX. 1. profert:

ASTERI
CONSTANTIAE
ABSTINENTIAE TESTIMONI
VM SEMPITER. L. TVRCIO
APRONIANO V. C. FIL. TVRCI
APRONIANI V. C. PRAEF. VR
BI NEPOTI. TVRCI SECVNDI
COS. QVAESTORI PRAETORI
XV. SACRIS FACIVNDIS COR
RECTORI TVSCIAE ET VMBR
IAE OB EIVS INSIGNE MERI
TVM SINGVLAREMQVE IVSTI
TIAM QVA OMNIFARIA LVCEN
SIVM VTILITATI HONESTATIQ.
PROSPEXIT CONSENSV OB
SEQVENTISSIMI ORDINIS AC
EIVSDEM CIVITATIS POPVLI
EXACTO ADMINISTRATIONIS
TEMPORE STATVAM EX AERE
PATRONO COLLOCATAM ADMI
NISTRAVIT DD. NN. III. ET
III. COS. DECRETA EST AVTEM
POST CONSOLATVM AMANTII
ET ALBINI.

Ex his Epigrammatis conſtat *L. Turcium Apronianum* filium fuiſſe *L. Turcii Secundi* Conſulis, qui patrem habere potuit *Turcium* illum, qui ad annum CCLXXV. Correctorem Tuſciae fuiſſe, opinatus ſum. Patet etiam *L. Turcii Aproniani* filium fuiſſe *L. Turcium Apronianum Aſterium*, quem pariter Tuſciae & Vmbriae Correctorem fuiſſe ex poſtrema Inſcriptione elucet atque eminet. Inſcriptio autem vel ad annum CCCXLVI. referenda eſt,

Iiiiiii

eſt, ut vult *Noriſius Cenotaph. Piſan. Differt. IV. Cap. II. §. I. pag.* 433. vel ad annum CCCLXX. ut ſubſpicatur *Muratorius* loco citato. Nam *Henr. Noriſius* aliam Inſcriptionem adducit, quae poſt *Amantii* & *Albini* Conſulatum dicitur; & eſt etiam apud *Gruterum pag.* CCCCLXXVI.

ASTERII
L. TVRCIO APRONIANO V. C
FILIO TVRCI APRONIANI V. C
PRAEFECTI VRBIS NEPOTI
L. TVRCI SECVNDI V. C. CONSVLIS
QVAESTORI PRAETORI QVINDECEM
VIRO SACRIS FACIVNDIS CORREC
TORI TVSCIAE ET VMBRIAE OMNI
VIRTVTE PRAESTANTI STATVAM
EX. AERE. ORDO. SPOLETINORVM
AD MEMORIAM. PERPETVI. NOMINIS
CONLOCAVIT
CVRANTIBVS. FL. SPE. V. P. ET CONDO
NIO TAVRO. IVN
POST AMANTI ET ALBINI CONS

Cur autem *L. Turcium Apronianum* Correctorem Tuſciae ſaciam ab hoc pariter Correctore Tuſciae diverſum, eſt, quod illi cognomen *Aſterius* deſit; quod Quaeſtor Aerarii Saturni, ut ille, hic non dicatur; quod in Turcia gente dignitates Imperii fractim de generatione in generationem tranſierint, ut heic videre eſt: nam *Lucius* ille fuit Praefectus Vrbis anno CCCXXXIX. *L. Aſterius* eius filius anno CCCLXIII. ſic Quindecemvir ſacris faciundis eſt avus, pater, & filius, ut apud citatum *Noriſium pag.* 435. videre eſt; & ex adlatis Inſcriptionibus ex parte patet. Sed quum plures Correctores Tuſciae & Vmbriae in vetuſtis monumentis occurrant, qui ad certa tempora referri non poſſunt, utpote qui nullam habeant adiunctam aetatis notam, lubet heic eos ordine tumultuario temereque commemorare, monumentis, ex quibus eorum nomina hauriuntur, in medium adductis. Et ecce occurrit apud *Marquard. Gudium pag.* CXIII. 4. *A. Allius Allienus.*

A. ALLIO ALLIENO C. V.
CORRECTORI TVSCIAE
VMBRIAE ET PICENI
PATRONO PROC. PROV.
AFRICAE PROPR. LEGATO
PROVINC. BITHYNIAE
PATRONO DIGNISSIMO
POPVLONII D. D.

Et heic animadvertendum, gentem *Alliam* in Tuſcia fuiſſe; Aſiſii etiam in Vmbria. Hinc fundi varii in Tuſcia ab ea nomen acceperunt. Hinc *Allianum* in Valle Elſae, ubi Eccleſia S. *Iacobi* in Plebatu S. *Hippolyti* Caſtri Florentini; *Alliana* in agro Piſtorienſi cum Plebe & aliis Eccleſiis. Gens *Allia* Florentiae erat, & quidem patricia; & *Turris Alliorum* adhuc exſtat a Florentia MM. P. ad Occidentem. In ea gente nomen *Allionis* uſurpatum fuit: & Podium *Allionis* eſt in Valle Elſae. Titulus ille C. V. argumento mihi eſt, poſt annum CCC. *A. Allium* floruiſſe, non ſecus ac *L. Aurelius Annius Verus*, cuius Inſcriptio apud laudatum *Gudium pag.* CXVI.

L. AVRELIO ANNIO VERO
V. C. PRAEFECTO PRAETOR
TRIB. MILIT. CORRECTORI
TVSCIAE ET VMBR. PROPR.
PROV. ASIAE IVDAEAE PALAE
STINAE LEG. PROPR. AEGYP
T. AVRELIVS AELIVS ANTO
NINVS IOCVNDVS PATRI
OPTIMO POSVIT

Idem

Idem dicendum de *C. Arria Balbino*, qui inſuper *Vicarius Sacrarum Iudicum* dicitur; qui *Vicarii* titulus nonniſi a *Diocletiano* invectus eſt, auctore *Lactantio* apud *Tillemontium Tom. IV. pag.* 682. Huius Epigramma apud eumdem *Gudium pag.* LXVII. 1.

C. ARRIVS M. F. BALBINVS
V. C. PROCOS. CAMPANIAE
CORRECTOR TVSCIAE ET
VMBRIAE PCVRATOR XX
HEREDIT. PROCOS. APVLIAE
PATRONVS COLONIAE BIR
BILI PROCOS. AFRICAE PRO
CVR OLEARI AFRARI. PR
AEF. VRBI. VIC. SACR. IVD.
GENIO PEREGR. D. D.

Ab aliquo *Arrio* fortaſſis fluvius Arrianus in Tuſcia nomen accepit; qui fluvius per provinciam Vallis Nebulae excurrit. Eſt etiam apud *Gudium pag.* CXL. 6. *M. Tullius* Corrector Tuſciae.

M. TVLLIVS. L. F. POPIN. ASPER
IIII. VIR. VIAR. CVRAND.AR
TRIB. MIL. LEG. III. PARTHIC
AEDIL. PLEB. PRAETOR. LEG
PROVINC. AFRICAE. CORRECTOR
TVSCIAE. ET. VMBRIAE. PRAE
GVTIANIS. MARSEIS. PELIGN
PROCOS. PROVINCIAE. GALLIAE
. . . .
. . . .

Tulliam gentem in Etruria, & Florentiae, vel Faeſulis, manſiſſe, indicio ſunt duae Inſcriptiones prope Florentiam & prope Faeſulas, effoſſae, quas profert *Gorius Part. III. Inſcriptionum Tuſciae in Praefat. pag.* XXXII. & *pag.* 15.

CN. TVLLIO
CN. L. AESO
MEDICO
IN. AGR. P. XIV. IN. FR. P. XIV.

D M
C TVLLIO IVS
C VETTIVS CHRY
SOGONVS FRA
TRI OPTIMO
B M

Iulius Eubulides Corrector Tuſciae occurrit apud *Muratorium pag.* MLI. 7.

IVLIO EVBVLIDAE
C. V. CORR. TVSCIAE
X. VIRO PRAEFECTO
AERARIIS SATVRNI
OB INLVSTRIA IPSIVS
MERITA ET AMOREM IV
STA CIVES ORDO INTE
RAMNATVM PATRONO

Hic forſitan eſt *Eubulides* ille, qui anno CCCXLIV. Vicarius Africae erat, de quo loquitur *Tillemont. Tom. IV. Vitar. Imp. pag.* 337. Etruriae Praetor aut Corrector *Metellius* quidam in Inſcriptione Cortonenſi forſitan indicatur, quam ſuperius *pag.* 6. protuli. *T. Caeſium Primum* Correctorem Tuſciae & Umbriae fuiſſe, ſubſpicari eſt ex ſequenti Inſcriptione apud *Gruterum pag.* LXXII. 5.

TV

TV QVAE TARPEIO COLERIS VICINA TONANTI
VOTORVM VINDEX SEMPER FORTVNA MEORVM
ACCIPE QVAE PIETAS PONIT TIBI DONA MERENTI
EFFIGIEM NOSTRI CONSERVATVRA PARENTIS
CVIVS NE TACEAT MEMORANDVM LITTERA NOMEN
CAESIVS HIC IDEMQVE TITVS PRIMVSQVE VOCATVR
QVI LARGAE CERERIS MESSES FRVCTVSQVE RENATOS
DIGERIT IN PRECIVM. CVI CONSTAT FAMA FIDESQVE
ET QVI DIVITIAS VINCIT PVDOR. IRE PER ILLOS
CONSVETVS PORTVS CVRA STVDIOQVE LABORIS
LITTORA QVI PRAESTANT FESSIS TVTISSIMA NAVTIS
NOTVS IN VRBE SACRA. NOTVS QVOQVE FINIBVS ILLIS
QVOS VMBER SVLCARE SOLET QVOS TVSCVS ARATOR
OMNIBVS HIC ANNIS VOTORVM MORE SVORVM
CENTENAS ADICIT NVMERO CRESCENTE CORONAS
FORTVNAE SIMVLACRA COLENS ET APOLLINIS ARAS
AEGERIVMQVE IOVEM QVORVM CONSENTIT IN ILLO
MAIESTAS LONGAE PROMITTENS TEMPORA VITAE
ACCIPE POSTERITAS QVOD PER TVA SAECVLA NARRES
TAVRINVS CARI IVSSVS PIETATE PARENTIS
HOC POSVIT DONVM QVOD NEC SENTENTIA MORTIS
VINCERE NEC POTERIT FATORVM SVMMA POTESTAS
SED POPVLI SALVO SEMPER RVMORE MANEBIT

Ipſe tamen, quum penſiculatius verſus examinaverim, crediderim potius heic de Annonario quodam, quam de Correctore Tuſciae, agi. Poſt Tuſciae Correctores alii, qui munia publica Florentinorum obiverunt, memorantur. Curator Kalendarii Florentinorum fuit Piſis *Q. Obſequentius Severianus*, cuius Inſcriptio ſuperius *pag.* 17. producta eſt. Apud *Muratorium pag.* CLV. 3. occurrit *C. Matrinius Aurelius Antoninus* Coronatus Tuſciae & Vmbriae, hoc eſt, ut ipſe *Muratorius* exponit, *Stephanephorus* ſive Sacerdos non vulgaris, cuius auctoritas non uno templo concludebatur, ſed per univerſam provinciam extendebatur. Sed veroſimilius videtur interpretandum *Corona donatus*, ut *T. Flavius Germanus* fuit, de quo ſuperius *pag.* 18. egi; & ſupplendum *Correctori coronato Tuſciae & Vmbriae*. Poſſet forte legi: *Coronato Tuſciae & Vmbriae Pontifici Gentis Flaviae*; ut in alia Inſcriptione legitur: *Iurato ad ſacra Etruriae Pontifici*; quam mox referemus. Sed prior ſententia mihi magis adridet.

C. MATRINIO AVRELIO
C. F. LEM. ANTONINO V. P.
CORONATO TVSC. ET VMB.
PONTI. GENTIS FLAVIAE
ABVNDANTISSIMI. MVNERIS. SED. ET
PRAECIPVAE LAETITIAE THEATRALIS. IN COL
AEDILI. QVAESTORI. DVVMVIRO
ITERVMQVE Q. I. D. HVIVS SPLENDIDISSIMAE
COLONIAE CVRATORI R. P. EIVSDEM
COL. EI PRIMO PRINCIPALI OB MERITVM
BENEVOLENTIAE. EIVS ERGA SE
VRBS. OMNIS. VRBANAE FLAVIAE
CONSTANTIS. PATRONO
DIGNISSIMO
. . . . *I. X. X. L. M. PP.*

L. Valerius Iunior Iuratus ad ſacra Etruriae Pontifex offenditur in lapide, qui in Eccleſia Sancti *Aegidii* Vallis Ambrae ad Plebem Sancti *Pancratii* pertinente exſtat, & profertur a *Gorio Par. I. Inſcript. Tuſciae pag.* CCCCXXXVIII. n. 79.

L. VALERIO
L. F. POM.
IVNIORI EQ. R
IVRATO AD SACRA
ETR. PONT. Q. AED. IIVIR
ACCENSO VELATO
PLEBS VRBANA
L. D. D. D.

Poſt

Digitized by Google

Acta martyrii Sancti *Pſcuſtii* in Paſſionario Eccleſiae Tudertinae *Ablabium* Tuſciae Proconſulem nobis exhibent, ut tradit Auctor Libri, cui titulus: *Monumenti e Notizie Iſtoriche riguardanti la Chieſa primitiva Veſcovile d' Arezzo in Toſcana ec. pag.* 2. Poſt iſta autem Epigrammata, alia ad Florentiam, ſeu Florentinum & Faeſulanum agrum ſpectantia, qualiacumque ea ſint, exhibere nunc iuvat, primumque occurrit apud *Muratorium pag.* CXXXIII. 1.

A. SATRIVS
VRBICVS
VEXILLARIVS
7. POMPONI
DOMO FLORENTIA
SILVANVM
EX. VOTO. POSVIT

Et *pag.* DCCCLXXXI. 6. inter nomina variorum militum legitur:

. . . . . *NIGER FLORENTIA.*

Ad Florentinos magnam partem ſpectant & hae Inſcriptiones ex *Gorio Inſcript. Tuſciae. Tomo III.* habentur inſequentes Chriſtianae, quas primo loco profero.

B M
FL : ROMVLIANVS
INFAS : Q : VIXIT : AN
: VI : ET : M : VII. ET
FRATRES : IPSIVS
QVI. POSITI SVNT :
PER. SINGVLA COE
METERIA : VER ..
Q : VIXIT : AN : X
ET ROMANVS. Q ..
VIXIT AN : V
ET AVGVSTVLA q.v.
AN III : S
IN PACE

Ex hac Inſcriptione patet, Florentiae plura coemeteria Chriſtianorum fuiſſe, ſeu potius in uno ſepulcreto plura cubicula. Erutus fuit hic lapis ex ſolo Eccleſiae Sanctae *Felicitatis* Florentiae anno MDLXXX. cum duobus inſequentibus. Conſulatur *Gorius Tom. III. Inſcript. Tuſciae pag.* 306. 307. & 309. Ubi Eccleſia S. *Felicitatis* eſt, ſeu Sanctorum Machabaeorum, coemeterium Chriſtianorum fuiſſe, iam patet. Alia etiam inventa fuere ſub pavimento illius Eccleſiae anno MDLXXXVIII. Sed plures aliae Inſcriptiones inde effoſſae fuerunt anno MDCCXXXVI. & quas heic adfero, magna ex parte ex illis ſunt. *Gorius loc. cit. p.* 309. & *ſeqq.*

B M
LAVRENTIVS NV
MERIVS DIACONVS
VIX. ANNOS. P. M. LV DE
POSITVS. V. IDVS OCTO
IN PACE

M : . . . . .
. . . . ACER . . . .
. . . . IIVS . . . .
CONSTANI . . .
QVI VIXIT . . .
.·. ANNOS XXX
VII. DEPOSI
. V
KAL. DECEM
BRES. IN. PACE

EN IPHNHLL
OYENCHS . . ✠ . . .

ENΘ . . . .
EZHC . . .

ACL . . . .
PAKC . . . .
EN. . . . .

B M
HIC REQIESCIT IN
PACE AQILIA PAVLINA
L. F. QVAE VIXIT AN
NOS P M LX DEPOSITA
DIE VII. KL. OCTOB
CONS ISODORO E . . . .
SENATORE V
CC CON

Iſidorus & *Senator* Conſules fuere anno poſt Chriſtum natum CCCCXXXVI.

HIC REQVI
ESCET· AQVILIA
VALENTINA QVAE
VIXIT· ANNOS· P· M·
LIIII DLVIII DES
SVB D XVIII KA . . .
DECEMBRIS I . . . . . .
PACE

Ita

Ita haec Inſcriptio legenda videtur : *Hic requieſcit Aquilia Valentina, quae vixit annos plus minus LIIII. dies LVIII. Depoſita eſt ſub die XVIII. Kalendas Decembris in pace.*

B M
FL· MARTINA
PVELLA· Q
VIXIT · AN
NOS VI
ET · M · VIIII
D' P · EST VIIII
KAL DECENB'
IN PACE

B ✠ M
...IACET FVNDANIVS
....OVIANVS LEC
...OR QVI VIXIT AN
NIS XVII MENS. VIIII D XX
DEP IN PACE PRID NONA
S IANVAR.

HIC IACET BONE
MEMORIAE CARTA
CO QVE VIXI P M ANO
XXII MARITVS ERPA
CONIVCI DÍLCISSIME
TITVLVM POSVIT. DE
POSITA

HIC ✠
.....MAXIMINVS. V C. TR B.
.....QVIESCIT IN PACE
....IE. XV. KL. IVNIAS

Litteras *TR. B.* exponit *Gerius*, *Tribunus Voluptatum*, hoc eſt, *Voluptatum*; ſed mirum illis ſaeculis, Chriſtianum hominem paſſum eſſe ſe inſigniri dignitate, quae ludos & ſpectacula curabat.

B M
HIC IACIT
SEGETIVS
DSCOLA
GENTILIVM
QVI VIXIT
ANNVS TR
NTA ET OCTO
DPSEXTO II
FEBR

Schola Gentilium erat unum ex miniſteriis Palatinis domus Auguſtae. Conſule *Gorium Tomo citato pag.* 336.

B A....
HIC REQ......
MARTA QV.....
VIXIT ANN
...EST ID NO...

.....ANO.....
.....CIANV....
..EST VI IDV...
... MBRES IN...

...QVI VIXIT...
...ANNVS TR...
..NTA ET OCTO..
..DP IV ID OCT..

.....XX Q.....
.....AN L.....
.....RECES.....
.....XX· K.....
....EST· IIIII....

....ENNIO
...K VIR

......MP......
... ATVS PV...
AVNER

.....CVR.....
....VI VIX....
.....MENS.....
.... DEPOSI ....

...........CE...
......IN SVA......
QVI VIXIT........
......LXII.D.P...
.......AL MAI.....
.... S X ....

HIC REQVIESCIT FELICITAS QVAE VIXIT MEN... DIES...

Hi

Hi duo lapides eruti ſunt in aede D. *Pauli* Florentiae. Conſulatur *Garius Tom. cit. pag.* 351.

B M
FADIAE VE
RIANENI
FILIAE DVL
CISSIMAE QV
AE VIXIT ANNIS . . . .
. . . .

AD HONOREM DEI
HANC COLVMNAM
FECERVNT NEGOTIA
TORES ROTVNDAM
QVI RESIDENT IN
PORTA REGINE QVE
DICTA EST SANCTE
MARIE

Hinc liquet, Portam Sanctae *Mariae*, quae e regione Pontis Veteris erat, dictam antea fuiſſe *Portam Reginae*. Eccleſia autem Sanctae *Mariae* dicebatur *Sancta Maria ſupra Portam*. Inſcriptio eſt inferioris aevi.

I
A ω

HIC REQVI
ISCIT IN PACE
. . . . ICILLA DEI IV . . .
QVE VIXIT
ET

Sunt qui interpretentur *Ancilla Dei Iuliana*, & illam *Iulianam* eſſe putent, quae a Sancto *Ambroſio* impenſe laudatur. Conſule *Garium Tomo cit. pag.* 349. & *Fogginium De primis Florentinorum Apoſtolis pag.* 4. Et quidem lapis repertus eſt in ſubterraneis Eccleſiae Laurentianae, ut tradit *Garius Tom. I. cit. operis pag.* 220.

B M
PRASTINIA. MAXIMINIA. AC
TRIX. C. DOMVS. QVE IVNCTA EST MAR
ITO ANNORVM SEDECIM SIC ET POSSEDIT. MA
RITVM ANNIS. XVI. FILIOS. DE
N. TRERES PO : :

Inſequentem Inſcriptionem ex *Fogginio* & *Gario* produco.

MESSI IHIC ROMVLI CORPVS LONGA IN PACE QVI
ESCIT QVI XPI CVM PRIMIS IVSSA SERVARET AB ANNIS
TVM LECTOR DOMINI ANNIS QVINDECIM IVSTVS
CONTINVIS PROBATVSQ. FVIT MERITOQ IVVATVS
AECLESIAE SANCTAE DIACONII EST ORDINATVS HONORE.
. . TACVM IV . . E . TI . . ENISCORDE TENERET . . . . .
A . . . .
. . . . EXACTISN VEMMENSISBANNO . . .
. . . . RELINQVENS . . . .
. . . . CELOHINCISSE PVTANDA EST . . .
V . . . N . . E CVM ANCTIS IVSTVS HABERET

De hac Inſcriptione motae ſunt controverſiae vehementes ad D. *Romulum* Faeſulanum Epiſcopum, an ad alium, referenda ſit; vetuſtioribus ſaeculis, an medio aevo, attribuenda ſit. Contenderunt inter ſe ſuper hoc *Petr. Franc. Fogginius*, *Fidel. Soldanius*, *Iacobus Gottolinius*, *Bartholomaeus Bianuccius*, *Ioſeph Maria Brocchius*, ſcriptis hinc inde editis. Verior tamen ſententia eſt, eam ad D. *Romulum* Epiſcopum referendam eſſe, ſeu quarto, ſeu ſexto ſaeculo vixerit.

D M
PETRONIO. LO
NO. MILITI COH X
PR. B M
AVRELIVS. VIBIVS. Mile
S COH X PR. IVSTI He
RES. FECIT
FLORENTINI

D *D.*

D. M
ELEVTERO. C. IVLI
FLORENTINI
SERVO
VIXIT. ANNIS. XXX
FECIT. IVLIA. HYG
IA. CONIVGI
SVO BENEMER..
TI

In hiſce duabus Inſcriptionibus *Florentia* nomen ad Florentinum aliquem non traxerim; ſed certum perſpectumque eſt a patria interdum homines ſibi nomen adſciviſſe, ut jam vidimus puellam Florentinam *Florentiam* nomine. Conſule ſuperius *pag.* 8.

APPIVS CLAVDIVS
C. F. CAECVS
CENSOR. COS. BIS. DICT. INTERREX. III
PR. AED. CVR. II. Q. TR. MIL. III. COM
PLVRA. OPPIDA. DE. SAMNITIBVS. CEPIT
SABINORVM. ET. TVSCORVM. EXERCI
TVM FVDIT PACEM. FIERI. CVM TYRRHO
REGE. PROHIBVIT. IN CENSVRA. VIAM
APPIAM. STRAVIT. ET AQVAM. IN
VRBEM ADDVXIT AEDEM BELLONA
FECIT.

Q. F. MAXIMVS
DICTATOR. BIS COS. V. CEN
SOR. INTERREX. II. AED CVR
Q. II. TR. MIL. II. PONTIFEX. AVGVR
PRIMO CONSVLATV. LIGVRES. SVBE
GIT. EX. IIS. TRIVMPHAVIT. TERTIO. ET
QVARTO. HANNIBALEM. COMPLVRI
BVS. VICTORIS FEROCEM. SVBSEQVEN
DO. COERCVIT. DICTATOR. MAGISTRO
EQVITVM. MINVCIO. QVOIVS. POPV
LVS. IMPERIVM. CVM. DICTATORIS
IMPERIO. AEQVAVERAT. ET. EXERCITVI
PROFLIGATO. SVBVENIT. ET. EO. NOMI
NE. AB. EXERCITV. MINVCIANO. PA
TER. APPELLATVS. EST. CONSVL. QVIN
TVM. TARENTVM. CEPIT. TRIVMPHA
VIT. DVX. AETATIS. SVAE CAVTISSI
MVS. ET. RE. MILITARIS. PERITISSIMVS
HABITVS. EST. PRINCEPS IN. SENATVM
DVOBVS. LVSTRIS. LECTVS. EST

Harum Inſcriptionum ſecunda in fundamentis Theatri Florentini reperta fuit, una cum *Q. Fabii* ſtatua, certe a Florentinis ibi poſita. Prima Arretio abducta eſt, & Florentiae nunc extat. Hinc etiam produxi, quod Tuſcorum exercitus in ea mentio fiat.

Θ L. LVSIANO. BASSO
v L. LVSIANO. HYMETO
v LVSIANAE. L. CALLISTI

C. POBLICIO. C. L.
MAHETI
SEX. VIR. MAG. AVG
DECIMIA. M. L. PNEVMA
VXOR

An a *Poblicis*, Policianum caſtrum in Mucilia denominatum ſit, corrupto nomine, ignoro. Quaſi fundus *Publicianus*.

D. M
VISIDIAE. L. F
FESTAE
INCOMPARABILI
VITAE
ET TV

M. PACCIVS
EPAGATHVS. SIBI
ET. PACCIAE. APAMEAE
VXORI ET. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
SVIS. TESTAMENTO
FIERI. IVSSIT

Gentem *Pacciam* Florentiae exſtitiſſe, & ex illo exſtat, quod *Campus Paccii* adhuc in illa memoretur, vulgo *Capuccio*, qui ab Ecclesia Sancti *Blaſii* uſque ad Amphitheatrum extendebatur. *Paccius* nomen Etrusci Tabellionis a Vico Piſano, occurrit ſuperius *pag.* 486. *Paccianus* fundus ſaepius memoratur *pag.* 544. 546. *& ſeqq.* & eſt in agro Piſtorienſi, ut patet ex *pag.* 563.

C. ALLIO. Q. F. RVFO.
ET. C. ALLIO. C. F. APTO.

IN FR. P. X. IN. AG. P. XII

De gente *Allia* Tuſci egimus ſuperius *pag.* 681.

Q. SAENAE. L. F. SCA. NAN
CRAMPONIAE. A. F. MAXIM
L. SAENAE. CELERI. FILIO.
Q. SAENAE. CLEMENTI. FIL.
L. SAENA. SATVRNINVS
FILIVS. FECIT.
IN. FR. P. XII. IN. AGR. P. XII

Familiam *Saenaiam* ſuperius *pag.* 55. adduximus; heic *Saena* habetur.

. D . M .
A . NAEVI
SATVRNINI
QVI . ANTE
TITVMVM. HVNC
SEPVLTVS. EST
PATRI. OPIIMO
A . NAEVIVS
MARCELLINVS

Ex hac gente *Naevia* derivatum videtur *Naevianum*, hoc eſt fundus gentis *Naeviae*; vulgo *Nebiana*. Eſt in Valle Elſae, in Plebatu Sancti *Petri* in Pyxide, vulgo *Boſſale*; occurrit ſuperius *pag.* 537.

DIS. MAN
TI CLAVDI ∴
ATTALI
FRATRI. EPINICI

Q. AVRELIVS
Q. F. SCA. RVFVS
SPECVLATOR
VIX. ANN. XLII. MILIT
ANN. XIX. HIC
TVS. EST HEREDES

ANTISTIAE
L. L. THAIDI
ANIMA SVAVISSIMA
HABE
BENE BALEAS QVISQVIS
ES QVI ME SALVTAS

D . M
FAVSTO. AVG. LIB. ADIVT
TABVL. CASTR.
CORNELIA IVSTA CONIVGI
BENEMERENTI
FECIT

VOLVSIA
PVLCHRA
VRSV O. VERNAE
SVO, KARISSIMO
POSVIT, VIX, ANNVM
MENS, VIIII. DIES, XXI.

Mons Vrſuli, ita dicitur a poſſeſſore *Vrſulo*: diſtat Florentia ad Septemtrionem V. M. P. Vicuſque eſt, in via quae Bononiam ducit. Alius Mons Vrſuli eſt in Valle Elſae, ubi Villa Marchionis *Tempi*. Hiſce corrigendum eſt, quod diximus ſuperius *pag.* 54.

M. VOLVMNI	*VOLVMNIA*
M . L	*M . L*
DIOGENIS.	*SALVIA*

D . M
L. VOLVMNI
VS. HERMES
ET. PETRONIA
TERTVLLINA. PA
RENT. FECERVNT
L. VOLVMNIO. MA
XIMO. F. V. A. VII. D. XIII

A gente *Volumnia* Volumnianum, vulgo *Valognana*, dictum eſt; quaſi fundus gentis *Volumniae*. Volumnianum caſtrum olim fuit ad gentem *Zucchiniam* ſpectans, in Dioeceſi Feſu-

ſulana, in Plebatu Sancti *Laurentii* ad Mirensù. Conſule ſuperius *pag.* 541.

D . M
M. MAIANIO
APOLLONIO
BABBIA. DAFNE
CONIVGI. SVO .
CARISSIMO
CVN. QVO VIXI
ANNIS. XIIX
BE ME FE

Heic *Maianiam* gentem videmus; eſt autem in agro Florentino & Faeſulano fundus *Maianus*, a quo forte haec gens nomen ſuum derivavit.

STATIAE. MATRI. SAC
Q. COELIVS. Q. L
APOLLONIDES
MAG. VICI
D. LAELIO. BALBO *CoS*
C. ANTISTIO VET

A *Coelio* poſſeſſore dictum putarem Montem Coelii, vulgo *Monticelli*, niſi apud Scriptores de re agraria *Monticellus* pro parvo monte occurreret. Coeliaula locos in Valle Peſae; non niſi *Coelii aulam* ſignificatam hoc nomine puto. Plebes Sanctae *Mariae* Coeli aulae occurrit ſuperius *pag.* 537. Corrupte *Celicitavole* etiam dicitur, ut videre eſt ſuperius *pag.* 155. & *Celiciaola* ut *pag.* 258. 269. Conſules denotant annum V. ante Aeram Vulgarem.

FVFIA. GENESIS
C. MAECENATIS
CESTI. V. A. XXII

Q. OPPI
PRISCI

APRILIS. CN. L
DOMITIA
AGATHOBVLA

IOVI. S. V. S. L

V ; F
C. GAVIVS. L. F. ASPER.
L. GAVIO. Q. F. PATRI
GRAECIAE. A. F. QVINIAE
MATRI.
A. GAVIO. Q. F. PATRVO
L. GAVIO. L. F. MANSVETO
FRATRI ; MIL. COHOR
XII ; VRB.
VIXIT. ANNOS. XXXVI.
MILITAVIT. ANNIS. V.

A gente *Gavia*, cuius mentio occurrit etiam ſuperius *pag.* 18. 24. *Gavianus fundus*, vulgo Gabianum, de quo mentio fit ſuperius *pag.* 234. & eſt in Mucello in Plebatu Sancti *Petri* ad Sevem, ut conſtat ex *pag.* 533.

va LERI
vixit AN. XXV
proc VLVS. FRATR
f ECIT
a NTAFO. M. I
pr OCVLO
AN. XXVII

Q. FLAVIO. PROBO
FILIO. AN. XXIII
L. FLAVIO. FVSCO
FILIO. AN. XXIII
COMMODIS . . . .
DECVRIONI . . . .
VSO D. D
IN. FR. . . . P. LXX
AG. LXXXX

D . M.
p ETRONIV
t ROPHIMV
TERTIAE
TYCHEN
VXORI
pie NTISSIM
IN. F. P. XV
in a G. P. V

A gente *Petronia* Petronianum dictum, cuius mentio fit ſuperius *pag.* 79. 141. 517. 535. 537. 539. 542. 633. quaſi fundus gentis *Petroniae*.

V ; F M

M ... ΓA
MISI. L ... APVLIA

AVGVSTALIBVS. EPVLVM. ET. PLEBI. VRBANAE. IN. SINGVLOS. HOM

P : PONTINIVS : P : L : PRIAMVS : SEX : VI·.·
FONTINIA : P : L : HERACLEA :

EX FIG. ASIN. MARCEL
OPVS. DOL. L. COPONI FORTVNATI

DIS. MANIBVS. ANTONIAE. M. L
AIHENAIDIS. ET. M. ANTONI. M L
FAVSTI. ANTONIA. PLEBEIA. ET
ANTONIA. STAPHYLE. PATRI. ET. MATR
BENE MERENTIBVS. FECERVNT

Staphyle : obſervandum pagos quoſdam in Etruria vocari *Steffoli*.

DIS. MANIB.
DOMITIAE. HYGIAE. T. F
CVRANTE
L. SESTIO. RVFO. CONIVGE. EIVS

NERVTI
M. TITIVS. MARTIALIS
ET. M. TITIVS. PYRAMVS
FRATRES. SEXVIRI
SIBI ET. CONIVGIBVS
CALPVRNIAE. MYRIALE
ET. TITIAE. SATVRNINAE. ET
APVSTIAE ROMANAE. MATERT
H . M . H . N . S
ET. PERCENNIAE. C. LIBERT. IVNICI

A gente *Titianum*, vulgo *Tizzano*, quaſi fundus gentis *Titiae*.

MAVORTI
M. CENTONIVS. SEX. F. POL. ANIQVO
IIIIII VIR. AVGVST. IIIIII. VIR
QVINQVEN. COLLEG OMNI ...
FABRVM
PROC. PECVN. PVBL ...

OB.

OB. MERITA. EIVS . . . .
Q. PACVVIVS. Q. F. POL. VIRIVS
CALVINVS. IIIIII. VIR. AVG. . . . .
II VIR. QVINQVENN. . . . . .
AVGVR
SIGNVM. AIRE. DEDERONT
PON. N. LXXV.

L. MAGILIVS. L. F. PAVLLI
NVS. VARISCVS. III. VIR
SIGNVM. ANCHARIAE
SVA. PEC. RESTITV
I. D. D. D.

P. IVNIVS. P. F. PVBLILIA
ARVVSIVS
FERSVLIS. MIL
CENTVR FABRICI
LEX. XI. CLAVD. P F.
MILITAVIT. ANNIS IX
VIX. ANN XLIX.
M. IIII. D XI.
H . S . E
IN FR. P. IIII. IN. AGR. P. IIX.

D M
L. TETTIO
PRIMITIVO
L. TETTIVS
ONESIMVS
ALVMNO

D M
L. TERENTIO
FIDO
ET NOVICIAE
CONTVBER
NALI EIVS
COLLEGIVS COM
PITALICIVS

D M
L. TERENTIO
HILARIO
L. TERENTIVS
CORINTHVS
FRATRI
PIENTISSIMo

A gente *Terentia* Terentianus fundus dictus eſt, vulgo *Terenzano*, in montibus Faeſulanis; a *Tettia* vero, *Tettianus*, vulgo *Tezzano*.

D M
FORTVNA
TAE
CONIVG.
KARISSIM
PVLYCHVS
B. M. P.

D · M
TI CLAVDI
FLORENTINI
NARCISSVS
LIB· ET
FRATER
B· M· F·

D OSSVAR M
CN· ACCEII· CN· L·
FELICIS· PVLLARI
VIX· AN· XXXIII· MENS· IV· D· X·

Gens *Accia* Florentina eſt. Adiſis ſuperius *pag.* 4.

OCTACILIA	V C· OCTAVIVS
M· L· HILARA	C· L· VRBANVS
MATER· VRBANI	PATER RVFI

D · M
RVSTICIANAE
FELICIAE
VIXIT ANNIS XVII
MENS· VII· DIEB·
XIIII· DIONYSI
VS CONIVGI
B· M· F·

L SATRI
APRILIS

V F
VERSINIA· Ↄ· L
TYCHE
P· ALFIO· ERASTO
NEGOTIANTI
MATERIARIO
COIVGI · BENE
MERITO

A gente *Alfia*, Alfianum in Valle Arni ſuperiori, ubi Coenobium Sancti *Hilari* ſitum eſt; & in agro Piſano. Conſule ſuperius *pag.* 203; 527.

L.

L. MAMILIVS
L. L. FAVSTVS. SEV. AVG.
MAMILIAE ACTAE VXORI
L. MAMILIO. L. F. ARN. MODESTO
SELECTO ET DECVRIONI
VIVOS. SIBI. ET. LIBERTIS. SVIS. FECIT
L. MAMILIO. EPINICO. SEVIR. AVG.
L. MAMILIO. ACTIO
CALLITYCHENI
L. MAMILIO. FAVSTO
L. MAMILIO. EVTYCHO
MAMILIAE. PYRALLIDI

Ant. Franc. Gorius Inſcriptionem hanc, licet mancam, edidit *Tom. III. Inſcript. Tuſcia pag.* 129. tamquam olim Florentiae exiſtentem; ſed verum eſt, eam Theate in Praetorio exſiſtere, ut in *Ephemeridibus Litterariis Flor.* anni MDCCLIV. *pag.* 136. videre eſt. Sed *L. Mamilius* ille potuit eſſe Sevir Auguſtalis Florentiae & Theate, & utrobique monumentum ſibi faciundum curare.

IMP. CAES. T. AELIO HADRIANO
ANTONINO. AVG. PIO
PONTIF. MAXIMO. TRIB. POTEST. II
COS. III. IMP. II. P. P
SENATVS POPVLVSQVE
FAESVLANVS

Monumentum poſitum anno a Chriſti ortu CXL.

M. ANNIVS M. F. PAL. AVGVSTIANVS
PROCVRATOR COLL. DENDROPH.
ROMANORVM. H. V. IN
QQ. EPVLVM D. D. ET X D DIVIS
PER GRAD.

Ab *Annia* gente Annianus fundus, vulgo *Agnano*.

P. VERRIO. P. F. SCAP. SEPTIMIO
VETERANO. COH. VII. PRAET
7. MVCRONI. RAVCI. VIX
ANN. LII. M. IX. D. XXI. HOR. III
MILIT. ANN. XIIX. M. VI. D. XVII.
C. VERRIVS. P. F. SCAPT. MOLON
PATRI. OPTIMO. POSVIT
CVM. VERRIAE. SEPTIMIANAE. P. F.
FESVLANAE. VIX. ANN
VIIII. M. X

A *Septimio* fundus Septimianus, vulgo *Settignano*.

DIS. MANIBVS
M. FERVIO. M. F. SCAP. GRA
TO VETERANO. PRAEF.
FABR. LEG. XXII. AVG.
FAESVLANO
VIX. ANN. LXVIIII. MENS. VIII

Mmmmmmmm *DIEB.*

Digitized by Google

DIEB. IIII. MILITAVIT. ANN.
XX. M. X. D. XVI. MANIA
FERVIA. SOROR. FIDELISS
EX. TESTAMENTO. F. C

AC VINCTIVS. ATITIA. C. L. ATILIA. C. I.

T. AVERRIVS· Q· F· SCAPT
FLACCVS· EQ· ROM
FAESVLANVS· VI· VIR
AVGVSTALIS
PATRONVS MVNICIP
....

T. QVINTIVS T· F
FLAMININVS
COS
PISAS

Haec Inſcriptio inventa fuit ad Lucianum, XIII. M. P. Florentia diſtans, ad Occaſum, in ſiniſtra Arni ripa; ſervabaturque in Coemeterio Sancti *Michaelis* Luciani. Conſule meum *Hodeporiton pag.* 37.

DAPHNVS· ET
CHRYSEIS
LACONIS· LIBERTI
FORTVNATO· SVO· V· A· VIII
BALNEO· MARTIS· PISCINA
PERIT

Hinc arguere eſt, Florentiae Balneum *Martis* exſtitiſſe; ſic forte dictum, quod templo *Martis* proximum eſſet. Templum autem *Martis* in Campo Martio, vulgo *Camarte*, ſurrexerit, ut Scriptores noſtrates tradunt.

D . M
DECRIAE FELICLAE
L. DECRIVS EPAFRODITVS
FILIVS ET
DECRIA DONATA
ALVMNA PARENTIBVS

TVNNI
IOVIS
C. CEVNA
IVSTVS
: : X : ARG : P : X
V : L : S

DIS. MANIBVS
CRISPINI. C. F. FELICIS
CORNELIA SVCCESSA
CONIVGI SVO B. M
. FECIT

MOD. . . . . .
SENTILIA
ASTEROPE
FRATRI PIENTIS
SIMO

D . . . . . .
. . . PVB FAV. . .
. . . TINIANO . . .
. . . . FILIO DVL
CISSIMO
. . . VB. SOL . . .

LIBRI PRIMI FINIS.

A P P E N D I X

IN QVA QVAEDAM SVPPLENTVR, INLVSTRANTVR CORRIGVNTVR

PAg. 4. Vitulique mactatione. *Lege*: Vitulique mactato.

Pag. 6. in Not. Col. 1. lin. 1. & 2. *Leg. VI. Cod. de officio Rectoris Provinciae.*

——— ——— Lin. 10. *poſt illud*: Iudices recognoſcant, *legatur*: non ſatis illi favet, quum in ea Lege de certa, & non de quacunque, Provincia agatur; quod patet ex eo, quod *periculoſa navigatio tempore hiemis* dicitur; adeoque Imperatores permittitunt Iudicibus, ut tunc in Rhodo Metropoli non hiement, ſed viciſſim in aliis quinque Vrbibus, quae potiores eſſe aſſeruntur. Lex itaque propria & ſpecialis eſt illius Provinciae, nec ad alias extendenda. Sic nihil efficit, quod *Strabo* dicit, Hiſpaniae Praeſidem nunc una nunc alia in urbe hiemare conſuevisse: id enim contigiſſe videtur, quod in Hiſpania & Africa mitis caeli temperies Provinciam commode ob re hieme etiam permittat; quod de Tuſcia adfirmari non poteſt. *Alia delenda a voce* recognoſcant, *uſque ad* Cetera autem.

Pag. 6. in Not. Col. 1. lin. 22. poſt illa: *Etruſcorum Lucus*: addatur: licet lectiones varientur in editionibus, et codicibus manu exaratis; ſed codex MS. omnium vetuſtiſſimus Richardianus punctum poſt *Lucus* tantum habet; nec in eo ſequitur *Feroniae* nomen. Quare ex dubia lectione *Sirmondus* argumentum eruere non poteſt.

——— ——— Lin. 25. poſt illud: *Volaterrae Etruſcorum*: addatur: Immo ex codice MS. Richardiano ſubſpicari datur, *Volaterranos* non ſimpliciter *Etruſcos*, ſed *Etruſcos Vulſienſes*, cognominatos fuiſſe; nullum enim punctum inter *Etruſci* & *Volſienſes*, vel virgola, interponitur. Scriptum eſt enim: *Volaterrani cognomine Etruſci Volſienſes*. In aliis autem codicibus eſt: *Volaterrani Volgentini cognomine Etruſci*; tranſpoſita perperam a Librariis voce *Volgentini*. Ceterum ſi idem *Plinius* de Populonia loquens ſcribit: *Populonium Etruſcorum quondam: hoc tantum in litore*; tantum indicat, *Populonium* cognomento *Etruſcorum* quondam fuiſſe, ſed ita vocari ſuo tempore iam deſiiſſe. Itaque ad ſummum dici poſſet, ſecundum diverſas aetates, fuiſſe quoque diverſas Etruriae Metropoles, modo Populoniam, modo Volaterras, modo alias; denique Imperii Romani temporibus Florentiam. Poſtquam autem a Gothis haec diruta eſt, modo Luca, modo Piſae, primas inter Etruriae Vrbes obtinuerunt, ut adfirmat V. C. *Lud. Ant. Muratorius Tom. I. Antiquit. Italic. medii aevi*.

Pag. 14. in Not. Col. 1. lin. 29. *pro illo*: tertio a Florentia lapide; *ſubſtitue*: in Valle Elſae.

Pag. 24. in Not. Col. 1. lin. 20. *pro illis*: Florentiae exſtat; *leg*: Florentiae exſtabat, et nunc in Cimeliarchio Mediceo eſt.

Pag. 74. in Not. Col. 1. lin. 22. lege; *Notaris ſub MCXL. VI. XL. Aprilis &c. Indict. III.* Quare locus ille Regeſti non facit ad rem; ſed alia loca, ex quibus patet, *Gothofredum* Epiſcopum anno MCXLVI. adhuc in vivis fuiſſe, ut videre eſt inferius *pag.* 737. 738.

Pag. 81. Col. 2. lin. 16. *vacevie*; lege *vacevit*.

Pag. 85. Col. 1. Quum Inſtrumentum confirmationis *a Sichelmo* Epiſcopo factae, corruptum ac depravatum, quale *Ferd. Vghellius* ediderat, produxerim, emendatius & melius autigraphum nactus heic iterum profero.

Dum in Dei nomine, Civitate Florentia, in atrio Domus Epiſcopatus S. Ioannis, Epiſcopio ipſius Civitatis, pro data licentia Sichelmi Epiſcopus in Iudicio reſediſſet Fridericus Vaſſus, & Miſſus Domini Imperatoris ſingulorum hominum iuſtitias faciendas ac deliberandas, reſidentibus cum eo Vbertus Sanctae Parmenſis Eccleſiae, Raineriu Senenſis Sanctorum Dei Epiſcopis, Adalbertus Comes, Petrus, Ingefredus, Aliperto, Ruſſari, Petrus Benedicto, Eriprando, Iudicibus Domini Imperatoris; Rodilando Vicecomes, Raynerius Comes, Gherardo, Vgo, Petrus, Raynerius, Ioannes, Leo, Tentio, Ioannis, & Auſuperto, Tauſeramo, Notarii Domini Imperatoris, Suppo, Rodulfo, Actio, Gerardo, Teuderico, & Actio, Winigildo, Sichelmo, Ardernedo, Rainerius,

Petrus

Petens, Raimberta, Raineri, Willelmo, Grimaldo, Lamberto, Ildebrando, Petrus, Gerardo, & Aldo, Teudo, & reliquis ibique eorom venerunt praeſentia.

Petrus, Dominicus, Leo, et Martino, Prebiteri, Hiudo, Rodilundo, Manfredus Diaconus Canonicus, & aſtendeeant ibi in eodem Iuditio una ſimul tum Petrus Iude, & Advocatus ipſorundem Canonici Cartula una offerſionis in qua continebatur in ea ab ordinem ſicut hic ſubtus legitur.

In nomine Domini Dei. Otto G. D. Imperator Auguſto, anno imperii eius tertio, menſe Iulio Indict. VII. feliciter. Dum fragilitatis humanum generis ultimum vitae temporis ſubitanea tranſpoſitia venturae, oportet ut non ea quam quam imperatum nec ſine aliquo boni operis reſpectum migrare de hoc ſeculo liceat, preparare oportet ſibi viam ſalutis per quem valeamus ante Mageſtatis tribunal Chriſti pervenire. Et ideoque ego in Dei nomine manifeſtum ſum ego Raimbaldus ſanctae Florentinae Eccleſiae Epiſcopus, quia per remedium animae b. m. Antecesſores mei & animae meae, ſea & per remedium animae de ſucceſſoribus meis per hanc Cartulam offerſionis nomen ad uſufructuandum dare, & efferre atque tradere praevidi in Canonica de Eccleſia veſtra S. Ioannis Baptiſtae: id eſt Eccleſia, quod eſt Plebem noſtrum S. Laurentis & S. Ioannis Baptiſtae tam curte & caſis omnibus illis, quae eſt poſita in loco Exima, tal vero ipſis tam de donnicatis, quamque & de maſſaritiis cum fundamentis vel univerſi fabricis ſuis curtis, ortos, terris, vineis, ſilvis, viegareis, pratis, paſcuis, ſilvis, olivetis, rebus cultis, & incultis ſimulque cum Eccleſia & titulis ſub gentis ipſius Plebe noſtrae in integrum cum omnia & in omnibus caſis & rebus quantas ubique & in qualibet locis & vocabulis & appendicis ad ipſam Plebem, & iſta curte & iam dictae Eccleſiis & titulis ſunt pertinentes, aut pertinere debentur in integrum in ipſa Canonica dare & efferre videor: id eſt omnem redditum & debitum & debiemtionem illam quantos ſinguli hominibus; qui ſunt habitantes in villis nuncupantes in loco poſita Pignano, Lesore, ſeu in loco Labricius, Curtiano, Domitiano, Barbarino ſeu Angelo, Bromagrano, Cialatico, vel per illis villis qui ad ipſa Plebe & omnibus ibi habitantes ſunt uut fuerunt conſuetudo tam vino, labori, oleo, beſtias, argentum, pannamenta, ferramenta, vel qualicunque movialius quae dici nec nominari poſſimus, per ad ipſam iſtam Plebem & cum iſta curte conſueti vel debiti ſunt reddendi aut in antea fuerit omnia & omnibus in integrum in ipſa Canonica dare, & offerre praevidi, & ipſi iſta Canonici quomodo ſunt aut eorum ſucceſſoribus ſemper permaneat poteſtatem omnibus praedictis caſis & rebus cum movilias, & familias, qui ad ipſa iſta Plebe ſunt pertinentes aut pertinere debentur, ipſi Canonici quomodo ſunt, aut in antea fuerint, habeant habendi imperandi laborare faciendi uſufructuandi, & in ipſa iſta Plebe per veſtrum diſpoſitionem officii Dei & luminaria & miſſa & inceaſum fieri debeam, factum & licentiam & poteſtatem habeatis vos Canonicis vel veſtris ſucceſſoribus vel cui vos dederitis vel habere, decreveritis, ſit permaneat poteſtatem & in ipſa Eccleſia veſtra movilias, intus ibidem mittendum & omnes movilias quam ibidem inveneritis, quae de iſtum Plebem & de iſta Corte pertinet aut pertinere debet foras trahendum & tollendum & faciendi & exinde vos vel ſucceſſoribus veſtris exinde omnibus quas vobis placuerit & quales exinde ſtabiles permaneant ſemper. Nam ego Raimbaldus Epiſcopus non habeat licentiam nec poteſtatem neque iſ praedicto Raimbaldus Epiſcopus, neque meis ego ſucceſſoribus de iſta Plebe cum iſta Curte & cum omnibus rebus ibidem pertinentibus ſicut ſupra dictum eſt, non habet licentiam nec poteſtatem nec in cambio neque pro libello nec per nullum beneficium dare debeat niſi ipſi iſti Canonici quomodo ſunt aut in antea fuerunt habeant ad uſufructuandum & faciendum quod voluerint. Et ſi forſitans ego quis Raimbaldus Epiſcopus vel meis ſucceſſoribus qui hunc ſcriptum offerſionis diſrumpere aut contrariare vel minuare aut in cambio aut pro libello, aut per quolibet ſcriptum vel ad Idaria ſubtraxerit & non permanſerit omnia, qualia ſuperius legitur aut ſcriptum eſt de Deum Omnipotentem exinde habeat tributorem & cum Iudas Iſcarioten habeat rationem in die Iudicii & du trecentum decem & octo Sanctorum Patrum qui Canones conſtituerunt & cum duodecim Apoſtolorum, & omnia Sanctorum occurrat ei in offerſionem & maledictionem. Ideo volo atque confirmamus ut Sacerdotus quomodo in ipſa Canonica ſunt vel eorum ſucceſſoribus incenſum & luminaria & officium Sacerdotalem diurno & miſſa & pſalmorum vigilia, facere debeant; & ſi neglexerint & non fecerint, Deum illorum requirant; et ſi forſitans ego quis Raimbaldus Epiſcopus vel ſucceſſoribus meis de iſta Plebe & de iſta Curte & de omnibus iſtis caſis & rebus & ſimulque cum Eccleſiis, & titulis, quae ſunt ſuggetti ipſius Plebis noſtrae aut de debito vel redditum, quem conſuetudo ſunt reddendi, aliquis ego Raimbaldus Epiſcopus vel ſucceſſoribus meis ſubtragere quaeſierimus, & omnia quae ſuperius legitur ante tribunal Chriſti deducat rationem, & inſuper componat ipſius Canonicas argentum

tum denarios ſolidos ducentos, & haec Cartula offerſionis uſque in finem ſeculi firma & illibata permaneat. Actum Florentia feliciter.

Ego Raimbaldus Epiſcopus ad noc ſecta St.

Ego Addolfo Archipresbyter St.

Iodo Archidiaconus St.

Ioannes D. & Vicedomni.

Ego Dominicus prebitee Canonicus, & Cardinalis St.

Sichelmus Diaconus St.

Ego Vrſefredus Peesbiter Canonicus, & Cardinalis St.

Ego Conſtantino Presbiter Canonicus, & Cardinalis St.

Ego Peteus Presbiter Canonicus, & Cardinalis St.

Ego Silveſter Presbiter Canonicus, & Cardinalis St.

Ego Ariberto Presbitee Canoonicus, & Cardinalis St.

Ego Petrus Prasbiter Caſtodes, & Canonicus St.

Ego Sigo Presbiter, & Cardinalis St.

Ego Petrus Diaconus, & Canonicus St.

Ego Leo Presbiter, & Canonicus St.

Ego Martino Presbitreo Cooonicus St.

Ego Dominicus Presbitseo Canonicus St.

Ego Petrus Presbiter Canonicus St.

Ego Ioannes Subdiaconus, & Canonicay, & Canonicus St.

Ego Martinus Presbitee Canonicus, & Cardinalis Subſc.

Ego Petrus Presbiter Canonicus St.

Ego Altiperto Iudex Domini Impeeatoris St.

Ego Gerardo Notacius rogatus ad Raimbaldo Epiſcopus St.

Ego Petrus Notarios, & Sceiba St.

Ego Petrus Notarios D. Imperatoris rogatus ad Raimbaldus Epiſcopus St.

Ego Amalbertus rogatus ad Raimbaldus Epiſcopus St.

Ego Petrus Notarius Domini Imperatoris ſcripto poſt traditam implevit.

Cartula ipſa offerſionis ibi in Iudicio oſtenſa & ab ordine lecta interrogati ſunt ipſe Petrus, Dominicus, Leo, Marsino, Prebiteri; Hindo, Rodilando, Mainfredus Diaconus, & Canonici Ecclesiae Epiſcopatui S. Ioannis, & Petrus Iudex Advocacus eorum ab his Iudicibus, & Auditores pro Cartula ipſa offerſionis in Iudisio oſtenſerunt; qui dixerunt ſree Cartala ipſa offerſionis ibi huic in Iudicio veſtris oſtruſimus preſentia, ut ne quislibet homo adverſus nos exinde aliquid dicere poſſit, quod nos eum ſilens aut occulta vel concludioſa habuiſſemus aut detenuiſſemus, & Eccleſiae illa, cui vocabulum eſt S. Laurentii, & S. Ioannis Plebem Baptiſmale ſita loco ubi dicitur Exinea, cum omnibus caſis & rebus ſeu redditum & debitionem ad eam pertinentibus habemus et detinemus ad pars prenominata Canonica ſequenter ipſa offerſionis Cartula; & ſi quis libet homo adverſus nos exinde aliquid dicere vellit, parati ſumus hic veſtris praeſentia tam eo in rationem ſtandum & legitime ſustiendum, & quod plus eſt, querimus ut dicat nobis iſte Sichelmus venerabilis Epiſcopus, & Petrus Iudex & Advocacus eius, & ipſius Epiſcopio, qui hic praeſent ſunt, ſi Cartula ipſa offerſionis, quas hic in Iudicio oſtenſimos, ſi bona & verax eſt, & legibus facta eſt; aut ſi praedictus quod Raymbaldus qui fuit Epiſcopus ea fieri rogavi & mana ſua firmavi, Eccleſia illa cui vocabulum eſt S. Laurentii & S. Ioannis Baptiſtae cum omnibus caſis & rebus ſeu redditum & debitionem ad eam pertinentibus nobis vel pars predicta Canonica contendere aut contradicere vult a numquibus ipſe Dominus Sichelmus Epiſcopus cum praedicto Petrus Iudex eius & ipſius Epiſcopio profeſſi & manifeſti dixerunt vera Cartula ipſa offerſionis quas hic in Iudicio oſtenſiſtis bonas, & veeas, & legibus facta eſt, & predicto quod Raimbaldus qui fuit Epiſcopus fieri rogavi & manu ſua firmavi & praedicta Eccleſia Plebe S. Laurentii & S. Ioannis cum omnibus eorum caſis & curtis ſeu redditum & debitionem adque rebus ad eam pertinentibus vobis vel pars praenominata Canonica veſtriſque ſucceſſoribus non contendimus neque contradicere quaerimus; neque praeſcriptiones neque per nullum argumentum ingenium, ſed ut diximus veſtra quis Canonici ad pars praedicta Canonica veſtriſque ſucceſſoribus ſequenter ipſa offerſionis pagina eſſe debent, & tum ipſe Sichelmus Epiſcopus & Petrus Iudex eius, & ipſius Epiſcopii Advocatus tali profeſſi & manifeſti dixerunt eſtorum eorum omnium pareis quis Iudicibus & Auditores, & iudicaverunt ut iuxta eorum altercationem & ipſius Domini Sichelmi Epiſcopi & Petrus eius, & ipſius Epiſcopio Advocatus ipſe Petrus, Dominicus, Leo, Martino, Presbiteri, Hindo, Rodilundo, Mainfredus Diaconus, & Canonici, & ceteriſque Canonici od pars praelibata Canonica, Eccleſia vero ipſa S. Laurentii, & S. Ioannis Plebe Baptiſmale cum omnibus caſis, & curtis ſeu redditum & debitionem cum omnibus rebus ad eam pertinentibus haberent & detinerent ſequenter ipſa offerſionis pagina, & manerent inde ſecuros & indemnis ſine contradictione ipſius Sichelmi Epiſcopi & Petri eius, & ipſius Epiſcopii Advocatus, vel Pars praedicti Epiſcopii, nam ipſe

ipſe Sichelmus Epiſcopus, & Petrus Iudex & Advocatus eius & ipſius Epiſcupio, vel Poro praedicti Epiſcopatoi, maneront inde omni tempore tacitos, & contentos ac remotos; & inſupre ipſe Frederitos Voſſus, & Miſſus Domini Impeeatoris pee fuſtem quas in ſuis detinebat minibus miſit bannum Domini Imprrotoris ſuper Eccleſia S. Laurentii, & S. Ioannis Plebe Baptiſmale, & inſupre caſis & omnibus rebus ſeu reddi tum & debitionem ad eam pertinentibus in mancuſos duo milia, ut nullus quislibet homo magna parvaque perſona prenominati Canonici, & ceteris Canonici eorumque ſucceſſoribus de predicta Eccleſio S. Laurentii, & S. Ioannis Plebem Baptiſmale cum omnibus caſis, & curtis ſeu redditum & debitonem cum omnibus rebus ad eam pertinentibus deveſtire preſumat; qui vero fecerit praedictos duo milia, mancuſos auri compoſituras ſe agnoſcat medietatem pars Camera Domini Imperotoris, & medietatem praedicti ſucceſſoribus & in ea manoſinitaeſt cauſa, unde hanc notitia pro ſecuritatem & futuram oſtenſionem eorundem Canonici oſtendenda fieri iuſſimus quidem, & ego Teupertus Notarius Domini Imperatoris, & iuſſionem Friderici Miſſo Domini Imperatoris, ſeu Iudicum admonitionem ſcripſi Anno ergo Domini Noſtri Ottoni glorioſiſſimi Imperatoris Auguſto, anno imperii eius in Italia ſexto, VII. Kal. Iulii, Inditione decima.

Fridericus Miſſus Ss.

Zenobius Epiſcopus Feſulanenſis Eccleſiae interfui.

Ego Rodelanda Vicecomes ibi fui.

Ego Vbertus Epiſcopus Parmenſis Ss.

Raynerius Epiſcopus Saonenſis Eccleſiae interfui.

Ego Rollatus Iudex Domini Imperatoris interfui.

Regembeldus Diaconus, & Primicerius interfui.

Benedictus Iudex Domini Imperatoris Interfui.

Petrus Iudex Domini Imperatoris interfui.

Petrus Iudex Domini Imperatoris interfui.

Petrus Notarius & Scabino interfui.

Vgo Notarius interfui.

Aſibeeto Notarius Domini Imperatoris ibi fui.

Ego Ioannes Notarius interfui.

Ego Stalberto interfui.

Ego Rainer ibi fui.

Ego Rainaldo Notarius Domini Imperatoris ibi fui.

Pag. 89. Col. 2. pro *Capertus Notarius*; Lege *Theupertus Notarius.*

Pag. 91. Col. 1. Quum deſit titulus Epiſtolae *Attonis* Epiſcopi, heic ita ſuppleudus eſt: *Sanctiſſimo & omni veneratione colendo Domino Beatiſſimo Papae Benedicto IX. opere & nomine, Florentinae Eccleſiae Epiſcopus perpetuum in Domino famulatum.* Quaedam inſuper in hac Epiſtola reſtituenda atque aliter legenda, ut Col. 1. *Beatitudinis praemia per iuſtitiae opera &c. ſuper multa te conſtituam &c.* Col. 2. *ut antiquus Eccleſiae mos obtinuit, Domino decenter militare cognovi &c. Iuxta Florentinam urbem &c. Plebem de Exinea &c. Tenzo filius Lepigi &c. Quaecumque Primiceriis beneficia fuerunt &c.* Pag. 92. Col. 1. *Vel alterius alius Domini timentis cuſtodia &c.* Col. 2. *Imperante Conrado &c.* Subſcriptiones vero Epiſtolae ordine & numero variae admodum ſunt in antigraphis meum exaratis.

Pag. 99. Col. 1. Lege: Erat igitur Florentiae *Leo IX.* III. Id Iulias; & tunc contigit, quod in laudata *S. Ioannis Gualberti* Vita &c.

Pag. 103. col. 2. lege: Quum enim illud Idibus Februarius anno MLXVIII. contigiſſet, &c.

Pag. 107. col. 2. videtur legendum: *Cartem Caccerini cum proprietatibus, &c.* inſinuantibus iis, quae habentur *pag.* 99. & 109. &c.

Pag. 157. col. 2. Quum Diploma *Friderici I.* Imperatoris ſatis corruptum, & depravatum ediderimus; nunc emendatius ex aliis antigraphis, & melioribus coniecturis, heic iterum producere.

In nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis. Federicus Divina favente clementia Rom. Imp. ſemper Auguſtus. Imperialis Eminentie Celſitudo preclare ſuorum fidelium ſervitia pro oculis ſue Maieſtatis ſemper habere conſuevit, nobiles quoque viros, & eos qui pro dilatando Imperialis Corone ſolio tempore pacis, & guerre fideliter, & ſtrenue plurimos labores, & maximas expenſas toleraverunt, congruis honoribus & amplioris gratie beneficiis decorare. Quapropter univerſorum Imperii noſtri fidelium per Italiam exiſtentium preſens noverit etas, & ſucceſſura poſteritas, quod nos ex conſueta benignitatis noſtre gratia dilectum fidelem Principem noſtrum Comitem Albertum de Prato, & eius legiptimos heredes, & omnia que habet, & detinet, vel alii nomine ſuo habent, vel detinent, ſive habiturus eſt, & quecumque ſunt in ſuo diſtrictu, ſub noſtra Imperiali protectione ſuſcepimus. Concedimus quoque predicto Comiti Alberto, atque donamus, & reſtituimus quodcumque Comes Albertus avus eius, & filii & nepotes habuerunt, quod non ſit ab avo alienatum, & alicuius nomine ſuo, vel ipſe quoquomodo habet, vel habuit. Reſtituimus etiam predi-

dus cto

Digitized by Google

ſto Comiti Alberto quicquid avos eius Comes Albertus, & filii & nepotes a ſe alienaverunt de Comitatu ipſorum, & quecumque alii homines de Comitatu ipſorum alienaverunt, ſicut ordinatum eſt in Ronchalia. In omnibus autem rebus, & poſſeſſionibus, & diſtrictibus infra nominatis, & in omnibus aliis que habet, vel habuit, de conſilio noſtrorum Principum, ſpeciali largitate & prerogativa omnia regalia, & iura, & omnem noſtram iuriſdictionem, quam habemus, & que vel ad nos, vel ad Imperium ſpectat, quorum nomina ſunt hec. Caſtrum videlicet de Prato cum Aiolo, & Canonicha, & cum omnibus ſuis pertinentiis & diſtricto, & Magnum, Capraria, Simontanum, Quarantula, Lieignanum, Salevulpe, Pogna, Fondignana, quarta pars de Catignano, Caſtellum Florentinum, Ripamortara, Montecalliari, Bagole, Collebargianum, Petracorbaria, Ilei, Cornia, Caſtelliina, Bneignanum, Cavoranum, Scarinum, Mangone cum Cirignano, Bruſcolo, Serravalleſe, Rocca Confienti, Monticellum, Arcaza, Cerbaria, Vergnio, Monſacutus, Bargi, Pidierla, Certaldo, Calu, Rocca de Vico, Camugnano, Baragazza, Limogno, Caſtilione, Creta, Mucone, Pilianum cum Spargo. Hec omnia cum omnibus aliis a Comite Alberto, vel ab aliis nomine ſuo poſſeſſa, cum curtibus, diſtrictibus, & pertinentiis ſuis in alpibus, vallibus, montibus, planuriis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, inſulis, fluminum ripis, pedagiis, theloneis, mercatis, & mercatorum conventiis, paſcuis, padulibus, ſalcetis, ſilvis, cultis, & incultis, diviſis & indiviſis. Conſtituimus etiam ei uſuarias ſuiſque legitimis heredibus, & bonas conſuetudines, quas domus ſua ſolita eſt habere tam in Civitatibus, quam extra, in caſtellis, villis, & diſtrictibus. Concedimus etiam ei & ſtatuimus, ut hec omnia predicta Imperiali authoritate libere habeat, & abſoluta poſſideat, ab omnium hominum petitione in perpetuum, omniumque hominum moleſtatione cauſatione contradicentie, remota. Inſuper aquarum portibus & navigiis. Statuentes ergo iubemus, ut predictum Comitem Albertum in hac noſtra donatione nullus Archiepiſcopus, nullus Epiſcopus, non Dux vel Marchio, non Comes, non Civitas, non Poteſtas, non Rectores, vel Conſules, nullum Commune, nullaque perſona magna vel parva, moleſtare, vel inquietare, vel diſveſtire, preſumat. Huiuſmodi rei teſtes ſunt.

Henricus Leodicenſis Epiſcopus.
Chriſtianus Cancellarius.
Otto Palatinus Comes.
Marcovaldus de Grimbach.
Comes Leobardus.
Marchio Montis Ferrati.
Comes Blandranenſis.
Blezo Sacri Palatii Iudex.
Mantuanus Epiſcopus, & alii quamplures.

Si quis vero hanc noſtram auctoritatem violare preſumpſerit, mille libras auri pro pena ſe compoſiturum cognoverit, dimidium Camere noſtre, & dimidium predicto Comiti. Ut hec autem melius credantur, & ab omnibus conſerventur, preſentem paginam ſcribi, & ſigillo noſtro iuſſimus premuniri.

Signum Domini Federici Romanorum Imperatoris Inviſtiſſimi.

Ego Criſtianus Curie Cancellarius Vice Domini R. Colonienſis Archiepiſcopi, & Italie Arcicancellarii recognovi.

Actum quoque eſt anno Dominice Incarnationis milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto, Indictione XI. Regnante Domino Federico Rom. Imperatore Sereniſſimo, anni Regni eius XII. Imperii vero X.

Datum Papie quarto Idus Auguſti.

Pag. 203. col. 2. In Diplomate *Henrici VI.* quaedam ſupplenda, quaedam etiam aliter fortaſſis legenda. Itaque poſt illa: *in Ecleſia Sancti Mauri, quae in Pagnano, cum pertinentiis ſuis, tam in terris, quam in aquis,* lege: *in Eccleſia Sancti Martini de Micignano cum pertinentiis ſuis; in Eccleſia de loco Pezotule cum pertinentiis ſuis; in Monaſterio de Agnano; in Caſtro Boiacum, ſeu Biovini, cum pertinentiis ſuis, tam in terris, quam in flumine Decumano; in Eccleſia de Volpoiano cum pertinentiis ſuis, tam in poſſeſſionibus, quam in flumine Muſione; & poſſeſſiones quas habet in Curte de Rinsine, & in Curte Sancti Gaudentii, & poſſeſſiones, quas habetis in Ravirona, & in Posti, & in Curte Montis Boni, &c.*

Pag. 225. col. 1. Adnot. *a. Pro* in Clanti regione, *lege:* In Valle Arni ſuperiore.

Pag. 238. col. 1. *lege:* Epiſcopo Bothrontinenſi.

Pag. 252. col. 1. lege: *ſub MCCLIX. die XIII. Menſis Septembris, Indict. II.*

Pag. 323. col. 1. *ubi legitur:* quatenus ier . . . . . iudicii, *ita ſupplendum;* Quatenus ſecundum recti iudicii.

——— ——— col. 2. *ubi legitur:* fungimur . . . . . oportet, *lege:* fungimur prae ceteris oportet.

Pag. 324. col. 2. *lege, & ſuple:* totius Concilii oſtendere poſſim. Tunc Leo Pontifex, & univerſalis Papa, & Hludovicus piiſſimus Imperator, ex decreto totius Concilii, utriſque partibus induciis uſque, &c.

——— ——— *alii legunt:* Taiprandus Proepiſcopus Cluſinae Eccleſiae.

Pag. 325. col. 1. *legatur:* Tunc nos Leo Pontifex univerſalis Papa, & Ludovicus Imperator, iuſſimus exhiberi Sacerdotes, alioſque fideles. Qui ſubito vocati ſunt in conſpe-

ſpectu magni Concilii. In primis venit Giſalprandus de Plebe Sancti Quirici in Auſenna. Aripaldus Presbyter, & Monachus de Plebe Sancti Stephani in Cignano. Giſlerius Archipresbyter Sanctae Mariae in Pacina; Adalprandus Presbyter de Plebe Sanctae Mariae in Caleco; Malpertianus Presbyter de Plebe Sanctae Mariae de Solete; Lanfredus Presbyter de Plebe Sanctae Mariae de Cuſona; Bolinus Archipresbyter de Plebe Sancti Viti Vitaliano; Agiprandus Presbyter de Plebe Sancti Andreae Malcino; Leutarius Presbyter de Plebe Sanctae Mariae in Sexta; Alipertus Archipresbyter de Plebe Sancti Donati de Cilliano, &c. *Ex his corrigenda alia nomina quae in progreſſu occurrunt.*

Pag. 326. col. 2. & Pag. 327. col. 1. ſubſcriptiones Epiſcoporum in alio exemplari, ita habent:

Leo Dei gratia, &c.
Hemrigus Epiſcopus Pariſii.
Ioannes Epiſcopus Piſae.
Dominicus Epiſcopus Centumcellenſis.
Ambroſius Epiſcopus Lucenſis.
Andreas Volterrenſis Epiſcopus.
Petrus Epiſcopus Vrbevetanus.
Ioſeph Archicappellanus Dom. Imperatoris.
Odiſius Epiſcopus Piſtorienſis.
Ioannes Epiſcopus Tuſcanenſis.
Ioannes Archiepiſcopus Ravennae.
Donatus Epiſcopus Feſulanus.
Otho Epiſcopus Ruſellanus.
Petrus Epiſcopus Spoletanus.
Angelbertus Archiepiſcopus Remenſis.
Gherardus Epiſcopus Florentinus.
Terrimondus Epiſcopus Sanenſis, &c.

Ex his reſtituendae ſunt ſubſcriptiones, & verae lectiones, apud *Caeſarem Baronium*, qui ad annum DCCCLIII. hoc Concilium cum ſubſcriptionibus LXVII. Epiſcoporum exhibet. De vero autem huius Concilii anno conſulendus eſt Vir Clariſs. *Ioſeph. Garampius*, in opere de Numo *Benedicti III.* Pont. Max. *pag.* 77.

Pag. 327. col. 1. Inter Iudicatum *Leonis* Papae IV. & Acta *Benedicti* Portuenſis Epiſcopi, quae Acta prodiit etiam in *Deliciis Eruditorum* ad *Chronicon Pontificum Leonis Vrbevetani*, *pag.* 274 interſerendum fuerat Iudicatum *Caroli Craſſi* Imperatoris, anno DCCCLXXXI. celebratum, in quo eadem cauſa deciſa fuit. Hoc itaque hic ſuppleo ex *Antiquitatibus Italicis medii aevi Ludovici Antonii Muratorii*, *Tom. II. pag.* 931.

Dum in Dei nomine, Civitate Sena, in Domum Epiſcopii ipſius Civitatis, intus Caminata, ubi Domnus Karolus Piiſſimus Imperator in iudicio reſidebat, adeſſent cum eo Berengarius Marchio; item Berengarius, Walfredus, Bertaldus, Winigiſus, Gotfredus, Adelbertus, Maurinus, & Erardus Comitibus; Liuto, Maginfredus, Amelbertus, Ribaldus, & Berardus Vaſſi idem Auguſti; Petrus, Fulbertus, & Veſepertus Iudices ſacri Palatii; Faruſſus Comes Domni Apoſtolici, & reliqui multis; ibique veniens Iohannes venerabilis Epiſcopus Sancte Aretinenſis Eccleſie, una cum Suppone, & Gumpertus Advocatore predicte ſue Eccleſie, & retulerunt: Abemus, & detinemus ad partem predicti Epiſcopii Aretinenſis ad proprietatem Eccleſias Sancti Anſani, & Sancti Stefani . . . . . Eccleſiam Sancte Marie in Coſana, Eccleſiam Sancti Ipoliti in Sextiano, Eccleſiam Sancti Iohannis in Rancia, Eccleſiam Sancti Andree in Malceno, Eccleſiam Sancti Petri in Pava, Eccleſiam Sancte Marie in Pacina, Eccleſiam Sancti Quirici, & Iohannis in Vicofalcino, Eccleſiam Sancte Reſtitute in fundo Sexiano, Eccleſiam Sancti Felicis in Tuana, Eccleſiam Matris Eccleſie in Miſulas, Eccleſiam Sancti Valentini in Caſale Vrſino, Monaſterium Sancti Petri de Axo, Eccleſiam Sancti Viti in Rutiliano, & Sanctae Matris Eccleſie in Caſtello Polloclano, Eccleſiam Sancti Viti in Verſure, Eccleſiam Sancti Donati in Cicilisno. Eccleſiam Sancte Marie in Saltu, Eccleſiam Sancti Viti in Prunisno, & Eccleſiam Sancti Quirici in Oſſina, cum Oraculis, & omnibus rebus, & caſis maſſaricis ad eas pertinentibus. Sed, ut audivimus, pars iſtius Epiſcopi Aretinenſis velleant inde agere. Unde ipſe Iohannes Epiſcopus, & predictos Advocatores ſuos Suppo, & Gumpertus miſericordiam ſupradicti Domni Karoli glorioſi Imperatoris poſtulaſſent, ut ſue mercis exinde per circa manentes homines idoneos ipſius finibus Aretinenſis, & Senenſis, qui ibi ad preſens erant, inquiſicionem facere iuberet, & iuſtitiam ipſius Epiſcopati Aretinenſis inveniret. Cum ipſe Iohannes Preſul, & predicti Advocatores taliter ipſe Auguſtus poſtularet, ſue conſuetudinis miſericordie motus, eorum obaudiente poſtulationibus, taliter homines ipſius Civitatis Aretinenſis, & Senenſis, quos dicebant inde veritatem ſirent, ſui venire preſentia. Ita ſunt Offo, Rigibaldus, Aldo, Soavericus, Rodericus, Amelfredus, Leo, Ato, iſti de Aricio: Cienus, Dioniſius, Erembertus, Boſo, Gumfredus, & Gervinus, iſti de Sena. Et cum omnes teſtificati fuiſſent, quod bonus & receptibiles, & unuſquiſque ſuorum aberent Widrigildum, fecimus aduci ſancta Dei Evangelia; & unus ad unus ad ipſa ſancta Dei Evangelia iurati dixerunt, ut quicquid denominatas Eccleſias, unde contencio erat inter pars Epiſcopii Aretinenſis, & pars Epiſcopii Senenſis, fireur, certam dicerent veritatem. In primis nominatus

Digitized by Google

tus Oſſo, poſtquam iuravit, inquiſitus dixit: Sio predictas Eccleſias cum Oraculis & caſis, ſeu rebus ad eas pertinentibus, unde contencio eſt inter pars Epiſcopi Aretinenſis, & pars Epiſcopi Senenſis odie, per quadraginta annos abeat, & poſſideat ad proprietatem pars Eccleſie Aretinenſis. Nominatus Rigibaldus, Aldo, Suavaricus, Rodericus, Amelfredus, Leo, & Ato, omnia, poſtquam iuraverunt, inquiſiti dixerunt, ſicut nominatus Oſſo. Nominati Cienus, Erembertus, & Boſo ſimiliter dixerunt, ſicut nominatus Oſſo. Dioniſius, Gumfredus, & Gervinus, poſtquam iuraverunt, inquiſiti dixerunt, a quo memorate ceperunt Eccleſias ipſas, unde ſupra intencio eſſet, aut abeunte a proprietate pars Eccleſie Aretinenſis fierent. Winigiſus Comes, Ragiourius Abbas, & Fatalfus a commemorare ceperunt, dixerunt, ſicut nominatus Dioniſius, adiurati ab Ipſo Auguſto. Interrogatus Lupus Epiſcopus Senenſis, & Gaidoaldo Avocatore ſuo a Domno Karolo piiſſimo Auguſto, quod contra hanc inquiſicionem dicere vellet, ad hec reſpondens iam dictus Lupus Epiſcopus Senenſis una cum Gaidoaldo Avocatore ſuo: Vere de predictas Plebes cum Oraculis, vel decimis, atque rebus inibi aſpicientes, & pertinentibus, unde iſti bonos & credentes homines per inquiſicionem teſtimonium dixerunt, veritatem dixerunt, quia in omnia ſic eſt veritas quomodo ipſi dixarunt, & pars noſtri Epiſcopii Senenſis nihil pertinet ad habendum, & ipſas Plebes nec contradiximus, nec contradicere querimus, quia cum Lege non poſſumus, eo quod exinde nullam firmitatem, nullamque racionem inde habemus, nec invenire poſſumus, per quam iam dictas Plebes cum Oraculis vel Decimis, cum omni integritate inibi pertinentibus a pars ipſius Epiſcopii Aretinenſis aliquid contradicare aut ſubtrahere poſſimus. Cum ipſe Lupus Senenſis Epiſcopus una cum Gaidoaldo Avocatore ſuo taliter ſemel, & bis profeſſi & manifeſti fuiſſent, rectum eorum omnibus paruit eſſe, & iudicaverunt, ut iuxta eorum altercacionem, & eorum Luponi Senenſi Epiſcopo, & Gaidoaldi Avocatore ſuo profeſſione, Plebes illas predictas per ſingula loca cum Oraculis vel decimis, cum omnibus rebus inibi pertinentibus, unde agebantur, pars ipſius Epiſcopii Aretinenſis Eccleſie haberet; & ipſe Lupus Senenſis Epiſcopus cum ſuo Avocatore Gaidualdo pars Epiſcopii Senenſi a modo & in antea manerent inde taciti & contenti. Et finita eſt cauſa. Et hanc noticia, qualiter ipſe Auguſtus ipſa inquiſicionem ſui preſantia fecerat pro ſecuritate ipſiea Epiſcopii Aretinenſis, mihi Raidulfi Notario ſui Palacii ſcribere iuſſit, Anno Imperii idem Dom-

Domni Karoli Primo, Menſe Marcio, Indictione Quarta decima.

Signum ✠ manus Bertaldi Comiti, qui interfuit.

Signum ✠ manus Berengerii Comiti, qui interfuit.

Signum ✠ manus Liutoni Vaſſus idem Auguſti, qui interfuit.

✠ Petrus Iudex Domni Imperatoris interfui.

✠ Fulbertus Iudex Domni Imperatoris interfui.

✠ Virpertus Iudex Domni Imperatoris interfui.

✠ Martinus Iudex Domni Imperatoris in parte ibi fui.

✠ Criſtianus Iudex Domni Imperatoris interfui.

✠ Morinus Comes ibi fui.

✠ Ego Ganſo ibi fui.

✠ Ego Griffo ibi fui.

Quum Bullas quaſdam Romanorum Pontificum ad hanc controverſiam aliquo modo pertinentes invenerim; eas heic ſubdere lubuit. Sunt autem inſequentes, *Stephani IX.* ſcilicet, data anno MLVII. & *Honarii III.* data anno MCCXX.

Stephanus ſervus ſervorum Dei. Convenit Apoſtolico moderamini, pia religione pollentibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentum animis affectione impertiri ſuffragium. Quapropter notum ſit omnibus Sanctae Dei Eccleſiae fidelibus, & noſtris praeſentibus ſcilicet, & futuris; quod nos interventu Arnaldi Epiſcopi Arretini ſequentes veſtigia beatiſſimae memoriae Domini Victoris praedeceſſoris noſtri confirmamus, & noſtra Apoſtolica auctoritate corroboramus, omnia quaecumque Canonicis Sanctae Arretinae Eccleſiae, iuſte data, & legaliter collata ſunt, ſive a Regibus, ſive a Praeſulibus Sanctae Arretinae Eccleſiae, ſive etiam ab aliquibus Sanctae Dei Eccleſiae fidelibus pro redemptione animarum ſuarum conceſſa ſunt. Si quis vero deinceps in eandem Canonicam Beati Donati Arretini Epiſcopi, & Martyris de rebus propriis aliquid conferre voluerit, tam in Comitatu, Caſtello, & quam in aliquibus aliis locis, noſtra fultus auctoritate licentiam dandi, & pro remedio animae ſuae largiendi, Beato Donato ad uſum, & ſumptum Fratrum Canonicorum, in eadem Beati Donati Canonica famulantium, ſine alicuius magnae parvaeque perſonae interdicto, ipſaque donatio, ſive largitio, ab omni Fiſcali illuſione perpetuo maneat abſoluta. Quicumque vero huius noſtrae confirmationis, ſeu largitionis violator extiterit noſtra Apoſtolica auctoritate excomunicatus perpetui anathematis iaculo feriatur.

Scriptum per manus Gregorii Notarii, & Camerarii Sanctae Apoſtolicae Sedis in Menſe Novembris, die 19. Indictione XI.

Datum Romae X. Kalendas Decembris per manus Humberti dicti Epiſcopi Siluae Candidae, & Bibliothecarii S. R. & Apoſtolicae Sedis. Anno Deo propitio MLVII. Pontificatus Domini Stephani noni, primo, Indictione XI.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ven. Fratri Epiſcopo Florentino. Te pro Eccleſia tua, & Ven. Fratre noſtro Martino Aretin. Epiſcopo. pro Eccleſia ſua. & Bernardino Procuratore Ven. Fratris noſtri. Boni filii Epiſcopi Senen. in noſtra preſentia conſtitutis idem Procurator ſuper Plebibus Sancti Felicis. Sancte Marie in Pagina. Sancti Iohannis in Veſcone. Sancte Agathe in Aſciano. Sancti Viti in Verſure. Sancti Victoris in Rapulano. Sancti Quirici in Oſenna. Sancte Marie in Coſona Sancte Marie in Pava. Sancte Marie in Salto. Sancte Reſtitute. Sancte Marie in Sexto. Sancti Viti in Corſinano. Sancti Andree in Malcen. Sancti Stephani in Cennan. Sancti Donati in Cilian. Sancti Petri in Meſſulis. & Canonica Sancti Anſani cum pertinentiis ſuis. movit adverſus Aretinam Eccleſiam. queſtionem, poſſeſſorium, & petitorium intentando. lite itaque ſuper premiſſis coram nobis legitime conteſtata. nos viſis documentis ab utraque parte productis. & auditis hinc inde propoſitis. te nomine ipſius Eccleſie Aretinenſis ſuper premiſſis Plebibus ab impetitione partis alterius quo ad poſſeſſorium, & petitorium duximus abſolvendum: ſuper hiis parti adverſe perpetuum ſilentium imponentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre diffinitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii 6. Kal. Iunii, Pontificatus noſtri anno Quarto.

Epiſcopus hic Florentinus eſt *Ioannes Veliternus*.

Pag. 334 in textu lin. 4. *poſt* vocabant *legito*: Denique in Placentina Dioeceſi alia eſt Eccleſia &c.

Pag. 335. col. 1. *poſt*: minime conſtet, *deleantur ſequentia*: ſi excipias Eccleſiam D. *Minerii* in Faugnana, ſuburbio oppidi Montenſis.

Pag. 339. Diploma *Friderici I.* mancum mutilumque eſſe videtur; & ſupplendum eſt ex aliis ſimilibus Diplomatis, quae proferuntur *pag.* 352. 383. 445.

Pag. 343. col. 1. *lege*: Ildebrandinus Ioſeph, Anſelmus &c.

Pag. 389. col. 2. lin. 2. *lege*: *pag.* 375. & *inferius lege*: erat anno MCCIX.

Pag. 393. col. 2. *lege*: sive Domini Thedicii Colonienſis Archiepiſcopi.

Pag. 396. col. 1. *lege*: *Maratte* Comitis filium fuiſſe *Frontonem*.

Pag. 416. col. 2. *lege*: ut gravium tribulationum periculis.

Pag. 436. col. 1. *lege*: Anno MCCCXXVIII. Commune Sancti Miniatis.

Pag. 439. col. 2. Quaedam, quae hic de Humiliatis dicuntur, emendantur inferius pag. 953. Tom. II.

Pag. 464. col. 2. *lege*: Gulglielmo de Pietracupa.

Pag. 490. col. 2. *pro* Corpuſtum, *lege*: Corpus Sanctum; *&* *pro* Dattariam, *lege*: Gattariam.

Pag. 530. Multa nomina corrupta ſunt in Catalogo Eccleſiarum Florentinarum, qui hic producitur, quae nomina corriguntur ſparſim, & ſimul etiam, in huius operis Tomis ſequentibus. Nihilo tamen minus, aliqua heic corrigere adridet: licet Catalogus ille excuſus fuerit ſecundum exemplar MS. Roma miſſum, in quo nomina ita corrupta legebantur.

Pag. 532. col. 2. lege: *Sancti Silveſtri de Ruffiorana.*
——— *S. Donati de Loriano.*
——— *S. Marcae de Marcialla.*
——— *S. Martini de Bagnolo.*
——— *S. Luciae de Collena.*
——— *S. Stephani de Secriano.*
——— *S. Martini de Fabio.*
Pag. 533. col. 1. *S. Petri de Ponte.*
——— col. 2. *S. Benedicti de Mezzalla.*
——— *S. Iuſti de Fortonis.*
Pag. 534. col. 1. *S. Romuli de Campeſtri.*
——— *S. Stephani in Botena.*
——— *S. Mariae de Roſtolena.*
——— col. 2. *S. Petri de Colognole.*
——— *Plebei S. Martini de Viminicio.*
——— *S. Nicolai de Colcelli.*
——— *S. Mariae de Caburaccia.*
——— *S. Mariae de Decomano.*
——— *S. Martini de Raſoria.*
Pag. 535. col. 1. *S. Mariae de Fornello.*
——— *S. Stephani de Pitello.*
——— *S. Martini de Coona.*
——— *S. Marcae de Pontanico.*
——— col. 2. *S. Mariae de Marcialla.*
——— *S. Mariae de Caſavecchia.*
Pag. 536. col. 2. S. *Donati de Catiniano.*
Pag. 537. col. 1. *S. Rufiniani de Monte Sancto.*
——— *S. Martini de Partina.*
——— *S. Martini de Pineta.*
Pag. 538. col. 1. *S. Mariae de Vitrorme.*

Pag. 594. col. 2. *lege*: non OT'νίων, ſed O'νίων legendum puto.

Pag.

Pag. 642. col. 1. *lege : ab Epiſcopatu Gianni Burgnonic*.

Pag. 674. col. 1. *pro* Corpuſtum *lege* Corpus Sanctum.

Pag. 688. CVM PYRRHO REGE legendum pro TYRRHO.

Supplendum quoque eſt, ut ſequitur.

Pag. 383. col. 2. *poſt verba illa : Arnaldum* electum fuiſſe Epiſcopum *anno addatur* : Eccleſia haec, qua de agit *Borolius* eſſe videtur Eccleſia Sancti *Mineatis* in Alina, cuius alteram medietatem *Theodaldus* Epiſcopus Arretinus Monaſterio Sancti *Salvatoris* Campi Malduli, ſeu Camalduli, anno MXXVII. donaverat. In *Annalibus Camaldulenſibus Tom. II. pag.* 353. creditur eſſe idem Eccleſia Sancti *Mineatis* in Aline, & Eccleſia Sanctorum *Barptolomaei* & *Mineatis* in Agna; cuius alterom medietatem *Immo* ſeu *Hiremfredus* Epiſcopus pariter Arretinus eidem Monaſterio Sancti Salvatoris anno MXXXVII. largitus eſt. Diploma *Theodaldi* Epiſcopi ex laudato Tomo *Annalium Camaldulenſium pag.* 9. hic edimus.

In Nomine Sancte & individue Trinitatis. Theodaldus ſancti Donati vicarius. Si ſervis Dei, eiſque maxime, qui divine contemplacioni inſiſtunt, de bonis Eccleſie vite neceſſaria conferimus, ſanctorum Patrum ſtatuta procul dubio ſervamus. Dignum quippe eſt, ut bis, qui intra ſanctam Eccleſiam mentes ſuas in celeſtibus defixas babent, Rectores Eccleſiarum temporalia commoda ſubminiſtrent. Quapropter omnium fidelium Chriſtianorum hoc dilectio noverit, quo nos ob amorem pie memorie ſpiritualis Patris noſtri domni Romualdi clariſſimi eremite, communi conſilio & conſenſu fratrum clericorum noſtrorum, donamus & conſedimus pro remedio anime noſtre, omniumque ſucceſſorum noſtrorum epiſcoporum domno Petro venerabili eremite ad uſum & ſumptum confratrum eremiticam vitam ſub eo ducentium, ſuiſque ſucceſſoribus eremitis quondam eccleſiam in mediis alpibus iure epiſcopii Sancti Donati, quam nos rogatu prefati domni Romualdi eremite conſecravimus ſub honore, & nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſancti Salvatoris, conſiſtentem in territorio Arretino ad radices alpium dividentium Tuſciam & Romaniam, in loco qui dicitur Campo Malduli per ſua loca deſignata. Primo igitur latere percurrit rivus, qui vocatur Niger, cui e contra obviat quidam alius rivus, qui dicitur de Tellito, ambo pariter emergentes in rivum cuiuſdam fluminis. De ſecundo latere eſt via deſcendens a ſummis iugis alpium. De tertio latere ſunt ſeri montes apud intonſa iuga Alpium. De quarto latere ſunt ſilveſtria prorumpentia in prefatum rivum Nigrum. Intra prefixos igitur terminos exiſtit ille locus; qui dicitur Campo Malduli; campus ſpecioſus & amabilis: ſeptem puriſſimi ſontes & amena vireta. Hunc igitur locum domnus Romualdus pius eremitarum pater delegit, & providit aptiſſimum contemplative vite Deo ſervientium. Conſtructaque inibi Baſilica ſancti Salvatoris quinque cellulas cum ſuis tabernaculis ibidem diſtinxit, atque ab invicem ſeparavit. Sed & ſingulis cellulis ſingulos deputavit fratres eremitas, qui ſecularibus curis, & ſollicitudine remoti, ſoli divine contemplacioni inſiſtant. Quibus etiam Petrum venerabilem eremitam tamquam fidelem miniſtrum & preceptorem dedit. Cui nos quoque cum noſtris poſteris ſucceſſoribus, ut cum denominato ſancto viro Romualdo ſcilicet partem in eterna vita habeamus; donamus, largimur pretaxatum locum ſecundum prefixos terminos ad uſum & ſumptum fratrum eremitarum pro tempore ibidem Deo famulantium, atque per paginam huius noſtri privilegii eum inveſtimus de his omnibus, que infra deſignatos terminos nos hodie ad manum noſtram dominicatam habemus & detinemus. Preterea addimus prelibate Eccleſie ſancti Salvatoris ad uſum & ſumptum confratrum eremitarum medietatem Eccleſie ſancti Miniatis in villa, que dicitur in Alina, una cum medietate unius manſi & donnicati, ſicut regitur per Vrſalem & Bonizonem presbyteros cum decimatione eiuſdem ville de Alina, ſicut Petrus Abbas de Campo Leonis in commutatione a nobis habuit, & nos hodie recipimus, & ad manum noſtram tenemus. Donamus etiam eidem Eccleſie ſancti Salvatoris manſum unum in monte, ſicut quondam rectum fuit per Vrſum Manfredi, & modo regitur per quoſdam ſuos nepotes. Sed & ad uſum & ſumptum confratrum eremitarum pro tempore ibidem ſolitariam vitam agentium concedimus illi venerabili loco ſancti Salvatoris integras decimationes totius ville, que dicitur Larniano. Conſtituentes inviolabiliter ac precipientes, ut de omnibus, que incole illius ville laboraverint, paſſim per quaſcumque alias villas & loca ſoli venerabili loco ſancti Salvatoris nominaliter (alias annualiter) integras decimationes Deo reddant, ſicut predictus Petrus Abbas in concambio a nobis habuit, & nos ad manum noſtram habemus & tenemus. His igitur illi almo loco ſancti Salvatoris in alimoniis confratrum eremitarum ita conceſſis ſtatuentes, & cum univerſo Clero noſtro penitus corroborantes, precipimus, ut ipſi fratres eremite, qui ibidem pro tempore Deo ſervierint, nullo umquam in tempore ſeſe ſeu ſuos actus ad aliam preter eremiticam &

ſoli-

ſolitariam atque contemplativam vitam tranſferant, nec umquam liceat eis ipſum ſanctum locum ad cenobitarum Monaſterium retorquere. Quia ergo, quod nos pro ſalute & remedio anime noſtre, noſtrorumque ſucceſſorum Epiſcoporum Deo contulimus per eterna ſeculorum ſpatia, ratum, firmum, atque inconvulſum debet permanere a Deo Patre omnipotente, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, Sanctoque Spiritu interdicimus, & modis omnibus inhibemus, ut nullus noſter Epiſcopus Arretine Eccleſie predictum fratrem Petrum eremitam, ſuoſque poſteros ſucceſſores eremitas, de his, que ſancto Salvatori conceſſimus ad uſum & ſumptum fratrum eremitarum, aut ipſi a nobis, ſive ab aliis hominibus acquiſierint, deveſtire, moleſtare, inquietare aut ullam diminorationem inferre preſumat. Quod cui fecerit, niſi emendaverit, in die tremendi iudicii ſeſe tamquam ſacrilegum, & reum a Domino iudicandum pertimeſcat. Ut hec igitur noſtra donatio a noſtris poſteris ſucceſſoribus Epiſcopis per eterna ſeculorum ſpatia conſervetur, & conſervata iugiter permaneat, huius privilegii paginam manu propria confirmari & noſtri ſigillo ſancte noſtre Eccleſie corroborari iuſſimus.

Ego Teudaldus Epiſcopus hoc privilegium a nobis factum confirmavi . . . . . ss.

✝ *Ego Petrus Presbitero canonicorum prepoſitus ss.*

Vivencius Archidiaconus ss.

Donatus Clericus & Cuſtos ss.

Ego Sigizo Diaconus & Magiſter ſchole ss.

Ego Bonizo Presbiter ss.

Laudavit, favit, primus ſcripſitque Gerardus.

Idem quoque Gerardus Cancellarius recognovit. Loco ✠ ſigilli.

Datum anno Dominice Incarnationis M. XXVII. *anno vero Pontificatus domni Teudaldi Epiſcopi V. menſe auguſto indictione* X.

Actum in clauſtro Canonicorum. Feliciter.

Diploma autem *Hiremfredi* ex *Appendice* eiuſdem Tomi *pag.* 62. §. *XXXII.* hic quoque proferimus.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Immo, qui & Hirenfridus ſancti Donati Vicarius, dum pro ſalute animarum, que nobis ſunt commiſſe, iuxta paſtoralis cure ſollecitudinem una cum Cardinalibus Clericis noſtris, ſingulas Plebes & Monaſteria circumiremus, tandem in quendam locum, qui dicitur Campus Malduli in mediis alpibus Tuſciam & Romaniam dividentibus devenimus, in quo loco pie recordationis anteceſſor noſter Theodaldus Epiſcopus eccleſiam in honore Salvatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti edificavit, & quosdam fratres inibi deputavit, qui ſub domno Petro venerabili eremita ſuperni regni coheredes effecti terrena patrimonia intra ſacrarium celeſtis aule tranſtulerunt, atque ſinguli in ſingulis cellulis conſtituti, dum ſeſe toto niſu ad ſuperna erigunt, mentis oculos in conditoris deſiderio figunt. Sunt igitur viri Deo pleni, igne divine contemplationis ſuccenſi, ſpiritu ferventes, Domino ſervientes, quibus viſis multo gaudio repleti ſuimus, agentes dignas Deo gratias, pro eo quod tales in noſtro Epiſcopatu Chriſti repetimus ſervos. Quapropter noſmetipſos & cunctum clerum & populum noſtrum eorum ſanctis commiſimus orationibus, deprecantes, ut tanto magis apud Omnipotentis miſericordiam pro nobis interceſſores exiſtant; quanto magis per divinam contemplationem Chriſto appropinquant. Quia igitur penna contemplationis ad alta ſe ſuſtollunt, ac per hoc ſecularibus rebus exinaneſcunt, internis quidem, quo appetunt abundantes, externis vero que negligunt, tenues, iuſtiſſimum eſt, ut nos qui utrumque exercemus, ab utroque manipulos ad aream Chriſti terentes venturo Iudici occurramus, & quod illis ſit ad momentaneum ſolamen nobis proſit ad indeficientis vite levamen. In primis igitur confirmamus & in perpetuum corroboramus predicto noſtro domno Petro eremite, eiuſque ſucceſſoribus, in eternum omnia que bone memorie domnus Theodaldus Epiſcopus anteceſſor noſter eis conceſſit, & per paginam ſui privilegii ſub excommunicatione & anathematis vinculo confirmavit, hoc eſt, medietatem Eccleſie ſancti Miniatis in villa, que dicitur Alina, cum medietate de tribus manſis ſicut reguntur per Viventium & Bonizonem Presbiteros cum ſuis conſortibus, & unum manſum in Monte, ſicut quondam fuit rectus per Urſum Lanfredi, & modo regitur per quoſdam ſuos nepotes. Dedit quoque illis terram, &c. Damus igitur illis & in eternum confirmamus in ſumptum & alimoniam conſtratrum eremitarum per manum domni Petri venerabilis eremite integram aliam medietatem Eccleſie ſancti Miniatis in villa, que dicitur Alina, cum ſua pertinentia, & unum manſum in villa, que dicitur Pergentina, ſicut regitur per Urſonem & ſuos conſortes, & unum manſum, quem tenent incole Gerardus & Theuzo, & quartam partem unius manſi in Ventolini, ſicut regitur per Iozolo. Preterea iubemus & inrefragabiliter per huius noſtri privilegii paginam confirmamus, ut uniuſquiſque homo quicumque habitat infra Plebem ſancte Marie in Partina, &c.

Lami Joannes, Sanctae Ecclesiae Florentinae Monumenta

Digitized by Google

Digitized by Google

FIRENZE - BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
PROGG. - 2.2.158 I° (300)
RESTAURO - 1998
LABORATORIO - RAIMONDO MILIO
RESTAURATORE PROGETTISTA - CLAUDIO MONTELATICI

SINTESI DELLE OPERAZIONI EFFETTUATE:

controllo numerazione, pulizie a secco con pennello morbido, risarcimento con montaggio e scarnire con carta giapponese di adeguato spessore e colore, Vanrow, velatura con velo giapponese 502 e Tylose MH300P al 2%, carte di guardia Ingres struttura F, cucitura su n. 3 nervi di spago, indorsatura con tela di mussole e pelle di capra scarnita, capitelli cuciti su anima di spago e fili di lino neutro e colorato, incartonature dei quadranti in cartone accoppiato al durevole, nuova legatura in piena pelle di capra al vegetale (Scaricaciottoli) con dorso attaccato, adesivi Tylose MH300P e Vinavil 59 al 15%.

COLLAUDATORE
DATA DEL COLLAUDO

LAB. RESTAURO LIBRI R. Milio

G056G5563